REVERENDI PATRIS FRATRIS PHILIPPI Diez Lusitani, ordinis Minorum, regularis obseruantiæ, prouinciæ Sancti Iacobi,

QVADRVPLICIVM CONCIONVM, QVÆ QVOtidie à Dominica in Septuagesima vsque ad gloriosam Domini Resurrectionem in sancta Ecclesia habentur

TOMI PRIMI TERTIA ET QVARTA PARS.

Tertia editio.

Cum priuilegio.
SALMANTICÆ,
Excudebat Ioannes Ferdinandus.
M. D. LXXXV.

FRATRIS IOANNIS LOpez, ordinis fratrum Minorum de libri excellentia Carmen.

PRodeat in lucem nitidus rutilante Pyropus
Lumine, & exultet ſydere terra nouo.
Læta Brigantinos Salmantica ſuſcipe fructus,
Quos hæc terra tuo lacte rigata tulit.
Hinc modò ſurrexit doctiſsimus Autor in omni
Scriptura, & legis Doctor Apoſtolicæ.
Plurima, quæ ſacris inſunt arcana libellis,
Explicat, atque pijs moribus illa docet.
Hunc quicunque paras diuino accendere mentes
Eloquio, atque animos tollere ad aſtra cupis,
Perlege, nec pigeat tanto depromere gemmas
Theſauro, ſummus quas reperire labor.

1

TERTIA PARS QVADRAGESIMALIS,

IN QVA CONTINENTVR OMnes Dominicæ & Feriæ, quæ in sacrosancta Ecclesia solent decantari, à Dominica in Septuagesima vsque ad Feriam secundam post Dominicam Resurrectionis inclusiue.

2

Dominica in Septuagesima.

Simile est regnum cælorum homini Patrifamiliâs, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Matth. 20.

CVM Christus Redemptor noster dixisset discipulis suis, In regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede Maiestatis suæ, sedebitis, & vos, &c. Conclusit, dicens, Multi
3 erunt primi, nouissimi, & nouissimi, primi. In regeneratione, & renouatione mundi (ait Dominus) multi primi, erunt vltimi, &ècontra. Quid est hoc Domine? si diceres quòd in his nostris temporibus, hoc futurum erat, non mirarer, siquidem multos primos nouissimos, multosque nouissimos, primos esse conspicimus. Quòd autem hoc in futura vita futurum sit: magnopere profectò respectus, bonitatem, clementiamque tuam admiror. Quomodo est hoc, quod hoc dicas, & quòd sic futurum sit? Si istud in hoc seculo faciendum esset, tolerabile esse videtur, vbi plurimos bonos oppressos cernimus, qui cum in virtute sint primi, in secularibus bonis sunt nouissimi. Multos vero perditissimos ho-

mines videmus, qui ſunt priores. Atque etiam quòd hoc ſic 4
in hac vita agatur, conquerebantur Prophetæ. Attende, quo-
modo conqueſtus fuerit Dauid, in toto Pſalmo Septuageſi-
Pſal. 72. mo ſecundo, dicens. Quàm bonus Iſrael Deus his, qui recto
ſunt corde. Mei autem pene moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt
greſſus mei: quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum vi-
dens. Quia non eſt reſpectus morti eorum: & firmamentum in
plaga eorum. Ideò conuertetur populus meus hic, & dixerunt,
quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? Ecce ipſi pec-
catores, & abundantes in ſeculo, obtinuerunt diuitias. Et dixi.
Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum: & laui inter innocentes
manus meas. Et fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in ma-
tutinis. Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc: labor eſt ante me, do-
nec intrem in ſanctuarium Dei, & intelligam in nouiſsimis eo- 5
rum. Veruntamen propter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos, dum
alleuarentur. Et paulò poſt, velut ſomnium ſurgentium, ideſt.
Vidiſtis quàm bonus ſit Deus Iſrael ſeruientibus ei? iam quaſi
labebantur pedes mei ad ſequenda malorum veſtigia, cùm vi-
tæ eorum proſperitatem conſiderarem. Video illos tam pin-
gues, tamque ſanos, & video quòd illi ſunt, qui imperant, &
qui prohibent: illi ſunt gubernatores, iudices nobiles: illi de-
nique pinguioribus mundi rebus perfruuntur. Et cum hoc ani-
maduertant homines recti, & ſynceri: dicunt, quæ eſt Dei ſa-
pientia, aut quæ gubernatio? Si eſt ſapientia in cælo? hi quia
ſunt mali, & peccatores ſunt priores, ditiores, ac nobiliores
ſeculi: nos autem quia Deo ſeruimus, & in innocentia vitæ
ambulamus, poſteriores, pauperiores, vilioreſque ſumus, ac 6
magis opprimimur? & ego ſine cauſa iuſtificaui cor meum.
Quid autem (ait vnus quiſque horum) mihi iuſtificatio mea,
lachrymæ, verbera, mortificationeſque profuerunt? Exiſtima-
bam (inquit Dauid) me hæc myſteria intellecturum. Exi-
ſtimabam, vt cognoſcerem hoc: labor eſt ante me. Si tan-
tummodo res præſentes conſiderentur, non poteſt huius dif-
ferentiæ, & diſparitatis cauſa benè cognoſci, quouſque in glo-
riam Dei cum conſideratione mea ingreſſus fui, & horum fi-
nes, & exitus conſideraui. Adhibens hanc diligentiam cum con
ſideratione mea intellexi, quòd his hominibus malis largi-
tur Deus bona temporalia, vt in hac vita illis perſoluat ali-
quod

7 quod bonum, quod fecerunt, etsi cùm tam parum sit, in medio voluptatum suarum illos mors arripit, & quasi fumus euanescunt, cum in sublimiori dignitatis gradu constituti sunt; & decepti remanent, sicuti, qui post prosperum insomnium expergiscuntur, & nihil inueniunt eorum, quæ arbitrabantur se habere. Vides Domine, quomodo conqueruntur iusti quòd hoc adhuc in hoc seculo agatur? Tu verò dicis, quòd erit in regeneratione quando venturus es iudicare viuos, & mortuos? O æterne Deus, quàm terribile est hoc etiam auditu! Præcipuè cùm tu sis Deus iudex iustus, fortis, & patiens. Iustus, qui nemini iniuriam infers, fortis cuius brachium á nemine contorquetur: patiensque licet ad iracundiam prouoceris. Quòd cùm talis sis: dicas tamen quòd nouissimi erunt primi:
8 res est hæc, quæ me obstupefacit, atque omnes in maximam admirationem adducit. Ad hoc respondetur, quòd non vult dicere hic Dominus, quòd in die iudicij mali bonis excellent. Sed vult dicere, quòd multi, qui priùs Deo seruire cœperunt, & multos annos in eius seruitio, tepidè ac remissè consumpserunt, non tanto præmio afficientur: sicut alij, qui serius ei seruire cœperunt, & pauciores annos, cum summa tamen animi contentione seruierunt. Non enim tam respicitur, coram diuina Maiestate breuitas, aut longitudo temporis, in qua illi seruitur; quàm spiritus, & amor, quo seruitur. Atque vt hoc apertiùs significaret, proposuit Dominus Parabolam patris familias, qui exiuit conducere operarios in vineam suam. & finito die, tantam mercedem tribuit illis, qui vna tantum hora laborauerāt, quan-
9 tam illis, qui totum pondus diei in labore sustinuerāt: & finita parabola cum eadem sententia conclusit, dicens: Sic erunt nouissimi, primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

Tota tamē difficultas in hoc est, scilicet, quomodo ex eo, quòd multi sunt vocati, pauci verò electi, inferat diuinus Dominus, quòd multi erunt primi nouissimi, & nouissimi primi? Ad intelligendum hoc notandum est, quòd in alijs parabolis, sicut in illa ingredientium ad nuptias: cùm ille, qui non intrauit nuptialibus vestibus indutus iussus est mitti in tenebras exteriores. Illic verbum illud: Multi sunt vocati, intelligitur vniuersaliter de illis, qui ad Dei seruitium vocati sunt. Et illud: Pauci

a 2 electi,

electi intelligitur de solis iustis, qui gloriæ præmium reportatu- 10
ri sunt, In hac autem parabola non sic intelligitur; sed intelligitur quod multi vocati, sunt omnes iusti, qui in vinea Domini, vsque ad consummationem vitæ laborarunt, & præmio donati sunt. Atque ex istis, pauci sunt electi; hoc est, feruidi: & excellentes in seruitio Dei. Quòd autem hic multi sunt vocati, de iustis intelligatur, manifeste patet ex parabola. Omnes enim illi, quos vocauit, & conduxit dominus vineæ, in illa laborauerunt vsque in finem diei, & omnes mercedem suam acceperunt: & quia inter multos iustos paucissimi sunt electi, & in virtute singulares; ideo hinc infert, quòd multi primi; quia remissè seruierunt, erunt in præmio nouissimi, multi verò nouissimi in tempore, quia feruidi fuerunt, diligenterque Deo seruierunt, erunt primi, & excel
lentes in præmio. 11

Etiam est valdè notandum, quòd hanc parabolam proposuit Deus, tam bonis, quàm malis: vt, nec mali, quamuis serò veniant, desperent; nec boni licèt citò veniant, inflentur, & superbiant. O quàm bona, & quàm necessaria res hæc est. Depingite hic mihi duos homines, alterum optimum; alterum verò pessimum, vt videatis in quanto periculo vterque illorum constitutus est. Considerate in primis hominem nequissimum; considerate illum mercatorem, vsurarium, qui omnium bona diripit, mendacem, adulterum, omnibus denique sceleribus delibutum. Dicite, quando hic venerit in considerationem deformitatis suę, transactamque vitam animaduerterit; & viderit, quòd iam nullum ferè vitæ tempus sibi remanet, quid faciet? O sancte Deus, quanto dolore compungetur. Nec seculorum omnium anni, nec cun- 12
ctæ vitæ filiorum Adæ, ad agendam pœnitentiam illi sufficere videbuntur. Denique hic miser in tantas augustias se redactum animaduertet, vt impossibile esse arbitretur Deum sibi, tot tamque enormia peccata, quot in eum commisit, dimittere. Maneat ergo talis hic. Contemplamini nunc virum optimum, religiosum, vilissimis vestimentis indutum, cilicijs coopertum, sequacem diligentissimum chori; primum in disciplinis, obedientissimum, optimum, interius, & exterius: optimum vbiq; & in omni tempore, purissimum, castissimum, benignissimum. Denique qui legem Domini, suamq; regulā nunquā fuerit transgressus. Veruntamē dico vobis quòd quodammodo hic quasi in tāto

 periculo

13 periculo versatur, vt alter pessimus. Hic enim prope est, vt pa-
ri iudicio cum Deo velit contendere, & dicere, Solue mihi, opti-
me enim tibi seruiui: da mihi gloriam, quia iure illam mihi de-
bes, & satis illam promerui. Huic igitur ne ita efferatur, & su-
perbiat: alteri vero, ne desperet, dicit noster diuinus Redem-
ptor: scitote, quòd salus vestra à mea pura voluntate, & liberali
tate dependet: & hæc est prædestinatio illius, qui saluandus est.
Quapropter nullus extollatur, licet mane venerit: nec desperet,
quamuis vesperi accesserit, dummodo accedat. Nam si mane ve-
nit plus ille mihi, quam ego illi debeo: ego enim illum adiuui,
vt mane veniret, & ego sum Dominus, qui possim facere quic-
quid mihi videbitur. Atque hoc est melius, & vtilius homini-
bus. Vnusquisque sobrius sit, & vigilet, considerans quomo-
14 do ex cruce latronem exceperim: & ex mensa, & discipulo meo Iu-
dam dimiserim. Et sic Beatus Augustinus dicit, quòd scire ho- *Augusti.*
mines bene viuere est donum Dei. & plus debet homo Deo, quia
opera bona in eius seruitio facit, quàm Deus homini debet, quòd
ea faciat. Et ita dicit hic gloriosus Sanctus, Ipsa hominis opera,
munera Dei sunt. Quod si quis dixerit, Domine ego ieiuno, per
solue mihi ieiunium meum: potest Deus dicere. Imo tu solue
mihi, quia dedi tibi gratiam, & auxilium, vt propter me ieiu-
nares. Dicet alter, Domine solue mihi, quia dedi omnia bona
mea propter te. Alter, Domine solue mihi, quia in tuo serui-
tio verberaui, & castigaui corpus meum. Alter dicet, Quia vir-
go, aut martyr fui propter te. Alius, quia tot tentationes tolera-
ui. Quibus potest Dominus dicere. Imo vos debetis mihi solue-
15 re, quia vobis auxilium præstabam, quo in his omnibus victo-
riam reportaretis. Itaque magis Deo debemus, eo quod sumus
boni, & illi seruimus, quam ille debet nobis: ille enim non in-
diget seruitute nostra: quòd si ei seruimus, in nos, non vero in
illum beneficia conferimus. Quocirca non habet cur superbiat,
qui prius ad vineam venit: nec quare desperet, qui sero accedit,
si vere, & ex animo accedit: in hoc enim modico tempore, quod
illi superest, potest facere sicut qui in diuersorio, aut recreans se
in nemore, nimium commoratur, cum longum iter confecturus *Simile.*
rus sit: postea vero cum videt solem iam occidere, & diem fi-
niri, curat vna hora ambulare, quod sex horis ambulaturus erat.
Vnde infertur, quòd de nullius salute debemus desperare, quan-

tumuis perditus, & iniquus ille ſit: cùm videamus, quòd om- 16
nes, & in omni ætate Deus vocat, eoſque ad ſuam vineam re-
cipit, ſi ipſi volunt venire. Atque illis ſoluit, non temporis
ſpatium, ſed Spiritus feruorem, quo operati ſunt conſiderans.
Magnopere etiam adiuuat, ad conſolandos, & fulciendos eos,
qui ad ſeruitium Dei ſero accedunt, conſiderare, quòd maxi-
mus labor, quem patiuntur in relinquendis malis moribus, &
rationibus, quibus ſemper vixerunt, (quod non habent, qui ab
ineunte ætate Deo ſeruire cœperunt) ſi offerant illum Deo, ad
meritum maximè conducit: atque ad ſatisfaciendum pro pœnis
purgatorij ſummopere prodeſt.

Quod prius in hac parabola notari oportet, eſt, quòd qui ſum-
mo mane exiuit conducere operarios, vocatur Paterfamilias,
quod eſt nomen pietatis, indulgentiæ, & ſollicitudinis. Hoc eſt 17
nomen, quod Deus ſibi ipſi tribuit, & adeò illi conuenit, vt di-
Iob. 38. cat Iob, Quis eſt pluuiæ pater? aut quis genuit ſtillas roris? vbi
apparet, quod omnium rerum pater vocatur: vſque & guttæ
aquæ, & roris etiam, quia omnia creat, & conſeruat. Vnum ex
illis, quæ magis excitant eum, qui in alterius ſeruitute labora-
turus eſt, vt id libenter faciat, eſt, hilaris aſpectus, & liberale in-
genium Domini ſui. Ille Dominus (dicit quidam) eſt tam affa-
bilis, vrbanus, & liberalis in ſuos, vt libentius illi gratis, quàm
alteri pro pretio ſeruirem. Audiuiſtiſnè quot annos Iacob ſerui
uerit patruo ſuo Laban eius greges, noctu, dieque cuſtodiens, &
cùm non arbitrabatur Laban, abijt Iacob à domo eius, quia vi-
Gene. 31. dit malum vultum illius? Abeamus (dixit mulieribus ſuis) quia
video faciem patris veſtri, quòd non ſit erga me ſicut heri, & nu- 18
dius tertius. Nequaquam ſeruiam homini, qui mihi benignum
vultum non oſtendit. Fratres mei vniuerſalis rerum omnium
Dominus, qui nos vocat ad obſeruantiam ſuæ ſanctæ legis, &
ad ſui ſeruitium: eſt Dominus tantæ nobilitatis, vt de eo dicat
Pſal. 85. Dauid. Quoniam tu Domine ſuauis, & mitis, & multæ miſe-
ricordiæ omnibus inuocantibus te. Tanta eſt eius ſuauitas, vt
ad ſe nominandum non dicatur Dominus familias, quod eſt no-
men Maieſtatis, ſed paterfamilias, vt nos confortet, & inuitet, vt li
bentiſsimè ad eius ſeruitium accedamus. Hæc fuit maxima cle-
mentia, quam Deus hominibus oſtendit, quòd voluerit, vt il-
lum

19 lum patrem vocaremus: & in hoc nobis dedit arma, quibus eum concuteremus. Animaduertens diuina Maiestas, quòd in ratione creaturarum, ita imbecilles essemus, vt non haberemus arma, quibus ipsum possemus oppugnare; largitus est nobis hoc iaculum æneum, fortissimum, quo eius cor transfigeremus, & viscera suauissima penetraremus: quod est, vt eum patrem vocemus. Hoc diuinitus exaggerat Sanctus Paulus, dicens: Non *Rom. 8.* enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus: Abba pater. Iam non oportet vos viuere vt seruos, sed vt filios dilectissimos; non cum seruili timore, sed cum suauissimo amore: siquidem spiritum filiorum Dei, & lucem, agnitionem, baptismum, legemque, ac gratiam quam Deus filijs suis dare solet,
20 accepistis: oportet nunc vos clamare, sicut & nos clamamus. summa cum suauitate, & pleno ore dicentes. Pater, pater, quæ sunt fortissima iacula ad Dei cor superandum. O quàm fidenter potest anima se offerre coram hoc optimo patrefamilias, dicens illi: O Domine, qui cælum, terramque imples, quomodo meam solam animam vacuam relinques? Tu Domine, qui vermiculis terræ, & auibus cæli cibos præparas, quomodo meam animam famelicam desines? Tu, qui lilia, & flores tam singularibus, & mirabilibus coloribus exornas: quomodo animam meam nudam destitues? Si tu imples omne animal benedictione, quid igitur mihi præparatum habebis, cui animalia, & cælos creasti? Quis est, qui hanc Dei suauitatem, ac clementiam audiens, non confortetur; vt illi libentissimè deseruiat? Præsertim cùm vi-
21 deat quomodo surgit diluculo, ad nos vocandos; vt dicit sacrum Euangelium.

Exijt summo manè conducere operarios in vineam suam. Cùm peccasset Adam dicit sanctus textus: Et cùm audissent vocem Domini *Gene. 3.* deambulantis in paradiso, ad auram post meridiem. O ineffabilem Dei pietatem ad cõducendos operarios vt denariũ diurnũ lucrẽtur, surgit summo mane, summa cũ celeritate, at verò ad puniẽdũ venit pedetentim, ambulans vesperi, & ad aurã. O fratres mei hoc significat, quòd talem Deum habemus, qui ad puniendum venit quasi inuitus, acsi capillis apprehensus traheretur: sed ad conferendam nobis gratiam, ac maxima beneficia, talis est eius in nos amor, qui non patiatur illum deambulantem,

nec poſt meridiem venire, ſed eum ſummo mane faciat exurge- 22
Cant. 2. re. Hoc ſignificauit etiam ſponſa, dicens de ſponſo: Ecce iſte ve-
nit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, id eſt, omnia dirum-
pens, quæ illum impedire poſſe videbantur, id eſt, quòd nec pec-
cata nec ingratitudines noſtræ, quæ ſunt montes, & colles, quæ
ex ſe Deum impediunt, ſicut ſolent montes & colles viatoribus
Simile. obſtare, impedire valent, quominus diuina Maieſtas ſummo
manè properet ad conferenda nobis beneficia. Duabus maxi-
mè rationibus ſolet quis ſummo manè exurgere: altera, quia eſt
homo diligentiſsimus. Nunquam iter feciſtis cum homine, qui
nondum eſt media nox, & iam à lecto ſurgit, & non quieſcit
vt iter faciat; famulum ſuum excitat, lucernam iubet inflamma-
ri. Dicit autem famulus: Domine quid tam feſtinanter ſurgis?
nondum enim tam citò illuceſcet: at ille quid (inquit) mea 23
refert? potiùs enim auroram à me, quam me ab aurora expe-
ctari volo. Videte quid cura & diligentia efficiat. Altera cauſa
eſt, quia longum iter illi conficiendum eſt. Famulum vocat, &
mulam ſterni iubet. Ait famulus, vide Domine, quod non-
dum illuxit. Parum refert (ait ille) magnum enim iter mihi
hodie conficiendum eſt. Scito ergo ò frater Chriſtiane, quòd
propter has duas cauſas ſurgit Deus manè. Altera eſt, propter
maximam curam, quam habet, vt te in cælum perducat. Vide
quàm ſolicitus eſt auarus propter pecuniam, qui non poteſt in
lecto quieſcere. Quàm ſolicitus eſt mercator, qui omnes diuitias
ſuas per mare deducit, & in maximo periculo eas poſitas aduer
tit. Multo tamen maior eſt cura, quàm Deus de te habet. O bene
dictus ſit talis Deus, glorificatus talis Dominus, quare frater 24
hoc te non mouet, & ſtimulat, vt ſis diligentiſsimus in ſeruitio
patris tui cæleſtis, qui ſe tam ſolicitum, diligentem, ac benignum
in te præbet? Secunda cauſa, quare tam diluculo exurgit, eſt
propter longum iter, quod confecturus eſt: & hoc iter eſt, te con
uertere, de malo bonum efficere, & ex titione inferni, reddere
te lucernam, quæ ſplendidè in mundo illuceſcas. Idcircò igi-
tur exit ſummo manè conducere operarios. Et hoc ſigni-
ficat quod, vt primum rationis vſus illuceſcit, iam Deus eſt
[illegible], ne ad Sathanæ vineam diſcedas. Sunt homines tam
[illegible] ad proficiſcendum in vineam Sathanæ, vt quanuis
non vocentur, nec conducantur, aut aliquid præmij illis pro-
mittatur.

25 mittatur, omnes illuc pergāt. Et cū Deus tā summo manè exeat,
totque præmia polliceatur, vix reperit operarios, qui velint ire
in vineam suam. O animæ Christi næ quare non erubescitis,
& pudore confundimini, cū tot vocationibus non respondeatis,
& ex tot inspirationibus, admonitionibus, pollicitationibus, ac
comminationibus, fructum non percipiatis? vocat te Deus hora
prima, tu verò dicis: hora tertia conuertar, vocat te hora tertia, tu
dicis: hora nona. Ecquis tibi securè affirmat frater quod te iterum
Deus vocabit? pater hoc Euangelium illud mihi affirmat. Menti
ris, nam etsi sanctum Euangelium dicit, quòd omni tēpore Deus
exit; non tamen dicit quòd eosdem semper vocat: & licet ita sit,
quòd sæpè exeat ad vocandum te (vt sæpè contingit) quis tibi po
terit securè affirmare, quòd hora tertia meliùs quam hora prima
26 poteris venire? O cæce, diabolus est, qui hanc imaginationem ti-
bi offert. O bonus Dauid, quàm optimè fraudem, & tentationē
hanc cognouit cùm dixit: Verbum iniquum constituerūt aduer- *Psalm.40.*
sum me. O quam pessimum verbum mihi Dæmones dixerunt.
Quod verbum? dicunt (inquit) mihi: dormi, & requiesce, Dauid,
quandocunque enim volueris, poteris exurgere. Nunquid qui
dormit non adijciet, vt resurgat? Nunquid, qui recumbit in pecca
to, non resurget ab eo quando voluerit? O quàm maledictum, &
quàm mendax verbum: non enim resurget peccator quando vo-
luerit, nec res hæc in manu eius est. Quod si nunc quando à Deo
vocaris, ire non vis; fortassè postea ire voles, & nō poteris. Venit
mensis Augusti, cùm paruo pretio triticum æstimatur: & tu ha-
bes pecunias, quibus possis triticum tibi emere, & dicit amicus
27 tuus: eme nunc illud siquidē talē habes occasionem: tu verò non
vis. Postea vero carius valet triticū, & tu cōsumis pecunias, quas
habes, atq; cùm hyemis venit fame peris. Frater mi aduerte, quòd
nunc est Augustus, & Deus paruo pretio venditur: ac tu habes *Simile.*
pecunias, quæ sunt vires, tempus, ac valetudo ad agendam pœni-
tentiam; ad ieiunandum, ad exercendum te in omni opere bono.
Eia ergo incipe emere, fac testamentum tuum præpara animam
tuam, confitere peccata tua, reconciliare cum inimicis tuis: recede
ab occasionibus, &c. Non vis? forsitan ergo quando volueris non
poteris. Veniet hyems illa mortis tam tempestuosa; & ita te vndi
que circumuentum, & conturbatum reperies; vt quasi nihil bene
ordinatum, & rectum possis efficere: & ita in infernum detrudē-

 ris,

ris vbi famem crudelissimam in perpetuum patieris. Hoc est, 28
Prou.20. quòd Spiritus sanctus dicit, licèt transuerso temporum ordine,
ac ego nunc dixi, propter frigus piger arare noluit: mendicabit
ergo æstate, & non dabitur illi.

Conuentione autem facta ex denario diurno. O quam ignominiosum
verbum fuit hoc homini, semel tantum præcepit Deus cæteris
creaturis operari, & ex quo eas initio sæculi creauit; nunquam
vsque hodie operari cessauerunt; nec cessabunt quidem, quousque
illis Deus aliter præcipiat. Animaduertite quomodo nunquam
cessauerint cæli, quomodo terra semper produxerit. Denique
discurrite, & contemplamini omnes creaturas, & inuenietis
eas in illis occupatas, ad quæ eas Deus creauit. Atque hoc
solummodo, quia illarum creator eis sic præceperit; nec tamen
illis aliquid promiserit. Homo autem, qui maiora bene- 29
ficia, quàm cæteræ omnes creaturæ accepit; ita ingratus & rusticus
est; vt necesse sit illi præmium promitti, ad incitandum illum,
vt faciat quod debet. Et quod peius est, etiam cum maximis
pollicitationibus non vult illud facere. Si præciperetur
terræ, & loqui sciret, diceret se iniuria affici: cùm sibi præciperetur,
quod ipsa facere tenetur: atque idem dicerent cæteræ omnes
creaturæ. Quòd autem homo, quem ratio, fides, gratia
ac præmium inuitat, id nolit facere; maximæ est ingratitudinis
profectò. Et super omnia, quòd illi cautum est cum pœna mortis
æternæ (quod est peccatum) hoc diligentissimè, ac summa animi
contentione facit. O diabolicam peruersitatem, quare non verecundamur
fratres, quòd in tam immane, & tantæ ingratitudinis
crimen incidamus? Pudeat ergo nos, & saltem propter spem 30
vtilitatis, quæ nobis promittitur, incipiamus in hac vinea Domini
laborare. Ad quod vt nos incitet, & exhortetur: promittit di-
Demotri. uina Maiestas æterna præmia. Democritus Philosophus obscurissimam
quandam protulit sententiam, scilicet, Duo lumina-
Aristo. 10. ria mundum gubernant. Et Aristoteles exposuit hanc senten-
Ethicor. tiam, dicens: quod hæc duo luminaria, aut sidera, sunt vtilitas, &
timor. Nihil faciunt homines nisi alterum horum finium, tanquã
scopum ante oculos habeant. Aut enim spe præmij concitati, aut
timore deterriti, ne in aliquem laborem incidant opera sua faciunt.
Cùm igitur hoc ita sit, quo maiori labore nos poterat Deus
deterrere, quam æternis inferni tormentis nos comminans?

Aut

31 Aut quid amplius poterat promittere, quam seipsum, quod est infinitum bonum, vt eo in æternum perfruamur? & tamen multos Deus passim inuenit; quibus dicat quòd in hodierno Euangelio operarijs dixit, *Quid statis hic tota die otiosi?*

Tantum malum est otium, vt minus inconueniens esse duxerint Philosophi dicere mundum ab ęterno fuisse, quam otium in Deo imaginari: & ideo affirmarunt quòd ex quo Deus est, est etiam & mundus, nisi enim esset mundus (dicebant) quod esset Deus otiosus, quod non est credibile esse posse in Deo: cùm ipse tantopere otiosos execretur. Fides catholica etiam fatetur nullum vnquam in Deo fuisse otium. Veruntamen non ideo mundus ab æterno fuit. Deus enim alias res maioris momenti habet intra se in quibus occupetur: quàm creationem,
32 & gubernationem vniuersi: vt est, contemplatio suæ diuinæ essentiæ, & amor, & communicatio diuinarum personarum. Veruntamen magna exaggeratio est, ad declarandum quantum malum sit otium, cùm fuerit occasio, vt in tantum errorem Philosophi inciderent, vt crederent mundum æternum fuisse, vt Deo otium non tribuerent. Alia etiam maxima exaggeratio otij est, quòd Spiritus sanctus nobis irrationalia animalia obijcit, nec quidem maiora, aut nobiliora, sed vilissima, quæ sunt formicæ. Significans quòd etiam sunt magis bruti, & irrationales homines otiosi, quam hæ tam humiles creaturæ. Et ita dicit, *Prouer.6* Vade ad formicam, ò piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ cùm non habeat ducem, neque præceptorem, neque Principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in
33 messe quod comedat. Et postea exclamat, dicens, Vsquequo piger dormies? quando consurges de somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis: & veniet tibi pauperies quasi vir armatus. O quàm terribilis reprehensio, & quam obstupenda comminatio. Disce (inquit) o piger à formica, quæ cùm magistrum prædicatorem, aut reprehensorem non habeat, tam diligenter quærit quæ sibi in necessitatis tempore necessaria sunt. Tu autem, ò rationalis homo, cùm tot Præceptores, & Prædicatores habeas: nec tamen plus quàm lapis commoueris? Quousque tandem dormies infœlix? Quando tandem ab isto somno consurges? Breuissimum est tempus, quod hic cum ista misera tranquillitate, & somno potes degere. Et statim sicut

sicut vir fortissimus te occupabit, & circũueniet paupertas, à qua 34
nullo vnquam tempore poteris liberari. Væ auribus, quæ talia audiunt, nec tamen à tam graui somno, & negligentia exurgunt: secundum hoc fratres mei non erit necesse, vt Regina Austri, aut Niniuitæ consurgant ad condemnandam hanc otiosorum generationem: sed vna formica sufficiet eos omnes condemnare. Quid plus in tanti mali execratione dici potest?

Dicit ergo illis Dominus, *Quid statis hic tota die otiosi?* O pigri in hac vita quæ vobis concessa est ad æternam beatitudinem consequendam, hic estis otiosi? Non poteritis profectò merito respondere, quòd illi responderũt dicentes. *Quia nemo nos conduxit.* Cùm tam crebro habeatis, qui vos Dei nomine vocent, & inuitẽt. Præsupposito, quòd cum diuino fauore ijs, quæ modo audiuistis, concitati, omnes vno animo proposueritis in vinea Domini incipere 35
laborare, vnã tantum exercitationem, & diligentiam vobis vo-
Simile. lo dicere: quam in hac vinea debetis adhibere. Et est hæc, quod quemadmodum quando materialem vineam colitis facitis fossas circum vites, auferentes terram, quæ ibi est, vt vitis aquam, & solis calorem percipiat. Sic oportet vos facere in animabus vestris spirituales fossas, vt vitis, quod est cor vestrum spiritualem rorẽ, & calorem solis iustitiæ recipiat. Atq; hoc nihil aliud est, quam animæ desideria cælũ versus detegere, & aperire. Aperite fratres
Ephe. 4. mei maxima desideria in cælũ, & vos veteri terra eradicate. Renouamini in nouitate sensus vestri. Auferte terram à circuitu cordis vestri, & summa cum diligentia in hoc laborate inuicem vos confortãtes. Et ad hæc sancta exercicia inuitantes, sicut operarij in vi- 36
nea alij alios inuicem confortant, & incitant. Sic nos monet San-
Heb. 3. ctus Paulus, dicẽs: Videte fratres ne sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo. Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. O quam diuina verba, largiatur nobis Dominus spiritum intelligendi, sentiendi, atque exequendi illa. Cauete (ait Beatus Paulus) ne sit in vobis cor infidele, non solum infidelitate hæresis, sed etiam infidelitate separationis à diuino amore, & obediẽtia Dei viui: & ad hoc faciendũ exhortamini, & cõfortate vos inuicẽ quotidie. Quandiu hęc vita durauerit oportet vos ab hoc opere nõ cessare, statim enim fallacia peccati cor obduratur. Cauete ne peccatum amplectamini, nimis

57 mis enim fallax est. Est pomum exteriùs pulchrũ, interiùs verò Simile.
putridum. Est quasi melopepo scriptus; intus verò inutilis. Quapropter aperite magnas fossas ardentium desideriorũ; in quibus recipiantur cœlestes rores ne corda vestra obdurētur. Vult enim Deus, vt cœlestia summo animi affectu ac cordis suspirijs cupiamus, & ea sicut tam pretiosa ac necessaria exposcamus: suaq; diuina ac cœlestia beneficia maximi faciamus. Idcirco Dauid dicit: Aperi os tuum, & adimplebo illud. Et alibi: os meum aperui, & Psalm. 80.
attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. Quia desiderabam (inquit) vt anima mea maximum fructum ferret, tuaq; diuina præcepta obseruaret, aperui, & extendi desideria mea: & feci profundam fossam, ac statim ros tui diuini spiritus excidit. Sed dicet aliquis: pater sum tam siccus, & miser, vt ne mea quidē de- Psalm. 118.
58 sideria ad res cœlestes sciam extollere. Ad hoc dico, quòd si non scitis res cœlestes desiderare: saltem desiderate eas desiderare. Vt Dauid eodē Psal. dicebat. Cōcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, in omni tempore. Quòd sanus & infirmus, diues, & pauper, lętus, & tristis: manè & vesperi desiderabat anima mea, vt semper suspirarē, vt meliùs, ac meliùs in dies diuinæ maiestati tuæ seruirem. O fœlix qui hac solicitudine animam suam excoluerit, & cum hac diligentia in vinea Domini laborauerit. O quā abundantē fructum percipiet; & quàm pretioso amoris vino etiā in hoc sæculo perfruetur. Quòd si hunc fructum non tulerimus, de nobismetipsis conqueramur: eo quòd passionibus, ac negligētijs nostris animam nostram sterilem reddimus. Sic fatebatur ipse Dauid dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem Psalm. 34.
59 animæ meæ. Cùm appetitibus, & passionibus meis benefaciā: ipsi mihi pessimè persoluunt, reddūt enim animam meā sterilē. Et cauete diligenter ne racemus terram attingat, quia putresiet. Cauete ne opera vestra bona terram attingant, ne illa propter humanos respectus faciatis; eleuate illa à terra, & facite solūmodò propter gloriā, & honorem Dñi: vt faciebat sponsa, quæ dicebat. Omnia poma seruaui tibi, noua, & vetera. Nō (inquit) illa mihi Cant. 7.
seruo, aut hominibus, cū illi seruio: sed omnia tibi volo, tā noua, quā vetera opera ad laudē, & gloriā nominis tui custodio. Hic est excellētissimus modus, quo anima magnoperè proficiat, & maiora denuò beneficia ac gratiæ augmentum cōsequatur, qua cœlestis gloria cōparatur, ad quā nos perducat Iesus Mariç filius Amē.

Domi-

Dominica in ſexageſima. 2

Cùm turba plurima conueniret ad Ieſum, & de ciuitati bus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem: Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Lucæ. 8.

CVM turba plurima ex diuerſis ciuitatibus, & regio
nibus ad Chriſtũ Redẽptorẽ noſtrũ acceſsiſſet, vt il
lis oſtẽderet, quòd non omnes proficiẽdi deſiderio
veniebãt, ꝓpoſuit ſimilitudinẽ, dicens: exijt qui ſe
minat ſeminare, &c. Et dicta ſimilitudine exclama
uit, dicens: Qui habet aures audiendi, audiat. Non dixit: qui ha- 3
bet aures, audiat: ſed qui habet aures audiẽdi, audiat. Multi enim
Simile. habent aures, ſed non ad audiendum bonum. Qui podagra labo-
rat, pedes habet, ſi tamen illi dicas: fráter curre, dicet ipſe: ne-
queo, dices illi: tu nõ habes pedes? habeo (inquit) ſed ſunt poda-
grici. Habet pedes, ſed non ad currendũ, ſic omnes habent aures,
ſed (propter ſcelera noſtra) pauci eas habent ad audiendũ, vt opor
Eccleſi. 3. tet. Eccleſiaſticus dicit: Auris bona audiet cũ omni cõcupiſcentia
ſapientiã. Hic notat Spiritus ſanctus quænã ſit bona auris. Sũt ho
mines, qui tã malas habẽt aures, vt ſaluationis doctrinã percipere
vix poſsint: nec aliquid aliud præter curioſitates, & vanitates ve
lint audire. Solũ aũt eũ Spiritus ſanctus hic dicit bonas aures habe
re, qui ſumma cũ ſuauitate & ardẽtiſsimo deſiderio gaudet animę
ſapiẽtiã percipere. Et de illis, qui hoc animi affectu res diuinas nõ 4
diligũt, dici poteſt, quod nõ habẽt aures ad audiẽdũ: atq; etiã dici
Simile. poteſt, quod ſpiritualiter ſunt priuati auribus. Latrones, qui inci
piũt furari, cũ in primo furto deprehendũtur, exuuntur veſtibus,
& publicè vapulãt. Pro ſecũdo autẽ latrocinio grauatur illis pœ-
na, ſcilicet abſcindũtur eis aures. Ita ſe Deus habet cũ peccatore.
Pro primo enim peccato, tanquam pro primo latrocinio illum
exuit gratię veſtibus, & crudeliſsimis verberibus illum flagellat;
qui ſunt morſus, & amaritudines cõſciẽtię, quę illi propter pecca
tũ ſuperueniũt. Cũ enim adhuc ſit nouitius in malo, nec tã diſtra
ctus ſit, illum conſcientia magnopere remordet, & cum ſpirituali
bus anguſtijs, & afflictionibus incedit. Si verò his verberibus per
cuſſus non emendatur, ſed ſecũdum latrocinium committit, hoc

5 est: si peccatis peccata addit: in pœnã huius deprauationis permittit Deus, vt ab illo aures auferãtur, idest, q̃ maneat fere sine vlla attẽtione ad bonũ. Et hoc est auribus priuari. O quot sunt in mundo, atq; etiã fortasse in hoc tẽplo sine auribus, sine attẽtione, & affectione alicuius boni: tanquã homines, qui cũ futuris rebus cõclusionẽ fecerũt, qui de morte, iudicio, aut inferno nõ agunt. Et idcirco ad nihil cæleste intendũt. Præcipiebat Deus nequis pro voto, quod fecerat, ouẽ aure, aut cauda amputatis offerret. Glossa interlinearis dicit, quòd ille est ouis sine cauda, qui nõ cogitat de nouissimis. Cauda est extremitas animalis, & ille est quasi animal sine cauda, qui de rebus futuris æternæ vitæ nõ cogitat. Et ex eo quòd cauda careat, prouenit, vt nec aures habeat. Ex eo enim quòd de rebus futuri sęculi nõ cogitet, prouenit, vt quasi auribus priuatus,

Leui. 22. Glossa inter li. sup. Leuit. 22

6 cũ illa amẽtia in pœnã peccatorũ suorũ maneat. Hoc animal non vult Deus in suũ sacrificiũ acceptare. Si ergò sumus ò fratres mei amputatis auribus, quod remediũ habebimus, vt in diuinam Dei gratiam redeamus: & illi iterũ acceptabiles efficiamur? Ille cuius auriculam sanctus Petrus amputauit, ad recuperãdum eam accessit & Christus Redẽptor noster manibus accepit eam & illi restituit. O Christe vitæ reparator vere miseriarum nostrarũ curator. Ecce nos omnes hic sumus amputatis auribus, nõ à sancto Petro: sed propter scelera nostra, te ergo supplices exoramus, vt nobis aures restituas: vt nobis concedas attentionem, & amorẽ tuæ cœlestis doctrinę: vt ita in visceribus nostris imprimatur, & in nobis fructificet sicut tu vis. Ita debetis fratres mei hunc diuinum medicum supplicare, quando ad audiendam prædicationem acceditis.

7 Interrogantibus autẽ S. Apostolis, quidnã illa parabola significaret, cœpit illã Dñs exponere, & dicere, *Semen est Verbum Dei*. Poterit aliquis dicere, Arist. dixit, q̃ omnes transferẽtes secundũ aliquã similitudinẽ trãsferunt. Ergo siquidẽ filius Dei, verbũ diuinũ grano comparat, in aliqua re oportet illa esse similia. Ad hoc respondeo quod non solum in vna re, sed etiam in multis diuinum verbum, & semen conueniunt: ex quibus duas tantum res in quibus assimilantur nunc dicam. Altera est, quòd semen habet proximam virtutem ad producendum fructum: & talem virtutem habet verbũ Dei, quod est initium, per quod consecuturi sumus fructum gloriæ. Subtilis Doctor Scotus dicit, quòd quemadmodum vltimum, quod ex arbore speramus, est fructus, nõ vt illum serue-

Arist. 6. Topic. c. 2.

Scotus in. 1. dist. 1. q. 3. ad. 1

seruemus: sed vt eo perfruamur (fructus enim à fruendo dicitur, 8
D. Tho. 1. 2. q. 11. ar. 1. vel e conuerso vt asserit angelicus Doctor, & fructus nascitur à flo
re, flos autē à ramo producitur, ramus verò à stipite proficiscitur,
stipes autē à radice exijt, radix autē à semine generatur.) Sic Deus
noster vltimus finis est, & fructus à nobis expectatus, quo, ipso
præstāte, fruituri sumus. Itaque vltimū expectatum ab homine,
seu vltimus eius finis Deus, fructus spiritualiter acceptus, dicitur.
Hæc autē fructus acceptio, inter alias, pluribus in locis ponitur à
D. Tho. 1. 2. q. 11. arti. 1. & q. 7. ar tic. 1 & in 4. senten. d. 49. q. 5. art. 2. & in additio. ad. 3. p. q. 96. ar. 2 D. Thoma. Ieiunamus, ac laboramus, ex omnibus ergo Christia-
nis exercitationibus, quem fructum nos percepturos speramus?
speramus, q Deus semetipsum per claram visionem nobis conce
dat. Vnde ergo nobis dimanat, quòd hunc fructum cōsequamur,
qui est Deus? Dico quod visio Dei, & eius possessio, per chari-
tatem impetratur. Sine illa enim nec eleemosynæ, nec mortis qui
dem perpessio aliquid prosunt, vt affirmat Sanctus Paulus cùm 9
dicit, Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,
charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas au-
1. Cor. 3 tem ex fide proficiscitur: fides enim me docet, quòd Deus est su
premum bonum: & quòd idcircò debeo illum diligere. Fides etiā
docet me maxima beneficia, quæ in me contulit, quòd propter
me descendit de cælis, & homo factus est. Crucifixus est etiā pro
me, &c. Et ex alia parte lumē naturale mihi dictat, vt sim gratus.
Atque hinc venio ad concipiendum amorem huius optimi Dei;
& quoad possum in hoc amore accrescere, & proficere viriliter cu
ro. Ecce quomodo charitas, & amor ex fide procedit, & ideo di-
Hebr. 11 xit Sanctus Paulus, sine fide impossibile est placere Deo. Ille ve
rò Deo placet, qui eum diligit. Ex quo manifeste apparet, quod 10
tantum dixit in hoc, ac si diceret: sine fide impossibile est Deum
diligere. Res autem fidei sunt tam excellentes, vt nullum huma-
Roma. 10 num ingenium quantumuis acre, & subtile illas possit adipisci:
quas si adipisceretur, iam non esset fides. Et ideo ad hanc fidem ha
bendam oportet nos audire verbum Dei: vt exaggerat Sanctus
Paulus dicens, Quomodo credent ei qui non audierunt? & postea
concludit dicēs, Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum
Christi. Et ita apparet quomodo ad impetrandam fidem necesse
est verbum Domini audire. Ecce quomodo Deus, qui est fructus,
quem speramus, non impetratur sine charitate: & charitas non
impetratur sine fide, fides autem non acquiritur sine prædicatio-
ne

11 ne diuini verbi: atq; ideò cum maxima conuenientia illud vocat
Dñs semen siquidem (vt probatum est) per illud hic diuinus fru
ctus comparatur. ¶ Altera res, in qua verbum Dei simile est semi
ni hæc est. Quòd sicut necesse est, quòd semē incorporetur in ter
ra, & radices agat, atque in ea conseruetur: & ita fructum fert, Sic
verbum Dei fructum fert si in humano corde satum, summa cum
affectione illic seruatur: vt faciebat Dauid cùm dicebat: in corde *Psalm.118.*
meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi: & eo quòd ita non
conseruatur, tàm parū operationis & fructus facit in plurimis au-
dientium cordibus. Hac de causa Beatus Iacobus admonens ho- *Iacob.1.*
mines, vt ex diuino verbo fructum perciperent, & secundum il-
lud operarentur, admirabili quadam comparatione explicuit,
quòd ex eo quòd illud audientes non conseruarent proueniebat,
12 quòd illud opere non exequerentur, dicens: estote factores verbi,
& non auditores tantum, fallentes vosmetipsos, quia si quis audi-
tor est verbi, & non factor, hic cōparabitur viro consideranti vul
tum natiuitatis suæ in speculo: considerauit enim se, & abijt & sta
tim oblitus est qualis fuerit. Primùm notate quod dicit, quia deci
pit homo semetipsum, cùm solūmodo contentus est verbum Dei
audire. Dicunt multi: ad prædicationem vadimus & nihil est am
plius: & remanent valdè contenti arbitrantes illud sufficere. Secū
dò notate diligenter, quòd posuit similitudinē viri contēplantis
se in speculo: quia qui sunt viri, vt esse oportet, & non fœmineis
moribus assuefacti, si aliquando faciem suam ad speculum aspi-
ciunt, est tam celeriter, & (vt aiunt) per transennam, & tam paruā
reflexionem in speculo faciunt, vt statim obliuiscantur imaginis
13 suæ, quam illic perspexerunt. Non autem posuit similitudinem
mulieris considerantis se in speculo. Nam mulier non celeriter,
sed prolixè vultum suum contemplatur, & faciem suam secundū
speculum adaptat, & exornat, & defectum, quem in ea animad-
uertit diligenter tollit: & denique vtitur speculo, & ex eo vtilita-
tem percipit: vir autem aspicit se celeriter, nec se adaptat, secun-
dum quod videt in speculo. Et si hoc factum fuit in illo tempore
quando Sanctus Iacobus hoc scripsit: nunc autem sunt iam viri
tam parum curantes ea quæ virilia sunt, & tam fœminei, vt quasi
fœminæ sese ad speculum componant, & exornent. Siquidem
ergo hic Sanctus Apostolus comparat verbum Dei speculo,
oportet vos considerare, quòd quando prædicatur verbum diui-

nus sermo, proponitur vobis ante oculos speculum, in quo ma- 14
culas, & defectus vestros animaduertatis, & eos corrigatis, & valde prolixe vos in hoc speculo aspiciatis, & respicitis, ruminantes cogitatione, quod in prædicatione dicitur: vt secundum illud animas vestras componatis. Hoc est enim semen conseruare, vt fructum ferat. Et ex eo quòd homines cum hac attentione in hoc diuino speculo se non contemplentur (dicit Sanctus Iacobus) prouenit, quòd tam parum fructus ex eo percipiantur. Et quòd peius est, sæpenumerò non solum non percipiunt homines ex prædicatione fructum, sed cùm sit speculum, quod eorum maculas, & deformitates illis repræsentauit, de eo murmurãtes abeũt.

Simile. De simia dicitur, quòd si quando contingit, vt se in speculo videat, cùm illic tam deformem, immũdam, ac nigram se animad-
uertat, tantam rabiem in speculum concipit, vt si possit, illud con 15
fringat. Quid similius dici potest ijs, quæ faciunt homines malæ conscientiæ? qui pleni indignatione, & rabie, quia in prædicatione illis dicitur quales sint, & eorum deformitates illis præsentantur, vellent prædicatorem viuum comedere, & illum perdere, ac cœlestem doctrinam, quam prædicat confringere, & annihilare, ac penitus labefactare. O simiæ simiæ. Ecquid habet culpę verbũ Dei, aut concionator, qui Dei nomine illud prædicat, si vos estis deformes, immundi, & diaboli effecti? Curate ergò fratres mei vobis remedium adhibere, siquidem tam propinquum, & paratum est auxilium Dei, nec queramini de eo qui nullã vobis habet culpam, & munus suum exequitur, vt debet.

Optimè vidistis quomodo Beatus Iacobus in his verbis nos do 16
ceat, maximè necessarium esse reflexionẽ facere in verbo diuino, & vt in corde magnopere conseruetur, vt radices agat, & fructum

Eccles. 2. ferat. Et ita profectò faciunt iusti, vt affirmat Ecclesiasticus dicẽs: qui diligunt illum conseruabunt verbum illius. Amor habet maximam memoriam, qui verè alterũ diligit omnia eius verba, etiã & minima, & quæ per risum dicũtur memoriæ affigit, & in pectore suo cõseruat. Sic qui maximo animi affectu Deũ diligunt, eius verba in pectore suo scribunt, & ita memorię affigunt, vt nunquã aut saltem difficillimè obliuioni ea tradant. Contra vero vbi non est amor, non aduertitur quid dicatur, nec loquẽtis verba æstimãtur. O quantum est circa hoc plorandũ? profectò quia verba Dei non percipimus, tãquam verba illius, quem diligimus, ideo tam

facilè

17 facile nobis à memoria excidunt, nec ad ea attendimus, aut illa ali
quid æstimamus. Mementote fratres mei quomodò percipitis
verba amici vestri, quē valde diligitis: & quàm libenter in corde
vestro assident, & quàm fixa vobis in memoria remanent: & eru-
bescite, ex hoc enim intelligetis quàm parum Deum ametis, cum
tam facile obliuiscamini illorum omnium, quæ vobis eius no-
mine dicuntur. Radices, quas hoc diuinum semen agit in anima,
sunt intentiones bene operandi, in alijs eas agit maiores, in alijs
verò minores. Aliqui firmissima proposita cōcipiunt, & statuūt
se potius morituros esse, quàm quòd illa opere non exequantur.
Alij autem remisse proponūt, & paruas radices in illis verbū Dei
agit, de quibus dicitur. Adulterinæ plantationes non dabunt ra- *Sapi.4.*
dices altas. Hi sunt quorū pater est diabolus. Plantæ illegitimæ,
18 quanquam proponunt bene agere quū audiunt prædicationem,
postquā tamen illinc exeūt nihil est amplius. Sicut oua, quæ sunt *Simile.*
in igne sudant, & à se guttas aquę immittūt, cùm autem ab igne se
parantur, statim sicca remanent, vt antea. ita mali quanuis ali-
quandò prædicationem audientes, suspiria, & lachrymas profun
dunt, cum primum ex templo exeunt exsiccantur vt antea, quia
verbum Dei in illis non egit profundas radices: nec ipsi firmissi-
ma proposita operandi boni conceperunt. Non sic bonis contin- *Eccle.24.*
git, sed in illis adimpletur quod præcipit Deus suo diuino verbo
dicens. In electis meis mitte radices. Iusti exeunt cum tam con-
stātibus propositis, vt quales fuerint radices, optime in fructibus
perspiciatur. O quam iucundum est prædicatori talibus homini
bus prædicare! Idcircò dicebat Esaias Audite verbum Domini, *Esai.66.*
19 qui tremitis ad verbum eius. Vobis gaudeo prædicare (inquit Sā
ctus propheta) qui audientes verbum Dei: toto corpore contre-
miscitis: & statim conuertimini, & ex eo fructum percipitis.

Ecce rationes, quare dicit Dominus quòd semē est verbū Dei.
Seminator autem est ipse Iesus Christus summus mundi Magi-
ster, de quo intelligitur illud, *Exijt qui seminat seminare semen suum.*
Exijt enim hic diuinus seminator in sua sanctissima natiuitate,
ad seminandum diuinum semen sui cælestis verbi in hominum
cordibus. Quando agricola exit diluculo ad serendum, vadit to- *Simile.*
tus capitio coopertus propter nimium frigus: cum verò sol exit
incipit sudare, in meridie autē propter nimium calorem, quo gra
uatur, exuit se capitio, vt melius possit serere, & illud à quercu-

suspēdit. Ita hic diuinus seminator exijt in aurora natiuitatis suæ, 20
sanctissimæ carnis suæ capitio coopertus, & hyemis frigore coar
ctatus: & statim admirabili paupertatis, humilitatis, & obedien
tiæ exemplo cœpit seminare. Adueniente autem humanæ vitæ
meridie (qui solet esse trigesimo tertio anno) præ nimio charita-
Luc. 22. tis calore cœpit in horto Gethsemani sanguineos sudores emitte
re: quando factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurren-
tis in terram. O diuine seminator fili æterni Dei si tanto agone
in ista agricultura fatigatus es, fac Domine sicut & alij agricolæ face
re solent, exue te capitio & suspende illud in arbore. Et ita fuit,
quod præ nimio calore ardentissimi amoris sui in nos, exuit se
sanctissimi corporis sui capitio, & illud in crucis arbore suspen-
sum reliquit, separans illud ab anima, non tamen à diuinitate, vt
melius seminaret. Hoc est vt magis eius verba in visceribus no- 21
stris imprimerentur, cùm illa tanta patientia, & amore seminaret.
Et sic talem effectum hoc diuinum semen effecit, vt breui tempo
re per vniuersum orbē ex eo fructus fuerit perceptus. Quod mul-
Psalm. 66. to tēpore antea mirabatur sanctus propheta Esaias in spiritu, cum
dixit. Antequā parturiret peperit: antequam veniret partus eius
peperit masculum. Quis audiuit vnquā tale? & quis vidit huic si-
mile? nunquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul,
Hieron. lib. quia parturiuit, & peperit Sion filios suos? vt Sanctus Hierony-
7. Ecclesi hi mus super hunc locum scripsit, omnes has admirationes facit
sto. c. 4. sanctus Propheta, propter rem vnam, quæ terram, ac cælū etiam
obstupefecit. Quæ fuit quomodo verbum Iesu Christi tam bre-
ui tempore in vniuerso orbe tantum fructum tulerit. Hoc est
enim quod ad literam significat illa sententia: antequam parturi 22
ret peperit, id est, quòd antequam tēpus esset, vt crucis, diuineque
prædicationis fructus prodiret, iam mundus conuersus erat. Hoc
autē quod omnes ad laudandum Deum summopere inducit, nos
inuitat, vt maximè verecundemur: & magno cū dolore calamita-
tem nostrā maximam lachrymemur, quòd in illo tēpore tā breui
tē diuinū verbū tantum fructum produceret, nunc vero nos tam
parum feramus: quod est satis magnæ iniucunditati, ac mœrori
Simile. seruis Dei, qui de hac re agunt. Quemadmodum enim hortula-
nus magnopere delectatur, videns arbores, quas ipse plantauit
fructibus oneratas: & agricola lætitia afficitur videns agrum,
quem ipse excoluit, & à quo nemorosa ligna euulsit, fructiferis
sege-

23 segetibus onustum. E contrà verò hi affliguntur quum vident,
quod brachia, & corpus suum fatigauerint, omnemque diligen-
tiam suam in cassum adhibuerint. Ita prædicatores lætantur
summoperè animaduertentes, quòd populi, quibus prędicant, in
virtute proficiunt: quæ sunt arbores ipsorum manibus planta-
tæ, & doctrinæ cælestis aqua irrigatæ, & sunt ager eorum sudo-
re ac diligentia excultus, ac nemoribus purgatus. E contra ve-
rò non possunt non contristari, & exanimari, videntes quòd
post tantam diligentiam, tam paucus sit spiritualis prouentus.
Quapropter fratres mei humiliter per charitatem Dei vos depre
cor, ne patiamini labores, ac sudores nostros frustra emitti. Et
animaduertite, & magnoperè hoc timete quod vobis volo dice-
re, scilicet, quòd vnum ex signis, quæ sancti assignant reproba-
24 tionis, est quòd quis prædicationes audiat, nec tamen ex illis fru
ctum percipiat. Et ne arbitremini meum esse insomnium, vide-
te quàm ad literam hoc affirmat Sanctus Paulus dicens: terra *Hebr. 6.*
enim sæpè venientem super se bibens imbrem, & germinans her
bam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem
à Deo: proferens autem spinas, ac tribulos reproba est & maledi-
cto proxima, cuius consummatio in combustionem. O terribi-
lia verba, quid magis metuendum dici poterat? O quàm insensi-
bilis erit anima & quàm marmorea, quæ hoc non senserit, & ti-
muerit, execramini terram, quæ cùm colatur, & irrigetur nul-
lum tamen alium fructum profert præter spinas, & vepres. Re-
proba est (dicit Sanctus Paulus) terra, est digna, quæ ab omnibus
despiciatur, & maledicatur; & occasionem præbet illis, qui in illa
25 laborarunt, vt dicant: Tandiu in hac terra laborauimus, nec tamē
fructum facit, maledicta sit talis terra. Maledicto proxima est.
Væ tibi animæ miseræ, ad te enim omnia hæc verba diriguntur:
tu es quæ tua duritate, obstinatione, & sterilitate, signum perhi-
bes, quòd reprobata es, & maledicto Dei proxima; & quod iam
diuina Maiestas te non amplius speret, sed in illum æternum ig-
nem inferni præcipitet.

Dicit vlterius Sanctum Euangelium: *Et dum seminat, aliud ceci-
dit secus viam.* Profectò si hic seminator esset terrestris, minimè du
bitarem, quare semen in malam terram, inter spinas, lapides,
& secus viam seminaverit. Verum ò magne Deus, qui es semi-
nator, & non cessas seminare, quare Domine immittis semen

ſecùs viam, vt veniant aues, & comedant illud, & beſtiæ concul- 26
cent illud? quare illud ſeminas inter ſpinas, quæ illud ſuffocent?
O maximam miſericordiam, & liberalitatem Dei, etſi enim in
mala terra ſeminat, culpa tamen non eſt Dei; ſed terræ niſi fru-
1.Timo.2. ctum ferat. Vt enim Sanctus Paulus de hoc clementiſsimo Do-
mino loquens dicit: qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad ag-
nitionem veritatis venire. Et adeò vult vnumquenque ſaluum
fieri, vt ad illud ſufficiens illi præſtet auxilium, & hoc quod di
cit quòd ſeminat Deus ſemen ſuum in omnibus partibus terræ
ſignificat, quòd omnibus ſufficiens auxilium præſtat, vt ſaluen-
tur. Syndereſis illa, ac naturale rationis lumen, granum eſt ſatum
à Deo in omnibus, bonis, & malis. Granum autem ſui diuini ver
bi de quo hic peculiariter loquitur, dici poteſt, quòd in tam diuer
ſis terris ſeminauit; quia cùm ſint terræ intellectuales, & ratio 27
nales, quæ hodie eſt plena lapidibus, & ſpinis, cras, atque etiam
hodie poteſt eſſe mollis, & purgata. Atque ideò ſeritur in terra
bona, vt melior efficiatur, & in mala, vt bona reddatur. Terra viæ
ſignificat peccatores publicos, & inhoneſtos, quæ ſunt viæ, per
quas multi pergunt in infernum. Talis erat Magdalena, & vt
primùm Deus in illa ſeminauit, ex via publica, effecta eſt vna
ex magis ſecretis, & honeſtioribus terris Eccleſiæ: ita vt digna
fuerit eſſe comes ſacratiſsimæ virginis Mariæ Dominæ no-
ſtræ. Terra plena lapidibus ſignificat homines duros, & ob-
Acto 9. ſtinatos. Talis erat Sanctus Paulus, & cùm primùm Deus in eo
ſeminauit, tam mollis terra effectus eſt, vt diceret, Domine quid
me vis facere? per terram habentem ſpinas homines diuites de-
ſignantur, & per ſpinas diuitiæ ſignificantur. Vide pater quòd 28
nummi ſunt molles, & diuitiæ ſuaues, quomodo ergo dicis, quòd
ſunt ſpinæ? O maximum myſterium, niſi ſuperna veritas hoc
dixiſſet, quis vnquam tale credere potuiſſet? ſpinæ feriunt,
& compungunt; diuitiæ verò afferunt voluptatem, quo-
modo igitur vnum congruit cum altero? accipite manibus
ſpinas, & ferient vos: accipite verò nummos, & lætificabunt
cor veſtrum. Quis autem dubitat, quin optimè dictum fue-
rit, quod Deus dixerit? & quandoquidem ipſe diuitias ſpi-
nas nuncupauit: non potuit eſſe ſine maxima conuenientia.
Hoc autem per ſpinarum proprietates cognoſcetis, quarum vna
eſt, quòd ſpinæ ſunt lacertorum, atque immundorum anima-
lium

29 lium latibula. Insectamini lacertum, aut colubrum, & statim inter spinas absconditur: cupidus autem, quid aliud est, quam latibulum; in quo vitia absconduntur? Idcirco Sanctus Paulus loquens de cupiditate dixit, qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa, inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem ò homo Dei hæc fuge. Liberet nos Deus à tam mala peste, quæ in tot tantaque præcipitia hominem deducit. Perpendite diligenter vnumquodque horum verborum Sancti Pauli, & videbitis quot incommoda cupiditas afferat, & quomodo cupidus homo sit quasi rubetum, in quo venenosa anima- *1.Tim.6.*
30 lia absconduntur. Quapropter concludit dicens: tu verò ò homo Dei hæc fuge. Date mihi hominem, qui omni cura ac vigilantia diuitias acquirat, & velit tantum diues fieri: & ego illum vobis dabo mendacem. Interrogat quis illum: Domine, quanti æstimatur hic pannus in singulos cubitos? Respondet ille, Domine duodecim drachmis: & iurat quòd tāti illū emit. Quomodo ergò ex hac mercatione victum acquireres, si verum esset istud, quod dicebas? mentiris, & periurium committis pro cupiditate assis. Et non solum dabo illum periurum, sed etiā proditorem, hic enim pro centum aureis vniuersum genus suum prodet, & patriæ suæ erit perfidus. Etiam cupiditas est mater inuidiæ, ex inuidia autem oritur ira, & cum ira plurima insulta committuntur. Alia proprietas spinarum est, quod in extremitate feriunt. Sic diui-
31 tiæ nunc videntur dulces, ac iucundæ: in extremitate verò: hoc est in morte: illic feriunt, illic ita sunt asperæ, vt sanguinem faciāt exire. O quàm miserè: quanta cum afflictione, & dolore moritur auarus, quanto dolore afficitur, eò quod diuitias, quas cum tanto sudore vultus sui, & cum tam iniustis & illicitis negotiationibus, ac tot vsuris acquisiuit, eas nunc inuitus relinquat. Quare affligeris infœlix diues? crucior, quia nunc spinarum extremitatibus compungor. Et nunc est quando verè me tangūt, & in me impletur quod diuina sapientia dixit, quòd extrema gaudij luctus occupat. Solēt pueri, vt alios decipiāt, in rosa pulcherrima spinā abscondere, & cum illam alij tam pulchram aspiciant, applicari eam sinunt naribus, vt sibi oleat. cùm primum autem *Prou.14.* *Simile.*

ad nares rosa accedit, statim à spina stimulatur. Sic facit diabolus, 32
qui nummorũ ac temporalium bonorum pulchritudine, in quibus
latet spina, homines decipit. Nunc non sentis spinam, quod est
peccatũ, hac tẽporaliũ rerum specie, & pulchritudine deceptus,
cum autem accesseris, ad percipiendum odorem, & ad intelligen
dum, quid hæc omnia sint, (quod erit in hora mortis, quæ est ho-
ra, in qua omnis dolus detegitur) tunc ab illa spina, & stimulo con
1. Cor. 15. pungeris de quo dixit Sanctus Paulus. Stimulus enim mortis pec-
catum est. Idcircò meritò Dominus spinis diuitias comparauit.
Et quando inter has spinas excidit verbum Dei, nullum fructum
fert, curæ enim & earum solicitudines, omnẽ cordis substantiam
sugunt, & illud impediunt. & sic manet diuinũ verbum suffoca-
Exod. 3. tum, vt nequaquam possit fructum facere. Vidit Moyses rubum,
qui ardebat, & non comburebatur, & tam nouam rem admirans 33
dixit: vadam. & videbo visionem hanc magnam. Quid esset fra-
tres si nunc videretis non vnum tantum; sed plurimos rubos igne
inflammatos, qui tamen nõ comburerentur? Quotidiè profectò
illos proprijs oculis aspicitis; & quod hæc sit res tam frequens,
ideò illam non admiramur. Auarus est quidam rubus, vt sancto
hoc Euangelio comprobauimus. Ignis est verbum Dei, sic dixit
Hierem. 23 Dominus per Hierem. nunquid non verba mea quasi ignis? In-
flammatus est ergò ignis in rubeto: quia auarus, & cupidus ad prę
dicationẽ venit, & optimè intelligit, quod prædicatur, & scit sen-
tentias, comparationes, & considerationes, quas audiuit, refer-
re. Hic autem ignis non consumit eius imperfectiones; siquidem
in eisdem peccatis remanet, cùm diuina verba in eius visceribus 34
non fuerint impressa. Eccè miraculum Sathanæ, quòd rubus ig-
ni inflammatus non consumitur. Quot autem ex his sint in mun
do fideles testes estis vos, qui videntes illos propter eorum multi
tudinem iam non admiramini? O fratres charissimi per charita-
tem Dei vos rogo, vt has spinas euellatis: ne in vobis tanta doctri-
na & tantum bonum amittatur.

Terra bona ij sunt, qui corde bono & magna animi affectione
diuinũ verbũ suscipiunt, illudq; in corde suo retinẽt, & diligẽtis-
simè, ac patientissimè exequuntur. De his dicit Dñs; quod: *Fructũ
afferunt in patientia.* Nã ad fructificandũ in rebus, quas diuinum ver
bum docet, cùm sint sensualitati contrarię maximè est necessaria
patientia: quæ nisi sit, quem fructum, potest ferre verbum Dei
in ani-

35 in anima? Nunc vellem ego scire, quænam harum terrarum sitis,
qui in hac vrbe cōmoramini? si forte estis terra bona? Ad hoc (cre-
do) respondebitis, quòd non: licèt enim inter vos sint multi opti-
mi Christiani, ac Deum timentes, qui sunt terra bona, & fructum
centuplum afferunt, veruntamen video tot cursatores viarum, tot
meretrices, tot lusores, tantamque prophanitatem aspicio, & quòd
non acceditis ad prædicationem tanto feruore, quanto oporte-
ret vos accedere: atque ideò securè possum dicere, vos non esse
terram bonam. Estis ne ergo terra viæ? non. Viæ enim sunt re-
gum curiæ, & domus potentissimorum dominorum, quæ sunt
viæ publicæ, quę ducunt in infernum: illic enim publicè peccant
homines, & gloriantur se esse malos. Illic, qui magis lasciuè amat,
& qui prophanior est, nobiliorem se existimat. Illic qui meliùs
36 scit murmurare de proximis suis, illosque suis cauillatorijs ver-
bis infamare, pluris æstimatur. Illic denique videntur iumenta
soluta, & libera incedere; quæ est vita bestialis, & carnalis, quæ
diuinum semen, (quod est verbum Dei) calcibus suis conterit, &
conculcat. Quænam igitur terra estis? Nunquid estis terra spina-
rum? Non: quamuis enim inter vos sint multi diuites, & multa ne
gotia agūtur, plura tamē aguntur in alijs vrbibus, vt Hispali, Vly
ssibonæ, Venetijs, &c. Illæ sunt terræ spinarum, vbi tot sunt nego
tia, cupiditates, vsuræ, ac fraudes; vt vix Dñi nostri Iesu Christi
Euangelio credere videantur. Quæ ergo terra estis? Dico, quòd
estis lapides duri, saxa sicca, in quibus verbum Dei nō inuenit di-
spositionem, vt radices agat. Dixit sapiens quidam: Gutta cauat
lapidem, non vi, sed sæpe cadendo. Cùm autem in vos incidant
37 canales, & fluuij etiam capitales maximorum prædicatorum, ac
magistrorum, nullam tamen in vobis impressionē faciunt. Ver-
bū Domini cum alacritate percipitis, statim tamen exsiccatur &
arescit, eo quod spirituali affectu, & deuotionis spiritu caretis. Et Simile.
ita quo plures prædicationes auditis, eo duriores remanetis, tan-
quam saxa fluuij, per quæ quanto plus aquæ præterit, tanto du-
riora remanent. Quis ergo vobis cor dabit carneum, nisi ille qui cùm Ioan. 1.
esset verbum, caro factum est propter nos? quis hos lapides scin- Matt. 27.
det, nisi ille, in cuius morte petræ scissæ sunt? qui que omnipoten Exod. 31.
tiæ suæ digito suam diuinam legem in lapideis tabulis inscripsit?
O Christe potentissime rerum omnium Domine, deprecor te,
vt per tuam admirabilem potentiam has duritates confringas,

cordaque hæc mollifices, vt cæleste verbi tui semen accipiant. 38
Hoc Euangelium nobis proponit sancta Ecclesia nunc ante
Quadragesimam, vt dispositi, & præparati simus ad prædicatio-
nes percipiendas, quæ in Quadragesima prædicandæ sunt. Itaq;
vt doctrina, quam audituri sumus non sit in nobis vana, & inuti-
lis. Ex hoc autem apparet quales simus nos, quia cùm modo prę
parati essemus terrā, vt facit bonus agricola, ante quam serat:
recipiētes nos ad maximam orationem, diuinarumq; rerum con
templationem, ac sanctissima sacramenta; quæ summoperè ani-
mas disponunt: nunc magis in his paucis diebus, quàm in toto
anno dissoluimur, & deprauamur. Ita, vt nunc contendere vi-
deamur, quis plus manducabit, quis plus ludet, & maiores turpi-
tudines committet, &c. Itaque cùm Quadragesima accedit, ita
peccatis fatigati sumus, & aliqui præ nimia ciborum copia infir- 39
mi, vt nulla in nobis ad bonum sit dispositio. Scitis quid mihi vi-
detur diabolus his diebus facere, qui carnispriuio sunt proximi?
Simile. facit ex hominibus mulas locatas. Videbitis aliquos homines
tam malæ conscientiæ, qui cùm mulam conducant, & videant
tempus conductionis esse breue, illam nimis fatigant, calcaribus
crebro stimulant, modicum cibi illi præstant, onus grauissi-
mum imponunt: ita denique eam tractant, vt cum ad domum do
mini sui accedit, minimè illi toto illo mense possit seruire, at-
que etiam aliquando moritur. O homines peiores bestijs, quid
de vobis dicam? quos ita diabolus his diebus trahit, vt mulas con-
ductas: cum videat tempus peccandi breuiari, ac tempus benè
operandi propinquare, dicit: Hæ bestiæ meæ sunt, ego illas pro
voluptate conduxi, tempus est breue, accedit enim Quadragesi- 40
ma, quid remedij est? imponamus nunc illis grauissima onera:
veniant carnales voluptates: veniant ludi, conuiuia, murmuratio
nes, & his similia: nullum sit flagitij genus quod non committa-
tur: ita denique illos fatigat, vt cum accedunt ad domum domini
sui, qui est Deus, tam perditi, ac sceleribus oppressi perueniant,
vt in tota Quadragesima non possint Deo seruire. Quomodo
enim ieiunabit, qui propter nimiam ciborum copiā ægrotat, &
necesse est, vt sumat potiones? quomodo erogabit eleemosynas,
qui totam substantiam suam ludendo dissipauit? quomodo visi-
tabit domos pauperum, aut ad audiēdam prædicationem veniet
qui noctu vias cursans, cecidit, & crura perfregit? tot tantisq; one-
ribus

4 tribus illos Sathanas oppressit, vt peccatorum onera animę capat
quæ est ratio supergressæ fuerint, & ita conturbata est eorum ra-
tio, vt miseri de se nesciant. Ecce quid sumus, & quomodo diui-
nis artificijs vtimur, quæ alma mater Ecclesia à Spiritu sancto il-
luminata inuenit, vt nos ad omne bonum incitet; nos vero ex ni-
hilo fructum percipimus. Pudeat ergo nos tantæ prophanitatis,
& his sanctis admonitionibus vtamur: & Dominus nobis gratiā
suā hic conferet, qua sempiternam gloriam consequamur: ad quā
nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Dominica. in Quinquagesima.

1 *Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò, &c.* Lucæ.18.

PROFICISCENS Dñs Iesus Hierusalē cū
discipulis suis, assumpsit eos seorsum, & arcanū illud
tam secretum, & mysteriosum, scilicet, quòd vita mori
tura erat, illis reuelauit, dicens: Ecce ascendimus Hie-
rosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per
Prophetas de filio hominis. Appellat se hic filius Dei filium ho-
minis, ad significādū affectionē, qua hominē diligit. Est hæc Scri
pturæ phrasis, quod quando Spiritus sanctus vult significare affe
ctionem, qua aliquis aliquam rem diligit, vocat illum filium eius
rei quā diligit. Sicut filios lucis vocat maximos amatores virtutis,
filios huius seculi eos appellat qui huius seculi res magnopere di
2 ligūt. Ita hic Christus Redemptor noster vocat se filiū hominis, ac
significat, qui maximo cordis affectu hominē amat, atq; illi seruit.
O quàm dulce verbum est hoc, cùm dicitur quòd filius Dei tui
amator est, o homo, & in tuo seruitio maximè occupatur. Tu verò
nescis dimidium horæ noctis, aut diei hunc Domino seruire; cùm
totū tempus in mundi seruitute consumas. O quāta iniustitia est
nō soluere Deo hoc debitū, quod illi tāto iure debetur scilicet, vt
anima tota in eius seruitio occupetur, cùm sit res, quam ipse pe-
culiariter suam esse dicit, vt dixit per Ezechielem. Omnes ani- *Ezech. 18.*
mæ meæ sunt. Et quamuis (vt dixit Dauid) Domini est ter *Psalm. 23.*
ra, & plenitudo eius: quadam tamen singularitate, est res Dei
anima. Totum palatium regium est regis, & tamen dicitur illud
domici-

Simile. domicilium est reginę, & hoc est principis? & illud est regis, quia 3
rex peculiariter in eo habitat. Ita etsi omnia sunt Dei, peculiari-
ter tamē anima dicitur Dei esse, quia est eius domicilium, & ipse
vnus potest in eam ingredi, & habitare. Etiam dicitur quòd ani-
Simile. ma est Dei, quia ipse solus ex nihilo eam creat. Habet homo do
ctus plurimos libros, & inter eos habet vnum, quem ipse compo
suit, & dicit: Hic est meus liber. Quid? nonne sunt omnes tui? sic
(ait) sed hic est peculiariter meus, quia ego illum composui. Vt
Gen. 1. essent pisces, & aues dixit Deus: Producant aquæ reptile animæ
viuentis, & volatile super terrā. Atque vt essent animalia, dixit:
Producat terra animam viuentem in genere suo, iumēta, &c. Vt
essent plantæ, arbores, & herbæ, dixit Deus: Germinet terra her-
bam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum, &c.
vtens vnis creaturis, ad aliarum productionem. Animam verò 4
ipse solus ad imaginem, & similitudinem suam creat: & idcircò
particulariter dicitur eius esse. Tunc verò dicitur anima Deo red
di cùm illum amat, magis enim tunc est in dilecto, quàm in se.
Atque hinc est quod iusti vocātur viri Dei. Sic vocauit famulus
1. Reg. 9. Saulis Samuelem, dicens: Ecce vir Dei est in ciuitate hac. Et Saul
3. Reg. 17. dixit, ibidem: quid feremus ad virū Dei? Et mulier Sareptana di-
4. Reg. 1. xit Heliæ: In hoc cognoui, quoniā vir Dei es tu. Et famuli Ocho
4. Reg. 4. ziæ dixerunt Helię: Homo Dei rex præcepit, &c. Atq; Eliseus
sæpissimè dictus est vir Dei, & homo Dei. Lōgum esset nunc nu
merare quoties iusti in sacris literis viri Dei nuncupentur: id est,
traditi Deo, amatores diuinæ Maiestatis. Vt è contra dicuntur
viri Belial, & viri diuitiarum peccatores. Ideò Dauid dicebat:
Psalm. 118. Tuus sum ego saluum me fac. Ego Domine sum tuus, non sicut 5
homines seculares, qui dicūt: Totus sum tuus, faciā quicquid mi-
hi præceperis, & ne pedē quidem propter illū mouebū. Omnia
enim hæc sunt futilia verba, ac menti dissentanea, ne dicam ani-
mum occultantia, & mendacia. Non sum tuus hoc modo (ait Da-
uid) sed totus sum tuus, nec enim volo me diuidere, vt aliud præ-
Psalm. 110. ter te diligam. Et hoc ipsum significauit, dicens. Confitebor tibi
Domine in toto corde meo. Quid vis in hoc dicere Dauid? quod
totum cor meum Deo obtemperat, & seruit, ipsum contempla-
tur, & adorat. Fiat scrutinium in toto corde meo, & examinentur
omnia occulta eius, & in omnibus reperientur laudes Domini.
Omnes cogitationes meæ illum Deum ac Dominum meum fa-
tentur.

6 tentur. O benedicta anima, quæ ad hunc perfectionis gradum ac
cedit, & ita se totam Deo committit! Interrogabat Dauid, dicēs:
Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Et respōdet. Qui nō *Psal.14*
accepit in vano animam suam. In vano eā accepisti ò frater, nisi
illam exerceas in illis rebus, ad quæ creata fuit. Attende quòd ani
ma tua creata fuit, vt se totam Deo per amorē traderet. Et ita de
homine spirituali: & contemplatiuo dicitis. Est homo deditis si-
mus Deo. Heu heu, quam pauci sunt ex his! quàm dediti sunt
omnes mundo, diabolo, & carni: quàm pauci autem se Deo tra-
dunt? O fratres charissimi ne tantum latrocinium committatis:
ne Deo seruitium deprædemini, cùm tanto iure illi debeatur. At
tendite quòd dicitur filius hominis. Et propter vos proficiscitur
Hierosolymam, vt moriatur. Atque vt hoc beneficiū cognosca-
7 tis notate diligentissime verba quædam dulcissima, quæ hîc di-
uinus Dominus notificauit per Hieremiam, dicens. Ego autem *Hiere.3.*
dixi, quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram deside-
rabilem, hæreditatem præclaram exercituum gentium? & dixi,
Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. O diuina
verba! concedat nobis Dominus spiritum suum, & cordis teneri
tudinē, vt in cordibus nostris impressa maneant, ne vllo vnquā
tempore illorum obliuiscamur. Inuestigabat Christus filius Dei
modos, quibus nos in cælum introduceret. Quid (inquit) faciam?
quomodo animas ad cæleste regnum perducam? quomodo tam
iratos Patris mei oculos placabo? Et dixi. Patrem vocabis me.
Optimum remedium inueni, volo me facere patrem tuum, & te
in cruce filium meū instituere. Volo te illic ex visceribus & san-
8 guine meo generare. Hæ erant altissimi Domini curæ, hæ erant
eius vigiliæ, ad hoc omnem suam cogitationem adhibebat. Quo-
modo ponā te in filios? quomodo efficiam, vt hoc genus huma
num in filios meos conuertatur? In his remedijs inuestigandis vi-
gilabat. Quousque hominem filium suum efficeret, vt se ore ple-
no patrem vocare posset. Patrem vocabis me, & post me ingredi
nō cessabis. Vt cùm voce filij in cælum ingrediens pretiosissimo
illo sanguine indutus, atque illis telis amoris viscerum Iesu Chri-
sti coopertus, cum sic Patris oculis præsentetur, dicat ille clemen
tissimus Dominus. Hic ex meis est. Filius filij mei nepos meus
est, & siquidem nepos meus est, & illi domi meæ hæreditas com-
petit, eius portio erit cum Angelis. Hæreditatē præclaram. De
tur

tur illi pars sua in hac illustrissima hæreditate. Si hoc semper in 9
nostra memoria fixũ haberemus, quomodo esset possibile, quòd
pro tam singular. beneficio huic summo benefactori gratias non
Ester.6. ageremus? Beneficium quoddam, quod fecit Mardochæus regi
Assuero, iussit Rex in suis historijs annalibus scribi, vt Mardo-
chæus pro illo, præmium, & honorem acciperet, quanto magis
oportet nos hoc ineffabile beneficium in cordibus nostris scriptũ
habere, vt pro eo gratias Deo agere non cessemus, vt gratiam re-
tulit Assuerus, & beneficium illud satis digne persoluit Mardo-
chæo, etsi ne minimam quidem guttam sãguinis pro illo effudit.
O si in cordium nostrorum annalibus hoc ineffabile beneficium
legeremus, quod in nos contulit Iesus Christus redemptor noster
tanto cum labore suo sanguinem effundens, ac vitam perdens, vt
eius diuino amore, ac seruiendi illi desiderio inflammaremur. Vi- 10
de quot laboribus se tua causa obiecit, à te vero nihil aliud, quàm
suauissimum, ac minime laboriosum seruitium pro maiori parte
Hiere.6. exposcit, vt per Hiere. declarauit, dicens. State super vias & vide-
te, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambu-
late in ea. & inuenietis refrigerium animabus vestris, & dixerunt
(scilicet, impij) non ambulabimus. Considerate (ait Dominus)
omnes vias, per quas ab initio mundi filij Adæ ambularunt, & in
uenietis vnam tantũ esse bonam, & sine labore, quæ est seruitus,
& amor Dei, & per hãc ambulate, & inuenietis refrigerium anima
bus vestris: reliquæ enim viæ omnes sunt laboriosæ, & habẽt pro
Sap.5. consummatione æternam cõdemnationẽ. Ita fatentur codẽnati,
dicentes. Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias diffi-
ciles, &c. Mali autem in hac vita dicunt. Nõ ambulabimus in ista 11
via: videtur enim nobis nimis laboriosa. Huius rei rationẽ reddit
Psal.4. Dauid, dicens. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis
laborẽ in præcepto? idest, nũquid non tu, qui fingis præcepta Dei
esse grauia, sedes in flagitijs? sedes certe. Atq; ex eo quod in flagi-
tijs sedeas, prouenit, vt suauissima seruitij Dei via nimis tibi diffi-
cilis ac laboriosa videatur. Relinque frater viam iniquitatis, & ex
toto corde tuo ad Deum conuertere, & experieris qualem te sen-
Psal.54. ties: & quomodo postquam anima tua Deo vnita fuerit: ipse te
adiuuabit ad hoc onus portandum, vt tibi leuissimum appareat.
Iacta super Dominum curam tuam (dicebat Dauid.) Et ex He-
bræo transferri potest: iacta super Dominum pondus tuum.

Vtrun-

12 Vtrumque enim significat verbum Hebræum, quod illic est, & ipse te enutriet, vel vt alij vertunt: & ipse te sublenabit. Cũ tot igitur tantisque auxilijs quis non confortabitur ad seruiendum tam bono Domino, cum id tantopere facere debeamus? Pensate diligenter, quod dicit hic Dominus. *Ecce ascendimus Hierosolymam*. Et statim subdit dicens, *Tradetur*, scilicet, *filius hominis gentibus, & illudetur, & flagellabitur.* O Deus summe vadit flagellandus, & conspuendus. &c. & dicit se ascendere. Hoc descendere dico ego, & non ascendere. Iniuriarum enim acceptio descẽsus est, dico quòd optime congruit ascendere cum verberari, conspui, & crucifigi, quia est coniunctio, quam fecit Spiritus Sanctus, qui hæc omnia ita voluit coniungere, vt nobis significaret, quod scalæ ad ascendẽdum Hierusalem, & medium, quo salui fieri possumus, sunt Chri
13 sti Domini nostri tormenta: nam cum illis veniam, ac gratiam nobis promeruit, cœlique ianuam reserauit.

Notandum est etiã quòd non loquitur hic Dominus in prima sed in tertia persona, loquens de se ipso non dicit: tradar, illudar, & flagellabor, sed filius hominis tradetur, illudetur, & flagellabitur. Cuius rei ratio est, quia etsi in se, non tamen pro se, sed pro nobis passus est: vt affirmat. S. Paulus. dicẽs. Traditus est propter delicta nostra. E contra verò sancti Prophetæ cùm loquerẽtur de passione huius diuini redemptoris, loquuti sunt de illa sicut in sua propria persona, vt loquutus est Dauid, cùm dixit. Diuiserũt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, & foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. Et Hieremias dixit. Sustinui propter te opprobrium,
14 quia erant nostræ culpæ, quas Dominus persoluebat, & propter quas patiebatur, ideò Prophetæ, nostras vocant pœnas, quas ipse Dominus tolerauit. Etiam est diuina consideratio, vt anima gratitudine, & amore inflammetur, cogitatione euoluere, quòd Dominus tanto tempore ante passionem suã, omnia, quæ passurus erat penitus cognoscebat. Non solũ enim eius sanctissima anima illa omnia cognouit hac die in qua hæc discipulis suis reuelauit: sed in instanti, in quo creata fuit, vidit in verbo diuino omnia quę passurus erat, & illa libentissimè acceptauit, & statim eadem sentire cœpit. Cùm Abraham iret ad immolandum filium suum non ausus est illi aliquid de morte reuelare, etsi sanctus puer illum sæpe interrogabat dicẽs. Vbi est victima? Respondebat illi optimus senex

Roma. 4.
Psalm. 21.
Hiere. 15.
Gene. 22.

senex: Deus prouidebit sibi victimam holocausti fili mi, ne illum 15
tanto dolore afficeret, & ne mortis amaritudinem toties sentiret, nisi quando moriturus erat. Optimus autem Iesus mortem suam cunctis diebus vitæ suæ ante oculos tulit.

Offertur autem hic dubium quoddam, scilicet, quorsum alma mater ecclesia hodie hoc euangelium nobis proponit cum sit hoc tempus tantæ lætitiæ, præcipuè cum id, quod nobis in illo dicitur, decem, aut duodecim dies ante passionem Domini actum fuerit? Ad hoc respondeo, quòd patres antiqui Spiritus Sancti prouidentia gubernati euangelia secundũ tempora diuiserũt: vt prædicatores vos admoneamus quid in vnoquoque tempore facere debeatis. Sumus circa Quadragesimam, quod est tempus pœnitentiæ, in quo maximam oportet esse morum mutationem, atque alias spirituales exercitationes, & opera dissimillima ijs, quæ huc 16
usque acta sunt. Vt igitur sancta Ecclesia nos confortet ne hæc sancta exercitia nobis aspera videãtur: proponit nobis in hoc sancto Euangelio nostrum supernum ducem Iesum Christum filiũ Dei tam libenter, & tam forti animo ascendentem ad patiendum Hierosolymis, acsi ad splendidissima conuiuia, & maxima festa properaret: vt ita nos ad bona opera quantumuis difficilia cutrarens. Ecce ascendimus Hierosolymam dicit nobis dux cœlestis. Videte qua lætitia vado, non ascendo timidus, nec accedere recuso etsi scio quantis tormentis illic afficiendus sum. Singulari animi constantia, qua hoc dicebat ostendit maximam famem, quam habebat patiendi pro nobis, vt Hieremias significauerat, cum di-
Threno.3. xit, saturabitur opprobrijs. O quam acuta sagitta est hæc ad transfigenda corda, quod de Deo dicatur, quod tantam famē haberet 17
patiendi pro vili terræ vermiculo! & quam crudelis alapa est hæc animæ ingratæ, quæ nihil horum scit æstimare.

Etiam nobis hoc sanctum Euangelium proponitur, quia cùm in his diebus soleamus per plurima vitia effrænatè currere fræno nos coercet sancta mater Ecclesia sanctissimi sponsi sui Iesu Chri-
Simile. sti passionem nobis in memoriam reuocans, ac si dicat. O homo ne tam immoderatè comedas, & bibas, sed recordare, quanto pretio persoluit Iesus Christus vnam buccellam, quam Adam comedit. Habet se in hoc sancta Ecclesia sicut mulier, cuius virũ cũ inimici vitam interfecerint, ac ipsa filios suos videat cũ occisoribus patris sui fœdera pepigisse, ac amicitias inijsse, subuculã & tunicã vulne-

21 vulneribus trāsfossam, & illius sanguine cōspersam protrahit, vt sic illos à tam iniquorum hominum conuersatione semoueat; & eos exhortetur, vt patris sui interitum vlciscantur. Sic etiam cum ecclesia nos videat tam amicos vitiorum, quę patrem nostrum Iesum Christum occiderūt, vt nos ad illa execranda cōmoueat, atque ad interficiēda confortet, sanctissimum eius corpus verberibus, ac tormētis laceratum nobis hodie repręsentat. Verum quid esset si illi filij tam mali essent, vt cùm eorum mater tantam diligentiam adhibuisset, vt illos à malorum hominum familiaritate segregaret, ipsi tamen multo maiores amicitias cum occisoribus patris sui inirēt, nec rationem haberēt illorum, quę viderunt, nec miserę matris lachrymas æstimarent? O proteruos, & ingratos filios! Nō admiraremini fratres mei si tale videretis? Nunquid non
22 maximo supplicio dignos illos perfidos filios iudicaretis? quid dicitis? Nemo vestrûm esset, qui nō hoc tantum facinus miraretur. Quare ergo vestra tāta ingratitudine, & inhumanitate, nō obstupescitis? quare non erubescitis, quod hæc omnia ad literam de vobis merito dicātur? quòd nunc quando mater vestra hanc diligentiam adhibet maiori studio vitia amplectimini? O cælū, ò terra, ò insensibiles creaturę hoc tantum malum nobiscum sentite. Quo supplicio putatis tantam ingratitudinem esse digne puniendam? Timete magnopere fratres mei ne vobis cōtingat casus, qui habetur lege prima. C. de ijs, quibus vt indignis hęreditates auferūtur. *Lege prima. C de ijs quib. vt in dign.* Casus fuit hic: In ciuitate quadā erat mercator, qui habebat tres filios, qui iam vxorem duxerant, atq; hic contulit se in domum viri nobilis ad ludendum. Contigitq; vt inter ludendum rixarētur,
23 & occisus est mercator, cuius rei admoniti eius liberi nihil aliud curarūt, quam vt eius bona arriperent: & nō solum non vlti sunt patris sui mortem, sed ne dolorem quidem ostenderūt nec illum sepelire curauerunt. Dicit igitur imperator quod siquidē illi tam parum de patris sui honore curauerunt, & tam parum doloris ex eius morte perceperunt: paterna hæreditate priuentur. O fratres mei vtinam vobis non ita contingat, leuate oculos vestros, & intuemini illum qui crucifixus est. Dicite, nūquid non pater vester est? Sic: ita enim quotidie cōfitemini cum dicitis, Pater noster qui es in cęlis. Venit hic optimus pater in hūc mūdū, vt cum filijs hominum lætaretur, sic enim in libro Sapiētiæ dicitur delicie meæ esse cum filijs hominū, sed quia cū Iudæis rixatus est, corū vitia *Sapien. 8.*

reprehendens,ei vitam abſtulerunt.De hac re nos ſanctum euan 24
gelium hodie admonet: vos autem tanquam mali filij nihil aliud curatis,quam huius optimi patris defuncti bonis frui edentes,bibentes,ludentes,ac creaturis, quæ Dei ſunt diuitiæ male vtentes, nec magis eius mortē doletis,quàm ſi lapides eſſetis.In pœnā igitur tantæ ingratitudinis iuſtū eſt,vt huius optimi patris hæreditatem amittatis,quæ eſt gloria,ad quam creati fuiſtis.O quàm ad literā accidit hodie ſaluatori noſtro,quod cōtigit Dauid, qui cùm
2.Reg.15. furorem Abſalō fugeret cliuum oliuarū aſcēdens & flens nudis pedibus incedens,& operto capite,& omnis populus,qui erat cū eo plorans:egreſſus eſt ad eum vir nomine Semei,qui maledicebat,mittebatque lapides contra eum. O clementiſsime Ieſu,cùm hodie nobis repræſentetur,quomodo in Hieroſolymam aſcenderes,vt in monte Caluariæ plorares, & omnis tua ſancta familia vi 25
dens te ita afflictum,& contumelijs affectum,afflictionem tuam doleret:hoc tempore iniquus Semei,ſcilicet,peccator in te plurimorū ſcelerū lapides immittit, & turpiſsimorum verberum maledictionibus obiurgat. O munde ingrate quid aliud facit hodie ſancta eccleſia,niſi plorare,tu autē in quibus rebus occuparis,niſi in lapidando Dominum Deū tuum, cui ita beneficijs deuinctus es?Etenim quid aliud ſunt adulteria,turpitudines, verborum procacitates,ac cauillationes,quàm lapides,& maledicta cōtra Deū? Ne ita faciatis fratres mei,ſed in his diebus,Dei ac Dñi noſtri paſsione quaſi ſalſamēto in cibis veſtris vtimini, & cū illa lætitias veſtras moderamini,& ita ſine diuinæ maieſtatis offenſione fient.

Et ipſi nihil horum intellexerunt. Mirabile profecto, ꝙ cùm Dñs loqueretur clariſsimis verbis,dicit tamē ſacratus textus,quod illū 26
Ioan.12. non intellexerunt. Cum autem de hac ipſa re cum Iudæis obſcuro quodā ſermone loqueretur dicēs:oportet filiū hominis exaltari,cum poſſent arbitrari quod dicebat ſe in aliquē montē,aut aliū ſublimem locum eſſe aſcenſurū, aut in aliquā maximam dignitatem eſſe extollendum: ſtatim maledicti illi eum de morte ſua loqui intellexerunt,& ſic cōgruè reſponderunt dicentes: nos audiuimus ex lege quod Chriſtus manet in æternū. Si tu es Chriſtus quomodo dicis te moriturū eſſe? ſiquidem ergo hi tam obſcurū ſermonē intellexerūt,quomodo nō intellexerūt ſancti Apoſtoli illa tam clara verba?Dico ꝙ quia illi dominū oderāt, & eius mortem optabant,ideo intellexerūt ſermonē illū, qui de eius morte

agebat:

27 agebat: facti verò Apostoli prę nimio amore, quo Dñm diligebāt obcęcati sunt: & cum eius mortē tātopere odissent, arbitrabātur Dñm nunquam moriturum esse. Tā prōptus est intellectus ad se quendā volūtatis affectionē, vt tā citò illis, qui Iesu Christi mortē desiderabāt, seruierit, quā citò obtudit Apostolos, q illū mori no lebāt cuius vitā tāto amore diligebāt. Atq; hæc est causa, ob quā vix possumus penitus nobis persuadere, quòd morituri sumus: alios verò facilè credimus esse morituros, quia vitā nostrā maximè diligimus, alienā autē non tantū amamus. Idcircò beatus Hieronymus dixit. Quotidie morimur, & tñ nos æternos esse credimus, & hoc crebrius malis cōtingit, quibus mortis memoria amarissima est, vt dixit Ecclesiastic⁹. O mors quā amara est memoria tua homini pacē habēti in substātijs suis. Substātia nō sumit hic *Hieron. in epitaphio Nepotiani.* *Eccle. 14.* *Hebr. 11.*
28 pro tēporalibus diuitijs: sed vt accepit S. Paul. cū dixit: Fides est sperandarū rerū substātia, id est, fundamentum. Cū ędē cōstruitis priùs curatis fortissimū iacere fundamētū, quod totū ædificiū sustineat. Fundamenta, quibus mali innituntur, sunt cupiditas, voluptas, honor & vindicta, &c. O quā altas radices egerūt, & quā pro fūda fundamēta impij in vitijs iecerūt, atq; hoc tāta animi trāquillitate, ac tā sine scrupulo cōsciētiæ fecerūt, acsi nō esset Deus. His igitur qui in suis pessimis fundamētis tantā habēt pacē, amarissima esse solet mortis memoria. Sicut si essent duæ arbores, quarū altera profundissimas, altera vero minimas egisset radices, si hæ sensum haberent, vt possent dolere, vtra illarum maiorem dolorē perciperet, si euelleretur? satis nota est responsio. Ergo de carnalibus intelligitur illud: pacem habēti in substātijs, & nō tantum de *Simile.*
29 diuitibus. Dauid enim diues erat, & tamē dicebat: Heu mihi, quia incolatus me⁹ prolōgatus est, & de vnoquoq; iustorū dicit Ecclesiasticus: Timēti Dñm bene erit in extremis. Quemadmodū herus nobilis etsi videtur famulo suo non soluere, & illū tritis vestibus esse sinit: nō hoc facit, quia vult ei mercedē abnegare, sed quia cunctā simul illi vult reddere, vt in omnibus cum emolumēto, & magna mercede affectus domo sua exeat, ideo illam vsq; in finē reseruat, sic Deus licet in hac vita famulis suis labores nō soluere videatur, non hoc facit, quod velit illis mercedē abnegare, nā cunctā in diē exitus eorum præparatā habet. Tunc exeūt cū emolumento, & magnis muneribus affecti famuli illius maximi Dñi, cum cuncta mercede sua in die mortis suæ: & ideò de vnoquoque *Psal. 119.* *Eccle. 1.* *Simile.*

Iustorũ,& seruorũ diuinæ maiestatis dicitur, quòd sperat iustus 30
in morte sua. Quod in hac vita magis timetur (quæ est mors) hoc
feruidis desiderijs iustus desiderat: & ita sermo mortis huic nõ effi
citur difficilis intellectu.

Factum est autem cum appropinquaret Hierico cæcus quidã, &c. Cęcus
qui à prętereũtibus eleemosynã petebat, vt audiuit veniẽtis turbę
strepitũ, interrogauit, quidnam illud esset, & cum cognouisset, ꝙ
Iesus Nazarenus pertrãsiret cępit clamare: & dicere: *Iesu fili Dauid
miserere mei.* Et quãquã, qui præcedebãt increpabãt eũ, vt taceret.
Ipse vero multo magis clamabat. Ita oportet esse fratres mei, quod si
quis vos impedire voluerit quin ad Deũ proclametis, & in ei⁹ ser
uitio ambuletis, tunc debetis multo magis cõfortari, ne à virtutis
Simile. via deficiatis. Paruus ignis, sicut qui est in lucerna, minimo quoq;
flatu extinguitur. Magnus autẽ ignis quo magis insufflatur ma- 31
gis accrescit, & cõtrarijs augetur: ita paruus amor minimo quoq;
impedimento extinguitur, & deficit, maximus verò ex cõtrarijs
Simile. recipit augmentũ. Canis pecuarius qui venit in vrbem, exeuntq́;
illi obuiã catuli latrãtes, cum iam syluis assuefactus sit, vbi nec lu-
porum vlulatibus, nec leonũ rugitibus, nec syluestriũ animalium
clamoribus deterretur, securus & trãquillus in via procedit: catuli
verò illi allatrãtes maximè fatigantur. Cùm nos non simus assue-
facti appetitib⁹ nostris resistere, hinc est quòd si de nobis detrahi-
tur statim angustiamur: ita vt confessionẽ, cõmunionẽ, virtutisq;
quã cœpimus exercitationẽ deseram⁹. Profectò si mõtibus assue
facti essemus, hoc est recollectioni, & orationi, atq; ibi hos appeti
tuũ nostrorũ leones sanctis cõsiderationibus lacerare soleremus,
minime vrbanorũ catulorũ latratibus moueremur. Irridebat Mi- 32
chol virum suum Dauid, eo quòd corã arca Dñi saltauerat, dicẽs:
2. Reg. 6. Quã gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiẽs se ante ancillas
seruorũ suorũ, & nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris. Cui
respondit Dauid, dicẽs: Irrides me? Viuit ergo Dñs, quia ludã an-
te Dñm, qui elegit me, potius quàm patrem tuum, &c. Et ludam,
& vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis,
& ibidẽ dicitur. Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsq;
in diẽ mortis suę, in suppliciũ murmuratiõis, quã fecit, de seruitio
quẽ vir suus Dño faciebat. Vt videatis quod supplicium de his re
bus De⁹ solet sumere. Cauete ij, qui alijs Dei seruitiũ impeditis, ne
diuina Maiestas tam seuero supplicio vos puniat, vt est dimittere

33 vos à manu sua, vt steriles maneatis, nec pœnitentię fructum vsq; ad mortem faciatis, sicut illa corporalibus liberis sterilis mansit. Vos autem, ò serui Dei discite ex sancto Dauid nouas vires in cõtradictionibus accipere. Prædicabat Beatus Stephanus in Synagoga, Iudæi autem audientes hæc dissecabantur cordibus suis, rabie consumebantur. Sic (inquit sanctus) dissecamini in cordibus vestris: nũc ergo clarius loquar: Ecce video cælos apertos, & filiũ Dei stantem à dextris virtutis Dei, & cùm Damasci S. Paulo contradicebatur non ab incepto negotio destitit: sed multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos, qui erant Damasci, affirmãs, quia hic est Christus. O mirifica exempla! beata erit anima, quæ illa secuta fuerit. *Act. 7.* *Act. 9.*

Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. O infinitã Dei clemẽtiã
34 sistit in itinere, & iubet pauperculũ cæcum ad se adduci. Quando Rex beneficiũ aliquod cõcessurus est, viri nobiles qui sunt liberalitatis studiosi, si aduertunt hominẽ, qui illa petiturus est, esse infimæ cõditionis, & arcti, atq; abiecti animi, solent illum exhortari & cõfortare, vt amplissima postulet bñficia. Vide (aiunt) frater, ne sis arctus & pusillanimis in postulãdo, tãtũ enim vtilitatis percipies, quãtum beneficij petieris. Ita sancti Apostoli cum iam sui cælestis Magistri Iesu Christi liberalitatẽ participarent, non fuerunt sicut famuli huius tẽporis, qui Dominos suos impediũt, quo minus beneficia largiãtur, & ex eis, quæ Dñs dari præcipit dimidiũ ipsi sibi arripiũt. Non sic faciebãt hi sancti viri cũ à Dño iussi cæcum afferrent, confortabãt eum, vt beneficia maxima postularet, vt refert S. Marcus, dicens, q̃ dixerunt illi. Animæquior esto, *Simile.* *Marc. 10.*
35 Surge, vocat te. Esto (aiũt) magno animo in beneficijs expetẽdis, iã enim eius admirabilẽ liberalitatẽ penitus perspeximus. O vtinam proximos nostros ita confortaremus, vt fidenter peccatorũ suorum veniam precarentur. O si sciremus dicere. Anima cæca attende quod te Deus expectat vt pœnitẽtiã agas, & curaremus illam ad pedes huius clementissimi Dñi adducere. Rogauit Iosue Dominũ, vt solẽ sistere iuberet, quo ab hostibus suis victoriam reportaret. O fratres mei vnũquodq; peccatũ est vnus Gabaonita, quẽ animæ superare potes, nisi sol sistat, nisi te Deus ad pœnitẽtiã expectet. Vides autẽ, quod te Deus expectat, & quod sistit sol, & tantam habes occasionem victoriam reportandi ex hostibus tuis, quid facis? cur hac optima occasione nõ vteris? Accessit *Ios. 10.*

cæcus, & ait illi Dominus, *Quid tibi vis faciam? Domine* (inquit cæ- 36
cus) *vt videam.* Petebat hic cæcus pecunias à prætereũtibus, à Deo
autem non pecunias, sed visum exposcit. Vt intelligatis, quid ab
hoc pijssimo patre petendum sit, non ab eo plurimas pecunias,
aut temporalium bonorum abundantiam postuletis, sed vt ani-
mam, vestram illuminet, rogate. O anima vide quòd rogat te di-
cens, quid vis vt propter te faciam? Responde ergo sicut hic cæ-
cus dicens. Domine vt videam. Vt videam semper, & cognoscã
miserias meas, vt me humiliem, & illarum remedium quæram. Et
vt videam te crucifixum ad peccata annihilanda, vt hinc maxi-
mum odium contra illa mihi oriatur.

Postquam dixit cæcus. Domine vt videam, statim dixit illi
Dominus. *Respice, fides tua te saluum fecit: & confestim vidit.* Et statim
illi pulcherrimi effecti sunt oculi, & quod primum vidit, fuit illa 37
Gen. 32. sanctissima Domini facies. O quanta cum lætitia posset tunc di-
cere quod dixit Iacob: vidi Dominum facie ad faciem, & salua fa
cta est anima mea. O benedicta sint Domine viscera tua. Benedi
ctum os tuum, benedicta sit lingua tua, qua tam clemens, ac libe
rale verbum protulisti ad salutem huius miseri cæci. Cùm tu Do
mine beneficium pro tua misericordia facias, illud tamen modi-
cæ isti dispositioni tribuis, quam in illo inuenisti eius fidem lau-
dans, & dicens, quòd ipsa salutem illi conferebat. Per tuam ergo
clementiam te humiliter exoramus, vt clementissimos oculos,
quibus illum aspexisti, in nos conijcias, & nos tuæ gratiæ lumine
illustres, vt tecum sempiterna gloria perfruamur. Amen.

Feria Quarta Cinerum. 38

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Matth. 6.

Aristot. 1. Meta. c. 2. ARistoteles princeps Philosophorum dixit, quòd propter ni-
mium mirari cœperunt homines philosophari, propter ad-
mirationẽ (inquit ipse) & nunc & primo inceperũt homines phi-
losophari. Quia homines insolitas res videbãt mirabantur, & illa
rum causas inuestigabant. Cum viderent solẽ aliquando non exi
stentibus

1 ſtentibus in cælo nubibus eclipſari, hoc admirati in montium ca
cumina aſcendebāt ad cæli motus contemplandos, atq; illic per-
noctantes commorabantur, quouſque eclipſis ſolis cauſam co-
gnoſcerent. Et ſic rerum omnium mirabilium cauſas inueſtiga-
bant. Iure optimo poſſumus hodie admirari, & cauſam inquire-
re, quare mater noſtra ſancta Eccleſia has commutationes faciat,
eſt enim hodie, quaſi Sol, obſcurata opertis altaribus: abſconditis
Sacerdotibus poſt velum iuxta altare, & conuenientibus nobis in
templum exit vnus ex illis præ manibus ferens diſcum cineris,
& nobis verba quædam dicit, quæ ſi alius in via diceret, ignomi-
nioſa verba iudicaretis, & de eo vindictā ſumere velletis. Si quis
diceret viro primario, qui faſtigium cæli tetigiſſe putat. Tu es lu-
tum & immunditia ſterquilinij. Et ſi quis diceret dominæ plenæ
2 arrogantiæ. Tu es ciner itia, horrida, & immunda, quid ſentiret?
quòd ergo nobis ſingulis tam abiectis, & pauperibus, quam ma-
gnatibus, & diuitibus dicatur: Memento homo, quia cinis es, &c.
Quæ nouitates ſunt hæ alma mater Eccleſia? qui modus eſt hic re
cipiendi nos? quando filij tui propter infirmitatem ad te venire
non poſſunt, tu ſoles ad eos ire, diuinum cibum ferens, illoſque ſa
croſancto altaris Sacramento reficis: nos autem domum tuam ac
cedentes cinere inuitas & dedecoras appellans nos lutum, & pul
uerem? Reſpondeo ad prius, quòd tegitur ſancta Eccleſia quaſi
pudore confuſa, impudicitias noſtras aſpiciens. Vt ſoletis vos fa-
ciem operire extremitate pallij, cum aliquid impudicum, aut mi-
ſerabile videtis. Tales nos, tam corruptos, tamque impudicos ſan
cta Eccleſia contemplatur, vt præ pudore, ac compaſsione ope-
3 riatur. ¶ Ad poſterius dico, quod frontibus noſtris exterius cine
rem imponit, ad ſignificandum quales animæ noſtrę interius ſint.
Atque ita debetis notare, quod non quocunque cinere facit Ec-
cleſia hanc ceremoniā: ſed ſeruat illos ramos, qui præterita Qua-
drageſima benedicti ſunt, & eos nunc comburit, & in cinerē con
uerſos capitibus noſtris imponit, ſignificans in hoc, quod præteri
to die Palmarum Deum tanquam Regem excepimus viridibus ra-
mis præ manibus ferentes, qui plurimas, & pulcherrimas virtu-
tes ſignificabant, quas in tota illa Quadrageſima acquiſieramus:
inflammatus eſt autē peſtifer ignis, qui illas omnino concremaui-
uit. Quod lamentabatur Iſaias dicens: Spiritus veſter vt ignis vo- Iſai. 33.
rabit vos: & erunt populi quaſi de incendio cinis. Id eſt, ſpiritus

vester sensualis, est ignis, qui omnes virtutes vestras cōcremabit, 4
& sic cùm Deum tanquam regem acceperitis, mendaces postea
remansistis, & mille concupiscentiarum, & scelerum ignibus in-
flammati fuistis: & ideò sancta Ecclesia cinerem istum capitibus
vestris imponit, vt significet, vos nullam virtutis viriditatē nunc
habere ex illa, quam anno præterito habebatis.

Etiam nos cinere operit, vt cum illa æternum Deum nostrum
ad misericordiam prouocemus. Vt autem hoc intelligatis, notate
prius maximum mysterium, quod patres veteris testamenti cum
cognoscerent Deum sibi iratum esse, vt eum placarēt, inijciebant
puluerem super capita sua: atq; hoc duo significabat, alterū, quod
Deus puluere nostro operiendus erat, cùm se humanitate nostra
indueret, & sic puluerem capitibus imponebant, ac si dicerent:
Memento Dñe quòd homo, & puluis sicut nos efficiendus es, & 5
ideò puluerem hunc capitum nostrorū, qui humanitatem tuam
significat, quasi intercessorem adhibemus, quia credimus nemi-
nem esse, qui tibi satisfaciat, furoremq́; tuū mitiget, nisi filius tuus
humanatus. Alterum erat, quòd puluis ille ipsam eorum fragili-
Psal. 102. tatem significabat, ac si dicerent illud Psalmi: Quoniam ipse cog-
nouit figmentum nostrum, recordatus est quoniā puluis sumus.
Optime scit Deus quam fragiles simus, siquidem sumus quasi pul
uis, qui minimo quoq; flatu deficit. Sancta igitur Ecclesia nos ho
die puluere operit. Cum vt imbecillitatē nostram diuinæ Maie-
stati repræsentet, & quòd vt tales in plurima peccata incidimus:
tū etiam cinerem nobis imponit, tanquam repræsentatorē huma
nitatis Christi Saluatoris nostri, & illū in capitibus nostris collo-
cat, tanquam intercessorē apud patrem, ita vt propter merita filij 6
Dei, & cū cognitione imbecillitatis nostræ, & peccatorū nostro-
rū dolore, ac pœnitentia illorū veniam consequamur. ¶ Etiā no
bis cinerē in frōtibus ponit, ne omnino nos perdamus. Videbitis
Simile. pueros nimiū negligētes, qui passim se perdūt, quibus solēt ma-
tres schedulas in vestibus ponere, in quibus scriptū est cuius sint,
& in qua via habitēt, ne omnino perdātur. Sic quia nos sancta ma
ter Ecclesia videt tā negligētes, & qui tam facile perdimur, hanc
syngrapha frōtibus nostris imponit, dicēs: Memēto homo quia
cinis es. Aduerte ex luto & nihilo te creatum fuisse, & quod certa
domus tua est sepulchrū, ideò ne perdaris, sed in te reuertere, & te
ipsum cognosce. Nā ex radice paruæ cognitionis nostri plurimæ

nobis

7 nobis miseriæ ortæ sunt, quas quotidie experimur. Atq; vnum ex illis, quare sancti incarnationē verbi diuini postulabant, erat ad hanc ignorantiam, & paruam cognitionē nostri expellendā. Atq; hoc significauit Dauid cum dixit: Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes quoniam homines sunt. Mitte iam nobis Domine hūc legislatorem, quem nobis promisisti: qui est tuus vnigenitus filius humanitate nostra indutus, vt cognoscant gentes se nō esse bruta animantia, & sic non debere vilibus huius seculi rebus contaminari, & ad illa desideranda se abijcere. Intelligant etiam, se non esse Deos, aut Angelos, & sic non debere se extollere, nec nimis alta sapere. Sed vt sciant quidnam sunt, sunt enim homines: quid autē sit esse hominem satis nobis his verbis declaratur: Memēto homo, quia puluis es. Dicitur pul
8 uis ne propter altitudinē dignitatis animæ suæ superbiat. Et dicitur homo, ne propter corporis humilitatem desperet: sed in omnibus Deum glorificet, qui rebus sublimibus solet infimas commiscere. O homo, qui es puluis; ô puluis, qui es homo rationalis, & aliquando ab omni corruptione alienus futurus es, quare cogitationes tuas in cęlum non extollis? quare terrestrium rerum cogitatione implicaris? quare ea quæ tam facile pereunt, non contemnis? O puluis excute à te puluerem, & memento, quia homo es, & quòd in hominem incorruptibilem reuerteris. O beatum puluerem, qui homo vocari potest! puluerem intellectualem, puluerem denique, qui ex natura sua cognitionis est capax! O rem admirabilem, quod idem sit esse puluerem, & esse hominem!

In lamentabili historia peccati, & præuaricationis Adæ dicit
9 sacra Scriptura, quòd cùm ex vetito fructu Adam comedisset, inter alias pœnas, quæ illi impositæ sunt, fuit hæc vna quod in pul- *Genes. 3.*
uerem reuertendus esset. Et ad hæc verba alludit sancta Ecclesia in illis, quæ nobis dicit: in quibus nos docet, quod sit principium nostrū, & quem oporteat esse finem, vt sciamus desideria nostra sapienter dirigere. Qui nauigat, nesciēs quo pergat, aut quē portum tenturus sit, nec de stella, qua ducatur nauta, scilicet, [*Norte*] rationem habet, nec secundum illam gubernaculum dirigit, nec vela tendit, & coercet secundū diuersos ventorum flatus, sed immemor vnde fuerit profectus per altum mare pergit, nec curam habet in quam regionem deuenturus sit: difficillimum erit, quin naufragiū faciat, & mortis periculum patiatur. Omnibus nobis *Simile.*

compertum est, quàm tempestuosum mare sit hoc sæculum. Qui 10
autem nullam habet rationẽ de his hodiernis verbis, & obliuiscitur se puluerẽ, & cinerem esse nesciens se hinc profectum fuisse, atq; huc reuersurum esse, & hunc esse suum finem hic nauigandi regulam amisit, & illi defuit sidus, quo gubernandus erat: & ita in maximo pereundi periculo versatur, & quando minus arbitrabitur rupem attinget, atq; in æternum naufragabitur. Vt ergo tantum malum effugias, memento homo, quia puluis es. Ita nos etiã
Eccle. 7. Spiritus sanctus admonet in Ecclesiastico, cùm dicit: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis vel saltem non peccabis in æternum. Id est, cùm propter debilitatem peccaueris, saltem conuertens caput ad stellam animaduertes te à salutis via aberrasse, & sic ad pœnitentiæ remedium re-
Simile. uerteris. Recordamini pauonis exemplum, qui cùm tam pulchrũ 11
se videat arrogantiæ plenus suas pulcherrimas pennas amplians pompaticum gyrum efficit: animaduertens autem pedes suos, cũ illos tam nigros, & deformes aspiciat, ilico deficit, & alas comprimit, atque in mœstissimam, & maximo dolore plenam vocem prorumpit. O homo superbiæ, ac vanitatis plene, qui cùm generis tui nobilitatem, diuitias, pulchritudinemq; recordaris elationis tuæ pennas amplias, & gyrum facis, ac si vniuersus mundus esset tuus. Memorare, memorare finem tuum, ò miser, qui quasi pauo tam amplum gyrum, tot tamq; diuersis inuctionum, ac propbanitatum plumis efficis, tamq; superbus, ac tumidus es, vt neminem ad te velis accedere, aut æqualem esse tibi, animaduerte quod alij tam vani sicut tu infœliciter perierunt, qui bellicis ludis exercebantur nouas vestium inuentiones promebant, dominis 12
pulcherrimis seruiebant, ab hostibus victores euadebant, & tandem à morte superati sunt, vt tu hodie, aut cras superaberis. Quapropter Memento homo, quia puluis es.

Quomodo fieri potest, quòd ita homo sui ipsius immemor sit, vt necesse sit, hoc tam verbo, quàm opere illi in memoriam reuocare? quomodo fieri potest, quòd nullius rei magis, quàm sui ipsorum homines obliuiscantur? Hinc voluptatũ sollicitudo proficiscitur: hinc est quòd homines orbem ambitione circumeant: hinc, quòd honorari tantoperè desiderent, & cũ pompa, & autoritate cupiant incedere. Quid? nonne homo cinis est? nõne puluis est? sic. Sed nõ recordatur hoc, & ita amens totã vitã agit, quousq;

ad te-

13 ad sepulchrum peruenit. Et sicut fuit in vita, sic etiam est in morte vanus. Et præcipit amplissima, & pulcherrima sepulchra sibi construi, & pulcherrimis scutis, atque insignibus perpoliri. Hæc prædixit S. Propheta Hieremias dicens: In tempore illo ejicient ossa Regis Iuda, & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa eorum, qui habitauerunt Hierusalem de sepulchris suis: & expandent ea ad solem, & lunam, & omnem militiam cœli, quæ dilexerunt, & quibus seruierunt, & post quæ ambulauerunt, & quæ quæsierunt, & adorauerunt. *Hiere. 8.* Siquidem in ossibus (ait Dominus) istarum vanitatum amorem inclusum habent, volo, quod etiam & ossa mortua idem faciant, quod & ipsi viui faciebant. Satientur stellas adorare. Sicut cum aliquid te inuito fit, tu ipse præ nimia molestia id fieri

14 vtraque manu adiuuas, ita permittit Dominus quod postquam vani huius seculi mortui sunt, super eorum ossa vanitatum ipsorum insignia imponantur, vt eorum ossa mortua idem adorent, quod ipsi dum viuerent adorarent: acsi diceret, repleti nimiam vanitate, videamus nunc vtrum iam contenti fuerint. Ne ergo in tantam vanitatem deuenias: Memento homo quia cinis es. Memento homo, quia etsi Deus in te omnia quatuor elementa collocauit, parum tamen ignis posuit, ne cupiditate inflammareris: parum aeris posuit, ne elatione, & superbia ad nubes euehereris: posuit parum aquæ, ne inconstans esses: posuit autem multum terræ duræ, grauis, & asperæ, vt esses grauis in omnibus, & humilitatis studiosus. Et siquidem cum maximis, & minimis loquitur sancta Ecclesia, quare loquens

15 cum Regibus, & Imperatoribus non dixit vnicuique sigillatim, Memento quod es Imperator, & Dominus tot regnorum. Sed nihil illorum dicit, quia hæc tantam afferunt superbiam, vt efficiant, quod plenior sit infernus Regibus, & Imperatoribus, quàm cælum.

Nec dixit etiam: Memento homo quia doctissimus, & scientiarum peritissimus es: quia multi scientiarum fundatores, vt Demosthenes, Aristoteles, Plato, & alij huiusmodi omnes gehennalibus flammis cruciantur. Nec dixit: Memento domina, quia es tam pulchra, vt sis mirabilis visu, & omnibus aspicientibus te admirationem afferas. Quantumuis enim pulchra sit fœmina, in hora mortis conuenit sanguis in fauces, & manet

nigra quasi carbones. Nec dixit nobilibus: Mementote quod ex 16
Gothorum sanguine dimanatis, nec quòd à nobilissimis parenti
Simile. bus originem trahitis. Nam licèt verum sit, quod dum palmites
in vite sunt virides, folijs operti, & fructibus onusti, cognosci potest quænam sit vua muscata, & quæ alterius generis: postquam autem à vite amputantur, comburuntur, & in cinerem cõuertuntur, non potest inter eos discrimen constitui. Sic inter homines quandiu in hac vita commorantur discrimen maximũ cognoscitur: postquam vero mortui sunt, & in cinerem conuersi, quid interest inter corpus summi pontificis, & pauperis presbyteri? In quo cognoscuntur cineres imperatoris, & aquarij? Quod si nullũ est inter eos discrimen, vanum est igitur id tanti æstimare, quod cras finiendum esse cognoscimus.

Confidens, fratres mei sancta Ecclesia omnes nos suis diuinis 17
admonitionibus commotos esse ad pœnitentiam agẽdum, nobis euangelium hodie proponit, in quo nos docet, quomodo passiones nostras mortificare debeamus. Et sic ait. *Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Primùm præsupponitur, quòd oportet vos in hoc sancto tẽpore ieiunare, cùm sit præceptum ad hoc obligãs sub peccato mortali: nisi sit iustum impedimentum. Ieiunium autem debet fieri semel in die edendo, & hoc moderatè. Primum
1. Pet. 5. munimen, quod nos Beatus Petrus docuit cõtra illum teterrimũ generis humani hostem, fuit temperãtia, & sic dicit, fratres sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Ecce quomodo vt vigilemus, atq; etiam pernoctemus in defensione nostra cõtra hunc furentissimũ leonẽ, prima arma assignat S. Petrus, quod nos sobrie 18
1. Thes. 5. tate muniamus. Et sanctus Paulus dicit: qui Dei sumus sobrij simus. In hoc oportet nos cognosci ꝙ simus ex Deo, scilicet quod
Eccles. 30. simus temperantissimi. Et Ecclesiasticus dicit: Equus indomitus euadet durus. Equus morosus, & indomitus, non domatur abundantissimè edendo, & in delicijs ac quiete commorãdo: sed abstinendo à cibo, & laborando. Et qui ex sua vinea optimum fructũ vult percipere, prius illi superfluas vites & palmites amputat. Tracta tu sic frater corpus tuum, vt pœnitentiæ fructum ferat. Dicit
Bernardus. S. Bernardus, ꝙ asperum carptorium reddit pãnũ suauem, & quã
Simile. tumuis asper sit, si carptorijs carpatur, suauis efficitur. Sic etiam fame, cilicio, & verberibus lenitur cor, & corpus rationi subijcitur.

Super

19 Super illa verba Isaiæ vbi dicitur: Super quem respiciam, nisi ad *Isai.66.*
pauperculum, & contritū spiritu, & trementem sermones meos.
Notandum est, quod litera Hebræa dicit: Percussum flagellatū
corde. In hominē, qui flagellatus est corde, & mortificato corpo-
re iterum atque iterum Deus oculos conijcit. Idcircò nō dicit: Su
per quem aspiciam, sed super quem respiciam: quia quod vobis
valde placet sæpissimè respicitis. O quàm cælestis sententia, &
quàm consolatoriū est hoc verbum illis, qui corpora sua per pœ-
nitentiam sciunt mortificare! quòd ita Deo placent, vt Deus il-
los respiciens non satiari videatur. Hanc oportet esse præcipuam
Christiani hominis curam, vt sensuales appetitus ita coerceat, &
comprimat, vt rationi non audeant repugnare. Quàm necessaria
autem sit hæc solicitudo, etiam Aristoteles, licet gētilis erat, opti-
20 mè intellexit. Nam lib. 3. ad Nicomachū docet, quod illas homi- *Aristot. lib.*
nis partes, quæ ratione carent, oportet acerrimè castigari: & ita di *3. ad Nico-*
cit, quòd idcircò mali homines dicuntur discoli, id est, nō castiga- *machum.*
ti, qui negligentes fuerunt in illis corporis partibus castigandis,
quæ spiritui repugnant. & vbi septuaginta interpretes legūt, quæ
tum, est in Hebræo debilem, & claudum. In quo docemur quod
si volumus vt Deus nos respiciat, oportet nos hanc morositatem
attenuare, & sensualitatis vires debilitare, vt maneat arida, & abs-
que consolatione vlla. Si terra non irrigetur, ita arescet, vt nihil in
ea oriatur, idem erit in carne nostra. Plato dicit, quod illas homi- *Simile.*
nis partes, quæ ratione carēt, vt sunt appetitus sensitiui, & sensua- *Plato lib.*
litas, debemus arefacere, & reddere sicut terram aridam: sic (in- *de legibus*
quit) vt quemadmodum herbæ, quæ nō irrigantur, paulatim are- *& Republi*
21 scunt, sic hæ partes arescant. Et affirmat quod partes illas, quæ ad *ca.*
mentem pertinent, oportet irrigari, vt frequenti diuinarū rerum
contemplatione vires accipiāt: sicut herbæ aqua pulchræ, ac viri-
des efficiuntur. O incommutabilis Deus, quam acriter in hoc nos
reprehendunt hi philosophi gentiles, & quātæ confusioni est no-
bis Christianis, quod illi naturali tantum lumine gubernati, talia
operarentur, & docerent: nos vero Euangelij luce illustrati si ea
docemus, nō ea facimus. Et fortasse plurimis vestrum videtur hic
peregrinus sermo, cùm vobis hæ res tam inusitatæ dicantur, cum
tamen sint maxime necessariæ. O quàm efficacibus verbis eas
exaggerauit, & summa animi contentione cōmendauit B. Paulus *Rom. 12.*
cùm dixit: Obsecro vos fratres per misericordiā Dei, vt exhibea-

tis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placētem, vt 22
probetis, quæ sit voluntas Dei bona & bene placens, & perfecta.
Deprecor vos fratres mei (inquit S. Apostolus) vt sicut antea animalia mactabatis, & ea Deo immolabatis, nunc iam non immoletis animalia, sed mortificate sensualitatem vestram, & offerte vos metipsos sacrificium sanctum, & bene placens, quod erit sacrificium viuum, & mortuum. Viuum in spiritu, mortuum autem in passionibus, vt probetis, idest, vt gustetis: probare enim, & gustare idem est. Vultis gustare volūtatem Dei, & eius saporem experiri? estote ergo boni, & statim illam sapietis. Videtis hominem afflictum & hilarem, atq; contentum. Quomodo fit hoc? Estote boni, & scietis quomodo fiat, ac quē saporē Deus habeat, cognoscetis. Hoc ipsum vos ego rogo fratres mei per misericordiā Dei,
vt amodo incipiatis vos hostiā placētē diuinæ Maiestati offerre. 23
℣. Hanc pœnitentiā agentes, & hæc ieiunia ieiunantes: *Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.* Ne vos superstitiose operiatis, nec sicut hypocritę fictiones faciatis qui facies suas mortificāt, vt appareāt
Simile. hominibus ieiunantes. Hericius cum est in terra arida ita coarctatus est, vt nihil aliud in eo præter spinas appareat: si tamē in aquā conijciatur statim pedes, & caput ostendit, & se extendens omnē carnem detegit, quam spinis opertam habebat. Sic hypocrita, cùm est in terra arida paupertatis, videbitis illum tam astrictum, & humilem, vt nihil in eo præter pœnitentię spinas esse videatur: si verò in aquam temporalium bonorū, aliqua dignitate affectus inijciatur, statim extēditur, & prophanus effectus apertè ostēdit, quid in corde absconditum habeat. Manifestè patet, quòd hoc nō
propter Deum, sed propter homines faciebat. Alij sunt hypocri- 24
tæ adhuc viliores, qui non propter episcopatum, aut prelaturam, sed propter inanem mundi gloriam bona opera sua faciunt. Et hi omnes, amen dico vobis receperunt mercedem suam. Et non solum præmij cælestis expertes remanebunt, sed maximis inferni tormentis afficientur. Quod significauit Dominus illis valdè me
Matth. 4. tuendis verbis: Si dixerit malus seruus in corde suo: moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, mā-ducet autem, & bibat cū ebriosis: veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, ibique erit fletus, & stridor dentium. O sancte Deus quam terribilis res quàm mala est hypocri-

sis,

25 sis, siquidem per exaggerationem dicit Dominus quòd ille iniquus tyrannus persecutor, & euersor proximorum suorum, carnalis, epulo, & ebrius cum hypocritis cruciandus est. Quid vobis videtur fratres mei? vtimini fictionibus, nec faciatis res propter Deum, & videbitis, quem finem habebitis. Nolite ergo fieri sicut hypocritæ tristes. Quòd siquam tristitiam acceperitis, sit vera, solum quòd Deum offenderitis, hæc enim sancta, & valde vtilis est. De qua Beatus Paulus dixit: quæ enim secundum Deum tristitia est: pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Ad hoc solum prodest tristitia. Vt in anima perseuerantem quandam, ac salutiferam pœnitentiam operetur. Vnguentum sandalinum non applicatur à chirurgo nisi ad illam passionem, ad quam confectum est. Et vnguentum album eodem modo. Singula vn- *2. Cor. 7.* *Simile.*
26 guenta enim ad singulos morbos curandos virtutem habent, & ad alios morbos nihil prosunt. Nunc cognoscetis quod vnguentum sit tristitia & cui passioni applicandum sit. Contigit vobis calamitas, in qua diuitias amisistis, & propter hoc incommodum contristamini. Hac tristitia recuperatis aliquid ex diuitijs vestris? non. Non enim est vnguentum, quod isti morbo medetur. Sumit aliquis vindictam ex te, afficiens te ignominia, quia tu illum dedecoraueras, tristitiam accipis. Hac tristitia adhibetur remedium præteritæ iniuriæ? non. Ægrotas & propter ægritudinem tristitia afficeris, hæc tristitia poterit infirmitatem subleuare? non. Offendisti Deum habesque tristitiam maximam, quòd tantum Deum ac Dominum offenderis. Nunquid tristitia ista poterit huic malo proficere? Etiam profectò.
27 Tristitia ergo nulli alij prodest nisi malo culparum, & quemadmodum stultitia est vnguentum applicare, nisi ad illam passionem, ad quam habet virtutem sic est superuacaneum tristitiam accipere, nisi quòd Deum offenderimus. Et siquidem diuinam Maiestatem toties offendimus bonum erit, quòd tristitia nostra creberrima sit.

Tu autem cum ieiunas, &c. Numerũ mutat, ex multis ad paucos quia pauci sunt electi, qui non bene ieiunant credo quòd erunt multi: tu vero, qui inusitatam viam curris, in qua herbæ nascuntur, quia non ambulant in ea peccatores: *Vnge caput tuum.* Tolle omnem hypocrisin, & fictionem, ac secundũ patriæ tuæ consuetudinẽ, laua, & exorna te sicut alijs dieb⁹ facere solebas, & ieiuna,

vt

vt soli Deo placeas, ipse enim est verus factorum omnium remu- 28
nerator, qui tibi liberalissimè persoluet. *Nolite thesaurizare vobis.* Est Deus in custodiendo fidelissimus, in cuius manus si minutum committis, securum postea illud in vita æterna reperies. In manu huius fidelissimi Domini oportet nos omnes thesauros nostros collocare, siquidem ipse vult depositarius noster fieri. Hic autem thesaurus, aut nos perdit, quia propter illum in infernum mergimur, aut ipse à nobis perditur ludendo, & in alijs pro sanitatibus illum consumendo, quem autem in manu Domini constituis, hic lucratur te, & tu illum, & vt nos admoneret, vt in cœlo thesaurizemus, prius dixit: *Nolite thesaurizare in terra.* Optime scit, quòd omnes vellent in cælo thesaurizare, sed ostendit quod sit impedimentum quominus hoc fiat, scilicet, quia volunt etiam in hoc seculo thesaurizare. Eodem artificio vsus est san- 29
Tit. 2. ctus Paulus cum dixit: Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc seculo. Vbi nos docet, quòd vt simus pij oportet prius omnia secularia desideria expellere: vnde crudelitas, & liberalitas in pauperem oritur. *Simile.* Videte quos humores expellat medicus ad morbum curandum: nam inde ægritudo proficiscitur. Dicit: Abnegantes impietatem, & secularia desideria. Secularia desideria sunt optare multam pompam, & authoritatem habere: de statu in statum ascendere, domum omnibus rebus abundantem habere: ab omnibus summopere honorari. Hæc sunt secularia desideria, hæc expellunt pietatem, ideò præcipit, vt ea expellamus, vt iustè, & piè viuamus. Si hæc à nobis eiecerimus tutò possumus in 30
cœlo thesaurizare, & cum thesauro cor etiam in Iesu Christo abscondere. Laudate ergo fratres mei hunc clementissimum patrem propter hoc singulare beneficium, quod in vos confert, volens esse depositarius vester. Confortamini ad thesaurizandum hodie vnum bonum opus, cras vnam sanctam orationem, & alia die vnum ieiunium, &c. Et ita plurima gratia locupletati sempiterna gloria perfrui poterimus. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, &c. Amen.

Feria quinta post Cineres.

Cùm intrasset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, &c. Matth. 8.

VNum ex illis, quæ magis in sacris literis laudãtur, est misericordia. De charitate dixit S. Paulus, fides, spes, charitas, maior autẽ horũ est charitas & hoc est, quia charitas nõ solũ ad proximũ, sed ad Deũ præcipue ordinatur. Et vt dixit Arist. Actus distinguuntur per obiecta. Præstãtissimus scopus omniũ est Deus, & quia obiectũ & scopus charitatis est Deus, ideò charitas est vir- *1. Cor. 13.* *Aristot. 2. de anima.*
2 tutũ omniũ præstãtissima. Verũ præter affinitatẽ, quã cũ Deo habet, si illã consideremus in quantũ ad proximum ordinatur, dico quod charitas est ipsa misericordia, siue misericordia est filia primogenita, & principalis charitatis. Ipsa enĩ charitas, quæ nos ad proximi amorẽ inclinat, ipsa (inquã) nos mouet ad detestãdũ malũ, qđ proximo euenire potest, & illi in necessitate subueniẽdũ. De hac misericordia dixit Dauid loquens cũ Deo quoniã dixisti in æternũ misericordia ædificabitur in cęlis. Tu Domine dixisti, & ita oportet esse, q̃ misericordia, & pietate æternũ in cælo ædificiũ construitur. Maxima est hæc excellentia misericordiæ. Aliã etiã de illa dicit Ecclesiasticus his verbis: Ignẽ ardentẽ extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: & Deus prospector est eius, qui reddit gratiã: Meminit in posterũ, & in tẽpore casus sui inue- *Psal. 88.* *Eccles. 13.*
3 niet firmamẽtũ. O mirifica verba, & mirifica beneficia quę misericordiæ promittunt: dicit q̃ eleemosyna, & misericordia, qua erogata est, est scutũ fortissimũ ad resistendũ peccatis, quãdo nos aggrediuntur: & est aqua frigidissima, in qua cõmissa demerguntur. Peccata viri erogantis eleemosynã, nõ habebunt vires, erũt mortua, & in eleemosyna submersa: quia per eã disponitur homo ad illam [illegible] cõsequendã. Peccata vero hominis crudelis qui proximi sui nõ miseretur erunt viua [illegible] hora mortis eius, & sicut viua illum [illegible]. Dicit etiam quod misericors est gratus: Qui reddit gratiam: & se non solum hominibus, sed Deo etiam iucundum & gratum efficit. Facientem opera misericordiæ erga proximum suum, vocat hic Spiritus sanctus reddentem gratiã, quia ali

quomodo beneficia, quæ à Deo acceperat, persoluit. Et idcirco acceptationis oculis illũ Deus intuetur, & recordabitur illius, vt in posterũ maiora beneficia in eũ cōferat. Et in die casus sui. Hoc est in morte sua, reperiet bona opera quæ fecit, quæ erũt quasi columna, cui adhæreat ne in infernũ labatur. Quid vobis videtur fratres mei de hoc, quod de viro misericorde dicitur? quis deinceps viscera sua in proximos non patefaciet? & quis eis quantum poterit non fauebit, cum talia præmia Spiritus sanctus misericordibus promittat? Contrà vero maxima sunt supplicia, quibus Deus punire solet duros corde, & qui non habent misericordiam. Propheta Oseas, supplicium quoddam maximum commemorat dicens: & ablactauit eam, quæ erat absque misericordia. Licèt Deus tantopere Hebræos dilexerit, quia tamen in proximos suos crudeles fuerunt non occurrentes illis in necessitatibus eorũ, eis consolationes, & particularia auxilia abstulit: atque hoc vocat S. Propheta ablactare. Dicere ꝙ Deus ablactat, est dicere, quod aufert suã peculiarẽ prouidentiam, manutenẽtiam, & consolationem, & ita vbi nos in Genesi legimus: Ego Deus omnipotens, Ell in Hebreo: Ego Deus Sadai, idest, vberũ, idest, Deus qui habet vbera. Et ideo spõsa dicebat. Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua vino fragrãtia vnguẽtis optimis. Quàm admirabilis, & inusitata res, ꝙ sponsus optimis vberibus laudetur. Vbera in viro inepta videntur. O quàm maximum mysterium est hoc. Vbera ista sponsi, qui est Deus sunt ineffabiles fauores, & consolationes, quæ magis animã fulciũt, quàm omnes seculares voluptates per vinũ significatæ, Has ergo cõsolationes & indulgentias adimit Deus homini non vtenti misericordia cũ proximis suis. O quam graue supplicium? Videte qualis maneret infans ablactatus à matre sua, & sine vllo, qui eum protegeret, & de illo curã haberet. Talis profectò manet anima à Deo derelicta propter duritiẽ, crudelitatemq; suam. Cupis ergo frater inter vbera Dei cõmorari? vis vt te à se nõ expellat, nec te derelictũ deserat? Esto misericors: siquidem per misericordiã tot bona in præsenti, & in futuro seculo cũ percipies. In Actibus dicitur ꝙ erat in ciuitate Ioppe mulier quædã nomine Dorcas, hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis, quas faciebat: factum est autẽ, vt infirmata moreretur, quã cum lauissent, posuerunt eam in cœnaculo. Cum autẽ prope esset Lyddã ad Ioppe, discipuli audientes, quia

Margin notes: Ose. 1. (beside "ricordia. Licèt Deus…"); Genes. 17. (beside "& consolationem…"); Canti. 1. (beside "qui habet vbera…"); Actuum 9 (beside "uitate Ioppe…"). Right margin: 4 (line 1), 5 (beside "proximos suos crudeles…").

D.Petrus

7 Diuus Petrus esset in ea miserunt duos viros ad eum rogantes, vt veniret Ioppe. Cumque sanctus Petrus venisset, duxerunt illum in cœnaculum, & circunsteterunt illum omnes viduæ flentes: & ostendentes illi tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Et videns sanctus Petrus eleemosynas, quas illa clemens mulier erogauerat, hoc vno commotus positis genibus pro illa orauit, eamque suscitauit. Dignissima est enim, quæ longissimam vitam ducat, persona, quæ in operibus charitatis se exercet.

Hæc omnia diximus occasione huius sancti Euangelij, quod hodie nobis alma mater Ecclesia proponit, in quo fit mentio de homine quodam gentili, qui quod esset misericors adeptus est, vt in cognitionem Dei veniret, & tantam fidem haberet, vt dixerit summa veritas: *Non inueni tantam fidem in Israel.* In quo admone

8 mur, vt quamuis in peccato aliquando simus, non tamen desistamus bene operari: per hanc enim viam remedium reperiemus, sicut hic optimus Centurio illud inuenit. Et vt paulò antea dicebamus super illa verba Ecclesiastici: Ignem ardentem, &c. Et licet sanctus Matthæus hic non meminerit, nisi de pietate tantummodo, qua hic optimus vir cũ seruo suo infirmo vsus fuit: sanctus Lucas hanc historiam referens, dicit, quòd synagogam Hebræis cõstruxerat. Itaq; erat misericors erga Deum, & erga homines. Et *Luc. 7.* sicut prudens, ac verus misericors ita alienis succurrebat, vt suorũ non obliuisceretur. Qui enim in domesticos suos est parcus, & in alienos liberalis melius potest vanus, quam misericors nũcupari. Hic est sicut fluuius Xalon, qui oritur in Castella, & irrigat Ara- *Simile.* goniam. Magnæ stultitiæ est, quod domesticos, & consanguineos

9 tuos pauperes, nudos, & ægros deseras, & eleemosynam ad extraneos mittas. Oriris in Hispania, & irrigas Aragoniam. Verum misericordiã à domo tua oportet incipere: postea vero si fuerit possibile, ad extraneos peruenire. Alij omnia bona sua cũ hominibus locupletibus, & potentibus consumũt: domesticos autẽ suos fame perire sinunt. [illegible] quos plerumq; vidimus [illegible] aquæ abundantia [illegible] in [illegible], vbi [illegible] illius abundantia est proximas [illegible] & [illegible] relinquũt, vt ne gutta quidem aquæ in illis [illegible] *Simile.* [illegible] & potentes, qui aquam directe [illegible], vt in mare deueniat. [illegible] & [illegible] alijs diuitibus [illegible]. Omnes [illegible] & magnificentias diuites cum diuitibus faciunt, quod est aquam in ma-

re conijce. Famulos autem vestros pauperes, & ægrotos deseritis non recordantes aliquod illis bonum facere. Amen dico vobis 10
Matth. 6. receperunt mercedem suam, dixit Dominus de alijs vanis sicut vos estis, qui opera sua propter vanitatem faciebant, sicut & vos facitis. Non ita faciebat optimus Centurio, siquidem tāta animi contētione famuli sui infirmi salutem curabat. Qui vt refert sanctum Euangelium, cum primum Dominus accessit Capharnaū, ad illum properauit humiliter eum rogans, ac dicens: *Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Quid plus pro dilectissimo filio posset facere, quàm pro famulo fecit? O quàm acriter nos huius gentilis misericordia reprehendit! O vtinam hunc Centurionem tanquam magistrum in ista pietate imitaremur.
Simile. Experientia videmus, quod licèt vir nobilis nó sit faber ferrarius nec calceator veterinarius cùm longum aliquod iter confecturus 11
est defert soleas ferreas, & clauos, & quando necessitate compellitur ipsemet quò melius potest equum suum vna solea calceat. Quid? cum sis vir nobilis equum calceas? & non dedignaris id facere propter necessitatē, quæ tibi oblata est, quia est equus tuus, & te baiulat? Quare igitur famulum tuum, qui in itinere ægrotat illic derelictum deseris? quare non te præbes talē erga eum, qualem te præbes erga equum tuū? quanuis enim sis illustris maxima gloria, & honor tuus erit si alij te viderint illi ministrantem, & lectum etiam sternentem, si opus esset. O quantam coronam coram Deo, & hominibus compararet! Verùm non fit hoc in hac regione. Tanta est superbia, elatio, & immanitas Hispanorum. Ecce ergo hunc gentilem, qui in finali iudicio coram diuina Maiestate contra vos consurget. 12

Videns Dominus fidem, ac pietatē huius optimi viri dixit illi. *Ego veniam, & curabo eum.* Et respondens Centurio, ait: *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* O profundam primarij viri humilitatem, quæ superbiam nostram acerrime reprehendit! Nō dicunt hoc, qui volunt, vt crebro domi suæ sacrum celebretur. Hoc
Conc. Trid. sess. 22. de custodia in sacrificio Missæ. enim est dicere: Domine sum dignus vt intres sub tectum meum. Cum autem hoc negotium tam irreuerenter tractaretur intendit sancta mater Ecclesia illi obuiare in sancto Concilio Tridentino. Illi tamen adhuc perseuerant in afferendis priuilegijs, vt Deus
Matth. 14. domos suas veniat. Beatus Petrus dixit: Domine si tu es iube me venire ad te super aquas. Et sic immissus est in aquas maris, vt ad

suum

13 suum diuinum Magistrum Iesum Christum perueniret. Vos au
tem dicitis: veniat Iesus Christus ad me & non confundimini fa-
cientes vt infinita Dei maiestas ad vestras immundas mansiones
veniat? Bonũ esset si velletis, vt rex terræ ad vos veniret quotiescũ
que vobis liberet. Sed dicetis, q non id facitis, nisi q non pote-
stis in ecclesiam venire. Respondete ergo mihi ad hoc argumen-
tum. Si videretis sartorem, aut sutorem aut aliũ artificẽ, qui vellet,
vt domi suæ sacrum celebraretur, non detraheretis de illo, & dice
retis: vidistis ne q vult artifex æqualis esse mihi viro primario?
Attendite quòd habet bullam sicut & vos. Dicetis: Optimè scio
hoc ita esse, sed artificem nõ oportet esse æqualẽ mihi. Ecce quo-
modo ad honorem & statum intenditis, & tamẽ nõ hoc animad
uertitis. Peccata quippe spiritualia sunt subtilia, & plurimi in illis
14 diu commorãtur, nec tamen hoc sciunt. Quapropter per reuerẽ-
tiam Dei vos rogo, vt in templum veniatis, sicut & plebs venit ad
honorandam immensam Domini Maiestatẽ. Etenim circa Deũ
& eius diuina præcepta omnes estis æquales. Apud Deum enim
tantum pastor, quantum imperator valet. Et præterea aduertite
hanc rationem, qua quicunque rationalis conuincetur. Præcipie *Deut. 12.*
bat Deus (& ad hoc propositũ hoc citat Papa Anacletus cũ ma- *Epistol. 1.*
xima exaggeratione) ne quis auderet sacrificiũ offerre extra Hie *quæ habe-*
rusalem, nequidem extra Salomonis templum: propter maximã *tur de con*
reuerẽtiam, qua res diuinas in tali actu oportet honorari: si ergo *sec. d. 1. c. 1*
in lege veteri, turtur, & columba, quæ Deo offerebatur destinatũ
habebant locum in quo offerretur, extra quem sacrilegium erat il
lam offerre: quomodo audent Christiani, qui Deum viuẽtem ho-
15 stiam offerunt, illum in quolibet angulo offerre? O terribilem ir-
reuerentiam! qui a enim ludendo, manducãdo, & bibendo fatiga-
ti hora secunda, aut tertia post mediam noctem recumbũt, & vs-
que ad vndecimam horam dormiunt, volunt, vt statim postquã
surgunt, sacrũ illis celebretur dicentes, quòd iam est sero ad eun
dum in ecclesiam. Tales sunt Christiani huius infœlicis tempo- *In epist. ad*
ris. Minus malum esset (inquit Papa Fœlix quartus) non audire *Orthodo-*
sacrum, quàm illud in loco indecenti audire. O altissime Domi- *xos habe-*
ne Iesu Christe, potentissime cælorum ac terræ imperator, quia *tur de con*
tu Domine tam familiarem, & humilem te erga homines præbui *sec. dist. 1.*
sti & eorum tot tamq; ineffabilia beneficia in eos cõtulisti, propter *c. sunt.*
suam malitiam ipsi occasionem accipiunt tam paruam æstimandi

tuam infinitam maiestatem. Laudent te Domine Angeli, & Se- 16
raphim, siquidē homines tam parum te sciunt venerari. O fratres charissimi ne in cordibus vestris tā sacrilegū verbū dicatis, vt est: Ego sum dignus, vt intres sub tectū meū. Sed dicite, sicut hic fidelissimus Cēturio cū pfunda humilitate. Dñe nō sum dignus, &c.

Est valde notandū, ꝙ quando Dominus voluit hospes esse Zachæi, lætissimus, ac diligentissimus, & sine vlla repugnantia abijt Zachæus ad præparandum illi hospitiū: & hodie nobis dicit sanctum Euangeliū, quod cum vellet ire in domū huius Centurionis ipse excusabatur, & dicebat: Domine non sum dignus, &c. Etiā laudatur S. Petrus, eo ꝙ dixerit Domino: Discede à me quia homo peccator ego sum. Et ex alia parte reprehenduntur Geraseni, qui vt refert S. Marcus rogare cœperunt eum, vt discederet à finibus eorū. In his omnibus significatur ꝙ siquidem Deus vult 17
esse hospes noster, & ad nos ingredi per ineffabile sacramentū altaris, ex vna parte oportet nos tāti boni indignos reputari: ex alia verò parte quantū potuerimus, cōfortari debemus, vt ei cum alacritate, & bona voluntate corda nostra præparemus. Quod si aliquādo ex humilitate dixerimus: Discede à me quia homo peccator ego sum, & cum hac cognitione aliquando à sacra cōmunione nos abstinuerimus: caueamus tamen ne vllo modo illi hoc dicamus cum intentione, qua illi Geraseni dixerunt ꝙ recederet à finibus eorum. Illi enim hoc dixerunt Domino ne porcos suos amitterent. O maximam infœlicitatem! ò quot sunt hodie, qui Deum expellunt, & diuina sacramenta crebrò non recipiunt, ne porcos suos amittant, idest, ne temporalia lucra desinant, consumentes aliquod temporis spatiū in his sanctis exercitationibus. 18
Itaq; hoc dicere: non sum dignus debet esse, vt quādo accedis, cū timore ac reuerentia accedas. Patres sacerdotes per reuerentiam Dei, & per eius viscera vos rogo ne reuerentiam, & timorem eius amittatis, ne diuinam Maiestatem ita temerè, & irreuerenter tractare audeatis, vt in diuina clementia confidentes eius vmbra crimina vestra velitis operire dicentes: si me populus celebrare viderit, nihil tale me fecisse suspicabitur. Ne tantam temeritatem committatis per charitatem Dei vos rogo.

Lucæ. 19. *Lucæ. 5.* *Marc. 5.*

Videte qua reuerētia, & respectu hic vir secularis, primarius, & gentilis cum Dño agit. Maxima confusio vestra erit, si permittētis, vt vir huius conditionis vobis excellat. Has autē temeritates

15 solet Deus acerrimè punire. Quapropter attendite quid faciatis.
Nunquam vidistis quid inter gladiatores agatur? Accedit quis cũ
magna vrbanitate, & modestia ad digladiandum cũ magistro, & Simile.
præ illius reuerentia non audet in eum ictum immittere: cui dicit
Magister, moue, moue gladium, & fac quicquid poteris, ipse tamen
non vult illũ attingere. Cum hoc ita magister se habet, vt ab
illo se percuti patiatur, & ille honorem cum magistro consequatur.
Venit autem temerarius quidam, & absque vlla consideratione,
ac reuerentia statim ictum immittit: magister verò ne illi noceat,
cohibet se. Ille verò dicit: Eia Domine audacter ludamus. Vide
quòd non bene tibi erit, quapropter ne tale facias. Eia (inquit)
digladiemur vnusquisq; prout potuerit. Sic vis? Expecta igitur.
In pœnam temeritatis illius immittit magister ictum, & illũ ita
20 percutit, vt iam ille nollet incœpisse cum eo ita temerè digladiari.
O temerarij quomodo vos Deus percutiet, quia tam impudicè
& irreuerẽter cum eo vultis digladiari: qui autem cum timore, &
reuerentia, se indignum reputans accedit, Deus illi fauet, & facit,
vt cum honore, & victoria euadat.

Prosequitur optimus Centurio rationẽ reddens, & cùm maxima
fide probãs non opus esse Dño vt domum suã se conferret ad
sanandũ famulum suum infirmũ: quia in absentia id facere poterat,
& dicit: *Nã & ego homo sum sub potestate cõstitutus.* Notate q potestatem
vocat onus, quod super se habebat. Est quippe dignitas
onus maximum. Et ita dixit Deus per Isaiã loquẽs de prælato: Et
dabo clauẽ domus Dauid super humerũ eius, id est, dabo illi pote- Isai. 22.
statẽ in Ecclesia, quæ est domus veri Dauid, Iesu Christi filij Dei.
25 Sed est valde notandũ, q non dicit se daturũ esse illi clauẽ à cingu
lo pendentẽ, sed humeris impositã quasi onus grauissimũ. Quæ
nam est hæc clauis, ad quã portandam opus est fortissimis humeris,
nec sufficit cingulũ, à quo pendeat, nisi prælatura, & potestas
aperiẽdi, & claudẽdi? O miseros illos, qui illam nolunt ad asportandũ
iam humeris, sed ad sedendum super eã: & ex illa nõ laborẽ,
sed voluptatẽ & honorẽ expetũt! O vtinã illi, qui seculares dignitates
tãta animi cõtentione, & tãta ambitione expetitis, oculos
aperiretis, & videretis quantũ onus vobis imponitis, quomodo
ab earum expetitione desisteretis: præcipuè si vltra has cogitaremini,
cõsiderãtes q nõ solũ sunt hæ res corpori grauissimæ,
sed animã etiã in maximum periculũ inducunt, præsertim cum

Isai. 3. non habeatis necessariam sufficientiā. Isaias dicit: Apprehendet 22
enim vir fratrē suum domest.cū patris sui, vestimentum tibi est,
princeps esto noster. Respondebit in die illa, dicens: Non sum me
dicus, & in domo mea nō est panis, neque vestimentū: nolite me
constituere principem populi. O si Deus oculos vestros aperiret
vt vnusquisq; insufficientiam suam humiliter cognosceret, & di-
ceret, quod hic respondit, quando illi aliqua dignitas in Repub.
datur, dicit elector: Propinquus, aut amicus meus habet authori-
tatē vt possit esse prælatus, gubernator, &c. Diues est, sufficientiā
habet, sit prælatus. Si autem hic est prudens, respōdebit: Nō sum
medicus. In Hebræo est. Decoropex, idest, ligator. Medicus enim
& chirurgus vulnera alligat, ego vero non ad istud prosum. Ani-
maduertite, quod prælatus, rex, & gubernator, sunt medici, & chi
rurgi ad curanda vulnera, & infirmitates subditorū suorū, tam spi- 23
rituales, quàm temporales. Et est valdè miserandū, quòd cum tā-
tus sanguis effusus sit, nō sit, qui vulneribus medeatur, & ea alli-
get. Siquidē ergo non estis medici, nec chirurgi, & Deus à vobis
petiturus est arctissimam rationē omnium vulnerum, & infirmi-
tatum subditorum vestrorum, ne humeris vestris tam graue onus
imponatis, quāuis magis vos amici, & cōsanguinei vestri rogitet,
& quantumuis præsides, & collectores sint amici, & ciues vestri.

Dicit vlterius Centurio: *Et dico huic vade, & vadit: & alio veni &
venit.* Credo profectò quòd ex eo quod hic Centurio tam beni-
gnus esset in subditos suos, oriebatur, quòd & ipsi subditi tā obe-
dientes illi essent. Si tu es alter Nero in tuos, quomodo vis, vt be-
ne, & charitatiue tibi seruiant? Mite. & suaue verbū in audientis
corde pietatē gignit. Tātam vim habet oleum, vt ferrum leniat, & 24
nouaculam, quæ sine oleo asperrima est dulcem efficiat. Tempe-
ra verba tua vrbanitatis, & mansuetudinis oleo, & illis subditorū
tuorum corda concides. Huic congruit, quod ad aliud propositū
Psal. 54. Dauid dixit: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt
iacula. Tela penetratiua, & hastæ acutæ sunt verba mitia, & sua-
uia, quæ corda humiliari, & redigi faciunt quæ quidem mollibus
potius, quam fortibus rebus cedunt. Hac de causa in illa admira-
Ezech. 1. bili visione, quam vidit Ezechiel. Vbi narrat se currum vidisse,
quinque tantum animalibus mouebatur, & vnum eorum dicit esse ho
minem, in quo humanitas gubernatoribus necessaria designatur.
Hic currus est lex diuina, quæ super duas rotas vehitur, scilicet,
super

25 super amorem Dei, & proximi, quid autem significat, quòd hic
currus tam dissimilibus animalibus veheretur? Quis vnquã aqui-
læ volatum cum bouis passu vidit concordare? Quis leonis fero-
citatem cum bouis mansuetudine comparauit? Quis hominis in-
tellectum, cum brutorum irrationalitate mensus est? Quis? Diui-
na prouidentia, quæ nihil facit sine mysterio. Hæc animalia, quæ
hunc currum trahunt, & faciunt, vt lex diuina per orbem decur-
rat, sunt gubernatores, tã corporales, quàm spirituales, quos opor
tet has quatuor res habere, hominis intellectu, iudicio, & pruden
tia præditi esse debent: vt in omnibus ratione, non verò passione
ducantur. Secundo, vnumquenque oportet esse aquilam in dili-
gentia, quam habere debet in exercitatione muneris sui: & opor-
tet illum in altum contemplationis euolare, licet sit secularis. Sic
26 enim faciebat Dauid. Tertio debet esse mitis quasi bos, & si possi-
bile fuerit omnium onera portare ad eos subleuandos. Quartò de
bet esse leo, habens fortissimum animum ad resistendum proter
uis, & corrigendum vitiosos. Si has conditiones habuerit, absque
dubio illi sicut huic Centurioni obedietur. Super omnia sciendũ
est, quòd scire hæc munera sapienter gerere est donum peculiare
Dei: & sic illud memorat sanctus Paulus cum dicit: Siue ministe- *Rom.* 12.
rium in ministrando. Etiam quòd seruitium in administrando sit
iuxta voluntatem Domini, donũ est eius peculiare. Quapropter
qui vos iam his dignitatum oneribus oneratos videtis, debetis pe
tere à diuina Maiestate, vt vobis hoc donũ largiatur, vt prudenter
munus vestrum exequi sciatis, siue sitis prælati, siue reges, siue gu
bernatores. Vt hoc efficacissimo argumẽto concludit Centurio,
27 quod siquidem optimus Iesus est Dominus salutis, & infirmita-
tis poterat illis quasi seruis imperare, & quod melius Christo hæc
obedirent, quàm sibi famuli sui.

Dicit sanctum Euangelium, quod audiens hoc Dominus. *Mi-
ratus est.* Non cadit in Deum admiratio, cũ omnia æternaliter co-
gnouerit, dicẽs autẽ quod admiratus est, nobis significauit quod
si mirari posset, illud maxime miraretur: & nos excitauit vt huius
Centurionis virtutes admiremur, & confundamur. Quod primũ
oportet nos mirari, est eius profunda humilitas quãta vrbanitate
& reuerentia loquitur se deijciens. O quàm honestũ, & decorum
est nobilibus, esse modestos, & alios venerari. Sunt aliqui, qui si-
bi videntur honorem dignitatemque suam amittere, nisi alium

contemnant, & dicant, *vn vos, o el*, quo eius cor confringunt. Est in 28
seculo regula quædam, qua seculares gubernantur, & sciunt quē vocaturi sunt, *Vos*, & cui dicturi sunt, *El*. Cui verò. *Vuestra merced*. Et quem appellaturi sunt illustrem, aut magnificum. Habent hi scalam (dissimillimam scalæ Iacob) cuius gradus sunt tituli, & vanitates. Hoc ergo vnum scitote, quod gradus propinquior cælo, est magis abiectus apud mundum, & sancti non ingressi sunt in cælum, eo quod illustres fuerint vocati, sed quod plurimis virtutibus fuerint ornati. Hi tituli vnde orti sunt? Certum est enim quia quotquot hic sumus, atq; etiam in toto mundo viuimus, ex arca Noe exiuimus, & ab illis octo personis dimanauimus, quorum semen per vniuersum orbem diffusum est. Dicite quæso, illarum octo personarum, erat vna aurea, & alia argentea, alia vero
ferrea? O quam ridiculum est nos in hoc tempus consumere dicē 29
do: quomodo illum alloquar an, *Vos*, an vero, *Vuestra merced*. Per charitatem Dei vos rogo fratres mei, vt omnes gloriemur esse humiles, modestos, & honestè loquentes omnibus sicut vellemus, vt nobis cæteri loquerentur.

Etiam possunt mirari homines militares cum videant hominē tam deuotum, pium ac liberalem, qui ciuibus Capharnaum Synagogam ædificauit. Duces verò, & milites nostræ miseræ tempestatis non ita faciunt, sed si templa, pauperesque rebus suis hodie spoliare possunt, non illud in crastinum diem differunt. Non est mirandum profectò cur Christiani tam paucas victorias ab hostibus reportent, cum viri militares magis dissoluti, ac corrupti nunc sint, quàm fortè vllo vnquam tempore fuerunt. Notabilem
Iosue. 7. rem narrat sacra Scriptura: præcepit Deus Hebræis, quòd ex ci 30
uitate Hierico, quam miraculosè ipse illis traditurus erat, nihil sibi acciperent, sed omnia ferro, ignique conficerent, licèt tanta, tamque potens erat, vt transitum filijs Israel auderet impedire: & tunc erat locupletissima. Ex omni ergo illo exercitu nemo fuit præter vnum, qui aliquid sibi auderet assumere, nec Dei præceptum violare. Solus Achar filius Charmi tulit aliquid de anathemate. Cumque Deus propter illud peccatum magnopere irasceretur, præcepit Iosue, vt delinquentem inuestigaret, & de illo acerrimum supplicium sumeret. Quem cum Iosue reperiret, eum que admoneret, vt peccatum suum confiteretur, dixit ille: Verè ego peccaui Domino Deo Israel, & sic, & sic feci: vidi enim

inter

31 inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos
argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum, & concu-
piscens abstuli, & abscondi in terra contra medium taberna cu-
li mei. Res equidem mirabilis, quòd inter tot millia militum
præcipuè cum tot pretiosa, tam parata inuenirent, solus vnus
Domini præceptum violauerit. Non admiramini fratres mei ta-
lem militarium virorum fidelitatem? inter quos cum tot essent
vnus tantum propter cupiditatem, Dei præceptum transgressus
est? O æterne Deus, quàm acris reprehensio est hæc Christianis
huius temporis! quid vobis videtur? Si milites Christiani huius
tempestatis ingrederentur in ciuitatem similem illi, nũquid præ-
cepta, aut excommunicationes sufficerent, vt illos cohiberent,
ne alienis diuitijs contaminarentur? Tunc non repertus est nisi
32 vnus transgressor, nunc autem vix vnus reperiretur, qui manda-
tum illud non transgrederetur. Ille, qui tunc in delicto compre-
hensus est tam acriter punitus fuit, vt dicat illic sanctus textus
quòd tollens Iosue Achan, argentumque & pallium, & auream
regulam, filios quoque & filias eius, boues, & asinos, & oues, ip-
sumque tabernaculum & cunctam supellectilem, & omnia, quæ
illius erant, & omnis Israel cum eo, duxerunt eum ad vallem
Achor, vbi dixit Iosue, Quia turbasti nos exturbet te Deus in die
hac. Lapidauitque eum omnis Israel, & cuncta, quæ illius erant
igne consumpta sunt. Nunc autem cum tot latrocinia, & iniuriæ
ab hominibus militaribus perpetrentur, tam securi, & pacifici
transeant, nec est, qui illis dicat: male fecistis, atque ideo tyranni
des, & crudelitates magis ac magis in dies accrescunt. Ideirco con-
33 cludit Dominus dicens: quòd *Multi venient ab oriente, &c.* Quod
multi infideles in cognitionem Dei venient, & postea gloriosæ
patriarcharum societati in cęlo coniungendi sunt, & plurimi, qui
se maximos Christianos iactabant, propter sua demerita æternis
inferni ignibus comburentur.

O Christe fili Dei æterni per clementiam tuam te quæsumus, vt tua diuina luce nos illumines, vt huius serui tui, quem tantopere laudasti, pium exemplum imitantes à tuo diuino ore etiam mereamur laudari, & cum sancto Abraham in gloria collocari. Amen.

Feria Sexta post Cineres.

Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum, &c. Matth. 5.

Hiere. 7. PEr Ieremiã grauissimè querebatur Deus de Hebræis dicens. Hæc est gens, quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinã: perijt fides, & ablata est de ore eorum: & paulò post, & ædificauerũt excelsa Topheth, quæ est in valle filij Ennon, vt incenderent filios suos, & filias suas igni, quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo. Notate q̃ sacerdotes idoli Moloch persuadebãt populo gratissimum esse Domino quòd filios suos in illo idolo cõcremarent, & in testimonium, ac comprobationem erroris sui allegabãt, quòd Deus dixerat Abrahæ vt filiũ suum sibi immolaret, & dicebant, quòd ita nunc præcipiebat, vt filios, ac filias suas in illo idolo sibi immolarent comburẽtes eos. Quando contra Deum, & legem eius falsum testimoniũ dicitur, maximè hoc sentit diuina maiestas, quod homines diuina lege peccata sua tegãt, & eo magnopere offenditur, atq; ideo hos vocat homines sine fide, & obediẽtia, & affirmat se nunquã illis tale præcepisse, nec in mentem sibi venisse, vt ait hic, quæ non præcepi nec cogitaui in corde meo. Quanta solicitudine angũtur homines, vt suis effrænatis appetitibus satisfaciant, & insuper hæc omnia rationes quærunt, quibus se iustificẽt, & ea quæ iniquè faciunt iuxta diuinam legem fieri ostendant. Idcirco Spiritus sanctus nos admonet, dicens. Ne transgrediaris terminos antiquos, Proue. 22. quos posuerunt patres tui. Attendite, quòd labuntur pedes vestri: quotidie legem Dei à cardinibus abstrahimus & declinantes eam versus passiones nostras educimus illam à via sua euangelica, & agitatam deducimus, quousque illam in alienas semitas intromittamus: & quousque terminos prætereamus, quos Deus Euangelio suo constituit: sicut faciebant illi maledicti sacerdotes, qui inuestigarunt exemplum sacræ scripturæ, vt tantum scelus comprobarent, vt erat filios suos idolo immolare. Hoc in hodierno Euangelio apertè patet, in quo Dominus abusionem illã maximam refert, quam habebant Hebræi, & arbitrabãtur esse secũdum

4 dum legem, scilicet, quòd amicos diligerent inimicos verò odio
haberent, falso quodam fundamento nitentes. Cum enim Deus
illis præcepisset dicens: Diliges proximum tuum. Cumque eum
solum proximum esse crederent, qui illis benefaceret, arbitraban
tur, quod præcipiens eis Dominus vt proximum diligerent, nul
lum alium præter amicum diligere præcipiebat. Et ita à cõtrario
sensu argumentum conflabant, dicentes: Præcipit Deus, vt ami-
cos nostros diligamus? Ergo hinc sequitur quòd inimicos nostros
odio habere debeamus. Hanc falsam doctrinam corroborabãt, di
cẽtes: Deus præcepit Sauli, vt Amalech, & omnia eius bona euer
teret, & quia non hoc adimpleuit regno expulsus fuit, & infeli-
ci morte obijt. Ergo sequitur quod Saul punitus fuit, eo quod ini-
micos suos nõ oderit, quod erat falsum. Nam Saul non fuit à Deo 1. Reg. 15.
5 punitus, nisi quod cum esset vicarius Dei, & de Amalech dignũ
peccato suo supplicium sumere deberet, id non executus est. Ita-
que quemadmodum errabant arbitrantes amicum suum solum
esse proximum, sic etiam in Saulis exemplo fallebantur, quo do-
ctrinam suam confirmare sibi videbantur.

Cum autem Christus filius Dei spiritualis vitæ reformator ve-
niret, tãtam falsitatem, & fraudem ab hominum cordibus voluit
expellere. Et sic postquam falsam antiquorum opinionem retu-
lit, statim subdidit dicens: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos ve-
stros, &c. vt sitis filij patris vestri.* Magnum, & admirabile præmium
est, quod hic Dominus inimicos suos diligẽtibus pollicetur: cum
dicat illos cælestis patris filios futuros esse. Et cum sint filij etiam
hæredes erunt. Tantum autem præmium promittit, quia hæc vir
6 tus est maxima, & difficillima. Vix in toto orbe reperietur, quis
plus homini officiat, quã alter homo. Et sic cum Sathanas vellet
sanctum Iob persequi primum instrumentum, quo in hunc ho Iob. 1.
minem vsus est, fuit alter homo, atque etiam plurimi homines, &
ita primus nuncius, qui primum illi laborem nunciauit, dixit. Bo
ues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerũt Sabæi, tu
leruntq; omnia, & pueros percusserunt gladio. Nullum maiorem
ignem contra hominem inuenit, quam alios homines, & cum alia
bella nõ potuisset efficere, vt Iob Deum odisset, [illegible]
vtrum possimus conficere, vt homines odio habeat, & in eos [illegible]
[illegible] ac dicat: detestor homines. Atque idem ad illū persequen-
dum quasi instrumentum assumit Chaldæos, Sabæos, [illegible]

eius.

eius, ac deniq́ue propriam vxorem. Ipse tamen semper constans 7
fuit, nunquam de hominibus murmurauit, nec illos odit licèt plu
rima mala illi fecerint. Per clarissimam rem gerit, qui in hoc cor
Prouer. 26 tamine superat, vt dicitur in lib. Prouer. Melior est, qui dominatur
animo suo expugnatore vrbium. Idcircò tam superno præmio
illum Deus afficit. Atq́ue vt cor hanc victoriam à se reportet vta-
Eccle. 10. tur industria, quam docet Ecclesiasticus, dicens. Omnis iniu-
riæ proximi ne memineris: & nihil agas in operibus iniuriæ.
Prior pars huius sententiæ nos hortatur, vt quantum potuerimus
Simile. curemus iniuriarum, quæ nobis illatæ sunt obliuisci. Vt turbidū
fluuium pertranseas si non vis in eo mergi remedium est, quod
baculum in manibus feras, quo nitaris, nec aquam turbidam aspi
cias, ne forte caput tuum euanescat, sed oportet te oculos in littus
viride, & amœnum conijcere quo expetis peruenire: aspiciendo 8
enim locum, in quem exire desideras, & littoris amœnitatem, ful
Psal. 17. citur animus ad progrediendum vlterius. O quàm turbidus flu-
uius est inimicus tuus? Torrentes iniquitatis conturbauerūt me:
dicebat Dauid. Si ergo securus vis transire, ne in hoc fluuio, per
iram & odium demergaris innitere baculo sanctæ crucis: nec flu-
uium istum turbidum, qui est inimicus tuus aspicias. Ne aduer-
tas, nec oculos conijcias in litem, quæ inter te & illum agitur: nec
in iniuriam, quam tibi fecit, ne illius quidem memineris, quin ali-
ter euanescet caput tuum, & in impatientia demergeris. Oculos
conijce in littus gloriæ quo deuenire cupis, aspice cælestem por-
tum, in quē non perueniunt affecti iniuria, nisi illā dimittant. Et
cum hac consideratione non solum ad ignoscēdum inimico tuo,
verum etiam, si opus fuerit ad patiendum martyrium fulcieris. Id 9
circo dixit Ecclesiasticus loco supradicto: Iniuriæ proximi ne me
mineris. Posterior autem pars huius sententiæ sequitur ex priori:
Dicit enim, ne quid agas in operibus iniuriæ, ne sis adiutor in
vlciscenda iniuria, id est, quā nō debes adiuuare, cogitās, aut in
memoria eam reuocans, nec de illis loquēs, nec alios audiens, cū de
illis loquuti fuerint. Itaque nec cogitatione, nec opere, nec alia re
iniuriam adiuuare debemus. Nā illa ex se accrescit, quanto igitur
magis accrescet, si adiuuetur? etiam verba illa, Nihil agas in operi-
bus iniuriæ aliam expositionē habent, scilicet, quia quod homo
cū calore vltionis facit, nisi sit facere ideo opus ab eius manib. au-
fertur, & hic illi dicitur quod nihil prorsus agat circa illud. Opor
tet

1 oter vos diligēter hæc verba Domini cōsiderare, tanta etenim est Euangelij puritas, & sanctitas, vt non contenta sit, quod vestrum inimicum & offensorem non odio habeatis, nec in illū irascamini: sed absolutè, ac sub expresso precepto precipit, vt solido ac vero amore illū diligatis, vt ex his verbis apparet. Ego autē dico vobis, diligite inimicos vestros: & sic illa verba notabilissima sancti Pauli, dicētis: dilectio sine simulatione, intelligēda sunt de amicis & de inimicis, quod oportet vos tā inimicos, quā amicos nō ficto sed vero amore diligere. Si de simulatione [illegible] amicitias enim veras amicitias, nō vero fictiones, ac mēdacia esse oportet: quo supplicio dign⁹ est ille, qui reipublicę monetā adulteratā p tali crimi ne solet homo cōcremari. Quid ergo merebitur, qui Christianæ religionis monetā adulterat, quæ quidē amor est? tu vero decipis me di-
1 cēs [illegible] monetā mihi prębes, & quia me diligis, cū tamē verū sit q me odio habes, & me etiā vendis. O maximā [illegible] quā grauiter, non vnius quidē horę igne, sed sempiterno incēdio punietur: O fratres mei tantū malū fugite, ne in tantā irā Dei incidatis, sed diligite sine simulatione. Quod si queratis quomodo [illegible] esse hunc amorē? Respōdit [illegible] Paulus [illegible] malū, adhęrētes bono. Ne aliū diligas, vt cōmodi⁹ possis peccare. Sūt enim homines, qui cū alijs amicitiā ineūt, & sese cū illis [illegible] gūt ad offendendū Deū. Liberet nos Deus à tali amore, q illū diligas, quia est lusor, murmurator, & carnalis sicut tu, qui [illegible] bit in [illegible] tuorū turpiū appetituū: nō ita esse debet, ait S. Paulus, sed [illegible] omne malū, hoc est, vt vos diligatis ad bellum peccato inferendū, & q alter alterū inuicē vos admoneatis, & ad
13 bonū cōfortetis. Cùm primū homo bon⁹ esse desinit, nullius amicitia dignus est: talē vt quis cum eo conuersetur, nisi esset ad eum conuertendū si posset fieri. Odientes malum & adhęrētes bono. Vult etiam dicere, quòd amico tuo nolis in peccato [illegible] sit amicitia talis, quæ vltra Dei præcepta non se [illegible]. Ita vos bono inhærere, illudque tam feruidè amare oportet.

Notate vlterius q nō contēta est [illegible] bonitas, q intrinseco cordis amore inimicum vestrum diligatis, [illegible] bonis operibus illū ostendatis. Atq; ideo [illegible] Atq; vna ex rationibus, quæ vos ad hæc [illegible] debent, est hæc, quia vnusquisque [illegible] fratre suum corrigere tenetur. Et credo quod [illegible] Roma. 2.

res non tam sufficerent istum inimicũ vestrum cõuertere, quàm 13
Roma. 12. vos qui eius læsi, si ei benefeceritis. Ita innuit S. Paulus, cùm dixit: si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. O mirificam metaphoram, quemadmodum si multas prunas cumularetis, & illas super caput inimici vestri injiceretis, impossibile esset, quin inflammaretur: ita videtur impossibile quin opera bona & beneficia eius cor, & animam inflamment, & cum vino quodam amore accendant. O quãta exaggeratio est hæc sancti Apostoli, quã propter peccata nostra raro experimur, vix enim benefaciẽti nobis benefacimus, quanto minus faciemus malefacienti. Dicitur quod Scorpio, & mus sunt valde inimici. Et ad curandũ mor-
Simile. sum Scorpionis vnum ex maioribus, & aptioribus remedijs est mortuum murem medium aperiri, & vulneri applicari: sic ini 14
micus inimico medebitur si mortificans seipsum viscera sua aperuerit, & illum dilexerit, atque ei beneuolum vultum ostenderit, ac denique benefecerit. Hæc enim efficacissima erit medicina ad vulnus cordis illius curandum. Quòd si nondũ inimici pectus his beneficijs mollificetur, nõ ideo seruũ Dei à solita charitate oportet desistere sperantem, quod beneficia beneficijs addens forte priorum, quæ amissa fuerant, gratitudinem reperiet. Sicut Sagittarius, qui cum non inuenit sagittas, quas prius immisit, alias denuo immittit vt per illarum ictum alias inueniat. Pij patres & fratres cùm vident filios, & fratres suos, qui ardentissima febri laborantes sensum amittunt, & propterea iniurias eis faciunt, & cõtu-
Simile. meliosa verba dicunt, aut discum in eos injiciant, tunc nõ solum non indignantur cõtra eos, sed illos potiùs miserãtur: sic se Deus
Act. 11. habet erga nos. Videte quãto furore inflammatus pergebat Saulus adhuc spirans minarum ac cædis in discipulos Domini, & cũ hoc furore inflammatus pergeret, subito circũfulsit eum lux de cælo, & cadens in terram audiuit vocem dicentẽ sibi Saule, Saule quid me persequeris? O ineffabilem Dei probitatẽ, qui tali tempore, & cum tam crudelibus negotijs Saulus intenderet, non præcipit vt aperiatur terra, quæ illum absorbeat, sed tunc illius magis miseretur, & de cælo descendit, vt eum misericordia sua operiat. O si ex hoc disceres fratrem tuum præ furore amentẽ miserari, & tanquam pius pater non contentus est remedijs, quæ quæsiuit, & applicuit morbo filij sui, sed infatigabilis alia atque alia inquirit,

& nihil

16 & nihil eorum relinquit, quæ filio suo profutura esse arbitratur.
Sic oportet te facere cum proximo tuo. Hoc facit Deus cum
peccatoribus diuersas inuentiones ac artificia inuestigans vt eos
ad se conuertat. Hoc debent etiam facere auditores pœniten-
tiarij cum pœnitentibus, & filijs spiritualibus, aliud atque aliud
remedium quærentes, vt eos à malo compescant, & ad bonum
attrahant. Sed Heu hèu, quantum hic plorari oportet, quam si-
ne pietate ac miseratione hæc officia fiunt, & quanta cum negli-
gentia hoc auditores pœnitentiarij exequuntur. O quot animæ
condemnantur eo quòd hæc pietas in spiritualibus patribus nõ
reperiatur?

Ex hoc verbo: Benefacite, & ex omnibus supradictis infertur
quantum teneantur læsi, & iniuria affecti offensores suos alloqui
17 cũ ipsi aliquo modo hoc ab illis petierint. Si enim Deus præcipit
inimicis benefieri, quid boni illis faciet, qui ne verbum quidẽ illis
vult dare, quod est bonorum omnium minimum? quod si diceba
mus vnam ex præcipuis rationibus quare debemus inimicis be-
nefacere, esse, vt eos beneficijs nostris conuertamus: eadem ratio
est in verbis, quæ si sunt mitia, & suauia maxime ad inimici con-
uersionem conducunt. Etiam naturali, ac diuina lege scandalum
teneris euitare, arbitrantur enim inimici tui, quòd illos odio ha-
bes cum illis non loquaris. Venerabilis quidam senex Hebræus
nomine Eleazarus cogebatur suinas carnes contra legem Moysi *2. Mach. 6*
mãducare: cũq; ipse obedire nollet tam iniquo præcepto, suade-
bant ei aliqui amici eius, vt alijs carnibus vesceretur, vt tyranni
iussa satisfaceret, ille enim arbitraretur quòd suinæ essent, qui-
18 bus ille, vt timens Deum respondit: citò præmitti se velle in in-
fernum. Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere: vt
multi adolescentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum
transisse ad vitam alienigenarum, & propter meam simulatio-
nem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipian-
tur, & per hoc maculam, atque execrationem meæ senectuti con
quiram. O quàm virile pectus, & quàm admirabile exemplum
serui Dei, qui potius vult in infernũ detrudi, quàm carnes, etiam
non prohibitas manducare: ne forte adolescentes arbitrantes car
nes illas, quas ipse manducabat prohibitas esse, ad illius imita-
tionem Deum offenderent. Ex hoc cognoscetis quantum debea
mus non solum non malefacere: verum ne occasionem quidem

præstare, vt aliquis arbitretur nos malefacere, vt illam realiter 19 præstat, qui offensori suo nō vult loqui. O Deū incōmutabilem! quot sunt qui in hoc peccant, qui cū assiduis rogitationibus rogitati ignoscāt, dicunt: cū hac cōditione ignosco, q̄ mihi nō loquatur, nec enim meis oculis aspiciam. Sic? Proximum tuum non sinis loqui tibi? Verere ergo ne idem tibi Deus faciat. Non sinis fratrem tuum loqui? nō ergo Deus te loqui patietur. Loquens Deus
Isai. 47. per Isaiā, cum Babylone dicit ei. Iratus sum super populū meum, contaminaui hæreditatem meā, & dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias. &c. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo. Ego sum, & nō est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Veniēt tibi duo hęc subito in die vna, sterilitas, & viduitas. Vniuersa venerūt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum. Cùm ego iratus essem (ait Dominus) in populum meum illum tibi tradidi: tu verò non fecisti cum eo misericordiā. Propter hanc igitur crudelitatem, ego puniam, & euertam te, & repente vidua, ac sterilis efficieris, & insuper hæc ita obcæcata es, vt non posueris hæc super cor tuum, nec recordata fueris nouissimi tui, quod ad literam actum est. Iam enim milites in ostio erant, nec tamen ipsa cognoscebat finem suum aduentare, & se destruendam esse ignorabat. O terribile Dei supplicium! quòd quia in proximos suos crudeles fuerunt, grauissime puniti sunt, nec tamen super se supplicium irruere cognoscebant. Ecce quo supplicio afficit Deus eos, qui in proximos suos crudeles se præbent. Sunt in ostio milites, ipsi vero non intelligunt finem suum propinquasse grauiter infirmantur, & vident se sanguinis effusionem pati, & potiones accipere, 21 & morbis maximis cruciari, & non intelligunt mortem sibi appropinquare, & ita moriuntur, nec à Deo veniam deprecantur. Sustulisti verbum proximo tuo, noluisti, vt tibi loqueretur? Sustulit ergo tibi Deus locutionem, ne sibi loquereris, aut veniam à se peteres, & ita quasi iumentum morereris. Væ obduratis in proximos suos. Deus enim durum etiā in illos se præbebit, quia
1. Reg. 25 Nabal Carmelus impius ac durus fuit in Dauid & milites suos: emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. Sic fiet cor tuum quasi lapis, vt mortem tuam propinquasse non sentias, nec cōfitearis, nec sacramenta suscipias eo quòd in fratrē tuū te durum ostenderis. Pertimescite ò filij Adæ ira Dei, misericor-

22 des vos præbete, benefacite, & eos, qui vos offenderunt diligite si
quidem altissima Maiestas hoc vobis præcipit, dicens.
Ego autem dico vobis: Diligite, &c. O quantum pondus in se habet
hoc verbum? hoc nos in maximam obligationem inducit, quòd
Deus suæ diuinæ legis præconem, & promulgatorem se fecerit.
Non enim contentus est nobis homines, aut Angelos mittere,
sed ipsemet venit vt nobis hoc præciperet, & suo diuino ore pro-
ferret. In Genes. dicitur, quòd defuncto sancto Iacob venerũt filij *Genes. 50.*
eius, & dixerunt sancto Ioseph fratri suo. Pater tuus præcepit no-
bis ante quam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus. Ob
secro vt obliuiscaris scelerum fratrum tuorum. Pater tuus (aiunt
illi) etsi omnium illorum pater erat, vt illũ tam dulci ac suaui ver-
bo mitiorem, ac teneriorem redderent. Quibus auditis fleuit Io-
23 seph. O mirabilis res. Ita tener redditus est cum audiret, patrem
suum sibi præcepisse, vt fratribus suis ignosceret, vt totum se in
lachrymas cõuertere videretur. O Christiane animaduerte, quòd
pater tuus Iesus Christus, ille qui te sic dilexit, vt pro te mortuus
fuerit, tibi præcipit, vt propter se inimicis tuis ignoscas. Quare nõ
efficeris tener, & lachrymis perfunderis tam dulce verbum au-
diens sicut est hoc. Pater tuus? Deus enim est pater tuus, & tibi di
cit. Ego autem dico vobis: Diligite, &c. Propter verba labiorum
tuorum, ego custodiui vias duras: dicebat Dauid. Non sunt nimis *Psal. 16.*
dura, quæ nobis hic Deus præcipit, atq; etiam si duriora essent,
eo quod talis Dominus nobis ea præceperit, submisso capite, illa
libentissime facere deberemus. Si vobis præcepisset res tam con-
trarias naturæ, sicut Stoici præcipiebant, qui legem hanc habe- *Stoicorum*
24 bant, quòd nullo euentu, siue tristi, siue læto debebant commo- *secta.*
ueri, nec vultus serenitatem perturbare. Itaq; si Stoico subito di-
ceretur quòd pater, & cunctum genus suum mortuum esset, non
debebat perturbari, sed sereno vultu semper permanere, ac si ni-
hil vnquã tale percepisset. Et si illi dirupta omnia eius bona esse
nũciaretur, aut audiret ducẽta millia aureorũ sibi data fuisse non
licebat illi ridere, nec hilarem vultũ, sed semper serenũ ac cõstan-
tem præbere. Si (inquã) Deus vobis legẽ hanc imposuisset, nimis
hoc graue ac intolerabile esse videretur: quia est contra naturalẽ
propensionem. Nã vt ait Aristo. Impossibile est quin visis tanga- *Aristo.*
mur. Hoc autem præceptũ inimicos diligendi, eisq; benefaciendi,
non ita est graue nec impossibile, sed valde [illegible] possibile atque vtile

præcipuè cùm eiuſdem Dei præcipientis auxilio: qui ipſo facto, 25
quo nobis hoc præcipit, obligatur ad præſtandum nobis auxilium, quo plurimi ſancti adiuti non ſolum inimicorum ſuorum perſecutiones patienter tulerunt: ſed inſuper hoc etiam ſui ipſorum cruciatores ſe fecerunt. Atque ita nonnulli intelligunt illa

Matth. 5. verba Matthæi: Quicunque te angariauerit mille paſſus, vade cum illo, & alia duo. Angariare eſt iniuſtè cogere ad portandum aliquod onus. Vult dicere Dominus: quando inimici tui tibi labores afferant, & te perſequũtur permittente Deo propter peccata tua, ſi vis labores iſtos ſuauiter tolerare, adde tu plures ſuper illos, & te magis percute. Hoc eſt enim vltra mille paſſus, quos

Iob. 2. angariatus es duos paſſus ambulare. Ita Iob cum à Deo per miniſterium diaboli, Chaldæorum, ac Sabæorum percutiebatur ipſemet ſe magis percutiebat immittens ſe in ſterquilinium fœtidũ: atque ibi vulnera ſua aſperrima tegula ſcalpebat. Teſta ſaniem radebat ſedens in ſterquilinio: non applicabat ſuauia vnguenta, nec linteo vulnera mundabat, ſed teſtâ ſaniem radebat. Vt verbera verberibus quibus illum Deus flagellabat, adderet, & Dauid di

Pſal. 34. cebat: Cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio ſuper afflictionem (inquit) quam mihi inimici mei afferebant, ego amplius affligebar. Et cum Deus per filium ſuũ Abſalom illum puniebat,

2. Reg. 15. ipſemet Dei verberibus defatigationes addidit excalceans pedes ſuos, ac nudis pedibus incedens magnam lachrymarum copiam effundebat. Propter quod Deus illum conſolatus eſt, eique labores reuelauit, quos Meſſias paſſurus erat, propter homines. O beatos ſeruos Dei, quas inuentiones inueſtigare ſciunt ad implendũ ſuauiter quod Deus illis præcipit? O infœlices peccatores, quàm parui æſtimant omnia quæ illis Deus imperat.

Sci abſolutum Dei præceptum eſſe hoc. *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos veſtros.* Et quia amicus tuus, cuius conſilia ſequeris, & conſanguinei tui tibi dicunt, quòd eorum propinquus non vo ceris ſi tale feceris, potiùs vis propinquis, & amicis tuis ſatisfacere, quàm adimplere præceptum Domini, qui te creauit, & conſeruat, quiq; propter huius præcepti exequutionẽ tibi gloriã pollice

Lactantius tur? Hoc magnoperè animã cruciat, ſcilicet, rem tam contrariã, &
Firm. de diuinis inſtitu. ignominioſam Chriſtianæ religioni audire. Vna ex rationibus, quibus Lactãtius Firmian⁹, & omnes, qui de hoc diſputãt, demonſtrationem faciunt peſsimi erroris maledictæ idololatriæ, hoc eſt

quod

1 quòd leges ea vitia condēnabant, quæ gentes in suis dijs adora-
bāt:nec permittebāt, homines eos imitari, quos tanquā Deos ve-
nerabantur. In quo manifestè ostendebāt abominabile vitiū ido-
lolatriæ, ac deliri mendacij? eos enim Deos adorabāt, quos imita-
ri sibi minime licebat. Atque hoc ipsum quodāmodo faciūt, qui
Domini nostri Iesu Christi imitationem, suique sancti Euangelij
obseruantiam impediunt. O beati seraphim cælestis gloriæ ciues
si in terrā descēderetis ad exaggerādā vestris seraphicis linguis tā-
tā iniquitatē, ac tam obstupēdā malitiā, quæ inter innumerabiles
Christianos versatur! O Deus maiestatis infinitę linguā, ac verba
mihi cōcede, vt sciam honorem tuum summa animi cōtentione
defendere. O Christiani pretioso Iesu Christi sanguine redempti
quid facitis, quare nō effunditis viscera, vt honorem boni Iesu ve-
2 hementissime propugnetis? Quomodo non aperitur terra, vt eos
viuos deuoret, qui tam bono Deo tantā iniuriā audēt inferre? Di-
cunt enim, ne te amplius propinquū meum appelles, nec domū
meam ingrediaris, si feceris, quod Iesus Christus verbo, & exem-
plo docuit. O traditores & nequissimi, hæc dicentes proximi [illegible]
[illegible] hoc dicitis, atq; hoc verba vestra significant. O summe mun-
di magister, amor dulcissime animarū nostrarū Iesu Christe fili
Dei, vnus ex locis, vbi probitatem, ac misericordiam tuam magis
ostendisti fuit, cum durissimæ cruci atrocissimis clauis affixus,
atque inimicorum tuorum sacrilegis linguis blasphematus es, cū
tu sanguine tuo terram irrigares, lachrymisq; abundantissimis [illegible]
[illegible] iniurias dimitteres, cumque suauissimis
verbis æternum patrem rogares dicēs. Pater ignosce illis, quia ne- Lucæ 23
3 sciūt quid faciunt. Inimici tui te accusabāt vocātes malefactorē:
tu vero [illegible] illos excusabas, cumq; illi te crude-
li morte [illegible] tu fons clemētiæ ab æterno patre salutē
& vitā illis precabaris: in quo ęterni patris man⁹ vinciebas ne de
illis vindictā sumeret [illegible] matris tuæ linguā cōtinebas, ne
contra illos [illegible] expoleret. Eia fratres quid de hoc sentitis?
quod erit tā lapideū cor, quod tātę pietatis exēplo nō molliatur?
Est ne hic aliquis qui odiū habeat in proximum suum? Adiuro te
per hæc dulcissima verba, & per lachrymas, quas ille profudit [illegible]
[illegible] vt cōmouearis, & cum fratribus tuis recōcilieris dimittēs illis
ex puro corde, sicut vis vt tibi ignoscatur. Eia fratres nunquid ali-
quid consulo? Conficiat hoc Deus per suam misericordiam, &

vos moueat, vt faciatis quæ debetis. Attendite quòd non conten-
tus est piissimus Iesus in hora mortis patrẽ pro inimicis, ac offen
soribus suis exorare: sed ipsa die, qua resurrexit, apparens discipu
lis suis, dixit illis: sic oportebat Christum pati, & resurgere à mor
Luce. 24. tuis tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitẽtiam in remis-
sionem peccatorũ in omnes gẽtes, incipiẽtibus ab Hierosolyma.
Nõ animaduertitis Dei vestri pietatẽ, qui dicit, vt prędicatio pœ-
nitentię, & remissio peccatorũ ab Hierosolyma incipiat, vbi tam
atrox mors sibi fuerat illata? Hoc fuit, vt videntes gentes quòd si
quidem tam peccatoribus hominibus, qui tam nefariũ scelus per
petrarant, vt Deum suum interficerent, ignoscebat, spem veniæ,
& ipsæ conciperent. Verùm nõ solum illi ciuitati voluit ignosce
re, sed voluit etiam, vt omnibus vniuersi mundi ciuitatibus præ-
ferretur, & ibi inciperet euangelium prædicari, & remissio pec-
catorum fieri. Qui ergo amicum, & consanguineum suum impe-
dit, eique persuadet ne iniurias dimittat, quid aliud facit, quam
illi dicere, quod ignominiosum est eum imitari, quem Deum
veneratur? Quid igitur sperant, qui tale facinus committũt? Quo
modo audebunt peccatorũ suorum veniam Deum rogare? Nec
vero contenti sunt persuadentes tibi, vt inimicos tuos vlciscaris,
sed te confortant, vt atrocissimè eos percutias, vultum mediam
abscindas, ac denique vitam illis auferas. Quando Chaldæi de-
struxerunt Hierosolymam, Idumæi illos incitabant, dicentes.
Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea, vt prophe-
Psal. 136. tauit David, dicens. Memor esto Domine filiorum Edom in die
Hierusalem, qui dicunt, exinanite, exinanite, &c. Videte quàm
maxima crudelitas illa fuerit, cùm enim oporteret eos dicere: suf
ficit, sufficit, cõtẽti iam estote euersione, quã fecistis, satis magni
stragem edidistis, illos quasi calcaribus ad maiorem crudelitatẽ
stimulabant, ac dicebant. Extinguite, extinguite illos, ne illo-
rum memoria amplius in terra permaneat. O crudelissimi canes
illos quippe vos imitamini cùm dicitis. Non eris homo, si non
intuleris mortem illi, qui tibi iniuriam intulit. O fratres per cha-
ritatem Dei vos rogo, ne ita sit, sed suauissima verba quærite,
quibus fratrem vestrum furore concitatum mitigetis. Quid? cùm
vicini tui domus inflammatur madidis lodicibus eam operis, ne
Simile. ignis vlteriùs progrediatur: cùm autem vides proximum tuũ fu-
rore accensum, & factum quasi carbonem ignis, qui fratres suos

vult

34 vult côcremare, eius ignem madidis lodicibus non comprimeres, dicês illi optima, & mitissima verba, quibus illum mitigares, ita vt confusus, & circunuentus optimis rationibus maneret? Sed tuarû maledictarum admonitionum flatibus magis illum inflâmas. O fratres mei cognoscite iam malum, quod facitis, & quod destruxistis resarcite dissuadentes proximis vestris mala, quæ illis antea persuasistis, & huius tanti sceleris pœnitentiam agite, & conferet hic Dominus vobis suam gratiã, qua sempiterna gloria comparatur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Sabbatho post Cineres.

Cùm sero esset factum, erat nauis in medio maris, &c.

8 Marci. 6.

NArrat sanctus Marcus, quòd finito côuiuio, quod Dominus fecit in monte quinq; millibus hominum, statim coegit discipulos suos ascendere nauim. Dicês quòd eos coegit, significat quàm intrinseco amore viri illi Apostolici suum diuinum Magistrum diligebant: adeò vt ab eo recedere quasi mors illis duru, ac crudele videretur. O vtinã diuina Maiestas similem amorem in corda nostra infunderet, quo cælesti côuersatione delectaremur, & difficillime, ac quasi coacti minimo têporis spatio ab illa segregaremur. In libro Ruth dicitur, quòd Noemi mulier Hebræa habitabat in Moab propter nimiã famê, quæ erat in Iudæa. Hęc habuit duos filios qui vxores duxerût Moabitides, quarû vna voca
2 batur Orpha, altera Ruth. Cumq; mulier duobus filijs orbata re- Ruth. 1.
maneret, surrexit, vt in patriã suã pergeret. Nurus eius tantopere illã diligebât, vt eã à Moab vsq; in Iudęa comitatę fuerint, & quã uis ipsa renuebat, Nurus tamê eleuata voce flere cœperût, & dicere. Tecû pergemus ad populû tuû. Cûq; in Iudęa accessisset, iussit illas discedere, & reuerti in patriã suã, quæ eleuata voce rursum flere cœperunt. Orpha tamen osculata est socrum, ac reuersa est. Ruth aût, etsi à socru cogebatur, vt reuerteretur, nequaquã tamen voluit reuerti, sed socrui suæ adhęsit, ac suauissimis verbis respondens dixit: Ne aduerseris mihi, vt relinquã te, & abeã: quocunque perrexeris, pergã; & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus me⁹, & Deus tuus, Deus meus. quæ te terra

morientem susceperit in ea moriar. Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat si nō sola mors me à te separauerit. Hebræi dicūt super hūc locum, quod Noemi ter nurum suam exhortata est, dicens, vt ad uerteret quid faceret, quia lex, quam volebat accipere, erat grauissima, & quæ plurima præcepta continebat, scilicet, sexcēta & tredecim, & quod illis prohibitum erat alienos Deos adorare, & quòd legis transgressores in multis casibus lapidabātur. Ruth autem omnibus his assentita est, dicens quod omnia libentissimè faceret, & eorum nihil recusaret. Et propter hāc fidelitatem, quam Deo socruique suæ prestitit, digna fuit, quæ Domini nostri Iesu Christi proauia esset. O quàm admirabile est hoc exemplum, & quanta nobis confusio. Tantoperè Ruth socrus suæ cōuersatione delectabatur, vt propter illam patriam, parentes, legemque suam reliquerit, & tam graui, ac implicata lege voluerit onerari. Quæ autem est differentia inter nostri dilectissimi Iesu, & Noemi conuersationem? Quare omnia non despicimus vt hac sanctissima familiaritate perfruamur? Quare non ploramus, ac lachrymis perfundimur, cum quis nos ab hac sanctissima societate conatur separare? Omnia hæc ex cognitionis defectu proueniunt. Deprecemur fratres mei hūc suauissimum Iesum, vt corda nostra ad sui amorem alliciat, quò omnis alia conuersatio præter suam & præter illam, quæ fuerit in ipso, aut per ipsum, nobis amarissima videatur. Dico in ipso, aut per ipsum, quia iustorū conuersatio etiā debet à nobis amari, & maximi æstimari. Et sicut sancti Apostoli difficile, ac molestè à sancti sanctorum conuersatione separabā tur: sic oportet nos sentire separationem à sanctis hominibus, in quibus ipsemet Iesus Christus repræsentatur: atque etiam multum merentur, qui cum talibus conuersantur. In Genesi dicitur, quòd egrediens Abraham ad exequendum præceptum Domini tulit secum animas, quas fecerat in Haram. Nullum filium in illa regione genuerat Abraham, quomodo ergo dicitur, quòd tulit secum animas, quas fecerat? Vult dicere, quòd omnes, quos conuerterat ad Deum, secum tulit, & eos ab illa regione deduxit, & illos alebat, atque in eius familia commorabantur, vt eos in fide, atque virtute, quam illos erudierat, conseruaret, ne malis aliarum gentium conuersationibus peruerterentur. Intellexit enim sanctus Patriarcha, quantum bona conuersatio ad virtutis conseruationem, & augmentum conducat: quantumque detrimen-

Genes. 12.

6 tum mala familiaritas viris probis afferat, optimè cognouit. Etiā
ad hoc propositū permagni interest animaduertere illud Danie-
lis, scilicet, quòd sanctus Propheta Daniel conuertit Nabuchodo
nosor; & dicit ibidem sanctus textus: Ipse autē Daniel erat in fo- *Daniel. 2.*
ribus Regis. Ex quo communiter tenent doctores, quòd quandiu
Daniel in foribus Regis permansit cum illo conuersans, & impe-
diens ne malis conuersationibus vteretur (hoc est enim esse in fo
ribus Regis) omnia tā Regi, quàm regno prosperè contingebant.
Cùm primum autē Daniel illinc recessit (quod fortasse fecit pro-
pter aliquod grauissimum negotiū, quod sibi oblatū est) peruer-
sus est Rex, & iussit illam statuā erigi, vbi tam nefaria idololatria
perpetrata est. Ob hanc causam per singularē exaggerationē dici
tur de sponsa: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. *Cant. 2.*
7 Mirabile est enim illam eis non peruerti, sicut est mirabile lilium
spinis non deperdi. Etiam sanctus Paulus magna quadā exagge-
ratione dixit: Sitis filij Dei sine reprehensione in medio nationis *Philip. 2.*
prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.
Mirabile erit, & multum in conspectu Dei merebimini, si inter
tam iniquā & peruersam gentem boni fueritis; & in Apocalypsi
dicit Deus de sancto quodam prælato Pergami: Scio vbi habitas, *Apoca. 2.*
vbi sedes est Sathanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidē
meam. Mirabile est, quod cum habitares inter gentem vbi diabo
lus sedem suam habet, fidelitatem mihi debitam non amiseris.

Ex his quæ supra dixi, intelligetis fratres mei quātum intersit
ad salutem nostram à malis conuersationibus recedere, & ad bo-
nas studiosissimè accedere. Ego quidem hoc credo, atque ita verū
8 est quod magnum indicium est, quòd quis sit bonus, quando cū
amore ad viros probos accedit, & difficile ab eis segregatur. Con
tra verò magnum signum est quod quis sit malus, quando ad ho-
mines malos accedit, & cum illis conuersatur. Quod ex hac ratio
ne cognoscetis. Iustus in sacris literis arbori viridi, & pulchræ cō
paratur, vt dicit Dauid: Erit tanquam lignum, quod plantatū est *Psal. 1.*
secus decursus aquarum. Et folium eius non defluet. Mali autem
cum spinis comparātur, vt ipse Dauid dicit: Præuaricatores au
tem quasi spinæ euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus. *2. Reg. 23.*
Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato,
igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum. O quàm terri
bilia verba, & quàm contraria superioribus. Iustus est quasi ar-

bor pulchra, viridis, & fructu onerata. Peccatores verò sicut spi- 9
næ ad quas non audent homines accedere nisi armati, & manicis
ferreis cooperti, ne ab illis compungantur, denique euulsæ perpe
Simile. tuo igne comburendæ sunt. Hæc est igitur differentia: quòd sub
vmbra arborum viridium recipiuntur homines in æstate: serpen
tes verò, lacerti, atque alia immunda, & venenosa animalia sub
spinis, & rubis se se recipiunt. Ita qui sunt prudentes homines ad
vmbram, & conuersationem iustorum confugiunt, & ex ea ma-
ximum accipiunt refrigerium. Nulla est vmbra, aut amœnitas tā
desiderata in æstate, & tempore maioris caloris, quàm deside:a-
tur iustorum conuersatio ab alijs iustis ad suarum afflictionū con
solationem. O quanto affectu scribebat sanctus Paulus ad Roma
Rom. 1. nos, dicens: Desidero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis
gratiæ spiritualis ad confirmandos vos: id est, simul consolari in 10
vobis per eam, quæ inuicem est fidem vestram, atq; meam. Non
dixit ad simul consolandos vos sicut dixit ad confirmandos. Vt
significaret se desiderare Romanos videre, vt illos in fide confir-
maret, & eos consolaretur: & præterea, vt semetipsum cum eis
consolaretur eorum fidem, ac virtutem perspiciens. Idcircò po-
Simile. suit consolari, vt vtrunque significaret. Atque ea insuauitate, ac
molestia, qua quis amœnam arboris vmbram relinquit, & per ni
mios solis calores pergit necessitate compulsus: eadem insuauita
te, & repugnantia bonam vmbram, & conuersationem iustorum
hominum relinqui oportet aliquando, si aliorum negotiorum
necessitas ita postularit. Venenosa autem animalia ad spinas, &
rubos confugiunt. Quid de te cogitari poterit, cùm videaris ab ho
minibus cum improbis conuersari, nisi quod es coluber, aut vipe 11
ra venenosa? O vtinam æterna Dei Maiestas hanc cælestem do-
ctrinam in cordibus vestris imprimat. Vt deinceps durissimum
vobis sit à bonorum conuersatione separari, sicut his sanctis Apo
stolis grauissimum esse videbatur à sanctissima diuini Magistri
sui familiaritate recedere.

Dicit autem sanctus Euangelista, quòd cùm Dominus discipu-
los suos dimisisset, turbasq;, quas inuitauerat, expedisset; ipse so
lus abijt in montem orare: vt nos doceret quanta spiritus tran-
quillitate, & quieta recollectione, & solitudine orandum sit. Et li-
cet verum sit, quod in omni loco orari & laudari Deus potest, vt
Psal. 102. significauit Dauid cùm dixit: In omni loco dominationis eius be

ne

12 nedic anima mea Domino. Hoc etiam significatũ est, cùm diuer-
sis hominibus varijs in locis Deus beneficia faceret: sicut Moysi, *Exod. 3.*
cui in monte apparuit in rubo: Abrahæ in valle ad ostiũ taberna- *Genes. 18.*
culi sui. Ezechieli iuxta fluuium Cobar: B. Ioanni in insula Pat- *Ezech. 1.*
mos, cum exularet. Tribus pueris in fornace Babylonis. Cananæ- *Daniel. 3.*
næ mulieri, in via: Iob denique in sterquilinio comparuit. Quæ *Apocal. 1.*
omnia significant quàm in promptu habeamus Deum, & quam *Matth. 15.*
paratus sit semper, & vbique, in lecto, in mensa, in campo & in *Iob. 2.*
ciuitate, vt nobis auxilium præstet. Verumtamen, quia oratio est
eleuatio mentis in Deum, maximè interest eam in solitudine fie-
ri segregando nos vt hoc faciamus non solùm à populari, sed etiã
ab Apostolica conuersatione, sicut fecit Dñs. Atque etiam, quia *Ambr. lib.*
vt dicit Beatus Ambrosius: quando oras, cum Deo loqueris: quan- *2. de offic.*
13 do legis, ipsum audis. Quis ergo esset tam temerarius, & stultus, *Simile.*
vt cum vellet regem alloqui, ad parietes diuerteretur, aut in ima-
gines in regio domicilio depictas oculos conijceret hac atq; illinc
caput cum magna dissolutione conuertens? Diceret rex: tollite
mihi hinc istum amentem, qui petijt à me facultatem, vt mihi lo-
queretur nunc autem in his stultitijs occupatur. Maior profectò
irreuerentia est hoc facere quando quis cum Deo loquitur. Qua-
propter singulare est consilium solitudinem, & recollectionem
quærere ne habeamus occasionem diuertendi sensus, quibus di-
uersis diuertitur & anima. Erubesce ergo frater mi videns, quòd
orationes tuæ non sunt orationes solitudinis, sed viles, & abiectæ
multis distractionibus plenæ sine feruore, & attentione.
Atque vt vnusquisque vestrùm deinceps sciat quomodo in
14 hac re tam necessaria se debeat habere: Animaduertite attentio-
nem duplicem esse oportere, alteram quæ orationem præcedat,
alteram verò quæ ipsam comitetur: priorem manifestum est quod
non debet deesse. Nam cùm homo sit rationalis, liber, & produ-
cens opera sua, cum consilio, prudentia, ac deliberatione, de-
bet animum suum ad illa applicare, quæ cum tam supremo Do-
mino acturus est, quæque illum rogaturus est, antequam oret,
ne insipienter quasi brutum, & irrationalis procedat. De po-
steriore attentione, scilicet, de comitante dico, quòd etiam est
rationi consentaneum, quòd vnusquisque ad petitionem suam
attendat, sic enim fortificatur, & accrescit affectio, & mul-
tum proficit in deuotione, & in visione spiritus cum Deo:

verum-

veruntamen licet aliquando diuertamur in oratione, non eſt mi- 15 randum, quia eſt anima noſtra tam vnita, & impedita his corporalibus ſenſibus, ipſi autem cum rebus ſenſibilibus, vt ſtatim poſt illas abeant: dummodo tamen ex propoſito non diuertamur, & ex voluntate noſtra. Sed prior attentio eſt maximè

Simile. neceſſaria, & per virtutem huius prioris applicationis aſcendit ad Deum oratio noſtra. Sicut ſagitta, quæ ab arcu exit, ſemper aſcendit per virtutem illius prioris tactus, & applicationis manuum noſtrarum ad arcum, & ſagittam. Nam poſtquam ab arcu exit non illam attingimus, ipſa verò ſemper aſcendit quamdiu durat prima virtus prioris mouentis, & inſtrumenti, ſine qua virtute nequaquam ſagitta aſcenderet. Sic oratio in altum aſcendit vſque ad diuinum conſiſtorium per virtutem prioris intentionis, & attentionis, quam habuimus ante orationem. Ni- 16 ſi enim prima intentio illam tetigiſſet, non aſcenderet, poſtquam autem ab illa tacta eſt oratio: aſcendit quamuis deſit actualis intentio. Quapropter curate ſemper ſuper vos reflexionem facere antequam Deum alloqui cœperitis. Atque ad hanc attentionem non eſt tam neceſſaria ſolitudo, ſed ad aliam attentionem quæ orationem comitatur permagni intereſt, locum quærere (vt dictum eſt) in quo nulla ſit occaſio, vt ſenſus diuertantur, & vbi ſit ſpacium, vt anima ſanctis meditationibus ad Dei amorem, & charitatem perueniat. Nam poſtquam ad hanc affectionem peruenerit, perſeuerabit in oratione. De qua affectio-

Luc. 18. ne arbitror Dominum dixiſſe: oportet ſemper orare, & non de-

Auguſt. ficere. Beatus Auguſtinus hunc locum exponens dicit: Non ceſſat orare, qui non ceſſat bene agere. Et quamuis hæc ſit bona declaratio non tamen puto hanc fuiſſe diuini Saluatoris noſtri intentionem. Si enim ſic vellet intelligere, optime poſſet dicere: oportet ſemper operari, ſicut dixit: oportet ſemper orare, ſed in illo loco procedit loquens de oratione, non vero de operibus: & adducit exemplum viduæ moleſtæ, quæ iuſtitiam à iudice impetrauit aſsiduis rogationibus, qui nec Deum timebat, nec hominem verebatur. Quapropter dicendum eſt quod docet illic Dominus, & admonet nos, vt curemus ſuæ diuinæ Maie-

Simile. ſtati per affectionem connecti: ſic enim ſemper ad eum cor erigemus, & hoc eſt ſemper orare. Quemadmodum enim auarus intenſo diuitiarum amore, quo ardet ſemper de illis cogitare compellitur,

18 pellitur,& cùm manducat,bibit,loquitur, aut aliquid agit, semper eius cor ad illud reuertitur ad quod desiderat:& sicut feruentissimus amator à fœmina,quam amat cogitationem separare nó potest:ita etiam si tu tantoperè Deum amas sicut auarus diuitias diligit,& sicut alius perditus turpitudinem amat, semper desiderium tuum in Deum mouebitur,& in medio occupationum, & operum tuorum semper Deum in corde portabis:& hoc erit semper orare sicut Iesus Christus desiderat,& petit vt faciamus.Quod difficillimè fieri potest nisi creaturas despiciamus, & montem ac solitudinem quæramus.Sed quomodo non pudet nos omnes audientes hæc,quæ dixi, quòd in tantam affectionem secularium neniarum homo deueniat,vt fere nunquam ab eis cogitationem abstrahat:quod autem infinitam Dei maiestatem tam parum di
19 ligamus, vt ferè nunquam illius recordemur? Nunquid non est hoc plorandum?Non pudet homines huius rei?O æterne, & infinite Deus quomodo fers Domine homines, qui tam parui æstimant, & tantopere altissimam maiestatem tuam contemnunt? Angeli,& Seraphim clementiam tuam laudent in sæcula sæculorum.Amen.

Considerate etiam quòd hæc separatio Christi Redemptoris nostri in montem fuit,vt dicit S.Ioãnes:Cùm cognouisset, quia *Ioan.6.*
venturi essent,vt raperent eum,& facerent eum regem.Quando homines volebant illum regem extollere:confugit ad montem ad orandum:quando autem veniebant ad apprehendendum eũ, vt crucifigerent, illis ipse obuiam exit. O diuine mundi doctor, quam cælestem doctrinam nos hic doces Domine. Discite fra-
20 tres mei hanc sanctam lectionem,vos qui nimium soliciti estis in honoribus comparandis, & sæculares dominationes inuestigatis, si ille,quem honor non potuit conculcare illum tanto studio fugit,tu,quem quotidie dominium, honor & superbia prosternit,quare tam cupidus es vt hæc consequaris?O humana cæcitas, quot mala tecum affers.In libro Iudicum proposuit vir quidam prudens parabolam,quia vir improbus electus fuerat Rex,& dixit:Ierunt ligna vt vngerent super se Regẽ, dixeruntque Oliuæ: *Iudic.9.*
Impera nobis,quæ respondit,nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur,& homines, & venire vt inter ligna promouear?Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnum accipe. Quæ respondit eis: Nunquid possum

sum deserere dulcedinem meam fructusque suauissimos, & ire vt 21
inter cætera ligna promouear? Locutaq; sunt ligna ad vitem. Ve-
ni,& impera nobis. Quæ respondit eis: nunquid possum deserere
vinum meum, quod lætificat Deum,& homines, & inter ligna cę
tera promoueri? Vltimo iuerũt ad rhamnũ, quæ sceptrum susce-
pit. O æternæ maiestatis Deus, quanta abusio est in mundo circa
hoc. In ista parabola significatur quod non audẽt viri probi digni
tates acceptare, ne virtutem suã amittant. Sicut oliua, ficus, & vi-
tis, ne misericordiã, amorem, ac contemplationẽ deserant timen-
tes ne dominationis inquiete,& occasionibus omnia deperdãt. Et
audet rhãnus, idest, peccator sine timore Dei omnia accipere, atq;
etiã omnibus posibilibus vijs,& rationibus illa negotiari. Quòd
si consequi nõ posit, conqueritur: quia sibi non cõceduntur. Fra-
tres mei abite, abite in montem,& orate, in oratione enim vos il- 22
luminabit Spiritussanctus, vt cognoscatis quàm parui pretij &
æstimationis sunt res terrestres,& quot offendicula,& laquei sint
in illis, vt eas posidẽtes in infernũ procidant: hoc enim voluit sig
nificare Dñs confugiens in hoc tempore ad orationem.

Philosophus quidã gentilis nomine Chrysippus dicebat ne-
minem oportere dignitates expetere cum certus sit, quòd si mu-
nus suũ fideliter,& vt debet, exercuerit, displiciturus est homini-
bus: si verò malè illud exequutus fuerit, displiciturus est Deo. At
que hoc etiam in his calamitosissimis,& infœlicissimis tẽporibus
magis agitur, cùm subditi diligẽtiùs prælatos quærũt, qui eorum
corporalibus appetitibus indulgeãt, quàm qui animabus medeã-
tur. Nolunt prælatum, qui eos meliores efficiat, sed qui iuueniles
Num. 14. eorum insultationes,& peccata dissimulet. Sicut Hebræi, qui di- 23
xerunt: Constituamus nobis ducẽ,& reuertamur in Aegyptũ. No
lebant gubernatorem: qui eos duceret ad terram promissionis, nõ
qui eos per desertum *vitæ sanctæ*, & virtute præditæ deduceret,
sed qui ad vitia libertatem illis concederet. Seruitutẽ iudicabant,
q̃ subiecti essent Moysi, qui malos mores illis prohibebat, & li-
bertatẽ esse ducebant captiuitatẽ Aegypti, quoniam illic nõ erat
qui eos à vitijs cohiberet. O quàm ad literam hoc in mũdo hodie
agitur. Nemo enim vult iudicem, nec ducem, nec gubernatorem,
nec prælatum, qui eũ ad cælestẽ Hierusalẽ deducat: sed qui illũ ad
infernũ properare cõsentiat. Quapropter in magno precipitio se
ponit, qui hodie hęc munera suscipit, nisi alterius Apostoli pectus

& mui-

24 & inuictam animi magnitudinem habeat: vt potiùs vitam amittat, quàm in aliquo eorum quæ ministerium suum expostulant, deficiat.

Coacti à Domino sancti discipuli nauiculam conscenderunt: cumq; iam in medio mari nauigarent, excitata est tempestas valida. Et Dominus qui solus erat in monte & in terra, illos aspiciebat quomodo laborabāt remigando: erat enim illis ventus cōtrarius. O quàm magna cōsolatio est hæc illi, qui labores patitur, ne deficiat: scilicet, scire, quòd Deus illū intuetur, laborēq; suum cōtemplatur. Eques qui in publicū certamē exiturus est, & post muros abit, vt illic se exerceat, non curat nimis, vt hastam benè dirigat, & nihili æstimat licet pedes in stapedibus malè ponat, & in sella malè sedeat. In foro autem vbi sunt complures spectatores, & domina cuius causa decertat, atque iudex qui præmium daturus *Simile.*
25 est: illic ex imbecillitate vires depromit, & hastam curat optimè dirigere, pedes in stapedibus firmiter ponere, & in sella perpolitè sedere. O anima christiana animaduerte, quòd te certantem Deus intuetur quapropter confortare ad faciendum quod nobilitas tua postulat, vide præmium, quod tibi daturus est, si victoriam reportaueris. Quando rex vadit cum omni comitatu suo, non moratur vt leuissima quæque prospiciat: quod si aliquando moratur, vt aliquid perspiciat, statim dicitur. Rex stetit cum omnibus equitibus suis, vt illud intueretur: magnum ergo aliquid fortassè erat. O Deus immense quàm ex instituto cum omnibus ciuibus, & equitatib⁹ tuis stetis vt tuos fideles certatores aspicias. Magni igitur ponderis, & momenti est, illum labores perpeti. *Simile.*
26 Aspiciebat optimus Iesus hos tribulatos, & statim venit, vt eis occurreret. Dicens illis: *Confidite, nolite timere, Ego sum.* Et sicut illis auxilium præstitit, etiā illud tibi præstabit, nam etiam te intuetur, vt in tribulatione tibi subueniat. Iacob constituens in patriam suam reuerti, domumque Laban relinquere, rem hanc vxoribus suis manifestauit, & inscio Laban profectus est. Qua de re admonitus Laban cum maxima indignatione assumptis fratribus suis persecutus est eum septē diebus. Vna ex maximis miserijs, quæ sunt in mundo est hæc, quòd si quis alium velit euertere appellet amicum, aut propinquum, qui statim dicet: Præsto sum ego, & omnia substantia mea, vt faciam quicquid mihi iusseris. Quare non addis dicens: Præsto sum vt faciam quicquid mihi iusseris, *Genes. 31.*

dum.

dummodo diuinæ legi non repugnet? quod si illud nō vult Deus 27
sed diabolus, quare hoc dicis? est ista nunquid religionis Christia
næ obseruantia? Affectus est iniuria aliquis: statim conuocantur
consanguinei & amici eius, & vnusquisque dicit, Ecce adsum. O
gentiles, & infideles! facitis etenim sicut Laban, qui vt Iacob per
sequeretur, qui Deos eius subripuerat, fratres, & consanguineos
suos conuocauit. Cùm miser hic, seruum Dei persequeretur, com
moratus est, vt dormiret, cui dixit Dominus: caue ne quicquam
asperè loquaris contra Iacob. Benedictus sis Domine, & super-
exaltatus in secula, qui tam diligenter seruos tuos defendis. Iam
potestis videre, qualis remaneret Laban. Habeat quilibet arma
fortissima, & fistulas, quas voluerit, ego verò habeam pro me
Deum, & omnes aduersarij mei erunt quasi culices. Exoremus
hunc potentissimū Dominū, vt nos adiuuet & res eius faciamus, 28
Isai. 51. nec formicas istas timeamus. Ita dicit Isaias. Quis tu vt timeas ab
homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum, ita arescet?
quid est cur timeatur homo, qui de mane vsq; ad vesperā quasi
Isai. 2. fœnū marcescit? Idcirco ipse Isaias dicit: quiescite ergo ab homi
ne, cuius spiritus in naribus est. Ne vos perturbet hominis perse-
cutio, qui nō plus habet vitæ, quā minimū spiritus ad respirādū.
Quāuis fluctus cōcitentur, & vētus cōtrarius aspiret, & sit aliquis
Laban, qui cū omnibus sibi cōiunctis vos persequatur, curate vos
virtutem operari, Dominus enim cum aqua iam ad os perueniat,
& prope sitis iam vt demergamini, vobis occurret: sicut hic Apo
stolis suis occurrit. Idcirco oporteret nos virtutib⁹ potius, quàm
Iudic. 3. armis ferreis muniri. ¶ In libro Iudicum legitur q̄ dux quidā He
bræorū nomine Sangar percussit de Philistijm sexcētos viros vomere, & ipse quoq; defendit Israel. Et alij ex Hebræo legunt, per-
cussit eos stimulo boū, quasi dicat percussit eos, nō lāceis, nō gla-
dijs, sed instrumētis rusticis. Hoc expressit sacra scriptura, vt nos
doceret, q̄ iusti non indigent multis armis, quia nullū est tā debi
le instrumētū, quod nō sufficiat iusto succurrere, qui animā Deo
1. Reg. 17 munitā habet. Sic dixit Dauid gigāti Philistęo: Tu venis ad me
cum gladio, & hasta, & clypeo. Ego venio ad te in nomine Domi
Iudic. 15. ni exercituum, & sic illum vno lapide superauit. Et Samson in-
ueniens mandibulam asini, quæ iacebat arripiens, interfecit in
ea mille viros. O fratres mei quam securi esse possemus quan-
uis omnes infideles in nos consurgerent, si his armis muniti esse-
mus.

30 nis. Nunc intelligetis verba illa Sancti Pauli dicentis: Induite Ephes. 5.
vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli:
quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinẽ:
sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tene-
brarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Propte-
rea accipite armaturam Dei: vt possitis resistere in die malo, &
in omnibus perfecti stare. Quare dicis Apostole gloriose, quòd
non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, idest, con
tra homines, siquidẽ videmus quòd hinc Mauritani, Turcæ, hære-
tici, ac pagani, illinc vero tyranni vndique nobis bellum inferunt,
& sunt quasi venti contrarij, qui hanc Sancti Petri nauem pro-
cellis exagitant? dicit hoc quia in omni ista carne & sanguine
diaboli nobis bellum inferunt? hoc est in omnibus istis malis ho-
31 minibus, non enim manifestè, sed simulantes & in istis membris
suis insidias mouentes nobis bellum inferunt. Et non solum in
istis absconduntur, vt magis occulti sint; sed in alijs etiam homini-
bus proximis nobis, quos minus timendos esse arbitramur: sicut
in patre contra filium, & in filio contra patrem, in amico contra
amicum, & in viro contra vxorem, in his omnibus nobis insidias
parant, quod est in illis diabolus absconditus, vt inde nos oppug-
net nec tamen nos illum sentiamus. O æterne Deus quantam de
structionem solent diaboli his instrumentis facere? Quando pa-
ter, frater, aut amicus, filium, fratrem, aut amicum ad peccandum
inducunt, & quando mater filiam peruertit, tunc dicit S. Paulus,
quòd non solum nobis inferunt bellum hi homines, qui exterius
apparent, sed principes mundi huius, qui in illis latent, & illis quasi
32 instrumentis vtuntur. Et vocat dæmones principes, &c. propter
eminentiam naturæ illorum respectu naturæ nostræ: sunt enim
Angeli: qui sunt principaliores, & præstantiores creaturæ, quas
Deus creauit, & nobis in natura, & potestate excellunt. Atque eos
nuncupat rectores tenebrarum harum, quia peccatoribus domi-
nantur non solum in eorum intellectibus, sed etiam in volunta-
tibus: ipsi enim eos gubernant loquentes, & facientes in eis secun-
dum voluntatem suam. O miseri peccatores, qui eius tenebris à
diabolis gubernatur. & vocat spiritualia nequitiæ propter maximã
illorum malitiã: non solum enim sunt nequissimi, sed ipsa etiã ini-
quitas. & addit statim de qua re sit contentio, & certamen dicens.
In cœlestibus. Quod est de rebus cœlestibus. Vt bene dicit Oecu

Oecumen. mentum illud, in, significat hic idem quod, propter: id est, oppug-
nant nos, quoniam nobis inuident, quod habemus ad bona cœlestia,
quæ illi sua culpa amiserunt. Propterea accipite armaturam Dei, &c.
& vna quam inter cæteras præcipuè nominat hæc est, in omnibus
sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea
extinguere. Et ita dicit S. Ioannes, hæc est victoria, quæ vincit mun-
1. Ioan. 5. dum fides nostra, id est, si præcipua armatura est fides nostra, qua mun-
dus, & eius sectatores superantur, vt illam (propter certitudinem victo-
riæ quæ [illegible] [illegible]) possitis ipsam victoriam nuncupare. Ideo S.
Roman. 1. Paulus dicit quod iustus ex fide viuit, citans prophetam Abacuch. Sum-
Abac. 2. sit metaphoram à mercatore qui ex aliqua negotiatione, viuit, & cum
ea locupletatur: sic iustus viua fide viuit, & locupletatur. Vnde S.
Hiero super Epist. ad Gala. 3. Hieronymus dicit, quod sicut generaliter dicit, quia iustus ex fide viuit,
ita etiam in particula ibi intelligitur. Scilicet castus viuit ex fide hu-
mus [illegible], & alii huiusmodi ex fide viuunt. Fides enim viua
omnes virtutes in suo esse defendit, & conseruat. Hac armatura iam
B. Paulus in omnibus muniti contra hos hostes in omnibus nego-
tiis, [illegible] [illegible], & denique in omni tempore, & loco. Et S.
Iudas in sua canonica dicit: vos autem charissimi superædificantes vos-
metipsos sanctissimæ vestræ fidei in Spiritu Sancto orantes vosme-
tipsos in dilectione Dei seruate expectantes misericordiam Domini
nostri Iesu Christi in vitam æternam. Superædificate vos (inquit S. Iu-
Iudas. das) super fundamentum sanctissimæ fidei nostræ. & secundum illam
(qua recurrentia loquitur beneditus Apostolus de fide appellans eam
sanctissimam) & hoc facite interueniente auxilio Spiritus Sancti sem-
per illum orantes vt vobis faueat, & conseruantes vos in charitate Dei
& expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi per quam con-
secuturi estis vitam æternam. Eia fratres induite induite vos hac arma-
tura, & videbitis quales vos sentietis. Cófidite, nolite timere, quia
ego sum, dixit Dominus illis afflictis. O maxime imperator cœli &
terræ Iesu Christe filii Dei qui in maiori necessitate soles occurrere
timorem auferens, & fiduciam afferens, occurre Domine afflictio-
nibus nostris, siquidem nos vides in naui Ecclesiæ tuæ tantis procel-
lis obsessos, hinc Mauritanis, Turcis, & hæreticis: illinc verò malis
Christianis qui suis deprauatis moribus & exemplis nobis bellum
inferunt. Largire nobis virtutem & gratiam, vt omnibus resistamus
& cum perseuerantia decertemus, quousque sempiternam gloriam
comparemus. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

1 # Dominica. I. in Quadragesi.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo, &c. Matthæ. 4.

POSTQVAM Christus Redemptor noster à B. Ioanne baptizatus fuit, dicit Sanctum Euangelium quòd ductus est à Spiritu Sancto in desertum. Res est equidem maximę admirationis quòd de reliqua diuini Redẽptoris nostri vita non meminerint Euangelistæ, vsque ad hoc hodiernum opus baptismi, & quomodo ductus fuit in desertum. Itaque ex triginta annis vitæ, nihil narrant
2 præter discessum Saluatoris nostri in Ægyptum, & quando remã
sit Hierosolymis, cum eius sanctissima Mater in medio doctorum illum inuenit. Quid? Domine tu non venisti in mundũ ad prædicandam, & docendam veritatem? & ita dixisti Pilato: ego ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeam veritati? quid ergo tanto tempore agis, aut in quibus rebus occuparis? Certum est quòd optimè posset filius Dei mundum redimere, suo sanguine, quem in circuncisione effudit, & statim in cœlum ascendere. Sed dicerem ego, & tu, & alter, Domine vade in pace si æternum ego condemnatus fuero, ne in me multam culpam cõferas, à quo enim debeo discere? à Dauide adultero? à Salomone idololatra? A Moyse balbo? a Hieremia, qui fatetur se nescire loqui, nec aliquid dicere præter a, a, a, quasi puerum? vt ergo homines hanc excusationẽ nõ
3 haberent, voluit supernus Redemptor multos annos in orbe commorari, & in eo scholam instituere, nosque virtutes mirabiliter erudire. Si igitur hoc ita est, vt per Esaiam æternus pater promiserat dicens: dedi eum ducem atque præceptorem gentium, quare tot annos tacet, nec mundum docet? Dico quòd hæc omnia ad nostram doctrinam facta sunt, vt nos erudiret operari, & docere. Ad prædicandum tres annos, prius operatus est triginta. Decimam partem operum oportet esse verborum prædicationem. Plus prædicauit Iesus Christus operibus, quàm verbis. Prius occidit Dauid bellinas feras leonem scilicet, & vrsum secreto in deserto, quàm Goliath publicè interficeret, & populum ab ignominia in qua positus erat liberaret. Et ita de se fatetur Sanctus Paulus dicens: Non enim audeo ali- Esai. 55. 1. Reg. 17. Rom. 15.

rum aliquid loqui, quę per me non effecit Christus. Pudet (inquit) 4
me aliquid docere, quod ego diuino auxilio adiutus prius non fue-
Rom. 15 rim operatus. Nam nostra Christiana religio magis in operibus, quam in verbis consistit. De rebus fidei nostræ dicitur: verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram. Opera autem bona nemini nemini oportet abbreuiare sed in illis vsque ad mortem perseuerare. Et sic in nulla parte Euangelij reperietur quòd Christus Redēptor noster discipulos suos docuerit prædicare, sed quomodo deberent operari, & orare. Nam benè operando, & benè orando Spiritus Sanctus eos doceret, quomodo prædicaturi essent, vt multum fructum in animabus audientiū facerent. O si huic exercitio se accuratissime traderent, qui hodie sanctum Dei Euangelium præ manibus ferunt, & diuinum prædicationis officiū exercent. Qua-
re patres mei non adimeremus ex multis horis, quas in literarū stu- 5
dijs consumimus, vnam aut aliquas horas, quas in his sanctis exercitationibus, quas alijs prædicamus, consumeremus? atq; vt sanctæ orationi vacaremus, in qua anima illuminatur, & cor diuino amore inflammatur: vt ex ipsa oratione, quasi ex accenso fornace feruentissimorum verborum flammæ erumpant, quibus vniuersum mundum inflammemus. Quare non verecundamur alios erudire, vt quæ nos facimus, ipsi exequantur? O diuine Paule, tu non audebas ea prædicare, quæ non operabaris. O si multos prædicatores huiuscemodi Deus Ecclesiæ suæ immitteret, quàm ad oculum spiritualis prouentus audientium cerneretur. Hoc igitur patres mei voluit nos Dominus docere, cùm prius triginta annos operatus fue-
rit, vt tres annos homines erudiret. 6

Eò quòd litera Euangelij tā trita sit non erit necesse illā repetere, sed aliquot illius locos, quos poterimus, declarabimus. *Tunc ductus est Iesus à spiritu.* In textu græco loco illius verbi: spiritu, est nomen quoddam, quod significat ventum, id est, Aspirauit optimo lesu ventus cælestis, ventus Dei. Et Beatus Lucas dicit: Agebatur à
Luc. 4. spiritu in deserto. O beati illi qui in omnibus se penitus consentiunt deduci à Spiritu Sancto, à cœlesti vento ad imitationem nostri diuini Salvatoris, de his dicit Sanctus Paulus qui spiritu Dei
Rom. 8. aguntur, hi sunt filij Dei. Quomodo hoc ita dicis S. Apostole? Nos enim hoc inter homines, & bruta animalia interesse credimus: quod bruta animalia aguntur, & non agunt, ducuntur, & non ipsa se ducunt, nec gubernant: homines verò agunt, & non aguntur.

7 O mirificam exaggerationem qui perfectissimi, & solidissimi sunt
in virtute, & vere filij Dei ita eius diuino beneplacito subiecti sunt
vt propriam voluntatẽ nequaquã habere videãtur. Hoc significat:
aguntur spiritu Dei: quod in omnibus se ab eo deduci penitus con-
sentiunt. Sic erat Dauid cũ dicebat vt iumentum factus sum apud *Psal. 72.*
te & ego semper tecũ. Quasi iumentum (inquit) volo ire Domine
quocũq; me duxeris, & gubernari à tuo diuino spiritu, sic enim ero
semper tecum, id est, potero in tuo amore, ac seruitio perseuerare.
Etiam significat illud: spiritu Dei aguntur: quod purissimi, & in
virtute exercitatissimi spiritus vi rapiuntur, id est, quod talia ope-
ra faciunt, quæ suas naturales vires excedunt. Curemus ergo fra-
tres diuinum hunc spiritũ, qui nobis in hac nostra nauigatione aspi
ret. Quando aliqui sunt in portu sperantes ventũ, qui eos in patriã *Simile.*
8 suã deducat, quantam lætitiam accipiunt, cum ventus flat, qui eos il
luc possit perducere? O quantam lætitiam accipit seruus Dei ex
deuotione, cælesti gustu, ac spiritus feruore, quã extensa defert ve-
la cum hoc vento in alto diuinarũ rerum contemplationis pelago se
totum insinuans, procul recedit à terra, ex qua exijt, & rerum illius
obliuiscitur. Bona via, bona via sit tibi ô serue Dei, progredere pro
gredere vlterius: nauiga, nauiga quousque terram viuentium re-
perias, & ad illam peruenias. Contra vero peccator, qui malam
viam percurrit. In quem portum deuenturus es infœlix? quis
ventus a Sathanæ visceribus tibi exiuit? Ardens venit hic ventus,
& inferni fœtorem secum afferens. Coerce, coerce vela ô miser, vi-
de quód in abyssi portum properas, terram hostium tuorum vbi
ab illis æternis tormentis cruciaberis. Vide quid dixit Ecclesiasti- *Eccle. 18.*
9 cus. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auerte, si
præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium ini-
micis tuis. Si inimici tui diaboli voluptatẽ possẽt percipere, ex inter
itu, & euersione tua, maximã profecto acciperent. Quãobrẽ reuer-
tere ô miser ab hac nauigatione, quam facis: si enim semel illuc per
ueneris, & ab illis capiaris, nulla in æternum tibi erit redemptio.

Ductus est ergo Dominus Iesus a Spiritu sancto in desertũ, vbi
quadraginta diebus, ac quadraginta noctibus ieiunauit. Et est val-
de notandũ, quód vt S. Euãgelista hoc ieiuniũ narraret, initiũ capitis
sumpsit ab hac dictione tunc. Quæ refert illud, quod immediate
præcesserat, qui fuit S. Baptismus Domini nostri Iesu Christi. Itaq;
tunc vt baptizatus & ablutus est ille, qui erat, & est ipsa puritas

& sanctitas statim ad ieiunandũ perrexit, vt nos doceret quòd hanc oportet esse viã ieiuniorum nostrorũ, ac sanctarũ omniũ exercitationũ, vt diuinæ Maiestati acceptabiles sint. Prius oportet nos sancta pœnitẽtiæ lauacro ablui peccata nostra purè cõfitẽtes, cõscientiasque nostras plurimis lachrymis abluentes, lachrymis (inquã) saltem cordis, si oculorum esse non poterunt, hæ enim sunt necessariæ, & quæ ad animæ iustificationem summoperè conducunt. O vtinam hodie hanc rem tam necessariam vobis persuaderem ò fratres mei, vt statim hac hebdomada; si possibile esset, omnes peccata vestra confiteremini, vt sic abluti orationem, & ieiunium aggrederemini ad imitationem huius altissimi Magistri: ne forte vobis dicat

Esai. 56. Deus quod Hebræis dixit in responsionem quæstionis, quam illi interrogauerunt per Esaiam dicentes: quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? & respondet Dominus huius rei rationem reddens, & dicit: ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis: ecce ad lites, & ad cõtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè: nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium, quod ego elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimẽtes, dimitte eos qui contracti sunt liberos, & omne opus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuam, &c. O quam cœlestis doctrina? O vtinã Dominus viscera nostra mollificaret, vt verè, & ex animo illã amplecteremur, quam beati essemus. Non accepit Dominus illorũ ieiuniũ, quia plurimis iniquitatibus permistũ erat. In die ieiunij eorũ in omnibus voluntatem suã contra diuinam faciebant. Et ita vna ex causis, quas illis reddit, est hæc. Alia est: omnes debitores, &c. Quid ergo? exigere quod mihi debetur est malum? Nunquid debita nostra non sumus exacturi? sic: sed non ex omnibus. Sanctus Hieronymus hunc locum

Hieron. exponens dicit, quòd hinc elicitur quod qui exigit à paupere debitore, & illum fatigat, & illum opprimit, qui non habet necessaria ad victum suum, peccat mortaliter, de non habente loquitur. Nam qui habet, iustum est quòd soluat, quod si non vult soluere, iuste apud iudicem ab eo debitum potest exigi: at verò a non habente, non potest iuste exigi. O Deus, quot sunt, qui peccatum hoc committunt, qui inopem agricolam, & artificem opprimunt; quod si dicunt se non habere vnde soluant, vent

13 nu (aiunt) in carcerem, vbi viuus pediculis conficieris. Ego vobis affirmo, quod similiter in carcere conficietur, vos in inferno conficiemini in æternum, nisi pœnitentiam agatis.

Postquam illis rationes reddidit, quare eorũ ieiunia sibi displicebãt, illis declarat, quidnam oporteret eos facere, vt diuinæ Maiestati suæ placerent, & dicit: Dissolue colligationes. &c. Vt incipiatis aliena dominis suis restituere, quòd si habetis vestes, agros, & possesiones alienas, eas à vestris dissoluatis, & dominis suis restituatis etiam si vultis vt ieiunium vestrũ prosit, & aliquas alienas scripturas inter vestras habetis, eas dñis suis reddatis. Etiam solue colligationes &c. significat, quòd omne improbitatis vinculũ dissoluatis. Vos canonici, qui in capitulũ conuenitis, si colligationem inter vos fecistis, dicentes: Suffragare consanguineo meo, vt hanc Eccle
14 siasticam dignitatẽ, aut canonicatum cõsequatur, & ego tibi suffragabor cum tu volueris, omnes conueniamus in vnum, vt ne quis nisi quem nos voluerimus ad huius Ecclesiæ dignitates, aut beneficia promoueatur, ne aliter fiat quam nos iusserimus. Soluite, soluite illã iniquitatis colligationẽ, si vultis vt ieiunium vestrum Deo gratum sit. Et tu gubernator, qui cum alio colligationẽ fecisti, dicens: Cum aliqua præbẽda vacua fuerit, suffragaberis mihi, vt ego [illegible] hoc adipiscar, & dimidium lucri tibi dabo. Solue, solue illã iniquitatis colligatione, si vis vt ieiunium tibi prosit. Et tu mercator, qui cum alijs mercatoribus colligationẽ fecisti, dicens emamus cū[illegible] hanc rem, & cum eam totã in manu nostra habuerimus, poterimus illam quanto pretio voluerimus vendere. Solue etiam colligatione illam. Et tu bibliopola, qui cũ cæteris [illegible]
15 sti, ne talem librum minoris quàm tanti venderetis, vt magis lucremini. Soluite ergo colligationes, & fœdera hæc si vultis vt ieiunia vestra vobis sint vtilia. ¶ Dicit vlterius Propheta: Solue fasciculos deprimentes. Fasciculi sunt peccata, quæ sunt in anima quasi fasciculi alligati. Fasciculus mendaciorum, fasciculus adulteriorum, fasciculus furtorum, omnes sunt fasciculi deprimentes, & graues, qui miseram animam [illegible] & opprimunt. A his soluti [illegible] ab eis vt ieiunia grata sint Deo. Beatus Hieronymus super hunc locum dicit, quòd septuaginta interpretes [illegible] dissolue obligationes violentarum emptionum. [illegible] [illegible], & orphanorum, & pauperum [illegible] [illegible] & habent [illegible]

& [illegible] contractũ cum diabolicis clausulis, quòd si annus [illegible] fuerit sterilis aut sterilis, teneatur vidua, & pauper agricola [illegible] soluere & alias res contra omne ius, & iustitiam: rumpite istas obligationes, siquidem cum illis in peccato estis, vt prosit ieiuniũ vestrum. Dicetis: pater ego non habeo hanc colligationem: quam dicis, nec contractus, aut obligationes, ex substantia mea viuo, & si habeo aliquot debitores. Sic? dimitte ergo eos, qui confracti sunt liberos. Dimitte istos pauperculos corde confractos, quos in necessitatem, & carceres redegisti, vbi fame pereũt, nec habent vnde soluant. Dimitte eos liberos, si vis ieiunium tuum bonum esse. Sed dicet aliquis: Nec debitores habeo. Sic? frange ergo esurienti panem tuum, & carnem tuam ne despexeris. Si enim optimum panem, & delicatissimos cibos splendidè mãducas, & vides pauperculum, qui est frater tuus, & caro tua, nec tamen illum cibas, quid putas? prodesse ieiunium tuum? Frangite, frangite panem vestrum esuriẽtibus, recedite à malo, & facite bonum: hoc est enim animæ lauacrum, & ita abluta anima incipite ieiunium vestrum, & erit acceptabile in conspectu diuinæ maiestatis.

Dicit vlterius Sanctum Euangelium: *Vt tentaretur à diabolo* Re-
1. Ioan. 3. mirabilis est hæc. S. Ioannes dixit: In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Opus autem diaboli est tentare, & hominibus supplãtationes, & laqueos demoliri. Et ex instituto vadit Dominus hodie, vt tentetur, & tentationi obuiã exit? hoc non fuit dissoluere, sed Sathanæ operibus fauere, & illi occasionẽ præbere, vt tẽtaret. Nõ rectè dicis. Nam hoc profectò fuit illa dissoluere, voluit enim Christus diuinus Magister noster tentari, vt nos ad eius imitationẽ disceremus quomodo tentationes Sathanæ vincere eiusq́;
1. Cor. 10. opera dissoluere deberemus. S. Paulus dicit. tentatio vos nõ appre-
Caietanus hendat, nisi humana. Caietanus super hunc locũ dicit, quod tenta-
sup. epist. tiones, quas diaboli nobis afferunt, dicũtur humanæ, quia sunt pro-
Paul. portionatæ iuxta mensurã humanæ fragilitatis, etsi diaboli sunt potentissimi & nobis maximè excellũt: fit tamẽ ex parte Dei recompensatio cũ eius diuino auxilio, atq́; etiã quia nõ sinit nos ab illis secundũ eorũ potentiã tẽtari, & cũ hoc sumus superiores illis, atq́; ideo nos culpa cõfertur, nisi ab eorũ tentationibus victoriã reportemus. Verumtamen aduersus Christũ Redemptorẽ nostrũ cõcessum est Sathanæ vt omnẽ potentiã, calliditatemq́; ac astutias adhiberet. Et
Hebr. 4. hoc mihi videtur B. Paul. significasse cũ dixit: Nõ habemus pon-

19 cem, qui non posit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absq; peccato. Per omnia, scilicet, dæmonis machinamenta, astutias, & calliditates: & pro similitudine: significat, quod eadem intentione eum tentauit, qua nos tentat: scilicet, vt illum superaret, & humi prosterneret. Cùm igitur ex nostra parte excellentiam hanc, & superioritatem habeamus, atque etiam hoc exemplum intueamur tam gloriosæ victoriæ in tam terribilibus tentationibus, quę apud eum non plus valuerunt, nec in illum maiores radices miserunt, quàm potest semen radicem mittere, si super ferreas laminas seminetur, vbi nullas potest mittere, maiorem occasionem habemus, superandi in tentationibus nostris. Et ita apparet manifestè quòd perrexit tentandus, vt opera Sathanæ dissolueret: siquidem nos docuit, quibus armis superaturi essemus, scilicet, ieiunijs, orationibus, & lachrymis. Narrat Pro-
20 pheta Ioel, quòd tantum valuerunt lachrymæ Israel apud Deum, vt cum Deus in illos iratus esset, & illos comminatus fuisset, confugientibus ipsis ad ieiunium, & lachrymas, Dominus pepercerit hæreditati suæ. Magnoperè in illa re Dei probitas, & misericordia declarata est: quia cùm honorem suum tantoperè zelet, cumque propter hominum peccata irascatur, profusis pœnitentium lachrymis mitigatur. Ioel. 2.

Aliam mirabiliorē rem nobis hodie sanctum Euangelium proponit, quæ hæc est: *Cùm ieiunasset quadraginta diebus*. Quòd ipse Deus venit vt nos adiuuet ieiunare, & plorare. Per Ezechielē conquerebantur Hebræi, dicentes: Patres comederunt vuam acerbam Ezech. 18
& dentes filiorum obstupuerunt. Nolebant illi patrum suorum
21 peccata soluere, & venit Iesus Christus filius Dei, vt dentes sui obstupescant propter inimicorum suorum scelera. O benedictus & glorificatus sis Deus, qui talibus medijs amorem suum erga nos manifestare voluit. Ex hoc sancto ieiunio, quod diuinus Magister in deserto ieiunauit, originem duxit hæc sancta Quadragesima quam habet Ecclesia. Et sic Beatus Ignatius Martyr, qui fuit Ioannis Euangelistæ discipulus sui in Epistola, quam misit ad Philippenses, illis Quadragesimam, & hebdomadam Passionis Domini summoperè commendat. Et Theophilus Alexandrinus affirmat, quod Quadragesimam ex sanctorum Apostolorum institutione habemus. Et sanctus Hieronymus ad Marcellam dicit: Nos quadragesimam secundum Apostolorum traditionem ieiu- Ignatius epist. 4. Theophil. Hiero.

namus. Siquidem ergo Dominus propter nostrum exemplum ieiunauit, hinc colligetis quanta ratio sit, vt nos etiam ieiunemus.

Simile. Si castaneas virides in ignem inijcias nimium erumpunt, remedium autem, vt quiescant, est hoc: morde illas, aufer à singulis particulam quandam, & in igne quiescent. Corpora nostra sunt quasi castaneæ virides præ sensualis concupiscentiæ viriditate, & vt talia erumpunt, & exeunt ab igne diuini amoris, nec in Dei obedientia volunt quiescere. Remedium ergo vt in hoc igne rationi subiecta quiescant, est illa mordere cilicio, verberibus, fame, & ieiunijs, & sic corporalium virium partem illis abstrahere, quæ quidem illa rebellia efficiunt: & ita in bono quiescent, nec animabus impedimento erunt; vt affirmat Beatus Paulus, dicens: Licèt is, qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem, quo magis corpus mortificatur eo magis anima viuificatur. *2. Cor. 4.* Maximæ confusioni nostræ est intelligere quomodo ieiunant Christiani, qui à nobis longissimè absunt, in Indijs, & in alijs regionibus. Chaldæi, qui inter Mauros, & Turcas habitant, & Christiani Malabares qui in Indijs commorantur, & inter infideles, ac idololatras viuunt; & tamen in tanta perfectione semper ieiunium conseruant, vt sit certissimum, quod in toto hoc tempore quadragesimæ à maximo vsque ad minimum, non solum à carnibus, & ouis, sed à piscibus etiam abstinent, & herbas solummodo, atque alia legumina semel in die, & hoc vesperi cum pane manducant, nec vinum bibunt. Hanc autem tantam abstinentiam faciunt, etsi regiones illæ calidissimæ sunt. Nos verò, qui in temperatissimis regionibus habitamus, iam videtis quomodo ieiunamus. O Deus infinitæ Maiestatis, largire nobis Domine cognitionem, vt miseriam, & relaxationem nostram cognoscamus. Aduertite fratres rem, quam vobis volo dicere, vt intelligatis qualiter viuere oporteat. Quis nostrũ est hic, qui non meminerit se aliquando peccatum aliquod mortale commisisse? quis poterit dicere non recordari quòd aliquod commiserit? Nunc ergo audite, secundum fidem, quam habemus, credimus, propter vnum peccatum mortale animam in consistorio sanctissimæ Trinitatis perpetuis inferni pœnis fuisse condemnatam. Itaq; omnes qui hic adestis, ex fide habetis, quòd condemnati fuistis: tamen scire, nec absque peculiari Dei reuelatione scire potest, vtrum

25 hæc sententia fuerit reuocata. Nam etsi diuina Sacramenta su-
scepimus, nequimus tamen scire, vtrum tali modo, & disposi-
tione illa susceperimus, vt per illa, sententia reuocaretur, no-
bisque diuina gratia conferretur. Ergo homo peccator, qui in-
fallibiliter credis te inferno condemnatum fuisse, nec scis vtrum
sententia fuerit reuocata, quomodo rides? quomodo delectaris?
quomodo ludis? quomodo cum tanta tranquillitate dormis? quo-
modo denique saturitatem, voluptatemque illi corpori rebel-
li perquiris? O quam maxima amentia est hæc! licet in toto vi-
tæ tuæ tempore nullum aliud præter vnum mortale peccatum
commisisses, oporteret te semper dubium, & animo suspen-
sum, tristemque incedere, & semper nouas agendi pœniten-
tiam rationes inquirere; quanto magis cum tot, tamque enor-
26 mia scelera perpetraueris. O fratres mei, per charitatem Dei vos
rogo, vt huius considerationis cunctis diebus vitæ vestræ me-
mineritis. Et humiliter deprecor, ac Dei nomine commendo
omnibus prædicatoribus, qui sermonem hunc legerint, recor-
dentur sæpenumero hanc considerationem repetere in concio-
nibus suis. Hæc est enim vna ex efficacissimis considerationibus,
quas prædicare possunt. Quapropter non pudeat illos semel sin-
gulis mensibus in auditorum memoriam eam reuocare propter
nimium fructum, qui ex ea percipi potest. Si hanc considératio-
nem fratres mei crebrò in memoria habueritis, non nimis laboriosa
vobis ieiunia, & alia sancta virtutis exercitia videbuntur, quæ ex se
sunt amara.

Cum ieiunasset, &c. Postea esuriit. Et si sanctissimũ Domini nostri
Iesu Christi corpus toto illo tempore, propter diuinam virtutem, fa-
27 men non sensit, postea tamẽ ad suos defectus, & necessitates rediit;
vt significaret, quòd licet ieiunes, & carnem mortifices, statim ad
naturam suam reuertitur. Atque hinc colligitur, quòd ne mini-
mo quidem temporis spacio nos liberos, & sine carnis mortifi-
catione esse oportet. Animaduertite illi, qui in virtutis via am-
bulatis, quòd ne minimam quidem libertatem carni concedere
oportet: nam scitote quod habet malas quasdam, ac rebelles in-
clinationes. Arbitramini vos iam supra astra conscendisse, & tunc ve-
nit carnis tentatio, quæ vos prosternit: quandiu Dalila fuerit Da- *Iud.* 1.
lila, non erit securus Samson. Ne dicat quis: Ego habeo iam
diuturnam experientiam de me, nec dicat fœmina: ego sum frigi-

dibus

dissima omnium fœminarum. Nec dicat vetula. Anus sum, quo-
cunque possum introire. Caue, quia non cognoscis astutias, & do
los carnis tuæ. Fratres mei, semper arctis habenis ambulate: ne vo-
bis ipsis confidatis, sed fidite Deo, & custodite vos à carnis rebel-
2.*Tim.* 4 lionibus, atque ieiunijs, ac disciplinis corpora vestra mortificate.
1. *Cor.* 9. Ille enim, qui dixit: Reposita est mihi corona iustitiæ, ipse etiam
dixit: Castigo corpus meum.

Postea esurijt. Atque vt Sathanas Christum Redemptorem no-
strum in necessitate constitutum, animaduertit, statim illi cum ten-
tatione occurrit, dicens: *Dic vt lapides isti, &c.* Frequentior, & com-
munior aditus, quē habet Sathanas ad inducendas animas ad pec-
catum, est necessitas. Quare peccat fœmina? propter necessitatē.
O domine non habeo quid manducem, nec habeo tunicam, qua
Thren. 1. me operiam: & sic de singulis. Hoc lamentatur Hieremias dicens
maximo cum dolore: Omnis populus gemens, & quærens pan[em]:
Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam.
Vide Domine, & considera, quoniam facta sum vilis. Omne[s]
(inquit Sanctus Propheta) Secularia ista quasi famelici deside-
rant. Vide Domine, & considera quòd sunt aliqui, qui Deum of-
fendunt pro pauco pane, pro transitoria voluptate, &c. Vide Do-
mine & considera, quanta sit hæc miseria, quòd anima, quæ ina-
stimabili Dei sanguine empta est: & propter quam filius Dei va-
rijs tormentorum generibus cruciatus cruci affixus est ad æternu[m]
Patrem clamans, & petens ab eo auxilium: Pater verò æternus [fi-]
lium pati sinit, vt anima hominis redimatur. Vide Domine & c[on-]
sidera. O Domine, tu qui optimè pretium animæ nosti pote[s]
hoc considerare; quod anima hæc propter drachmam Sathanæ [ven-]
datur. O maximam miseriam, & infœlicitatem! O fratres, q[uan-]
tum apud Deum mereremini, qui cognoscitis proximos vest[ros]
necessitate compulsos peccare, si eis succurreretis. Illac enim [ma-]
xime diabolus aditum ad eos destruendos.

Etiam ex hoc quòd accesserit tentator, vt Dominum ten[taret,]
qui tempore ieiunabat, & labores patiebatur iustos in suis [san-]
ctis exercitijs, & ieiunijs, oportet tentationes, & diaboli co[n-]
Simile. ctiones sperare. Non enim videbitis latrones ingredi ad [fu]
[n]i domum, vbi nihil est præter paleas: sed in officinas merca[to-]
rum opulentas, & pretiosissimis rebus plenas. Quid autem [sunt]
domus plenæ paleis nisi peccatores vitijs repleti? Hi tales di[a-]

31 Ego post [illegible] nullam vnquam habui tentationem: semel tantum aduenit mihi tentatio ingrediēdi religionem, ô maximam amentiam. Bonum propositum, & Dei inspirationem, vocant tentationem; peccatum vero voluntatem appellant. Quando bos non prodest iam ad laborandum, nisi ad mactandum in carnificina, sinit il- *simile.*
lum dominus eius de prato in pratum concedētem, vt pinguescat, & sic maiori pretio illū vēdat. Ita malos, qui ad nihil aliud prosunt nisi ad carnificinā inferni, sinit Deus de prato in pratum, de voluptate in voluptatem edentes. Dimisit eos (inquit Dauid) secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. Dimit- *Psalm. 43*
tit eos Deus, vt liberi, & secundum voluptatem eorum viuant adimplentes pessima desideria cordium suorum. Quæ est vna ex maximis infœlicitatibus, quæ homini in hac vita euenire possunt: scilicet, quod in pœnam peccatorum eorum, illos ita Deus dimit-
32 tat, vt omnibus desiderijs suis satisfaciant, & vnusquisque post inuentionem suam pergat, alij post inuentiones ludorum, alij post inuentiones turpitudinum sensualium, alij post inuentiones ciborum, & ita pinguescunt in carnificinam inferni. Sic illis comminatur Propheta Amos, dicens: Audite verbum hoc vaccæ pin- *Amos. 4*
gues, quæ estis in monte Samariæ, &c. Iurauit Dominus Deus in sancto suo, quia, ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in cōtis. & reliquias vestras in ollis feruentibus. Væ vobis (inquit) vaccæ pingues, vaccæ reijculæ, quæ habetis crustam maximam, & nullus est stimulus, qui vos valeat penetrare: nulla est prædicatoris reprehensio, nullaque Dei inspiratio, quæ in duritia vestra imprimi possit. Iurauit ergo Dominus, quia venient super vos carnifi-
33 ces quæ sunt dæmones, qui dicunt, quod carnes debiles & macræ non manducantur in inferno. Caro Sancti Francisci vulnerata, caro Sancti Dominici abstinentia consumpta, caro Sancti Petri crucifixa, caro Sancti Laurentij concremata, hæ carnes macræ non eduntur illic, nō potest in inferno manducari, nisi caro pinguis diuitis delicati, & voluptatibus dediti, caro superbi, auari, & denique peccatoris, qui de prato in pratum depastus est: hæ carnes perpetuo in inferno in ignibus torquebuntur. Hos quasi iam suos non curat diabolus tentare; vt dicit Sanctus Gregorius: Dæmon eos *Gregor. in*
tentare negligit: quos se iure quieto possidere sentit. Tentantur [illegible] *[illegible]*
autem, & qui ad facienda virtutis opera confortantur, ad hos accedit tentator, quasi latro ad diuites officinas. Idcirco Ecclesi-

cui dicit: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Quo magis iustus quis est, eo magis tentationem timet.

Respondit Dominus Iesus: *Non in solo pane viuit homo.* Et solo illo verbo obmutuit diabolus, nec ausus est amplius repugnare, fatens se in illa superatum fuisse. Ideo Sanctus Paulus nos admonet dicens: Resistite diabolo, qui est quasi Gallus; non enim habet amplius, quàm primos congressus. Sic narrat Iulius Frontinus de Fabio Maximo Consule Romano, qui cùm Gallos oppugnaturus esset, cùmque cognosceret Gallos nihil aliud habere in bello præter primam conflictationem, quam quidem habent fortissimam; imperauit suis, vt eos eligeret, quos robustiores esse cognosceret ad ferendos primos conflictus, qui virilem & inuictum animum ostenderent in principijs: qua astutia confecta, victi sunt Galli: ita fortitudo diaboli, mundi, & carnis, in primis congressibus côsist[illegible] quibus si resistatur, statim deficiunt.

1. Cor. 6.
Simile.
Iulius Frontinus

Ex hac responsione accepit occasionem diabolus ad secundam tentationem. Cùm enim vidisset Christū Redemptorem nostrum ita Deo confidentem, vt non in solo pane se sustentari diceret; per propriam Domini viam illum voluit insectari curans, illum ita [illegible]tantibus stimulare, quò tantoperè properaret, vt à medio exiret, [illegible] quo virtus consistit, & ad extremum transiret, ac Deum tentaret, quod est confidentiæ extremum. Hic stylus, & stratagema est [illegible] tatum apud diabolum, qui bonum assumit, vt sub virt[illegible] specie tantoperè accelerare faciat virum probum, vt illum per v[illegible] ianuas introducat: liberalem ita largitionum gloria stimulat, [illegible] prodigalitatis vitium illum faciat deuenire. Audacem tan[illegible] [illegible], vt temerarium eum efficiat. Prouidum ita propa[illegible] [illegible], vt illum in parcitatis, & illiberalitatis ianuas faciat [illegible] & sic de alijs virtutibus. Vtitur ergo Sathanas hac inuention[illegible] [illegible] se ad nostras partes transire, vt ab illo non caueamus [illegible] falso zelo nos confortat ad pœnitentiam quousque ad extre[illegible] deducat, vt deduxit Iudam, & Cain. Ab hoc autem strat[illegible] [illegible] dicit David iustum solitum fuisse liberari, vt patet [illegible] [illegible] Qui habitat in adiutorio Altissimi, vbi dicit illum lib[illegible] sagitta volante in die. Sagitta rutilans claritatis est hæc, qu[illegible] stimulat, vt iustos virtutis terminos nos faciat transgredi, & [illegible] [illegible] vna die id facere, quod Sancti paulatim fecerunt [illegible]

Psal. 90.

[illegible]

37 iuſcemodi venatur diabolus, vt venatores ſolent ſimias venari. *Simile.*
Accipiunt multos calceos cum multis laqueis & calceant ſe illos, ac lentiſſime illos aſtringunt, poſtea vero excalceant ſe, & relinquunt illic calceos, atque illinc recedunt. Cum autem ſimiæ omnia faciant, quæcunque vident alios facere, accedunt ad calceos, & ſe ſe ipſæ etiam calceant, & lentiſſime calceos aſtringunt, & tunc venatores repente eas occupant, & venantur: nam calceis, cum quibus homines poſſunt currere, non poſſunt ſimiæ currere, & ſic capiuntur. Ita diabolus calceis, hoc eſt, ſanctorum exemplis, quæ non omnia oportet nos imitari: (illi enim aliquorum operum peculiarem habuerunt reuelationem) & hoc illi illis calceis incedere potuerunt, atque etiã cucurrerunt, nos vix ambulare poterimus. His (inquam) calceis aliquos homines venatur ſuadens illis, vt aſperitatem
38 Sanctorum vitam ſupra vires ſuas imitentur, quo poſtea à virtute deficiant. hoc tentationis modo, nunc tentat Dominũ. Siquidem (inquit) tantam fiduciã habes in Deo mitte te deorſum, Deus enim te cuſtodiet ne pereas: *Nam ſcriptum eſt quia Angelis ſuis, &c.* Attendite, quia diabolus ſe eruditum oſtendit, & ſacras Scripturas legiſſe demonſtrat. Si autem legit, non legit vt melior fiat, nec vt ſibi proſit, ſed vt alios falſis intellectibus, & interpretationibus decipiat. Heu, heu, quot in hoc Sathanam imitantur, qui tot ſuſpendunt & noctẽ libros euoluunt, vt videant quomodo textum in ſententiam flectant, & quomodo dubium ius, iuſtitiam habeant. O quot ſunt operam dantes ad nihil aliud, quam vt plus valeant, & plus diuitiarum, & dignitatum in ſeculo conſequantur? quam pauci [illegible] tendunt, vt melius [illegible] Deum amare, proximoſque ſuos [illegible] vir-
39 tute erudiant. O quantum eſſet hic dicendum, & quam ampla materia eſt hæc ad plurimũ! Sunt aliquæ arbores, quæ in fluuio oriuntur, & aliquando ſunt marcidæ, ac ſine pulchritudine, quia non pluit, nec aqua è cœlo cecidit. Res mirabilis, non illis ſufficit tota aqua fluuij, vt ſint viridia, ſed neceſſaria eſt eis cœleſtis aqua. *Simile.* O quot viri docti in multarum ſcientiarum pelago immerſi, ſunt marcidi, atque aridi ſunt, vt viſu ſint miſerabiles, & ratio huius rei eſt, quia non habent cœleſtem pluuiam, non habent Spiritus ſancti imbrem, quæ eſt diuina gratia, deuotio, & ſpiritus, quæ ſimul cum humana ſapientia animam exornant, & in virtutibus faciunt proficere. Studete fratres mei, & legite: ſed non ſicut diabolus ad efficiendum, ſed vt ſciatis vos à diabolo defendere, & proxi-

mos

nos vestros illuminare. Videte quomodo Dominus hanc tentationem, & reliquas omnes superet, dicens: *Scriptum est*. Ad hoc enim præcipuè oportet nobis literas prodesse; quia sic nobis gratiā suam Dominus concedet, & in futuro seculo gloriam largietur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

¶ Feria.II. post Dñicam.I. in Quadragesi.

Cum venerit filius hominis in Maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, &c. Matth.25.

QVEMADMODVM in lege veteri homines primum filij Dei aduentum in mundum expectabant: atque ad hoc omnes illæ ceremoniæ, sacrificia, & res templi dirigebãtur: ita nunc in lege gratiæ expectant secundũ eiusdem filij Dei aduẽtum, qui futurus est ad iudicandos viuos, & mortuos. Atque ad hoc sanctorum Sacramẽtorum administratio, diuini verbi prædicatio, ac cæteræ omnes sanctæ exercitationes Christianæ vitæ diriguntur, vt cum venerit filius Dei nos paratos inueniat, sicut decet. Et ita Beatus Paulus dixit: Apparuit gratia Dei, & Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè, iustè, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Atque est valdè notandum, quòd cùm S. Apostolus discipulo suo Tito cõmendasset, vt diligentissimè senes, anus, viros, vxores, iuuenes, adolescentulas, seruos, & ancillas quid singuli secundum statum suum facere tenerentur, erudiret; rationem reddens eorum, quæ dixerat; addidit dicens: Apparuit enim gratia Dei, &c. Quod significat idem, acsi diceret. Cura vt omnes sanctè, & irreprehensibiliter viuant; ad hoc enim apparuit filius Dei, & venit in mundum ad erudiẽdos nos, vt à malo recedamus, & omne bonum amplectamur, & sic pro parati aduentum illum ipsius magni Dei, & Domini nostri Iesu Christi expectemus. Poterit aliquis dicere: si hoc ita est, quomodo nunc non desideramus magnopere hunc secundum aduentum, & pro eo suspiramus, sicuti pro primo sancti illi Patres antiquitus

Tit.2.

3 quitus suspirabãt? Ad hoc respõdeo, quòd non hoc facimus, quia sumus mali, & viuimus, ac si aliam vitam non speraremus, nec aliud bonum nobis paratũ esse crederemus. Suspirare enim pro hoc secundo aduentu, est suspirare vt sint multi boni, vt iam electorum numerus penitus compleatur, quàm sanctum autem sit hoc desiderium declarat beatus Paulus cùm dicit: Bonum certamen certaui, &c. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Non solùm autem mihi, sed & his, qui diligunt aduentum eius. Notate quòd vocat iustos amatores, & suspiratores (in sacris enim literis idem est amare, & suspirare) aduentus filij Dei, & dicit; quòd his reposita est corona iustitiæ; quia iure eam illis Deus debet propter pactum, quod cum illis pepigit. Et sicut in illa lege veteri prædictus est primus aduentus; vt omnes præparatis animis illum expecta- *2. Tim. 4.*
4 rent: sic etiam in hac lege gratiæ prædictus est secundus aduentus, vt apparet in Epistolis à Sanctis Apostolis scriptis, scilicet, Beato Petro, Beato Iuda, Beato Paulo, Beato Ioanne in Apocaly. Et qui de eo præsertim locutus est, fuit ipse filius Dei tanquam clemẽtissimus pater, qui omne bonum nobis desiderat, & curat. Cùm Deus immissurus esset temporalem quẽdam laborem Hebræis, voluit vt de illo prius ipsi admonerentur, ne illos incautos labor ille inueniret. Et sic Hieremias dicit: Annunciate in Iudæa, & in Hierusalem auditum facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite: Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate signum in Sion, confortamini, nolite stare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & cõtritionem magnam. *Hiere. 4.*
5 Ascẽdit leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit, & ingressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinẽ, ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absque habitatore. Videte optimi Dei misericordiam, qui cùm vellet eos tam crudeli illo verbere Regis Babylonis flagellare, præcipit, vt priùs sæpè admoneãtur, & tot verbis hoc repetit, vt ad fortissimos pœnitẽtiæ muros confugiant, & ad alia sancta exercitia recurrãt; quæ sunt ciuitates fortissimæ, in quibus homines ab altissimæ Maiestatis furore solent defendi. Si ergo toties Hebræos admonuit, vt se contra illum laborem munirent; qui licet in se magnus esset, si tamen cum hoc, de quo agimus, comparetur; minimus apparet: quantò maior ratio erat, vt nos etiã piè admoneret, vt muniremur aduersus tam

incomparabilem afflictionem. Prædicit Deus taurum præconio, quia vult, vt quando exiuerit, omnes sint iam in tuto loco. Sicut pater solicitus, qui cùm iam vult taurus exire, & videt filios suos in theatro ambulare, magnas vociferationes extollit, & manu significat admonẽs illos, vt in securum locum sese recipiãt. Et vna ex præcipuis vocibus, & admonitionibus, est hodierna Sancti Euangelij lectio. O benedicãt tibi Angeli Pater pijssime, & gratias agimus tibi sanctissime Dñe, non quales deberemus, sed quales nos miseri homũculi illas tibi agere possumus; quia sic nos admonuisti, vt à tuæ iustitiæ tauro in peccati theatro non occupemur; sed potiùs in tutum pœnitentiæ locum nos recipiamus.

Simile.

Dicit ergo nobis Dñs: *Cùm venerit filius hominis in Maiestate sua,* Vẽturus est Dñs in iudicium cum Maiestate, vt culpæ pœna, & peccato suppliciũ respondeat: vnde arbitramini omnia peccata oriri? A contẽptu Dei, vt dixit B. Augustinus, quid inferni ciuitatem facit? amor sui, vsque ad contemptum Dei. De quo maximo cum dolore cõqueritur ipse Deus per Hieremiã, dicens: Quomodo, si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel, quanta impudicitia solet mulier corrupta amatorem suum negligere, cùm iam alium amat, & quantam alapam priori infligit, qui illi magnoperè seruierat, & cum ea pecunias suas consumpserat. O quam ad simile declarat hæc metaphora, quod inter animam perditam, & impudicam, & Deum suũ agitur, quem pro terrestrib[9] nænijs, & turpitudinibus contẽnit, cùm ab eo tot beneficia acceperit. Contemptus igitur cũ Maiestate superatur. Contẽpsisti quem quã velles illũ supplantare; postea vides eũ honoratũ, & in amplissimũ dignitatis gradũ eleuatum, magnũ est tibi supplicium illud, & honor illius est tibi atrocissimus carnifex. Videte quantũ dolebat Aman propter honorẽ, quo Rex Assuerus Mardochæũ affecit, quẽ ille tanto odio prosequebatur & tantoperè opprimere volebat, de quo dicit sanctus Textus: Aman festinauit ire in domum suam lugens, & operto capite, & fortassè prę nimia rabie in lecto recubuit quasi mortu[9]. Sic ergo Deus ad maiorem pœnam tuam ò peccator; siquidem peccata tua ex diuinæ Maiestatis contemptu dimanarunt, cùm tanta Maiestate veniet, vt ipsa sola te confundat, & maximè torqueat. O quanta cõfusio erit cum maledictus carnifex, qui vultum sanctissimi Iesu alapis percussit, & sputis infecit, illum quasi solem rutilantem

August.

Hiere. 3.

Hester. 6.

viderit!

9 viderit. O quanta confusio erit, quando maledictus Herodes illum splendidissima gloria exornatum viderit, quem ille, quasi amentem candidam vestem indui imperauit. Quam confusa mansit maledicta coniux Putiphar, quando vidit Ioseph cum tanta gloria, & amplitudine à carcere exire, quem ipsa tantopere insectata est! Quid sentient illi Pharisæi, illi maledicti Principes, & Doctores legis, cum aspexerint cum tanta Maiestate, & gloria illum, quem ipsi tam atrociter persequuti sunt? Quod si quis interrogarit, quare venit Deus cum tanta potentia, & Maiestate contra debiles peccatores? vt dicebat Iob: Contra folium, quod vento rapitur ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris? Dico, quod ita venit, vt eos magnitudine, ac maiestate sua torqueat, & con-
10 fundat.

Genes. 41.
Iob. 13.

Et omnes Angeli eius cum eo, &c. Non solum venient omnes Angeli, sed etiam omnes sancti. Sic imperat æternus Pater per Dauid dicens: Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia. Congregate (inquit) cum filio meo omnes sanctos eius, qui optimè sciunt diuinæ eius legis præcepta disponere, & adimplere. Et quare Domine vis in iudicio omnes sanctos coram te habere? quia solent peccatores, qui diuinas leges violarunt, se in suis peccatis excusare. Vnus dicit, se non ieiunasse, quia erat debilis: alius se non pepercisse, quia erat bellicosus & naturaliter iracundus: alius excusat se, quod castus non fuerit, dicens, quod habuit maximas tentationes. Idcircò igitur adducet secum supernus Iudex omnes sanctos ad confundendos pecca-
11 tores, & bonorum virtutibus malos maiori pudore confundet. Dicis tu ò carnalis, quod habuisti maximas tentationes, & occasiones, vide hic sanctum Ioseph, quot occasiones habuit ad deperdendam castitatem suam, nec tamen illam amisit. Et tu vir seditiose, & homicida, qui dicis te fratrem tuum persecutum fuisse, quia notabilem occasionem tibi præbuit, vide hunc sanctum Stephanum, & alios omnes Martyres, quam crudeliter tractati fuerint, & quomodo in persecutionibus, & afflictionibus, pro persecutoribus suis exorauerint. Et tu epulo, qui delicatè manducas & te optime tractas, & dicis te esse imbecillum, aspice hunc Sanctum Baptistam, & hos Sanctos Eremitas, & Confessores, quantam vitæ asperitatem, & rigorem tolerarint, & quæ sacrifi-

Psal. 49.
Gene. 39.

cia corporum suorum Deo obtulerunt. Et omnis iniquitas opi-
Psal. 105. labit os suum. Ipsa malitia faciet obmutescere os iniqui peccatoris, & non habebit quid in illa calamitosa hora respondeat. O infoelix peccator attende consilium, quod te admonet Spiritus sanctus dicens: Ne des annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis quando consumpseris carnes tuas, & corpus tuum, & dicas: cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum? Ne consumas (inquit) nunc dies, & annos, in seruitute diaboli crudelissimi inimici ne postea absque remedio ingemiscas, & dicas: Heu mihi, quia virtutem neglexi, & quia non obediuit cor meum, nec ex salutiferis reprehensionibus, quibus corrigebar, fructum percepi. Ne postea inutiliter gemas ingemisce nunc, & suspira, & obserua hoc cæleste consilium, quod est singulare, & cuius singula verba sunt digna maxima ponderatione.

Prouer. 5.

Dicit vlterius Sanctum Euangelium: *Tunc sedebit super sedem Maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes.* Super hoc verbum oportet vos aduertere, quod virtus non solum digna est præmio, sed honore etiam. Et Philosophus dixit, honorem virtutis esse præmium: peccator verò non solum dignus est pœna, & supplicio sed etiam & ignominia, & confusione. Atque ideò iustissime præcipiunt leges Imperatorum, vt delicta publicè puniantur, vt pœna, quæ delinquentibus imponitur dedecori, & ignominiæ coniuncta sit, & aspicientium præsentia augeatur. Et hæc est propria pœna hominis in quantum homo est. Nam bestiæ etiam possunt flagellari, percuti, & occidi, & id magnoperè sentiunt: sed nō possunt pudore confundi, nec ignominia affici. Ad bonorum igitur honorem, & malorum dedecus, & confusionem vult diuina Maiestas, vt omnes intellectuales creaturæ cōgregētur, & ita nec in cœlo Angelus, nec in inferno diabolus, nec in toto orbe homo remanebit, quin illic adsit. Illic erunt omnes Angeli, diaboli atque homines, quotquot sunt, fuerunt, & futuri sunt; vt corā omnibus honorificetur, & præmio afficiatur bonus; malus vero puniatur, & dedecoretur. Atq; ad hoc per Dei omnipotētiā, omnes cogitationes verba, atq; opera omnium illic omnibus inuicem declarabuntur. Sicut cùm solis radius illucescit, aspiciuntur atomi, qui antea non aspiciebantur: ita in radio diuinæ claritatis, qui omnium

Aristot. 4. ethic. c. 3.

Simile.

15 omnium intellectus illuminabit, omnes culpæ, & virtutes conspicientur. Sic affirmat Beatus Paulus, dicēs: Nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium; & tūc laus erit vnicuique à Deo. Illic inspicietur quis fuerit verè iustus, & quis fuerit hypocrita cognoscetur. Idcirco dicit Deus per Dauid: Cū accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Illic videbimus quænā sint veræ iustitiæ. Et ideò subdidit statim, dicens: Liquefacta est terra & omnes, qui habitant in ea: ego cōfirmaui columnas eius. Sumit metaphoram à tempore niuis, cùm tota terra (etiam si sit sterquilinium) est candida. Cum vero sol aduenit, & nix liquefit omnia detegūtur, & apparēt sterquilinia, cadauera, & alia immūda & horribilia. Ita cū aduenerit sol iustitiæ Christus Redēptor *1. Cor. 4.* *Psal. 74.*
16 noster omnium apparentiarum nix liquefiet, & terreni, ac immūdi, vt tales apparebunt: iusti autem (qui sunt non terra, sed columnæ alabastri in sublime eleuatæ per cælestem conuersationem) tunc in gratia confirmati præmio, & honore afficientur. Et ideo subdidit, dicens: Ego confirmaui colūnas eius. Appellātur hìc iusti columnæ terræ, quia propter illos tolerat Deus peccatores: sicut fuit Moyses columna plebis Israeliticæ; siquidem propter illum toties Deus ei pepercit, nec Israelitas euertit; vt apparet in Exodo: Sicut etiam erat Loth columnæ Sodomæ. Et quemadmodum subtracta columna corruit ædificiū, sic subtracto Loth à Sodoma statim perijt. Etiam de hac reuelatione, & manifestatione egit Propheta Naum, dicens; Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam *Exod. 31.* *Genes. 19.* *Naum. 3.*
17 tuam. O terribilem confusionem, ò rem horrendam, ò pudorem obstupendum! quis hæc non solùm verbis recensere, sed ne mente quidem poterit contemplari? Considerate virginem illustrissimam, & ab omnibus maximi æstimatam; & considerate illam cū immūdo Æthiope turpitudinem maximam cōmisisse, quam turpitudinem nemo scit pręter illam, & Æthiopē, cum quo illā commisit. Si veniret Angelus & diceret ei, aduerte quod eras construēdum est in foro theatrum, in quo crimē tuum publicè reuelandū est: quid videtur vobis quòd miserrima hæc, & nobilissima virgo sentiret? quid potius ferret, quàm quòd per ignominiam illam transiret? O Domine, diceret virgo; potius me hìc viuam absorbeat terra, quàm talem contumeliam patiar. Si autem Angelus *Simile.*

illi diceret: Si peccata tua confitearis, & pœniteat te illorum omnia dimittentur tibi quanti hoc beneficium æstimaret? Anima ergo Christiana, quæ es virgo illustrissima, & te contaminasti, & prophanasti cum immũdo, & obscœno Æthiope, scilicet, cũ diabolo, age pœnitentiam, reuela peccata tua in sancta confessione, ne deformitas, & turpitudo tua in illa die publicè manifestetur.

Psalm.31. O quam meritò dixit Dauid: Beati quorũ tecta sunt peccata. Licet enim iustorum peccata detegenda sunt, hoc non erit ad cõfusionem, sed ad maiorem honorem, & gloriam ipsorum. Eueniet

Simile. illis sicuti cui adhæret vestis clauo, & scinditur, in illa verò scissura inijcit quid ex serico, aut auro contextum, quo scissura tam venusta remanet, vt videatur de industria ad venustatẽ facta fuisse: sic peccatorum scissuræ munitæ pœnitentia, quam pro illis iusti egerunt, non solùm non malæ videbuntur, sed decoræ, ac gloriosæ illis, qui peccata illa commiserunt, apparebunt. O quàm meri-

Roma.9. tò dixit Sanctus Paulus: Diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum. Siquidem etiam ex peccatis honorem eliciunt iusti, quia diuino auxilio benè vsi sunt dæmonium, & peccatum, quod eos vicerat superantes. Vos autem miseri peccatores, qui in peccatorum vestrorum cœno vultis commorari, & vos de illis gloriamini; vna ex maximis pœnis, quas illic recipietis, erit pudor, & confusio istorum met peccatorum, de quibus nunc gloriamini; sic enim mirabiliter à Deo constituetur. Miseremini ergo vestri ipsorum, & vobis nunc remedium adhibete, siquidem tempus habetis, attendite quòd postea barbas dilaniabitis, & præ dolore gemetis, nihil tamen istorum vobis proderit.

Congregatis omnibus, separabit eos ad inuicem sicut pastor &c. O quãta tristitia afficientur illic mali, cum iam se à bonis separatos aspiciant. Et quàm læti & gaudentes erunt boni, videntes quomodo pijssimus Dominus ad eos hilarem vultum & beneuolum aspectum conuertit, ita, vt illos in suis visceribus recipere velle videatur. O quomodo tunc implebuntur illa verba notabilia Ecclesia-

Eccli.6. stici dicentis: Et erũt tibi compedes eius in protectionẽ fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ: decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutis. Quam confidenter poterit tunc Deo iustus dicere: Ecce Domine legem tuam cu-

Simile. stodiui, da mihi gloriã, quia mihi debetur. Captiuus, qui pro Rege se vinciri passus est, quando redimitur, accipit cõpedes in manibus,

21 nibus,& cum illis beneficia postulat. Ecce (inquit) compedes Domine, qui viginti annos nunquam à pedibus meis exciderunt in Mauritania propter te: & compedibus eius petitio protegitur, ac fulcitur. Accipient iusti in die redēptionis suæ legē illam Dei, cōpedes illos, & cū illis erunt coram Deo. Ecce (dicent) Dñe compe des & cathenas, quibus tot annos pro tuo diuino amore alligatus sum. O quā confusi erunt ex aduerso mali hoc aspiciētes. Væ (inquit sapiens) qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt per vias prauas, & quid facient cùm inspicere Dominus, id est, cùm incipiet inspicere Dominus? O quā metuenda verba dicit hìc Spiritus Sanctus. Væ (ait) illis, qui perseuerantiam amiserunt, & vias rectas reliquerunt, quas cœperāt, & per asperas peccatorum vias perrexerūt; quid facient cum Do *Eccle. 2.*
22 minus suos iratos oculos in illos coniecerit! Quàm confusus erit miles: qui ex pugna fugerit quasi pusillanimis pre hostiū timore, cùm viderit Regem suum visitantem exercitum, & percontantem de fortibus, ac constantibus, illosq; præmijs afficientem; & viderit vnum cum commendato, alium effectum dominū vnius ciuitatis, alium verò magnum Comitem, aut Principem effectū, omnes deniq; triumphantes aspexerit: se verò viderit derelictum, & quòd de se nulla mentio fit, nisi vt contemnatur, & ab omnibus illudatur. Quanto ergo maior confusio erit illìc, vbi non solùm illudetur, sed in infernum perpetuum concremandus detrudetur? Væ his, qui perdiderunt sustinentiam. Quomodo non obstupescimus hæc tam vera audientes, & quæ fortassè citò nobis contingent, saltē quantum ad peculiare vniuscuiusque iudicium? *Simile.*
23 Progreditur Sanctum Euangelium, dicens: *Et statuet oues quidē à dextris suis, &c.* Videte quomodo iustos ouibus cōparet, qui tam mites, pacifici, ac patientes in hac vita fuerunt: malos verò cōparat hœdis fœtidis, & immūdis, qui omnia rodunt, & dissipant. O quid fuit bonus & malos hic vidisse, quid aūt erit illos tūc in iudicio aspicere? Hic hędi ad dexterā prosperitatis, honoris, & autoritatis cōstituti omnia māducabāt, & destruebāt: & oues ad sinistrā afflictionis, & persecutionis positæ erāt. Illic vero singuli secūdū opera sua in suis locis sedebūt. Lusorij latrunculi, Hispanicè [*Pieças de axedrez.*] dum in sacculo sunt inclusi, omnes inuersi sunt & permiscui: sicq; sæpè fit vt Reges Reginæ & Equites in fundo iaceāt, pedites autem satellites & Centuriones sint in summo: sed *Simile.*

cum è sacculo omnes educuntur, vt ludus ordinetur, suum vnusquisq; obtinet locum, tunc enim quem quisq; valorē habeat cognoscitur: ita propemodum hic mūdus est quasi loculi, in quibus omnia sunt confusa, & sæpè contingit quòd peiores sint in sublimi, meliores vero afflicti, & oppressi in infimo loco commorentur. In fine autem vitæ, [*Y al entablar.*] illic apertè manifestabitur qualis sit vnusquisq; nostrum. Nā diuinus Iudex pretiosissimos iustos ad dexteram collocabit, sicut reges magni pretij: peccatores verò quasi viles, & infimos dignè ad sinistram confusionis, & amaritudinis constituet. Quando Sanctus Iacob manus cōmutauit; vt Manasses, qui erat ad dexterā in sinistra remaneret, Ephraim verò, qui erat in sinistra ad dexterā remaneret, vellet Ioseph, vt vice versa faceret, vt ibidē dicitur: Videns aūt Ioseph, quòd posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauiter accepit, & apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse, dixitq; ad patrem: Non ita cōuenit pater, quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius, qui renuens ait: Scio fili mi, scio. Et nihil profuit diligentia Ioseph. Liberet vos Deus ne Iesus Christus manus commutet, vt illi, qui hîc dexteram tenuerunt, illic in sinistra sedeant, & è contra. Non enim cuncta cælestis curia sufficiet, quamuis hoc rogaret (quod tamen ipsa nunquam faciet) vt Iesus Christus manus iterum commutet.

Genes. 48.

Tunc dicet Rex ijs, qui à dextris eius erunt: *Venite benedicti Patris mei, &c.* O beati illi, quibus tam fœlix sors euentura est: sed notate, quòd etsi gloria nostra ex diuina prædestinatione dimanat, tamen non illam comparabimus, nisi bonis operibus. Idcircò cùm dixisset illis: Percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi, subdidit statim: *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c.* Dicit, quòd illis ab æterno præparatum est: & addit, dicens: Quia ipsi suis bonis operibus illud emerunt exercendo misericordiā cum proximis suis. Idcircò Dauid de iustis dixit: Et memores sunt mandatorum eius ad faciendum ea. O quam meritò Beatus Paulus misericordiam & eleemosynam segetem vocauit, dicens: Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Videte quàm bona sit hæc messis, ex qua tam bonus, & abundans fructus percipitur: Christus Redēptor noster dicit: Quòd ex semine quod seminauit quarta tātū

Psal. 102.
2. Cor. 9.
Luc. 8.

part

27 pars fructum tulit, reliquæ verò tres partes perierunt. Qui autem ſeminat in pauperibus ex toto ſemine fructum abundantiſſimum colligit. Stultus, qui videt agricolam ſerentem & in agro grana effundentem arbitrabitur quòd ſemen perdit: verumtamẽ optimè cognoſcitis quàm longè eo iudicio fallatur. Ita arbitrantur inſani. Nos inſenſati (ait ſapiens) vitam illorum æſtimabamus inſaniam. Amentes iudicabant illos; qui propter Deum ſubſtantiam ſuam largiebantur & vitam, atque omnia ſua pro proximis ſuis in diſcrimen adducebant, arbitrabantur illos hæc omnia perdere: illic autem cùm tantum fructum ex ijs percipi aſpexerint, tunc obſtupeſcent. Ecce quos inſanos putabamus. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Eia eia fratres mei properate ſeminare, liberaliter hoc *Sap. 5.*
28 diuitiarum, ingenij, ſcientiæ, & omnium veſtrarum rerum ſemen effundite, illud in pauperum ſeruitio conſumentes, ſiquidem perſpicitis fructum, qui ex hac diuina meſſe colligitur. O Deus vos illuminet, vt ita faciatis. Statim mitiſſimus agnus in ſæuiſſimum leonem conuertetur & ad malos terribili quadam voce loquetur dicens: diſcedite à me maledicti. Hic implebitur quod vidit Beatus Ioannes: & vidi (inquit) thronum magnum candidum, & ſedentem ſuper eum, à cuius conſpectu fugit cælũ, & terra, & locus non eſt inuentus ab eis. O admirabilem exaggerationem, quòd cælum (inquit) & terra non inuenient locum vbi ſe abſcondant præ timore terribilis aſpectus huius iuſtiſſimi iudicis. Dicit amplius, & vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni, & libri aperti ſunt, & alius liber apertus *Apoc. 20.*
29 eſt, qui eſt vitæ: & iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera eorum. O quã obſtupenda, & timenda res eſt hæc, quomodo hæc audientes toto corpore nõ contremiſcimus? In hoc ſæculo quodãmodo videtur nos hoc inſculptũ, & figuratũ animaduertere. Solet Magiſter in gymnaſio exẽplar dare pueris, vt ſecundum illud ſcribant: dũ pueri ſcribunt, ambulat Magiſter verberans parietes, & alta voce dicit: legite, & ſcribite pueri. Cùm autem iam eos vult dimittere ex gymnaſio dicit: eia pueri reddite rationem lectionis. Tunc videbitis pueros trepidãtes & ſcripturas ſuas præ manibus ferentes offerre ſe coram magiſtro; qui incipit regulare ea, quæ in papyris ſuis ſcripta afferunt, cum exemplo, quod illis dedit; & dicit: hæc litera. A. quomodo *Simile.*

non est secundum illam exempli?& hæc litera.B. quomodo errata fuit?&.C.atq; reliquæ quomodo sunt tam male scriptæ? videtur vobis benè?& tunc eos verberat secundum illorum demerita. Magister est Deus, pueri sumus Christiani, gymnasiũ est Ecclesia catholica,& exẽplar, quod nobis datum fuit, est diuina lex, quæ prius scripta, facta, & exercita fuit in vita sacratissima Iesu Christi Redemptoris nostri, vt nos secundum illam scriberemus in libris conscientiarum nostrarum literas virtutum: & dum viuimus ambulat diuinus Magister verberans parietes, quæ sunt corpora nostra lutei parietes: sic enim dicit Iob habitamus domos luteas. Et infirmitates, tribulationes, & infortunia, quæ in corporibus nostris patimur, sunt verbera, quæ parietibus infligũtur, ad excitandos, & deterrendos, ac cõmonefaciendos nos. Vt diligẽter aduertamus illa, quæ scribimus; postea enim tẽpore reddendę lectionis non erit discendi, aut scribendi locus, sed laudandi, & munerandi ea, quæ benè scripta sunt, & puniendi ea, quæ malè scripta fuerint. Adueniet igitur tempus, & mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, conuocabunt pueros, vt surgant ad reddendam lectionem Et tunc sedebit Iudex & aperientur libri conscientiarum vt dicit hîc Sanctus Ioannes: Aperti sunt libri. Et aperietur alter liber, idest, quòd patentissimè manifestabitur illic vita sanctissima Saluatoris nostri Iesu Christi. Et iudicati sunt ex his quę scripta erant in libris. Non iudicandi sumus secundum librorum munitionem, sed secundum quod in illis scriptum est. Possunt namque perpolitè exterius muniti esse, interiùs verò habebunt mille mendacia: sicut apparet in hypocritis, qui optimam habitus apparentiam & inaurata verba; intus verò pleni sunt vanitatibus, & peccatis. Illic dicet Iudex quare hæc litera. A. hic amor Dei, & proximi tam malè scriptus fuit? quare creaturæ amorem creatoris charitati prætulisti? quare proximum tuum tam tepidè, ac remisse dilexisti, vt nihil penitus propter eum facere scineris? Hanc literam. B. beneficiorum acceptorum, diuitias, & salutem, quomodo omnia destruxisti offendens cum illis Deum, qui ea tibi dedit? Hæc litera C. scilicet, confessio peccatorum tuorum quomodo facta fuit tam sine preparatione, sine dolore, & sine proposito corrigendi te? Hæc litera. D. donationum quomodo tam male scripta fuit? nesciebas enim aliquid dare, nisi propter malum finem. Dona-

Iob. 4.

Matth. 24

33 Donabas pecunias fœminæ, vt eius honorem auferres: largitioni bus corrūpebas aduocatum, testē, ac deniq́ue iudicem vt iustitiā peruerteres. Hæc litera. E. scilicet exemplum non sic scribenda erat. Nam secundum cōditionem tuam tenebaris optimū exemplum præbere. Nesciebas quod scriptum erat: Maledictus qui errare facit cæcū in itinere suo? tot mortibus dignus es, quot mala exempla præbuisti, quorum causa alij creatorem suum offenderunt. Hæc litera. F. Hæc fides sine operibus quomodo fuit tam superficialis, & arida? nesciebas quòd scriptū erat; fides sine operibus mortua est? G. autem, id est, gratia gratis data, quomodo tam sine fructu, & vtilitate fuit? Nesciebas quòd Sanctus Paulus admonuit dicens: Hortamur vos ne in vacuum gratiam Dei recipiatis? Tu musice, qui cātilenis, & voce tua ad peccatum prouocabas alios. Tu vir docte, qui literas addiscebas ad alios decipien-
34 dos. Et tu qui pulchritudine tua omnes ad malū incitabas, Hęc tibi modo bellum infert. Et hoc. H. diuini honoris, vt te admonuit Sanctus Paulus, dicens: soli Deo honor & gloria, quare hoc debitum Deo tuo non persoluisti? Hoc autē. I. iræ quomodo est tam malè scriptum? quia cum tantummodo in tuos effrænatos appetitus irascendus esses, iratus es in proximos tuos furentissimum leonē te præbens cōtra eos. Et hoc. L. liberalitatis quare in nullos alios liberalis fuisti, nisi in eos, qui tuis turpibus appetitibus, & eorum executionibus fauebant? Et hoc. M. matrimoniorum, quę violasti, & adulteriorum, quę perpetrasti? Et hoc. N negotiorum tuorum emptionum, ac venditionum, quomodo omnia tam malè facta sunt? &. O. orationis, quomodo nunquam sciuisti vnum
35 Pater noster deuotè recitare, nec suspirium cū intimo cordis dolore proferre? Hoc denique. P. perseuerantiæ quomodo cùm aliquando bonum cœpisses tam citò fatigatus es, & à virtutis via defecisti? O Christiane nullus est character benè scriptus. O Christiane nihil benefactū adducis. O quàm mala literatura. O quàm malè transacta vita. O quàm malè consumpta ætas, discedite à me maledicti in ignem æternum. Sint illic dæmones carnifices, qui vos in æternum flagelēt, & torqueant Intellexistis hæc fratres? arbitramini esse fabulas, aut exaggerationes has? Non creditis quòd prius cælum & terra deficient, quàm minimū verbum Sancti Euāgelij? Quomodo ergo tam alto sopore dormitis? quare non præparamini in diē tantę afflictionis? O Deus vobis det prudentiam,

Deut. 27.
Iacobi. 2.
1. Cor. 6.
1. Tim. 1.

quod vinum nouum non debet in vtres veteres immitti, sed in nouos: aliter enim vtrumque perdetur, quia vtres rumpuntur, & illis ruptis vinum effunditur, & perit. Vult dicere quod vt Sanctum Euangelium suos maximos effectus in nobis operetur, requirit hominem nouum, & qui nouos habeat affectus. Quid est hominem veterem renouari? vetustatem prius relinquere, vt se iuuentutem induat, carnis affectus prius deponere, vt spiritus affectus se induat. Nam noua doctrina vitam nouam, cogitationes, desideria, & opera denique noua postulat. Et ita nouum vinum in nouis vtribus, & nouum cum nouo conseruatur. Ita dicit hic Esaias quod spiritus iudicij, & sapientiæ illi communicatur, qui verè, & ex animo de iudicio ac reformatione sua agit. Non communicatur illis, qui humanarum voluptatum vino inebriantur: licet sint sacerdotes, prædicatores, ac literati: si carnalibus voluptatibus, secularibus delicijs ac denique temporalibus vtilitatibus se committunt. Nam cum his ebrij, attoniti, & dementes sine hac diuina cognitione remanebunt. Quem ergo (inquit) sapientiam hanc altissimus docebit? Ablactatos (ait) à temporalis voluptatis lacte: auulsos, & separatos à mundi vberibus, illos, qui suis proprijs propensionibus, ac sensualitati violentiam inferunt. Curate ergo fratres charissimi hæc omnia expellere, vt ita ad hoc ineffabile donum recipiendum disponamini, ad quod per plurimos gradus ascenditur quorum primus est fides. Et sic
Esai.7. vbi nostra translatio in Esaiam legit si non credideritis, non permanebitis. (Quod vult dicere, nisi credideritis, non permanebitis in spe illorum, quæ vobis promittuntur, quibus in cælo fruituri estis. Spes enim in fide nititur, qui autem non credit, non sperat, id quod non credit) septuaginta interpretes in hoc ipso loco dicunt: si non credideritis, non intelligetis. Ita citat Beatus Augu-
August. stinus. In quo significatur quod ad impetrandam hanc intelligentiam, & iucundam cognitionem, ac sapientiam Dei, ante omnia necessaria est fides, atque hæc nondum sufficit, vt declarat Eccle-
Eccle. 1. siasticus dicens: fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius, mandata æterna. Sic appellat moralia præcepta decalogi, quia semper eadem sunt fuerunt, & vsque ad sæculi consummationem erunt non sicut iudicialia, & ceremonialia præcepta legis veteris, quæ in morte Iesu Christi finita sunt. Itaque hoc donum suauis sapientiæ Dei non solum præsupponit donum

9 fidei,& donum spei, ac charitatis (hæc enim sunt) vt ait Sanctus
Thomas) principia scientiæ Dei,& Christianæ religionis) sed etiã D Th. 1.2.
dicit Isaias quòd ad hoc donum consequendum necesse est secu q.62.arti.
lares voluptates despicere, & expellere. Hæc sapientia Dei est 3.&.2.2.
quæ vitæ Christianæ exercitationes faciles reddit, atq; etiam la- q. 17. ar-
bores, qui propter Deum tolerantur, dulces efficit. Et sic Beatus tic.6.
Paulus affirmat hos effectus Dei sapientiam in se fecisse, vbi tot 2.Cor.4.
annos, quos tribulationes & persecutiones propter Euangelium
fuerat perpessus, instans,& momentũ tribulationis appellat, atq;
multos labores, quos passus est, sicut tot verbera, tot carceres, nau
fragia,&c. omnia hęc leuẽ tribulationẽ vocat dicẽs: id enim, quod
in præsenti est momẽtaneum,& leue tribulationis nostræ, supra
modum in sublimitate ęternũ glorię pondus operatur in nobis.
10 Atque etiam de hac cognitione, & sapientia loquebatur illam Ephes.1.
desideras cùm dixit: Non cesso gratias agens pro vobis memo-
riam vestri faciens in orationibus meis: vt Deus Domini no-
stri Iesu Christi pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ, & re-
uelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis vestri vt
sciatis quæ sit spes vocationis eius,& quę diuitię gloriæ hæredita
tis eius in sanctis. O altissima, & maximis mysterijs plena verba.
Dominus per misericordiam suam nobis illud concedat, quod
Sanctus Apostolus illis desiderabat, ad quos scribebat. Non
obliuiscor (inquit) in orationibus meis rogare Deum gloriæ, qui
illius cognitionem & fruitionem cui voluerit potest concedere,
qui est pater Domini nostri Iesu Christi, cuius cognitionem tan
quã filij sui cui ipse vult concedit, vt vobis hunc spiritũ sapiẽtiæ,
11 & cognitionis sui communicet, & spirituales oculos clarissimos
vobis det, vt sciatis quid sit, quod iusti sperant,& quæ diuitiæ glo
rię præparatę sint sanctis eius. O si Dominus per misericordiam
suam hãc sapientiam cordibus nostris infunderet, quàm diligen-
tes ac feruidi essemus in seruitio altissimæ maiestatis eius. Vnde
arbitramini tantam Christianorum relaxationẽ, & dissolutionẽ
dimanare, nisi ex defectu huius cognitionis Saluatoris nostri Ie-
su Christi? nã contenti sumus eius mysteria credere, nec tamen il
la ruminamus, aut ea sapere curamus. O fratres charissimi siqui-
dem experimini tantum bonũ vobis deesse, petite illud, vt ait B.
Iacobus, ab illo liberalissimo Dño nihil hæsitantes; sed summo-
perè confidentes, quod hoc ab illo beneficium consequemini.

Hi in

Hi infœlices Hierosolymitani etiam hoc non attingebant, sed multo longiùs ab illo aberant, siquidē illis fidei cognitio deerat, necdum credebant in eum, à quo tot tantaque miracula facta fuisse perspexerant.

Et est valdè notādum quod homines magis populares, & qui non erant ex nobilioribus hi testimonium de Domino perhibebant dicentes. *Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ.* Tantoperè diligit Deus simplicitatē & cordis synceritatem, vt simplicibus, & synceris reueletur, vt dicitur in Prouerbijs: Cum simplicibus sermocinatio eius. Et nō solū gens plebeia hoc testimoniū de bono Iesu perhibebat: sed ad maiorem Pharisæorū, & legis peritorum confusionem, cùm illi magis increduli essent, etiam & pueri matrum suarū vberibus inhærentes illum extollebant, ac mūdi Saluatorem esse magnis clamoribus in tēplo confitebantur dicētes: Osanna filio Dauid, idest, ò fili Dauid salua nos. Hæc est mūdi infœlicitas, & ærumna, ꝙ qui maiora à Deo beneficia acceperunt, quique magis tenentur illum cognoscere, eique seruire, isti plerumque minorem diuinæ maiestatis cognitionem habent.

Prouer. 3.

Cùm hoc triumpho intrauit Iesus in templum Dei, *Et eijciebat omnes vendentes, & ementes, & dixit eis, scriptum est, Domus mea domus orationis vocabitur.* Credibile est quod erāt Hierosolymæ alia loca, in quibus Deus offendebatur: sed de solo tēplo curā habuit filius Dei, vt nos doceret, ꝙ etsi peccata vbiq; commissa illi sunt nimis odiosa, multo tamē execrabiliora illi sunt scelera, quæ in templo perpetrantur: eo quòd templū sit domus cōstituta ad mitigandū furorē Dei per orationem, lachrymas, & contritionē, atq; etiā est domus ad recipiēda in ea beneficia à diuina liberalitate, non autē ad prouocandum illum in ea ad maiorē iram. & indignationem, per noua peccata. Vnum ex illis, in quo Dei misericordia, & desiderium, quod ignoscendi nobis habet & beneficia in nós cōferēdi, maximè ostenditur, est præcepisse, vt sit in terra domus orationis. Reges habent cācellaria, & prætoria, ad delinquētes puniēdos: non autem legimus Deum in hoc mūdo domum iustitiæ, & supplicij instituisse ad malos puniēdos, sed videmus quòd ad peccata nostra dimittenda, non vnā tantùm, sed innumeras ecclesias (pro sua infinita pietate) constituit, quæ omnes sunt domus reconciliationis. Vult Deus amore potius, quàm timore nos in cælum perducere. Et ideo non fecit hîc domum iustitiæ, cum

tamen

15 tamen tot misericordiæ domos cõstituerit, ad beneficia nobis fa
cienda peccataque nostra dimittēda. De quibus, & de vnaquaq; *Isai. 56.*
sigillatim possunt dici illa verba, dom⁹ mea domus orationis vo-
cabitur cunctis populis, ait Dñs Deus. Atq; ad hoc reuelat iustis
supplicia, quæ de peccatoribus vult sumere, vt insurgant, & te-
neant eum, atq; pro illis exorent, vt eis ignoscat. Ita dicit prophe
ta Amos. Non faciet Dominus Deus verbum nisi reuelauerit se-
cretum suum ad seruos suos prophetas, idest, omnia cum amicis *Amos. 3.*
suis communicat, desiderans, vt ipsi pro peccatoribus apud se in
tercedant. Et sic vbi nos legimus, firmamentũ est Dñs timētibus *Psal. 24.*
eum, & testamentũ ipsius vt manifestetur illis, transtulit Beatus *Hierony.*
Hieronymus ex Hebræo: secretum Dñi timentibus eum, & pa-
ctum suũ ostendit eis. Ego hac nocte (ait Dominus iustis) interfe-
16 cturus sum talem peccatorē, dicite ei nomine meo ego facturus
sum hoc & hoc, vulgò dicitur (*El gato maullador nũca buen caçador.*)
Quid necesse est amplius quam tacendo facere? O ineffabilē Dei
misericordiā, voluit etenim vt in terra esset domus misericordię,
& veniæ, & supplicia malorũ amicis suis reuelat, vt ad eam accę-
dant ad exorandum se, ne illos puniat, sed potius illorum pecca-
ta dimittat, & sic quando dixit Moysi: cerno quòd populus iste *Exodi. 32.*
duræ ceruicis est, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos: *Simile.*
faciebat hoc sicut pater, qui cum amico suo ad mensam sedet, &
vult filium suũ deterrere propter malũ aliquod, quod patrauit, &
accipit cultellũ dicens: O flagitiose, dimittite, dimittite me & ab-
scindā aures eius, & hoc ad nihil aliud facit, quā vt cùm iam puer
sit timore perculsus, amicus pro eo intercedat. Sic dicebat Domi
17 nus Moysi. Dimitte, dimitte me, quia volo eos omnes destruere.
Moyses autē orabat ad Dominũ Deum suũ dicens: cur Dñe ira-
scitur furor tuus? &c. hoc erat, quod volebat Dñs. Qui vult vindi
ctā sumere, tacet, & rē suā secretò facit. Et vt Vegetius dicit. Opor
tet ducem consilia sua nemini reuelare, ne forte hostis fugiat, aut *Vegetius*
fulciatur. Et ita est bellicũ stratagema ꝙ solent reges ducibus ge- *lib. 3. de re*
neralibus literas sigillo munitas tali ordine dare, vt vsq; ad talem *milit. c. 6.*
locũ illas nō resignent, hæc autem omnia tegendi secreti causa fa
ciũt, ne inimici rem intelligētes se præparēt. Sed Deus omnia de-
clarat, quia vult exorari. Tantopere desiderat ignoscere. Sic hoc
sancti Dei intelligũt, vt cũ Deus præcepisset Hieremiæ dicens, tu *Hiere. 11.*
noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudē & oratio-

nem quia non exaudiam in tempore clamoris eorũ ad me, in tempore afflictionis eorum. Veruntamen vir sanctus [*Por quitar se de ruydo,*] dicit statim, inferius si iniquitates nostræ responderint nobis: Dñe fac, ꝓpter nomẽ tuũ, quoniã multæ sunt auersiones nostrę, tibi peccauimus. Expectatio Israel Saluator eius, in tempore tribulationis, Si peccata (inquit) nostra corã te nos accusarint, tu Dñe fac secundum nomen tuum, idest, [*Haz como quien eres,*] vide te quàm suauibus verbis Deum pro peccatoribus S. Propheta exorat. O spes (inquit) Israel, & Saluator noster salua nos in tẽpore tribulationis. Tu non vides S. Propheta ꝙ præcipit tibi Deus ne pro istis exores? Iam (ait) ego scio ꝙ hoc dicens nihil aliud facit, quã mihi præcipere, vt illum rogẽ, satis enim mihi cognita est eius ineffabilis misericordia. Cũ igitur Dñs amicis suis supplicia manifestet, quæ de peccatoribus vult sumere, & cũ cõstituerit domũ orationis in qua iusti pro peccatorib⁹ intercedãt, atq; vbi ipsimet peccatores simul pro se exorent, veniãq; à Deo deprecẽtur, qui eis ignoscere, & auxiliari maximè desiderat: quòd in ipsa misericordiæ, & orationis domo ipsi peccatores noua scelera cõmittãt Deiq; furorẽ magis in se concitent, non ne maximũ malũ, & abominabilis ingratitudo hęc vobis videtur? Hoc ergo est quod hodie Dominus sua propria manu punit. Quòd si ita in illos irascitur, quia illã irreuerentiã diuinæ Maiestati faciebãt, illic ea negotiantes, quæ si alibi fierent, nõ essent illicita: quanto magis indignabitur si in loco sancto ea fiẽt, quæ nullibi fieri fas est? Quid ergo à Deo vos accepturos speratis illi, qui ad ecclesiã venitis ad videndum, delectandum, & desiderandum, quæ non licet desiderare: committentes in hoc mentalia adulteria in cõspectu diuinæ Maiestatis. Atq; ad hoc vos componitis, & exornatis, vt maiorũ malorũ occasionẽ præbeatis. O mulier cõpta, & exornata, quid te componis, vt Dei imagines perturbes? aut quid te exornas, vt Dei imagines inficias, cùm sis imago Luciferi, qui suamet luce obcæcatus est, & tu pulchritudinis tuæ splendore obcæcaris? Attende quod te prius, quàm alios decipis, quia exornans corpus tuum cum deprauata intentione animam tuam deformas, & in hoc tempus frustra consumis, quod tibi ad agendam pœnitentiam concessum est. Et cùm illud in Dei seruitio deberes consumere, in seruitute potius inimici Dei, qui est mundus illud conteris. Arbitraris quod libẽter audiet Deus orationem, quam

in tem-

Hiere. 14.

21 in templo feceris, cùm aſpicientiũ te attentionem, deuotionemq́;
perturbaueris? O miſeram te, ſi enim attentè animaduertis quid
facias, potius vadis ad prouocandos homines vt peccent, quam
vt à Deo peccatorum tuorum veniam depreceris. Atque etiam
alias mulieres ſcandalizas excitans alias, vt te iudicent; alias, vt ti
bi inuideant: alias deniq́ue vt viros ſuos odio habeant, quia non
fauent ſibi ad ſimiles amentias & ita eas facis malè nuptas, atque
etiam aliquando adulteras ad acquirendam vanitatem, quam tu
habes. Si ille qui alterius domum inflammat, morte punitur, quot
mortibus digna es tu eo quòd tot Chriſtianorum corpora inflam
maueris: quæ ſingula, vt affirmat Sanctus Paulus ſunt templa
Dei Baptiſmi flumine conſecrata? O infelicem te. In qua dæmon,
quaſi in carnibus mortuis tanquam venator laqueos ſuos præpa
22 rat ac demolitur, vt aquilas etiam (qui ſunt iuſti) venetur. Sanctus
enim erat Dauid, & in vnius mulieris laqueos incidit. Quòd ſi di-
cas quòd non te componis, nec exornas cum mala intentione: di
co quòd ne hoc quidem te omnino à culpa excuſat. Nam præci-
piebat Deus: quòd ſi quis aperuerit ciſternam, & foderit; & non
operuerit eam, cecideritq́ue bos, aut aſinus in eam; reddet Do-
minus ciſternæ precium iumentorum. Ciſterna habet aquam *Exod. 21.*
in remedium ſitis domini ſui: inſipientibus autem poteſt eſſe *Simile.*
mortis occaſioni, ſi in eam inciderint. Ita mulier quæ viro
ſuo eſt remedium ad adulterium euitandum alijs ruinæ, &
caſus occaſioni eſſe poteſt, præcipuè cùm hæc ciſterna aperi-
tur, ideſt, cùm nimium, & inordinatè componitur. O fra-
tres chariſsimi per reuerentiam Dei vos rogo vt aduertatis
23 obligationem, quam habetis, ne alteri alteris occaſioni pecca-
ti ſitis; & præſertim in locis ſanctis, in quibus ineffabile miſ-
ſæ myſterium celebratur: vbi realiter eſt Ieſus Chriſtus verus
Deus, & verus homo in illa ſanctiſsima hoſtia conſecrata. De
illo templo Salomonis dicit Sanctus Marcus quòd volebat Do- *Marc. 11.*
minus, vt tantum honoraretur, & in tanta reuerentia haberetur,
vt non ſineret, quod quiſque transferret vas per templum. Quæ
ergo reuerentia debetur templis legis gratiæ in quibus tam in-
comprehenſibile myſterium celebratur? ſi igitur nolebat Deus
vt vas aquæ per templum illud transferretur, quantò magis hoc
nollet, aut quantò magis offendetur veſtris vanis cogitationi-
bus? veſtris prophanis verbis? veſtris immoderatis, & in

domitis oculis vestris denique turpibus desiderijs? Aduertite quo 24 modo cõuertitur sacerdos ad vos dicẽs: Orate fratres, vt meum ac vestrũ sacrificiũ acceptabile fiat apud Deũ patrẽ omnipotentẽ. Non videtis quomodo illud appellat vestrũ sacrificiũ, quia realiter vestrũ est, non solũ quia pro vobis offertur, sed etiã quia à vobis offertur. Sed quã miserabile est ꝙ tunc temporis quãdo oporteret vos Deum exorare, vt sacrificium vestrum à Domino suscipiatur, alij sedetis loquentes mille res inutiles, alij aspicientes, quæ non oportet, & ita solus sacerdos orat, & quod peius est, vestræ susurrationes, & strepitus eius orationem faciunt distrahi. O terribilem miseriam hominum ingratorum tam supremo Dei beneficio, & super omnia dicenti sacerdoti: Sursum corda, idest, fratres eleuate corda vestra ad Deum animaduertite rem, quam hic tractamus, respondetis vos dicentes habemus ad Dominum. Iam 25 habemus (dicitis) corda nostra cum Deo & corã diuina Maiestate; pessimè mentimini: non habetis corda nisi ad Sathanam. His igitur omnibus non erubescitis? Aliter profectò beati in cęlo hoc

Apoca. 5. mysterium venerantur. Dicit Beatus Ioannes se vidisse quomodo viginti illi quatuor seniores ceciderunt coram agno habentes singuli citharas. Et cantabant canticum nouum. Et notate quòd hæc reuerentia fit Agno in cælo præsertim cùm fit memoria, & cantãtur laudes pretiosi eius sanguinis, & ita statim illic dicit: & vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & erat numerus eorum millia millium dicentium voce magna: dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et tunc, cũ hęc Agni cõmemoratio fiebat ceciderunt senes ipsi super facies suas, 26 adorantes, & laudantes eum. Hoc oportet nos cum maxima affectione, amore, & reuerentia efficere, cum hoc diuinum mysteriũ celebratur. Idcircò dixit Dominus, domus mea domus orationis vocabitur, docens nos in hoc, quid velit, vt nos domi suæ faciamus, & quem oporteat esse finem veniendi ad eã quæ est oratio, & Dei glorificatio. Nam licet B. Paulus dixerit: volo viros orare

1. Tim. 2. in omni loco leuantes puras manus sine ira, & disceptatione; similiter, & mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobriè ornãtes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona, idest, ꝙ tanquam homines Christiani, qui hanc promissionem

27 nē Deo fecerunt in baptiſmo honeſtè ornati tā viri quā fœminæ vbiq; locorū ad Deum orent. Permagni tamē intereſt hoc modo in templo orare, qui eſt locus peculiariter ad orationem conſecratus. Præcipuè cum nunc peculiari quodam modo Ieſus Chriſtus Saluator noſter in Eccleſijs præſentialiter commoretur. Cuius fauore minorem vim habet diabolus ad nos ſuperandos. Atq; etiā plurima corpora ſunt in eis ſepulta, quorum animæ iam Deo in cælo perfruuntur, & hæ omnes ſunt ſingulares quidam orantium patroni. Quapropter oratio in loco ſancto facta magis adiuuabitur. Si autē dicit Beatus Paulus, orationem vbiq; faciendā eſſe cū magna hominum puritate, & ſingulari mulierū honeſtate abſq; nimio ornatu, & cōpoſitione, cum ſint Chriſtianæ, & credant infernum, & gloriā eſſe ſempiternam: quāto maior ratio eſt, vt hæc
28 omnia in domo Dñi obſeruētur, cū ſit domus orationis? Terribile autē eſt quod ſequitur. Vos autem feciſtis illam ſpeluncā latronū. Hoc propter peccata noſtra multis Eccleſiaſticis dici poteſt, Præcipiebat Deus dicēs, Iſta eſt lex hoſtię pro peccato: ſacerdos, qui offert comedet eam in loco ſancto. Res mirabilis. Quòd etſi alia multa genera ſacrificiorum erant peculiariter dicit quòd ſacrificiū, quod pro peccato offerebatur, comederet ſacerdos, qui ſacrificiū offerebat, non autē alia ſacrificia ad ſignificandū, quod ſicut ſacerdos ſtomachi ſui calore digerebat carnes illas, quas edebat: ita charitatis ſuæ feruore, ac ſuo bono exēplo, & ſanctis verbis debebat populi peccata cōſumere. Hoc igitur eſt ſacerdotis officiū in Eccleſia Dei. Et cū comedentes vectigalia, & redditus Eccleſiaſticos, quę ſunt ſacrificia, quæ oblata ſunt Eccleſiæ pro peccatis, ip Levi.6
29 ſi nō habēt illā charitatē, quā debēt habere, nec illud exēplū præbēt, quod oportet eos prębere, nec officia ſua adminiſtrāt, ſicut tenētur adminiſtrare: quodāmodo latrones poſsūt vocari, & merito eis dici poteſt, ꝙ Eccleſiā Dei faciunt ſpeluncā latronū cū ſint indigni rebus illis, quas recipiūt. O patres ſacerdotes per reuerentiā Dei vos rogo: vt attēdatis officiū, quod habetis, & quod vniuerſus populus in vos oculos cōijcit. S. Iudith loquēs cū ſacerdotibus dixit illis: & nūc fratres quoniā vos eſtis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pēdet anima illorū ad eloquiū veſtrū corda eorū erigite. O quā diuina verba patres mei, ſi ea velletis bene ruminare reperiretis, quòd vere vos eſtis magna pars, & ex vobis malū, aut bonū totius populi maxime depēdet, & quòd peccata veſtra ſunt quaſi Iudi.8.

rheumæ, quæ ex capite in totũ populũ descendũt. Et ita reperietis quòd in Leuitico loquẽs Moyses cũ quibusdã sacerdotibus cõmẽdansq; illis ne peccarẽt, addidit dicẽs, ne forte moriamini, & super omnẽ cœtũ oriatur indignatio, idest, ne forte De⁹ vos occidat, & propter vestrũ peccatũ vniuersum populũ puniat. Nõne hoc intelligitis? quid clarius explicari poterat? ꝙ sępe populus propter sacerdotis scelera punitur. Et saltẽ propter hoc à vitijs vos abstinere deberetis cùm amor Dei vos ab illis cohibere non sufficeret.

Leui. 10.

Cum Dñs illinc vendentes, & emẽtes eiecisset, accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, & sanauit eos. Docens nos in hoc vnũ ex operibus, quæ vult in tẽplo fieri, quod est, vt claudos, ac cęcos sanare diligentissime curemus, B. Paulus magnopere cõmendabat dicẽs, Nõ ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore, vt obediatis cõcupiscentijs eius, sed exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes, idest, solus Iesus Christus in vos ita regnet, vt tam subiecti sitis eius beneplacito, vt in vobis omnia faciat, quęcũque voluerit. Sed notate, quòd postquã Hebræi Dauid regẽ erexerunt perrexit cũ exercitu suo ad capiendã Hierusalẽ, quã tunc Iebusæi possidebãt, & dixerũt. Non ingredieris huc nisi abstuleris cæcos: & claudos dicentes nõ ingredietur Dauid huc. Si nõ ceperis cæcos & claudos, qui impediunt quominus tu in hac ciuitate domineris, non huc ingredieris. Notabile est ꝙ cæci, & claudi impedimento erant quominus Dauid ingrederetur Hierusalem. Credite fratres quòd ita est in regno Iesu Christi, non enim Iesus Christus in animabus regnabit, nisi ablata omni cæcitate, claudi tate, ignoratione, stultitia, & ignauia, quę sunt res, quæ magis Dei seruitutem impediunt. Maximum malum est, quód sis tu tam cæcus, vt nõ animaduertas mala, quæ facis, & quòd quasi illa nõ mala esse iudices, & te excuses dicens. O non est tãtum malum hoc, quod ego facio. Alterum malum est lasciuia, & pigritia, quod siquidẽ intelligis te malum facere, & scis, quid facere tenearis, tamẽ es tam claudus & negligens, vt nihil eorum, quæ Deus tibi præcipit, exequaris. Non ergo intelligitis fratres, quomodo cæci, & claudi, cæcitas, & clauditas impediant quominus Deus in plurimis animabus dominetur? Hi igitur cæci, & claudi in templo curari debent. Ad hoc venitis ad audiendam missam, ac prædicationẽ, & ad orandum acceditis, vt Dominus vos illuminet, & spiritum, fortitudinemque concedat, vt exclusa ignauia, & cæcitate

Roma. 9.

2. Reg. 5

illum

33 illum regem ac Dominum accipiatis in omnibus sine vlla contradictione obedientes.

Videntes autem principes, &c. Cum deberent emendari, & conuerti aspicientes illa miracula, quę Dñs operatus est exierũt quasi viperæ venenũ conspuẽtes, & dicunt Dño? Audis quid isti dicunt? Qui? quũ hi Dei nomine te appellent, cũq; tu hoc audias, istud consentis? quibus respõdit Dñs: vtiq;. Video profecto, & audio hoc, Nũquã legistis, ex ore infantiũ, & lactentiũ perfecisti laudẽ? *Psalm. 8.* & quanquã in prophetia est: propter inimicos tuos (quòd illa infantium laus, & præconiũ finẽ imposuit laudi & festiuitati illius diei (maiores enim illã in via ceperant) ad inimicorum eius confusionem, eo quòd illi nõ facerent, quod pueri faciebant. Vel propter inimicos tuos. Si enim dicerẽt: hi homines sunt largitionibus
34 corrupti, & idcirco eũ ita extollunt: laudent ergo illũ pueri, & in hoc non erit occasio dicẽdi istud). Et licèt illa laus ab infantiũ ore propter inimicos eius profecta est non tamen Dñs voluit verbũ illud inimicos ore proferre, nã etiã Iudã traditorẽ amicũ nuncupauit. Et ideo abscidit prophetiã, & prætermisit verba illa: propter inimicos tuos. O superne mundi Redẽptor: animarumq; nostrarum diuine Magister benedicta sint viscera tua, os & lingua tua, quia tam sanctam doctrinam, & tam suauia verba ore tuo locutus es. Discamus fratres charissimi ab hoc optimo Magistro, & hìc gratiam suam nobis conferet, qua æternam gloriam consequamur, Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

Feria. IIII. post Dñicam. I. in quadrag.

1 *Accesserunt ad Iesum scribæ, & pharisæi dicentes: Magister volumus à te signum videre.* Matth. 12.

VNVM Ex maximis, & efficacissimis remedijs, quæ ad peccatores ad agẽdam pœnitentiam prouocandos reperiri possunt, est illis plurimorũ sanctorũ exempla in memoriã reuocare, qui maximi peccatores fuerunt, & posteà ad Deũ conuersi sunt, & acerrimã pœnitentiã egerũt: vt his exẽplis commoti se ad agẽdã pœnitentiã curent confortare, sicut & illi sancti fecerunt. Si pictor rudis imaginẽ ab aliquo clarissimo pictore depictã reperit, illam maximi æstimat, & seipsum intra se excitat dicens: hic *Simile.*

cùm hanc artem cœpit addiscere etiam rudis erat, vt ego, assidua tamen diligentia, ac labore in tantã depingendi perfectionẽ peruenit, (*O que lexos tan lindos*,)(inquit) habet hæc imago quàm bene pictos humeros, & quàm delicatas manus. Quare ego nõ curabo aliam similẽ huic depingere? & ita in eam oculos conijciens paulatim in arte sua perficitur. Dominæ etiam habent exemplaria, ex quibus labores suos depromunt. Ad hoc ergo perfectorũ virorũ nobis exẽpla deseruiunt, vt sint nobis quasi imagines, & exẽplaria, quæ ante oculos proponamus, contẽplãtes(*Aquellos lexos tã excellentes como se alexaron,*) & à seculo recesserunt, cũ osse & carne cõstarent, sicut & nos. Illos humeros tã benè deductos, & depictos, tamq́ue preparatos ad maiorũ suorum obedientiam: illos oculos tam perspicaces, præ sublimi. & perfecta diuinarum rerum contemplatione, illas denique manus tam delicatas, quæ fuerunt eorum opera summa perfectione adornata. Atq́ue hæc contẽplantes dicamus singuli inter nosmetipsos: hi in initio, cùm virtutis viam aggredi cœperunt, debiles, & peccatores erant, sicut ego: & ipsum Deum, quem illi auxiliatorem habuerunt, habeo & ego: atque eandem gloriam, quam illi sperabant, spero & ego. Quare ergò non confortabor, & inuictum animum recipiam, ad faciendum, quæ ipsi fecerunt? & hoc modo ad virtutem amplectẽdam eorum exemplo concitabimur. In Genesi dicitur, quòd cũ Sanctus Ioseph iam prope obitum esset, cùmq́ue adiurasset fratres suos, atq́ue dixisset: Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto, mortuus est. Vltimum quod in hora mortis suæ illis maximè commendauit, fuit vt cum Ægypto exirent, & in solitudinem introirent, & per eam ad terrã promissionis pertransirent, secum illius ossa asportarent. Hoc est quod spiritualiter sancti exoptant quùm ab hoc mundo exeunt. Scilicèt, quôd quando Ægypto, idest, à peccati seruitute exierimus, & in pœnitentiæ solitudinem ingressi fuerimus, vt per eam ad terram promissam gloriæ perueniamus: semper ante nos eorum ossa ferre curemus, per quæ virtutes intelliguntur. Nã sicut ossibus homo sustinetur, sic virtutibus anima subsistit. Atq; hæc ossa oportet semper ante oculos à nobis deferre, vt ad agendã pœnitẽtiã fulciamur. Ossa (inquã) oportet ferri, nõ autẽ carnẽ, sancti enim ossibus & carne cõstiterunt. Virtutes, & defectus habuerunt. Non autem debetis sanctorũ defectus adducere, vt illis scelera vestra tueami

Gene.50.

5 ni,dicentes:Dauid fuit adulter quidam, non est mirũ si ego etiã
adulter sim. Magdalena fuit peccatrix, quid ergo mirũ, quòd ego
etiã sim peccator? Beatus Petrus Dominum abnegauit, quid mi-
rum quod ego illum negem, & renegem? Attendite quòd si fue-
runt sancti, non fuerunt propter has imbecillitates, in quas incide
runt, sed propter perfectam pœnitentiam, quam egerunt. Et si-
quidẽ vos in defectibus sanctos imitati estis, imitamini illos etiã
in pœnitentia: coram vobis eorum ossa deferte, conijcite oculos
in illorum virtutes, siquidem propter illas in cælo tot bona ha-
bent, quibus in perpetuum perfruentur. Ad hunc effectum Chri
stus Redemptor noster tanquam præstantissimus prędicator Ni-
niuitarum exemplum adduxit, & quomodo propter Ionæ præ-
6 dicationem conuersi sunt, quos Deus ad misericordiam recepit,
nec illos euertit, sicut comminatus fuerat. Hoc (inquam) exem-
plum adduxit, vt Hebræos ad pœnitentiam prouocaret. Atque
hoc ipsum nobis alma mater Ecclesia in hodierna Sancti Euan-
gelij lectione proponit propter eundem finem, scilicet, vt illorũ
exemplo commoti peccatorum nostrorum pœnitentiam aga-
mus, quod sic incipit: Accesserunt ad Iesum, &c.

Volumus à te signum videre. Plurima signa, & præclarissima mira-
cula perspexerant Iudæi, quæ Christus Redemptor noster fece-
rat, quæ quidem creditu dignissima erant atq; ibidem, antè quàm
cum hac insulsa petitione accederent, eiecerat Dominus dæmo-
nem ab homine, qui cæcus, surdus, & mutus ab ipso dæmone te
nebatur: ipsique perspexerant hominẽ sanũ remansisse, ita vt vi-
7 deret, audiret, & loqueretur. Et cùm hoc in illa hora vidissent, de-
nuò signa exposcunt: super quod dicit Beatus Chrysostomus, *Chrysosto.*
quòd quia hæc interioribus animi oculis non aspiciebant, statim
ab illorum memoria excidebant. Vna ex rationibus, quare diui
narum rerum, atque ad animarum nostrarum salutem spectãtiũ
obliuiscimur, est quia illas per trãsennam, sine attentione, & affe
ctione intuemur. Terrena autem nõ tam facilè nobis à memoria
excidunt, quia cum summa animaduersione, & affectu in ea ocu-
los conijcimus, Præteris per amœnissimũ viretum, in quo sunt *Simile.*
florentissimæ arbores, vberrimi fontes, suauissimique auium re-
sonant cantus: si tamen aliquid magna animi apprehensione co-
gitas, nihil illorum animaduertis, nec illa amœnitate delectaris.
Illinc autem tibi exeunti dicit comes: Domine nunquid suauius

 ali-

aliquid illo nemore vnquam vidisti? Cui tu respondes: Profectò Dñe nō illud animaduerti. Quotidie hoc vobis accidit, quòd oculis corporalibus aliquid non aduertitis, quia intellectus alicui cogitationi intentus est. Quā arbitramini fratres esse causam, quare cùm vix sit concio, in qua prædicator vos, sceleraque vestra non perstringat, vos tamen hæc non sentitis? Ratio est quia cor alibi constitutum habetis, nec illa quæ vobis dicuntur, cum attentione, & proficiēdi desiderio, animaduertitis. Aristoteles hanc similitudinē attingit. Cùm maximus citharistes citharā, aut aliquod aliud suauissimū instrumentū tangit, tam intentus illū audis, vt præ musicæ suauitate nullius verbis, aut clamoribus etiā attēdas. O passio iræ, sensualitatis, & cupiditatis, ò cātus Syrenæ, quomodo rationē sopis, & eā extra se præ musicæ tuæ suauitate deducis, vt homo cælestia non aduertat. Homerus dicit, quòd Troiani concilium ineuntes, senes contendebant, ne Helena ad concilium ingrederetur eo quod tam decora esset facie, tamq; fallacē haberet aspectū, vt ab illa facilè deciperentur: iuuenes verò contendebāt illam ingressuram esse. Hoc verè inter nos agitur. Helena etenim est sensualitas nostra plurimis passionibus onusta, tu verò qui in operibus es iuuenis, licèt ætate lōgæuus (de te quippe dici potest: Maledictus puer centum annorū) es maledictus iuuenis, qui totā vitam in iuuenilibus insultationibus, & turpitudinibus cōsumis; hęc enim Helena, quę est sensualitas tua, cuius tu cōsilia sequeris, te sua dulcedine decipit. Veri autem senes, qui vt tales iudicio, & prudētia pollēt, semper hāc maledictā Helenā curāt effugere, & quasi Syrenā incantatricē illā execrantur. ¶ Ex his erat B. Paulus quandoquidē dicebat: Video aliā legē in mēbris meis, repugnantē legi mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati quæ est in mēbris meis. Infœlix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? id est, de corpore hoc mortali. Phrasis enim Hebręa est, qua Latinus interpres sæpissimè vtitur. Gratia Dei, id est gratia diuina. Et ratio est apud Hebræos clarissima, quia substantiuū semper ponit adiectiuū suum in genitiuo casu; vt patet intuenti articulū affixū האדם, id est, hominis: Sic ad Colossenses dicitur Transtulit nos in regnū filij dilectionis suæ, id est, dilecti filij sui. Et in Psalmo dicitur: Speciei domus, id est, domus speciosa. Ita hic mortis huius, id est, mortali. Aduertite ergo quāta afflictione quereretur dicēs: infœlix homo, quis me ab hac sensualitate liberabit,

Arist.1. Ethico. *Simile.* *Homerus Iliad.libr.3.* *Isai.56.* *Roma.7.* *Coloss.1.* *Psalm.67.*

11 rabit, quæ quoad potest illecebris rationē ad se allicit, & obcæcat?
Sic excæcati erāt hi miseri Pharisæi, qui quia odijs, cupiditatib⁹,
ambitionibus, atq; alijs peccatorum generibus submersi erāt, etsi
corporalibus oculis Dñi miracula aspiciebant, nō tamen illa spiri
tualibus oculis animaduertebant: vt in illis adimpleretur quod
Isaias dixit, Excæca Dñe cor populi huius, vt vidētes, nō videant. *Isai. 6.*
Hæc non est petitio, sed prophetia de futuro: quôd Deus illos à
manu sua dimissurus erat propter eorū demerita, ita vt habentes
oculos nō viderent. Sicut pellis colubri videtur oculos habere, &
tamē illi nō sunt oculi, sic arbitrabātur hi maledicti se oculos habe
re, cū tamē illis carerēt: & miracula diuini saluatoris nostri erāt, ve
luti specula, in quib⁹ diuina potētia rutilabat, & vbi manifeste ap
parebat illū verū esse Deū. Quid autē prodest speculū cæco, & ocu
12 los nō habēti? Ita his nō proderāt superna illa miracula, nec pluri-
mis vestrū prosunt res mirabiles, quæ vobis prædicātur, quia etiā
sicuti hi miseri, cæci estis, nec illas animaduertitis. Plurimi ingre- *Simile.*
diūtur in locupletissimā aurificis officinā, & alter pretiosum tor-
quē aureū, alter vero pulcherrimū annulū emit, quo se exornat: al-
ter autē carbonē, qui est in fornace, apprehendit, quo se inficit, &
coinquinat. Sic vos venitis ad audiendā concionē, & alter salubre
cōsiliū præcipit, quo animæ suæ medetur: alter apprehēdit repre-
hensionē, qua se deterret, & in virtutis viā recipit: nec verò deest
qui verbū aliquod percipiat, quò occasionē habeat detrahēdi de-
prædicatore, & inficiēdi animā suā. O cæce infœlix, qui nō habēti
isti oculos ad intuendū bonū, nisi ad aspiciēdū malū. Vide quid di-
cat Dñs. Sētite de Dño in bonitate, & in simplicitate cordis quæ-
13 rite illū, quoniā inuenitur ab his, qui nō tentāt illum. Accedite ad
prædicationē fratres mei cū synceritate, & de diuinis rebus bene
sentite. Credite oīa, quæ Deus præcipit & ꝓhibet, ex immēsa mi- *Sapi. 1.*
sericordia, atq; infinita sapiētia procedere: quærite illū cū simpli
citate cordis, nō curiose scrutātes, quare sic factū fuerit hoc? aut qua
re præceptū fuerit illud? quoniā inuenitur ab his, qui nō tentāt il-
lū, sicut isti q ad Dñm accedebāt. O quāto dolore dicit S. Ioā. Cū *Ioan. 12.*
autē tāta signa fecisset corā eis, nō credebāt in eū. Vna ex reb⁹ ma-
gis obstupēdis, duę in mūdo cōtigerūt, est hęc, quā hic dicit B. Ioā-
nēs, ꝙ cū tot, tāq; mirabilia prodigia vidissent, cū tāta infidelita-
te remanserunt. Atq; alia res etiā valde horrenda quotidie nobis ac-
cidit, videlicet, quòd cū tam singulare beneficiū, vt est donū fidei

accepe-

acceperimus, tam mala opera faciamus. Quam arbitramini esse causam, cur sacra scriptura multoties loquens de iustificatione, dicit fidem iustificare: non autem agit de charitate, & operibus, nisi de fide? quale est illud. Fide purificans corda eorum. Et Abac. Iustus ex fide viuit. Et sanctus Paulus, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Ratio huius est, quia videtur difficile, quòd cùm in Deum credatis, illumque Deum ac Dominum habeatis, aliquid aliud extra illum inordinate diligatis: & quòd fidem charitas, & opera non comitentur. Quomodo deberet esse possibile, quin cùm ea, quæ credimus, crederemus, tam piũ Deũ, qui pro nobis tot, tantaque operatus est, maxima charitate diligeremus, eique summa animi contentione seruiremus? Atque hoc sacra scriptura considerans, cùm homo in tantam deprauationem deuenit, vt habens fidem, amore & operibus careat: illum infidelem appellat. Si quis suorum (inquit Paulus) & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Et alibi, Deus excæcauit mentes infidelium, quia habentes fidẽ, quasi illam non habẽtes, viuunt. Quòd si miramur Iudæos, postquam tot, tantaque miracula perspexerunt, in tanta infidelitate remansisse: quare non obstupescimus cum talem fidem habeamus, nos viuere sicut viuimus? Attendite fratres charissimi singulari cuidam considerationi. Contemplamini animã denuo à Deo creatam esse, quæ vbi primum creata est, à Deo ad cælum delata est, vt inter illos beatorum spiritus deambularet: quantum admiraretur illas ineffabiles gloriæ diuitias aspiciens? Quæ si Deum interrogaret, dicens. Domine hæc bona cui præparata hîc habes? Responderet Deus, dicens. Hæc omnia, quæ aspicis, præparata habeo cuicunque volenti illa possidere. Quæ diceret. Quomodo Domine, cuicunque volenti illa possidere? nunquid erit, qui hæc nolit? Diceret Deus. O anima quàm ignara es, & quàm parum scis: accede huc. Sique illam animam in impiorum sedes immitteret, vt illos ignes, tormenta, & diabolos ac denique illas tantas ærumnas, & labores, qui in inferno sunt, intueretur. Sique illa anima metu perculsa Deum interrogaret, dicens. Domine hæc tormẽta cui præparata habes? Diceret Deus. Omnes hi labores sunt hîc cuicunque volenti eos sustinere. Diceret autem anima, Nunquid fieri potest, quòd aliquis eos sustinere velit? Scito ò anima (diceret Deus) bona cæli, vt tibi dixi, & tormenta inferni cuicunque

Act. 15. Abac. 2 Gala. 3 1. Timo. 5 2. Cor. 4. Simile.

17 cunq́; volenti ea accipere, præparata esse; & viam cæli ornatam esse à me rosis, & floribus: in via autem inferni satas esse plurimas spinas, & sentes. Et scito homines talis esse ingenij, vt in hunc miserrimum locum per sentes, & spinas malint deuenire, quàm ad cælestes illas, quas vidisti, diuitias, per rosas, & flores properare. Ego verò, cùm sim Pater misericordiarum frequenter eos deterreo, & flagellis cædo, ne in hunc miserrimum locum deueniant: ipsi tamen tam pertinaces sunt, & tam parui faciunt comminationes meas, vt malitia sua omnes meas diligentias superent, & me inuito in has calamitates, & tormēta, quæ cernis, se immittant. Dicite, quæso, fratres mei, quomodo obstupesceret illa anima, hæc audiens? quam obstupefacta, & attonita maneret cum hæc audiret, atque hominum cæcitatem, & amētiam cognosceret? quales
18 illos esse iudicaret? Cogitate illam (cum esset paulò antea creata) nunquam homines vidisse, & contēplamini illam dicentē: Quid sunt homines? sunt ne rationis participes? habent prudentiam? an sunt belluæ, & rationis expertes? qui cum cælum atq; infernum esse credant, ita viuunt? Arbitror equidem illam non cessaturam esse tantam, tamq́; terribilē immanitatem admirari. Fratres optimè scitis, secundum fidem nostram, gloriam efficaciter illam volentibus præparatam esse, infernum etiam esse cognoscitis ad puniendos eos, qui ad illum voluerint iter facere. Nec nos latet viam cæli, quæ est bona, sanctaque vita, rosis esse plenam. Nam summa Veritas dixit: Iugum meum suaue est, &c. Et alibi: Secura mens quasi iuge conuiuium. Qui habet iustam animam, securè viuit in seruitute Dei, semper incedit sicut in conuiuio cum hilari- *Matth.* 11 *Prouer.* 15
19 tate, & gaudio. Delectationes, quas iusti in virtutis exercitationibus sentiunt, sunt flores, & rosæ, quas Deus in via cæli seminauit, Contra verò via, quæ ducit in infernum (quæ est perdita, & dissoluta vita) plena est sentibus, & spinis. Perturbationes namq; conscientiæ morsus, timores, inuersionesq;, quibus peccatores cruciātur, etiā in hac vita; quid aliud sunt nisi sentes, & spinæ, quas Deus in inferni via seminauit? Et ita dicit Ecclesiasticus: Præcordia fatui quasi rota carri, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Viscera peccatoris sunt quasi rotæ currus, quæ non sunt vnctæ quæ semper stridēt: & eius cogitationes quasi axis, qui huc, atq; illuc etiā cum strepitu conuertitur. Hic stridor, & strepitus cōscientiæ malignæ miserum peccatorem cruciat. Tāta est igitur hominum insania, *Eccle.* 33. *Simile.*

vt malint in infernum per alium infernum, quã in gloriam, per 20
aliam gloriam peruenire. Vt nos ab hac pessima via diuertat, tot
flagellis, infirmitatibus, ac laboribus, quos quotidie experimur,
nos Deus flagellat. Nos autem ita pertinaces sumus, vt Dei com-
minationes, & verbera parui æstimãtes, in culpa vlterius progre-
di insistamus, quousq; in profundum abyssi deueniamus. Cùm
igitur illa anima tantoperè admiratura esset, quare nos etiam no-
stram amentiam nõ admiramur? Nulla equidem sunt verba, qui-
bus tantum malũ dignè exaggerari possit, nempè quòd cùm hęc
verissima esse credamus, nullum tamen nobis remediũ adhiben-
tes per ea trãseamus. O Christe diuine mũdi Magister, tu hos fra-
tres meos hæc doce, ego enim satis dignè illa exaggerare nescio.
His Pharisæis respondet Dñs, dicens: *Generatio mala, & adulte-
ra, &c.* Peruersi peccatores, qui quasi hæreditate, acquisitã paren- 21
tum iniquitatẽ asportant. O maximum scelus, Omnibus pecca-
tis Deus magnopere offenditur: peccata aũt, quæ sunt quasi hæ-
reditate acquisita, hæc lõgè maximè Deũ offendũt. Quando libe-
ri parentũ sceleribus assuescũt, & illud iniquitatis filũ vlterius ꝓ-
ductũ conseruant: denuò in liberis patrũ peccata Deus sentit, quę
quidẽ scelerũ filiorũ causa fuerunt. Volens Deus Hebræos graui-
ter punire, præcepit Hieremiæ vt illos cõminaretur, & dixit illi:
Hier. 16. Cùm annũciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint ti-
bi: Quare locutus est Dñs super nos omne malũ grãde istud? quæ
nostra iniquitas? aut quod peccatũ nostrũ, quod peccauim⁹ Dño
Deo nostro? Dices ad eos: Quia dereliquerũt me patres vestri, ait
Dñs, & abierunt post Deos alienos, & seruierunt eis, & adoraue-
runt eos, & me dereliquerunt, & legem meã non custodierũt. Sed 21
& vos peius operati estis, quàm patres vestri: ecce enim ambulat
vnusquisq; post prauitatẽ cordis sui mali, vt me nõ audiat. Nota-
te ꝙ ad reprehẽdendos, & puniẽdos filios memoratur hîc patrũ
& scelerũ eorũ, quorum iam oblitus esse videbatur, & ipsa paren-
tũ peccata in publicũ nunc profert, eo ꝙ liberi à parẽtibus pecca
re didicerunt, atq; ita didicerũt, vt ipsas maiorũ suorũ iniquitates
lõgè superarint. O maledictos patres, & magis maledictos filios,
qui ita in malitia vlterius progressi sunt, vt pessimos etiã parẽtes
suos iniquitate excelluerint, Sed & vos (inquit Deus) peius ope-
rati estis, quã patres vestri. Cauete fratres mei à tãta calamitate: ne
liberis vestris occasionẽ ꝑbeatis, vt sint ficuti isti maledicti, ne po
stea

23 ſtea, ꝓpter ſcelera veſtra, & propter ipſorū peccata (ſiquidē à vo
bis dimanarūt) puniamini. Vos autē, qui patres habetis, cauete ne
in eorū defectus oculos conijciatis, ne occaſioni ſitis, quo parētes
veſtri propter vos diriùs puniātur. O quantū erat hic dicendum,
atq; etiā plorādū, ꝙ ita liberi à parētibus, & à liberis parētes cōta
minant, vt iam oēs boni mores pereant, & penitus corrūpantur.

Generatio mala & adultera. Generationē adulterā eos vocat, quia
Deū ſuū verū dereliquerūt, & idola adorauerunt, vt antea cōque
ſtus fuerat Deus per Iſaiā, dicēs: Væ genti peccatrici, populo gra
ui iniquitate, ſemini nequā, &c. Dereliquerunt Dñm, blaſphema *Iſaia. 1.*
uerunt ſanctū Iſrael, abalienati ſunt retrorſum, ſuper quo percu-
tiā vos vltra? Sanctus Iſraelis eſt Chriſtus Redēptor noſter, qui à
Virgine Iſraelitica ſanctiſsimā carnē aſſumpſit: & de illo blaſphe
24 marūt, appellantes eū miniſtrū Beelzebub. Alienati ſunt retror-
ſum. Oportebat eos vlteriùs progredi, nēpe à lege ſcripta ad legē
gratiæ, & ne illum quidem obſeruarunt plus diligētes honorē, di
uitias ac demum creaturas alias, quàm Deum ſuum. Idcircò dicit:
Super quo percutiam vos vltra? quo alio ſupplicij genere vos pu
niam? Habes filium proteruum, quem mille verberibus cædis, *Simile.*
nec tamen hoc ſufficit, vt emendetur, & dicis: O maledictus ſis,
iam neſcio quid faciam, nec quibus ſupplicijs te afficiam. Sic di-
cit hic Dominus Hebræis: Super quo percutiam vos vltra? Et
quia nos quotidie retrorſum regredimur Deum noſtrum pro-
pter creaturas relinquentes, hanc etiam comminationem nobis
dictam eſſe arbitremur, cum etiam in nos cadat illud: Super quo
percutiam vos vltra? O fratres chariſsimi, ſi hoc animaduer-
25 teretis, cognoſceretis vtiq; quomodo nos Deus quotidie punit,
nec tamen aliquid prodeſt. Quondam ex quadragiata annis vix
vnus ſterilis accidebat: in hac autē noſtra miſera tēpeſtate, nōdū
vnus ſterilis exit, cū alter iam ſterilior obrepit. Quæ autē nos bel
la opprimunt, ſatis hoc experientia comperitur: vix enim vnū pe
nitus cōcluſum eſt, cùm iā aliud præparatur. Terroribus autem
vniuerſus orbis eſt repletus. Super quo igitur percutiet nos vltra,
cùm iam nihil in nobis ſit expers ſupplicij? nos verò nondum vo
lumus emendari, ſicut illi, quos hic Dominus Ieſus adulteros vo-
cat, non propter ſenſualitatis vitium, ſed quia verum Deum ſuū
dereliquerunt propter eos, qui dij non erant: vt per Hieremiam *Hiere. 3.*
illis dixit: Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, &c.

Vtrùm

Vtrùm autem nos in idololatrijs commoremur apertè videtis. 26
August. li. 1. de cōsen su Euang. cap. 18. Sanctus Augustinus dicit, Romanos consueuisse quando regionem aliquam sub imperio suo redigebant, templum statim Deo illius regionis erigere, vt illum propitium ac beneuolum haberent. Cum autem Iudæam superarunt, affirmat illos noluisse Deum Israel hac reuerentia venerari, & huius rei hanc rationem esse dicit: nempè, quia alij Dei, quos in alijs prouincijs adorabant, non alios Deos reprobabant: Deus autem Israel nullos alios Deos esse patiebatur, imò omnes impugnabat, & dicebat: Vnum cole Deum. O miseros nos, qui ferè in hoc ipso errore permanemus, & abeuntes post Deos nostros verum Deum relinquimus, eo quòd gulam, auaritiam, ac luxuriam impugnet: tu verò miser peccator cum videas Deum istis idolis contradicere, Deum potius, quàm ambitionem, ac auaritiam 27
tuam relinquis.

Dicit generationem malam, & statim subdit, & adulteram, quia ex priori posterius solet dimanare. Et sic dixit Moyses: *Deut. 29.* Custodite ergo verba pacti huius, & implete ea, vt intelligatis vniuersa, quæ facitis. Quibus verbis manifestè ostendit Moyses diuinæ legis inobedientiam, & violationem præcipuam esse causam, quare illi non intelligerent, mirabilia, quæ Deus pro eis operatus fuerat, & peccatum viam esse ad amittendam intelligētiam diuinarum rerum, ac fidem declarauit. Quemadmodum *Simile.* enim pomum putre aliud pomum sibi proximum corrumpit: ita plerumque accidit voluntatis deprauatione intellectum infidelitate deprauari. Ne arbitremini fratres voluntatem ab intellectu longè distare vt altera potentia alteri obesse nequeat: tā coniunctæ enim sunt, vt idem essentia sint. Quod cùm ita sit, per reuerentiam Dei vos rogo, vt volontatem in charitate, & sanctitate curetis conseruare, ne sua corruptione intellectum deprauet, & corrumpat.

Generatio mala, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Vt hoc intelligatis, notate quod dicit Beatus Lucas, hanc ipsam historiam narrans: scilicet, quòd alij *Lucæ. 11.* tentantes signum de cælo quærebant ab eo. Hæc igitur signa de cælo dicit se illis non esse daturum. Digni profectò erant illi, vt mitteret Deus de cælo ignem à quo subitò concremarentur, aut vt fulmen à cęlo excideret, quo terra aperiretur, atque illos viuos absor-

29 absorberet. Veruntamen noluit clementissimus Dominus in illorum incommodum potentiam suam ostendere: sed signa illis promittit, quæ ad illorum salutem maximè conducerent, si illis vti vellent: qualia fuerunt sanctissima eius mors, & gloriosa à mortuis resurrectio, quæ quidem sunt signa Ionæ Prophetæ. Non illis quæ petunt, sed quæ magis necessaria erant tanquam Pater clementissimus concedit. Habet mater puerum infirmum, prohibet Medicus illi aquam dari: puer autem plorat, petens aquam: mater verò, vt puero satisfaciat, ne aquam petat, protrahit galerum sericum patris sui, & illum dat filio: quòd si iterum petat bibere, extrahit ab arca pulcherrimum monile aureum, & illud puero suo offert, vt illum ab aquæ desiderio compescat. Ita Deus si tibi ea, quæ *Simile.*
30 postulas non concedit, quia officerent tibi, donat tibi monilia aurea, quæ animam tuam exornant. O benedictus sit talis Deus! ò fœlices animæ, quæ tam bono Domino seruiunt, qui quasi mater pijssima semper ea, quæ nobis vtiliora sunt, largitur! Ecce fratres, quomodo manifestè demonstrat Dominus Iesus, se potentiam suam noluisse ad officiendum nobis. Discite ergo ab hoc diuino Magistro, & dicite cum Dauid: Fortitudinem meam ad te custodiam, id est, vires, quas tu Domine dedisti mihi ad seruitutem tuam volo. Ne permittat tua diuina Maiestas, vt eas in te offendendo consumam. Valetudinem, ingenium, vocem, diuitias, ac demum omnia mea ad te custodiam ad seruiendum, & placendum tibi. Verùm heu, heu! quomodo hoc dicam? quod fortitudinem, ingenium, pul- *Psal. 18.*
31 chritudinem, ac diuitias vestras, omnia ad offendendum Deum custoditis: quousque potest hominum peruersitas amplius peruenire, quàm, quòd ipsisimet Dei beneficijs illi bellum inferant? Nubem terrestrem, & condensam, quæ per se non potest in altum ascendere, sol suo calore eleuat; quæ postquam eleuata est, ipsiusmet solis splendorem obscuritate sua impedit. Talis est homo ingratus, quem cùm in tantam prosperitatem, & honorem Deus extulerit, postquam eleuatus est, Deum offendit, & contemnit: & quantum ex se est Dei magnitudinem, splendorem, & maiestatem tegit. Idcirco tantoperè Deus hoc sentit, vt quod primum præceperit Isaiæ, vt diceret inuocans cælum & terram fuerit, vt de hoc suo nomine *Simile.* *Isaiæ. 1.*

quereretur. Audite (inquit) cæli, & auribus percipe terra, quoniam Deus locutus est: Filios enutriui, & exaltaui; ipsi autem spreuerunt me, &c.

Sicut enim fuit Ionas in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Doctor quidam nostræ tempestatis, hunc locum optima quadam (meo iudicio) interpretatione declarat (accipiens cor terræ pro inferno, in quem Christus Redemptor noster descendit, de quo propriè intelligitur cor terræ) dicens in eodem tempore, quo Dominus Iesus cœpit pati, cœpisse etiam sanctos Patres, qui in sinu Abrahæ commorabantur, nouum quoddam refrigerium habere: atque etiam animas, quæ in purgatorio detinebantur, nouam quandam pœnarum suarum relaxationem sentire cœpisse. Hoc efficiebat gloriosa anima Christi Redemptoris nostri, & per hunc mirabilem effectum ex tunc in infernum descendit, cum præsentialiter descensura esset, vbi primum à suo sanctissimo corpore recederet. Atque in hoc sensu tribus diebus, & tribus noctibus in corde terræ commoratus fuit.

Cumque Dominus declarasset, quidnam significauerit illa commoratio Ionæ in ventre ceti, hinc occasionem assumpsit, vt Niniuitarum pœnitentiam, propter ipsius Ionæ prædicationem, factam Iudæis obijceret, dicens: *Viri Niniuitæ surgent in iudicio.* Quia illi infideles cùm essent, sine lege, & sine Deo, cumque Ionam nequaquam cognoscerent, illi tamen fidem habuerunt. Cùm autem (inquit Dominus) ego sim Deus, & homo, nullam tamen mihi Pharisæi fidem adhibent. Ionas tres dies prædicauit, atque omnes Niniuitas cõuertit. Ego verò tres annos prædicaui, nec tamen vllum in cordibus vestris prouentum facio. Ionas nullum miraculũ fecit; ego autẽ plurima & maxima operatus sum, nec tamẽ mihi vultis credere. Quapropter illi surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Ad Deum propriè spectat iudicium, & condemnatio. Hoc autem munus concessit Pater Filio, quatenus homini, vt illum deprecabatur Dauid in no-
Psalm.71. mine totius orbis, dicens: Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiã tuam filio Regis. Siquidẽ (ait) homines necessariò iudicandi sunt, iudicentur à Rege, qui tanquam Rex erit nobilissimus, & clementissimus. Et quia poterat aliquis dubitare, eo quod diceret:

Regi,

35 Regi, vtri iudicium hoc committendum esset, nempè Filio, an Spi
ritui sancto? Idcircò subdidit, dicēs: Filio Regis; vt intelligeremus
illum de Filio, non autem de Spiritu sancto loqui. Et ipse Domi-
nus dicit: Pater omne iudicium dedit Filio. Sicut Pater (inquit) mi *Ioan. 5.*
hi redemptionem, sic & iudicium etiam commisit. Quia Filius ho
minis est, idest, quia homo, & caput hominum est. Et ipse est qui
realiter commendaturus, aut condemnaturus est homines. Nini-
uitæ verò in hoc sensu condemnabunt: nempè quòd in illis maxi
mè ostendetur quàm iustè mali Iudæi, atq; etiam mali Christiani
condemnentur. Nam si ipsi cum nullum Ionæ miraculum vide-
rint paucis verbis, quæ illis prædicata sunt, firmiter crediderunt,
& omnes vnanimiter ad Deum conuersi sunt, quid facerent, si Io
nam mortuos suscitantem vidissent? O miseros nos, qui cum tot
36 Ionas quotidie habeamus, qui nos docent, & comminantur, sine
vllo tamen virtutis progressu remanemus! Illi induti sunt saccis,
& cilicijs: Christiani verò tam perpoliti, & exornati ad confessio
nem accedunt, ac si ad nuptias irent. Lugubribus vestibus induti,
illius, qui vix affinis vester erat, obitum lamentamini: ex animæ
autem vestræ interitu, ne minimum quidem dolorem percepisse
ostenditis. Ionas non dixit Niniuitis: Agite pęnitentiam, & Deus
ignoscet vobis: imò desperationem potiùs, quam fiduciam illis
prædicare videbatur; & tamen illi acerrimam pœnitentiam age
re cœperunt. Nobis autem, qui toties ad veniam, & misericordiā
inuitamur, atq; etiam rogamur, vt denotat Beatus Paulus, suo, &
omnium prædicatorum Iesu Christi nomine, dicēs: Obsecramus *2. Cor. 5.*
pro Christo reconciliamini Deo: O duritiem infernalem, vt tam
37 dulcia verba nō sufficiant corda nostra penetrare, atq; ad tam be
nigni Patris obedientiam redigere? Quod cum ita sit, quid aliud
expectamus, nisi vt Niniuitæ, & lapides etiam contra nos in iudi-
cio consurgant? Ne sit ita fratres charissimi, sed amodò ad Deum
conuertamur, & ex his sanctis admonitionibus fructum percipiē
tes, maximo spiritus feruore acerrimam pœnitentiam agamus, vt
nobis gratiam suam Dominus largiatur, qua ad cælestem gloriā
ascendamus: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria.V.post Dñicam.I.in Quadragesima.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, & ecce mulier Chananæa, &c. Matth.15.

CHANANÆI dicebantur, qui à Cham originem ducebãt, qui fuit filius Noe; cuius generationi maledixit sanctus
Gene.9. Patriarcha, eò quòd illum illusit. Atq; tantum valuit illa maledictio, vt ad dedecorandos Israelitas, eorumq; impietatem significandam, illos hoc nomine Dominus nuncuparit per Ezechielẽ,
Ezech.16. cùm dixit: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cetæa. Filios Israel non vocat Israelitas, sed Chananæos; quod erat maximæ ignominiæ nomen. Tantùm coram Deo etiam illa patris maledictio valuit. Magnæ etiam efficaciæ fuit maledictio, quam Iacob filio suo Ruben iniecit, dicens: Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & princi-
Genes.49. pium doloris mei, prior in donis, maior in imperio, effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius, id est, tu, qui es primogenitus, quem oporteret in donis & imperio cæteris fratribus tuis præferri, & regia aut sacerdotalis dignitas tibi posteritatique tuæ iure competebat; quique in vtraq; harum dignitatum deberes accrescere; vtraq; meritò carebis. Hoc significat hîc non crescas, idest, non excedas. Quia ascendisti cubile, &c. Atque ideò illæ dignitates minoribus fratribus in pœnam sceleris eius commissæ fuerunt. Quod cùm ita sit fratres charissimi, quare vos tam crebrò filijs vestris assuescitis maledicere? Quomodo ex paternis vocibus, ac visceribus pestilentissimum illud venenum potest exire? Plurimas equidem harum calamitatum, quæ liberis vestris contingunt, ex vestris maledictionibus arbitror dimanare. Alij namque tumentibus maris fluctibus demerguntur; alij verò inimicorum gladio succumbunt: alij denique sine diuinis Sacramentis repentina morte moriuntur. Nunquid non scriptum est: Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius. Exau-
Eccle.4. diet autem eum, qui fecit illum? Nisi (inquit) pauperi eleemosynam erogaueris, & cum amaritudine cordis sui tibi maledixerit.

4 dixerit. eius maledictio in diuino conspectu exaudietur. Quod si aliorum maledictio tantam habet efficaciam: quanto magis parentum maledictio liberis officiet? Ideo Ecclesiasticus dicit: Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Quamobrem tam parẽtes, quàm filios sanctissimæ Trinitatis nomine adiuro: parentes ne tanto malo filijs noceatis: filios verò ne parẽtes conturbetis, nec illis occasionem præbeatis, qua sibi, vobisque tantoperè officiant. Vos autem matres, ne tam malam hæreditatem posteris vestris relinquatis, nec filias vestras hos mores pessimos doceatis. Item eiusdem Domini nomine vos rogo, ne liberos vestros diabolo cõmẽdetis: quod plurimi vestrùm crebrò facere consuescitis. Optimo sanè Domino illos commendatis. O diabolicam consuetudinem! per chari- *Eccle. 3.*
5 tatem Dei vos deprecor fratres, vt vos ab illa cohibeatis. Attendite mali Christiani, nunquid diabolus creauit, aut alit has animas? quare ergo illas diabolo commẽdatis? Scitote quòd vnum ex ijs quæ in die nouissimę rationis diabolus faciet, hoc erit: Cum Christo Iesu expostulabit, & dicet: Domine tu pro his crucifixus es. Et quanquam ego pro illis in cruce non pependi, nec aliquod beneficium in eos contuli, filios tamen suos non creatori quidẽ, ac Redemptori suo; sed mihi commendabant: quid igitur facturus eram, nisi vt illos in meos acciperem? Ecce quid facitis cum illi liberos vestros commendatis. Item vos diligẽter deprecor, ne huic teterrimo generis humani hosti vllam creaturarum tradatis. Vadit eques ad venãdum, & quia equus lapidem offendit, statim dicit [*Valgate el diablo.*] Si diabolus deducit equum, quid erit de equi
6 te? Equum, & ascensorẽ proijciet in mare, vterque peribit, equus, scilicet, & eques impatiens, & malus.

Beatus Marcus hanc ipsam historiam referens, dicit; quòd veniẽs Dominus in partes illas Tyri, & Sidonis, & ingressus domũ, neminem voluit scire, & non potuit latere; sicut pruna in sinu nõ potest abscõdi. Qui est bonus, nõ laboret probitatem suam alijs significare: si enim Deus in eo est, ipse manifestabitur. Vbi Dominus magis latuit, quàm in præsepio? atque illic ab Angelis reuelatus est. Vbi magis, quàm in cruce? vbi eius diuinitas, à latrone, à Centurione, à cælo, à terra, & à lapidibus etiam detegitur? Et lux in tenebris lucet. Si Deus est in te, difficulter potest latere: in omnibus motibus, verbis, operibus, & in cunctis actibus tuis ap- *Ioan. 1.*

parebit: Dicit autem Sanctus Marcus, quòd statim vt illa mulier audiuit de eo, cœpit exclamare. Beatus Paulus ita de se dicit: Cũ autẽ placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meę, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me, continuò non acquieui carni, & sanguini; sed abij in Arabiam, &c. Accepta (inquit) hac reuelatione, statim me labori obtuli: Nõ respondi appetitui carnis, ac sanguinis, qui nos labores euitare, & requiẽ inquirere inducit. Vel aliter: Non acquieui carni, & sanguini, idest, non molestum mihi visum fuit propinquos meos relinquere, & ab illis recedere, quod mihi caro, & sanguis impediebat: & denuò conuersis impedimẽto esse solet, quominus perfectionis viam aggrediantur: ego autem huic appetitui non respõdi. Vel aliter, & melius secundum B. Hieronymum non acquieui, idest, non contuli carni, & sanguini, id est, hanc vocationem, & status permutationem non carni, & sanguini, qui sunt propinqui mei, reuelaui: nec hoc conuersionis meæ negotium eorum manibus cõmisi: sicut nonnulli faciunt: quibus cũ aliqua sancta inspiratio cælitus aduenit, nempè mutandi vitæ rationem, & statum, non hoc audent facere, nisi priùs eos consulant, qui illis impedimento futuri sunt. Quod si illis impetus iræ superueniat ad inimicum occidendum, aut iniuriam vlciscendam, aut aliquis turpitudinis motus, vt aliquam fœminam obtineant nullum consulunt, nec hoc in alicuius manus committunt, quantumuis necessarius sit, ne fortè hoc sibi impediat. Beati qui in hoc sancti Pauli vestigia sectant. Quando sese obtulerit occasio seruiẽdi Deo, protinus exite, ne amplius commoremini; sed sanctum Apostolum, atq; hanc bonam mulierem imitamini: quam vbi primùm Deus tetigit, illicò quasi cerua percussa prosilit, & siti oppressa se magno impetu in fluuium immittit. Noluit hanc optimam occasionem prætermittere; nam fortassè alia die nequiret illam tam propinquum, & in promptu reperire: graue enim malum est nacta occasione non vti. Ne prætermittatis fratres optimam occasionem; nam forsitan posteà voletis bonum facere, nec tamen poteritis.

Galat. 1. *Hierony.* *Simile.*

Illic ergo, videlicet, domi rogabat eum, vt dęmoniũ eijceret de filia eius. Atque vt ex Beato Matthæo apparet, exiuit Dominus domo, & foris fuit præcipua contentio. Noluit illic ei, quod petebat, concedere: illa nanque temporalia bona à Domino petebat: ipse verò non temporalia tantùm, sed & cælestia etiam illi donare

1 ore conabatur:& eam cæleſtem doctrinam volebat erudire; quod
non clauſis ianuis,ſed palam fieri oportet. Quando prædicator
vult ianuis clauſis prædicare,ne illum bonum iudicetis,nec eum
audiatis:Annunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna, dicebat *Pſal.* 39.
Propheta, & Iſaias: Super excelſum montem aſcende tu, qui *Iſai.*4.
Euangelizas Sion.Concionem in ſublimi pulpito oportet habe-
ri: bonum enim rationi conſentaneum eſt, quod ab omnibus
audiatur.

Exijt igitur Dominus,& illa poſt eum exit proclamans, & di-
cens: *Miſerere mei,&c.* Qui non reſpondit ei verbũ. O quanta con
tentio inter Deum,& mulierem!illa petit,Deus verò denegat: il-
la poſt Deum currit,Deus verò mulierẽ fugit. Ad hoc exiuit do-
mo;voluit hanc ceruam ad montem deducere, vt cognoſceretur
11 quomodo venatorem inſectaretur.Quanquam enim ſemper ve-
nator ceruum inſequitur;hìc tamen cerua venatorem ſectatur,&
dicit:*Domine miſerere mei.* Filia à dæmonio vexabatur; illa verò ſibi
miſericordiam expoſcebat.Sæpè enim mali mores, quos matres
filias ſuas docent,efficiũt,vt filiæ ſint malæ,atq; etiam corporali
bus morbis cruciẽtur.Hoc vnũ ſuper hũc locũ vellem diligẽtiſsi-
mè aduertatis:quòd quemadmodum in nobis duplex eſt modus
miſeriæ:ſic etiam in Deo duplex miſericordiæ modus eſſe dici-
tur.Et etiam dicitur Deus habere iram magnam,& iram paruam.
Ira parua eſt, quum in rebus temporalibus nos punit, quod etiã
diabolus confeſſus eſt, dicens Deo: Extende paululum manum
tuam, & tange cuncta,quæ poſsidet. Quibus verbis ſignificauit *Iob.* 1.
corporales labores,paruos eſſe labores.Ira autem magna eſt,quę
12 vſque ad animam penetrat:quum Deus illi gratiam atque pecu-
liare auxilium adimit, & eam poſt paſsionum ſuarum impetum
abire ſinit.Et ita dicit per Zachariam: Ira magna ego iraſcor ſu-
per gentes opulentas,quia ego iratus ſum parum, ipſi vero adiu- *Zach.* 1.
rauerunt in malum. Ecce quomodo hìc dicit, illos propter ſua
ſcelera feciſſe, vt ira magna concitaretur; cùm antea paruam
iram habens corporalibus laboribus illos puniuerit. Et diligen-
ter penſate verbum illud: Adiurauerunt in malum,quàm ex inſti
tuto,& cum iuramento peccant mali.Ita etiã duplex dicitur Dei
miſericordia; parua, ſcilicet, & magna. Parua ad paruæ iræ re-
medium,magna verò ad liberandum nos ab ira magna. Et vide-
te quàm ruſtici,& cæci ſint homines;magis enim paruam,quàm

magnam iram sentiunt. Nam si Deus filium tuum interficit, statim noctes, & dies lamentaris: si verò anima tua mortua est, summo cum gaudio, & alacritate incedis, atq; etiam te tale, & tale fecisse iactas. Atque ita accuratissimè curant homines ab hac parua ira Dei exire, hoc est, à temporalibus calamitatibus eripi: vt autem à magna ira Dei, hoc est, ab animæ miseria (cui facillimè remedium adhibere possent, si cum illa cura, ac solicitudine, qua temporales ærumnas curat euitare, ad Deum confugerent) liberentur, minimè curant. Quod si curarent, libentissimè Deus illis occurreret: hoc enim est præcipuum, cui ipse vult subuenire, & cuius peculiariter auxiliator dicitur, vt dicit Dauid: Deus noster, refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Vbi ad literam de spiritualibus tribulationibus loquitur. Nam corporalis tribulatio parum nos inuenit, cùm nihil aliud, quàm corpus inueniat: spiritualis autem afflictio nimis nos inuenit, siquidem animam reperit. Idcircò ipse Dauid magna animi contentione à Domino postulabat, dicens: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Cùm Saul illum persequeretur, non postulauit magnam misericordiam: petijt autem illam cum se in peccatum procidisse animaduertit. Pro quo postea Deo gratias agebat, dicens: Confitebor tibi Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum: quia misericordia tua magna est super me. Et quãdo factum est hoc Dauid? Eruisti animam meam ex inferno inferiori, in quem verè detruderer, nisi mihi ignouisses. Hoc fratres charissimi, oportet nos petere, vt nos Deus liberet, & saluos faciat à peccatis. Hæc mulier totam curam suam adhibebat in petendo remedio corporalis laboris filiæ suæ, atque ad illum misericordiam deprecabatur, & idcircò Dominus tacebat, vt illa paulatim disponeretur ad recipiendam magnam misericordiam, & dona spiritualia, quæ illi Dominus daturus erat. Estote misericordes fratres, & filiabus vestris, spiritualia remedia perquirite. Valdè enim miserabile est, quòd cùm illas corporalibus morbis laborantes cernitis, tot remedijs earum valetudinem curetis: si verò animi morbo laborent, ne minimum quidem remedium inuestigetis. Res est etiam maximæ confusionis, quòd nullam aliam curam habeatis, nisi docendi eas, quomodo crines procreent, faciem fucent, seque perpolitis vestibus exornent, ac demum quomodo saltent, necnon quomodo

Esai. 3.

Psal. 45.

Psal. 50.

Psal. 85.

16 do ad fenestras compareant, & quibus verbis elegantes iuuenes alloquantur: postea verò nequaquam eas à vanitatibus, & dissolutionibus compescere valetis. Quæ maior infœlicitas, quàm quòd maxima solicitudine miseri parentes angantur, vt filias suas perpolitis vestibus exornent: non verò recordentur illas optimis moribus imbuere, & spiritualis salutis viam erudire? O Deus infinitæ maiestatis pro tua clementia huic maximæ deprauationi, quæ circa hoc inter homines versatur, succurre. Ego etenim quibus verbis eam exaggerem penitus ignoro. Quocirca hanc rē magnoperè vobis commendo, hoc est, vt maximam diligentiam adhibeatis in filijs vestris à malis familiaritatibus compescendis. Nulla enim est hominum lingua, quæ satis dignè valeat explicare damna, quæ ex illis dimanare solent. Etsi Dauid vir erat plenus
17 Spiritu sancto, dicebat: Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei, sicuti qui optimè norat quantum malorum societas attentionem, considerationem, ac diuinorum præceptorum obseruantiam impediret. Vnde dicebat: Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum, ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat: si ergo vir tam sanctus, & tam conformis voluntati Dei malam familiaritatem tantoperè verebatur, ac timebat, ne à mala conuersatione deprauaretur, nec audebat cum illis, qui non essent fideles serui Dei, & immaculatæ vitæ conuersari, quid tenerum virgultum facere oportet, quod minimo quoque frigore, aut calore marcescit, & cōburitur? Hoc sæpenumerò experiētia comperitur, quòd oliua fructifera redditur sterilis, & inutilis
18 oleaster. Hoc autem contingit, cùm oliua à caprarum linguis crebrò lambitur. O quoties etiam re ipsa cernitur, quòd homo maxima virtute præditus quasi oliua fructifera in domo Dei, deprauetur, eo quòd à capris lambitur. O capræ maledictæ, quot damna hominibus affertis. O lærnæ, & instrumenta Sathanæ, quot fęminas linguis vestris oleastros redditis, & deniq; omnes, qui alios ad malum inducunt sunt quasi capræ, quæ oliuam lambunt. Amplia per omnes.

Psal. 118.

Psal. 100.

Simile.

Rationi consentaneū erit fratres charissimi, nos aliquid ab hac muliere discere. Et siquidem illa cū tāto spiritus feruore dicebat: Miserere mei, &c. Filia mea malè à dæmonio vexatur: bonū erit, vt vos etiam miserarum animarum vestrarum misereamini, & ad Dominum cū ea clametis, dicētes singuli: Anima mea malè à dæ-

monio vexatur. Aduertite, vnum ex illis, quæ Sathanas diligentissimè curat, esse, ne peccator ad Dñm proclamet. Quemadmodum lupus quãdo in ouem inuehitur, non illius pedẽ, aut manum apprehendit, sed statim dẽtes in eius fauces conijcit, ne fortè balet, & sic à canibus, aut pastore adiuuetur, atq; ab eius dentibus abstrahatur. Sic etiam diabolus non pedes, aut manus peccatoris alligat: libenter enim illum in tẽplum ire, & eleemosynas erogare permittit: vt hoc contentus, & securus sit, quia missam audiuit, & quatuor minuta pauperibus erogauit: sed eius fauces apprehendit, & perstringit, ne ad Deũ proclamet, & peccata sua confiteatur. Quinq; dentibus illũ apprehẽdit, quibus satis securũ eum tenet. Primus dens est pudor maximus, quem diabolus in eius corde imprimit, ne turpitudines, ac scelera sua in confessione detegat. O quàm durũ est (inquit,) quòd impudicitias meas ego confessori reuelẽ, quia nunc est quadragesima, & tẽpus restitutionis, vult etiã diabolus aliena restituere. Et ita cũ pudorẽ tibi surripuerit, vt dissolutè peccares: nunc illũ tibi restituit, vt præ nimio pudore peccata tua non confitearis. O quàm acutus est hic dẽs, quo plurimas virgines, ac fœminas honestas apprehẽsas tenet, hoc dẽte apprehẽdit monachã, quã in infernũ detrusit, eò quòd peccatũ quoddã præ pudore noluerit cõfiteri. In quodã monasterio monialiũ erant duæ moniales, quæ optimæ religiosæ esse credebantur: quarum vna mortua est: altera verò, quæ illã maximè diligebat, crebrò pro illa Deũ exorabat. Cùm autem quadam nocte in tẽplo oraret, audiuit mortuã recitantẽ illud responsorium: Peccãtem me quotidie, & non me pœnitentem timor mortis cõturbat me; quia in inferno nulla est redẽptio. Et hìc sistebat, nec amplius cum respõsorio progrediebatur. Quam monacha viua interrogauit, dicens: Tu nõ es illa monacha, quã ego magnoperè diligebam, & mortua es? cui illa, sum (inquit) quare ergo (dixit viua) nõ recitas responsorium vsq; in finem, sed prætermittis illud: Miserere mei Deus, & salua me? respondit autem illi defuncta dicens: quia licèt beatissima virgo Maria, & omnes cœlestes ciues pro me intercederent, nullo vnquam tempore de me poterit verificari illud: Miserere mei Deus, & salua me. Nam sum condemnata inferno. Heu (inquit viua) quomodo istud fieri potuit, cum tu tã bona religiosa fueris? quæ respondit: quia cum secularis essem turpe quoddam peccatum commisi, quod præ nimia verecundia

Simile.

nun-

22 nunquã confessa sum: quapropter nullũ ex omnibus bonis, quæ feci, mihi ad vitam æternam cõsequendã aliquid cõduxit. Quod cũ ita sit, ne amplius pro me exores, omnes enim preces, quas pro me effuderis vanæ erunt. ¶ Secundus dens, quo diabolus peccatorem affigit, est timor pænitentiæ. Dicit enim peccator, si ad confessionem accessero, præcipiet mihi cõfessor, ieiunare, & præcipiet ne cum tali viro, aut fœmina conuerser, quam ego magno perè diligo, ne quidem per eius ostium præteream, præcipiet mihi male partas diuitias restituere; soluere, quæ debeo, mortuorũ testamẽta adimplere, dimittere ei, qui me iniuria affecit, quiq; me intestino odio prosequitur, & denique retractari à falso testimonio, quod cõtra ꝓximũ meũ dixi. Heu quot homines hoc dẽte apprehẽsos tenet, quot cõcubinarij, lusores, auari, murmurato-
23 res hoc dente detinentur quominus ad sanctum pœnitẽtiæ sacramentũ accedant. ¶ Tertius dens est spes longæuæ vitæ: licèt (dicitis) hoc anno à peccato non recedam alio anno recedam, nõdum enim finitur mundus. Sanus, & fortis sum, ad omnia erit mihi satis tẽporis. O quot magnates, & potentes deduxit diabolus in infernum hoc dente spei longæ vitæ apprehensos. ¶ Quartus dens est timor peccandi iterum. Dicit enim peccator. Quorsum cõfessurus sum peccata mea cũ sim tam imbecillus, & incõstans, vt statim in eadem peccata reuersurus sim, vt mihi sæpènumero contigit, cum enim adulteria, furta, & homicidia, &c. cõfessus fuerim, statim in eadem peccata reincidi. Promisi ad virtutis viam me recipiendum esse, nunc verò proteruiorem vitam duco. ¶ Quintus dens est maxima spes ingentis misericordiæ Domini. Dicis
24 ò peccator: passim videmus plurimos concubinarios, auaros, & homicidas, qui totam vitam suam in sceleribus consumpserũt, in hora autem mortis cernimus eos amplectentes crucifixum misericordiam deprecari, & pœnitentiam agere. Ita ergo mihi continget, sicut & illis. O fratres mei nolite seduci, aduertite quod hoc sanctissimum quadragesimæ tempus est, in quo nos oportet diabolo dentes pugnis confringere.

Cõtra hos quinq; dẽtes quinq; etiã pugnis debetis vti, quæ sũt quinq; cõsiderationes, quibus Sathanæ dẽtes confringetis. Cõtra primũ dentem, qui est pudor, hac sancta cõsideratione munimini. Considerate profunde quã confusionẽ patietur peccator quãdo in nouissimo iudicij magni die coram Angelis, & in cõspectu totius

totius cæleſtis curie, & coram vniuerſo mundo reuelauerit Deus horrenda peccata eius, ſicut per prophetã Nahum cõminatus eſt
Nahum. 3. dicens: reuelabo pudenda tua coram omnibus gentibus. Attẽde
August. ꝙ ſicut dicit. B. Auguſtinus: ſi tegis peccata tua, Deus detegit; ſi detegis, Deus tegit illa pallio gratiæ, & miſericordiæ, vt licèt ab omnibus vidẽda ſint, nõ tamẽ ex illis aliqua tibi reſultet ignominia, imò ſint cauſa magni honoris, & gloriæ tuæ. ¶ Ad ſecũdum dentẽ cõfringendũ reminiſcere terribiliũ tormentorũ, quibus in æternum cruciaberis, ſi non vis in hac vita peccata tua laboribus, ac pœnitentia redimere. Vide quid dicat B. Lucas ꝙ dæmones ro-
Luca. 8. gauerunt eum, ideſt, Ieſum ne imperaret illis, vt in abyſſum irent. O maximam hominum miſeriam, quòd diaboli, qui tam fortes ſunt quiq; maiores habent vires ad inferni pœnas tolerandas, ipſum tamen abyſſum audiẽtes contremiſcunt: homines verò, qui apis morſum abſq; lachrymis ferre nequeunt, hoc dãnũ nõ pertimeſcũt, & cũ iã ꝓpter ſua ſcelera inferno condẽnati ſint maxima tamen cũ tranquillitate requieſcunt. Minimũ pœnitentiꝫ laborẽ perferre times: maximos verò inferni cruciatus tolerare minimè
Eccle. 9. perhorreſcis? ¶ Vt tertium dentem perfringas recordare quid dixerit Eccleſiaſtes: neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & ſicut aues laqueo comprehenduntur: ſic capiuntur homines tempore malo. Quemadmodum (inquit) cum piſces maximo cum ſapore eſcas, quæ hamo inhꝫrent, comedũt, piſcator hamum attrahit, & illos apprehendit: & ſicut cùm aues magis delectantur grana comedentes, auceps laqueos, & retia coercet, atque illas capit, & interficit: ſic cùm tu magis vita delectatus fueris, & minus ſperaueris, te incautum mors apprehen-
Simile. det. ¶ Ad quartum dentem confringendum conſidera, quàm inſipiens eſſet qui cùm à certamine plurimis, & maximis vulneribus percuſſus exiret: diceret, nolo curari, nec vulnera alligare: cras enim ad certamen rediturus ſum, & fortaſsè iterum vulnera denuò mihi infligentur. Cui diceres tu: ſtulte non deſenderis melius ſi curatus & ſanus redieris, quàm ſi percuſſus, & exſanguis certamen aggreſſus fueris? Adhuc etiam inſipientior eſt profectò, qui eo quòd ſe iterum peccaturum timet, nõ vult agere pœnitentiam. ¶ Vt quintum, & vltimum Sathanæ dentem confrin-
Simile. gas, conſidera quot ſunt hodie in inferno eo quòd extra modum in miſericordia Dei ſperantes ex illa fructum percipere noluerunt

28 runt. Si quis in puteum cecidit, & illi chorda immittitur, qua se præcingat, & sic à puteo extrahatur, ille verò ne loculos, quos in manibus habet, dimittat, chordæ non adhæret, nec illa præcingitur, quid illi chorda proderit? incidisti tu ô peccator in peccati puteum, & Deus inuitat te ad misericordiam, quod est immittere tibi chordam (nam misericordia, idem est quòd miserorū chorda.) Tu verò ne concubinam dimittas, ne ab illicita negotiatione desistas, neve odium à corde tuo eijcias, non vis misericordiam Dei apprehendere, nec ex illa fructum percipere, quid ergo Dei clementia tibi proderit? ibi tua culpa submergeris. Solis quippè illis hæc misericordia prodest, qui relictis vitijs ad Deum puro corde conuertuntur, & illam sibi prodesse curant. Percutite ergo fratres charissimi his pugnis diaboli dentes, vt confractis illis, vos *Simile.*
29 dimittat, & liberè cum hac muliere possitis proclamare, & dicere: Domine miserere mei.

Et non respondit ei verbum. O quanta tristitia, & dolor fuit hic miseræ illi, atq; afflictę mulieri: cuius lachrymis cōmoti S. Apostoli dixerunt: Dñe dimitte eam. O quis nobis daret his tēporibus ad nostrum Christum, scilicet, regem alios Apostolos similes illis; sic enim omnes causæ celeriter iudicarentur, & negotia diligēter absoluerētur. Non nego plurima nūc negotia, & petitiones absolui, nō autem sunt petitiones Chananææ, nec pauperum; sed diuitū, & potentū, quæq; sunt vtilitatis, & affinitatis respectibus illustratæ. Ministri namq; regū, præsidū, ac gubernatorū, non meritorū quidem aut rationis, sed personarum gradus faciunt: atq; alijs farinam, alijs verò donant furfures. Attendat igitur vnusquisq; sibi
30 & videat quid faciat: Deus enim hodie hanc pauperem mulierem Chananæam exaudiuit, & ei occurrit: etsi, vt illi largiora faceret beneficia, paulisper respōsionem distulit. Quapropter vos iudices, & prætores hos pauperes Chananæos audite, qui ad tribunalia vestra sibi filijsque suis remedium petituri accedunt quique necessitate premuntur, & expectantes negotiorū absolutionem maiora dispendia faciunt, quàm ex præcipua re, quam tractant, vtilitas dimanat. [*El eslauon de fino azero.*] paucis ictibus ex silice ignem depromit: sic ministri iustitiæ, qui sunt virtute præditi paucis ictibus depromunt ignem ex silice, qui est princeps, qui quidē omnibus ignem habet, (*Mas guardeos Dios de eslauon sin azero,*) qui ad nihil aliud prosunt, nisi ad cōfringendū, silicem. Ita

mini-

ministri improbi, & sine virtute ad nihil aliud prosunt, nisi vt optimam principum indolem, ac propensionem deprauent.

Respondit dominus, dicens: Non sum missus, &c. Quo plures excusationes illi reddebat, cò magis bona mulier inflãmabatur. Et hoc audiens accessit ad Dominum, & adorans dixit ei: *Domine adiuua me, qui respondens, ait, non est bonum, &c.* Aduertite probitatem optimi Iesu, quomodo Iudęos in absentia honorat appellans illos filios: cùm autem cũ eis esset illos acriter reprehẽdebat, dicẽs: Vos ex patre diabolo estis. Sic Deus in præsentia asperrimè Iob reprehendit, dicẽs illum male locutũ fuisse, & nõ debuisse loqui de potentia sua. Attendite autẽ quid in eius absentia de illo amicis eius
Iob. 42. dicit: Nõ estis locuti coram me rectum sicut seruus meus Iob. Ite ad seruũ meũ Iob, & offerte holocaustũ pro vobis, Iob autẽ seruus meus orabit pro vobis, &c. Vos autẽ fratres nõ sic facitis. sed corã proximo vestro plurimis illecebris illũ alloquimini, quibus eum facitis euanescere: in absentia autẽ de illo murmuratis. Dñe hoc quod huic mulieri dicis, venatoribus dicere debuisses, qui tãtã iniustitiã cũ venatione sua cõmittunt. Veruntamẽ fortassè respõderent, quod quidam venator cuidam prædicatori respondit dicẽs: se recreatione indigere, & doctorum hominum sententias habere, qui se licitè venari posse affirmant. Et quo ad primum libẽter concedo. Inhumanum quippe esset arbitrari nullam prorsus hominibus oblectationem esse necessariam: neque verò venationẽ ex se illicitam esse dico, sed licitam, canum autem, equorum, & accipitrum numerus moderãdus, atq; excessus, & abusio in his omnibus euitanda est. Satorum enim depopulationem, missas, & cõciones, quas non auditis, opera misericordiæ, quę propter horum animalium sustentationem non adimpletis, hæc (inquam) omnia nullo vnquam tempore vos iustificare poteritis. Quod si doctorũ hominum sententias adducatis: ego Iesu Christi sententiam refero, qui dicit: Nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ, & dare canibus.

Est autem hæc Theologia tam perspicua, vt etiam & mulieres illam intelligant, vt apparet in huius mulieris responsione, cùm dixit: *Etiam Domine.* O vtinam Christiani hæc verba tanti haberent, vt ea in ostijs stabulorum, & in scutis compedum, quos accipitres portant, & in canum torquibus insculperent ne huius sententiæ obliuiscerentur: quòd non est bonum sumere panem filiorum, ad bruta animalia superfluè sustentanda. Atque (vt vera

loquar)

34 loquar) nullius insignis venatoris memini in sacra scriptura mentionem fieri, qui non detrusus fuerit in infernum. Nemrod venator fortis non est dubium quin sit in inferno. De Esau nō dubitatur, qui quia nimis in venatione fuerit cōmoratus absque primogenitura, & prima patris sui benedictione remāsit. Heù heù, quot absque cælesti Dei benedictione in æterna maledictione remanebunt, eo quòd in venatione fuerint nimium commorati.

Adeò hoc verbum Domini in huius piæ mulieris corde resedit, vt responderit dicens: *Etiam Domine, nam & catelli, &c.* Verum dicis Domine Deus meus: sum etiam canis, verùm vt cani ne mihi mensæ tuæ micas deneges. Tunc respondit Iesus: *O mulier magna est fides tua*: Omnes acres responsiones, quas illi hucusque Dominus responderat, erant vt illa fidem, atque humili-
35 tatem suam detegeret: quibus detectis iam nihil amplius sperandum erat. Dominus qui habet robustum, & magnanimum famulum, & eius fortitudinem vult experiri, mittit eum aliquo, & postea alium se esse simulans exit obuiam illi, atque eum gladio aggreditur: postquam autem alter in alterutrum tres aut quatuor ictus viriliter immisit, dominus famuli sui fortitudinem experientia comperit, & dicit illi: sufficit: ego sum. Nihil aliud conabar nisi animi tui magnitudinem experiri. Idcircò tentauit Deus Abraham in sacrificio & sic dixit illi: nunc cognoui, quòd timeas Deum, idest, nunc fidem, & obedientiam tuam mundus cognoscet: etiam propter hoc colluctatus est cum Iacob: & ideo se tandiu continuit quominùs huic mulieri responderet, vt homines eius virtutes cognoscerent, & qui se Christianos esse glorian-
36 tur tales in infideli muliere diuitias cōtemplantes pudore confunderētur. Aduertite quas inuentiones, & modos quærit Deus ad seruos suos honorandos. O Domine benedicta sit tua admirabilis prouidentia, & sapientia, qua tales rationes inuenire scis, vt nobis benefacias. Desinite fratres mei amicitiam in terra inuestigare, & Dei amicitiam inite, qui suos tanto honore afficit. Discite ex hac muliere perseuerantiam in oratione: & licèt aliquando vobis Deus surdescere videatur, credite illum omnia ad vtilitatem vestram facere, vt perseuerantes maiorē gratiam, & postea maiorem gloriam comparetis. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Simile.

Genes. 22.

¶ Feria. VI. post Dominicam primam In Quadragesima.

Erat dies festus Iudæorum & ascendit Iesus Hierosolymam. Ioannis. 5.

INNVMERABILES sunt res, quæ immensam Dei probitatem manifestant. Vna autem ex illis, quæ eam præcipuè declarant, hæc est, nempè, quòd ita sui sancti nominis amplitudinem vtilitati nostræ coniunctam esse voluit, vt quod nobis vtilius est, illud sibi gloriosius esse duxerit. Quapropter alma mater Ecclesia in illo celeberrimo hymno, cuius exordium Angeli decantantes composuerunt, cùm dixerunt: gloria in excelsis Deo, inter alias Dei laudes sic dicit: gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Vellem ego scire, quodnam gratitudinis genus hoc sit? Homines etenim vt se gratos præbeant pro acceptis beneficijs gratias solent agere, Dei autem gloriam magnificare, ac sublimare, non vero pro illa gratias agere consuescunt. Gloria namque, quam Deus habet, non est beneficium, quod homines receperunt, vt pro eo gratias agant dicentes: gratias agimus tibi propter magnam gloriã tuam. Quomodo igitur hoc proprio loquendi modo dici potest? dico quòd hominibus succurrere, eosque à morte liberare, atq; ad vitam reducere, singularem quandam gloriam Deus esse ducit. Hoc manifestè declarauit per Esaiam dicens: propter nomen meum longè faciam furorem meum, & laude mea infrænabo te ne intereas. Propter me, propter me faciam, vt non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo. Vbi veniam concedere gloriam suam appellat. Et Beatus Paulus dicit: omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, idest, omnibus necessaria est venia, quæ quidem gloria Dei est. Et etiam Esaias, propterea expectat Dominus, vt misereatur vestri: & ideo exaltabitur parcens vobis, idest, cũ vobis dimiserit peccata vestra glorificabit. Et clarius, quam in his locis omnibus hoc dicit Dominus per Esaiam: dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam. O superne Deus ac Domine maiestatis infinitæ, quænam gloria fu-

Isaiæ. 48. Roma. 3. Isaiæ. 30. Isaiæ. 46.

4 fuit, quam Hierosolymæ ostendisti: vbi consputus, flagellatus, crucifixus, ac demùm mortuus fuisti. Hæc (ait) est gloria mea, pati, ac mori pro hominibus, & quod illis est vtilius, hoc ego honestius mihi, & gloriosius esse duco. O benedictus sit talis Deus benedicta talis pietas, & clementia! O beatos illos qui pro tali amore dignas gratias referre norunt! omnia enim quæ in hoc mundo, & Hierosolymis propter nos homines, & propter nostram salutem, atque vt nos à peccati, & æternæ mortis iugo liberaret, operatus est (hæc inquam omnia) gloriam, & amplitudinem suam appellat. Atque cùm hæc esset gloria sua non cessabat in nos beneficia conferre, & ad hunc finem ascendit Hierosolymam, vt dicit sanctum Euangelium, quòd, *Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam.* Ac postquàm in templo
5 æternum Patrem suum orauit, perrexit visurus infirmos, qui iuxta illam piscinam in circuitu erant. In quo nos docuit, in diebus festis, atque etiam in omni tempore postquam Deum in templo, & in oratione laudauerimus, quoad poterimus in proximorum nostrorum, qui afflicti sunt, remedio, & consolatione nos oportere occupari! Ideo præcepit Deus vt in propiciatorio duo Cherubim cum hac dispositione essent: Expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantque se mutuò versis vultibus in propiciatorium. In quo significabat, quòd etiam si homines nimis extensas habeant alas ad volandum in contemplatione, atque spiritualibus exercitationibus, non ideo oportet eos à proximis suis faciem remouere, sed quòd vtrumque debent facere, atque oportet fieri versis vultibus in propiciatorium, idest,
6 omnia propter vnum Deum debent fieri. Vnum enim ex illis, quæ præcipuè ex oratione, & missa elicere debemus est misericordia, & charitas erga proximos. O si ad hoc attenderemus, quàm plenæ essent domus pauperum, & carceres hominibus in diebus festis, qui vinctos, afflictos, & infirmos consolarentur, & eorum necessitatibus subuenirent. Verùm nimis miserabile est, quòd plurimi homines totius charitatis immemores die festo manè in templum ad audiendam missam celeriter properant, vt se à diuinis rebus expediant, & sic totus dies ad ludendum, deambulandum, ad amicos visendos, atque ad plurima flagitiorum genera perpetranda liber, & expeditus supersit. O maximam Christianorum confusionem, quòd in die festo

Exodi. 25.

Origenes super Ioã. cap. 5. Deo dicato plerumque illum magis, quàm in alijs diebus offendunt! Idcircò perpendit Origenes super Ioannem in hoc loco, quòd non dixit hîc sanctus Euangelista quòd erat dies festus Dei: sed dies festus Iudæorum. Dies enim festus, quem totum in vestris voluptatibus, Dei & proximorum immemores, & in executione vestrorum turpium appetituum consumitis, vester potiùs, quàm Dei dies festus appellandus est. Dies enim festus Dei est vt vos occupetis præcipuè in conformando vos diuinæ Maiestati, & in benefaciendo proximis vestris. Idcirco per prophetam Amos dixit Deus: Odiui & proieci festiuitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum. Quod si obtuleritis mihi holocaustomata, & munera vestra non suscipiam. Et rationem reddens quare illa non esset suscepturus, dicit: Et portastis tabernaculum Moloch Deo vestro, & imaginem idolorum vestrorum. Et portastis, idest, quia portastis. Perpendite diligenter quomodo dicit: festiuitates vestras, & non festiuitates meas: quia licèt (inquit) in illis aliqua mihi sacrificia offeratis, simul dijs, & idolis vestris sacrificium offertis, quocirca sacrificia, quæ mihi offertis nolo suscipere. O filij huius seculi attendite quid vobis hic dicit Dominus: quid tibi prodest ò infœlix peccator, quòd accedas in die festo ad audiendam missam, & rosarium recites, si postea ad idola, turpitudines, ludos, gulam, & alia scelera adoranda properas? tibi serua rosaria tua missas, ac festiuitates tuas: has enim festiuitates non vult Dominus suas, sed tuas appellari. Quando præcepit vt festum obseruaretur, dixit: Memento vt diem Sabbathi sanctifices, sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui est. Pensate fratres hæc duo: alterum quòd præcepit diem festum sanctificari: alterum verò præcepit illos meminisse diem festum Domini esse non autem eorum, vos autem magis hunc diem, quàm alios vultis violare, & vultis illum magis vestrum, quàm Dei esse: Siquidem in eo vestros effrænatos appetitus, non autem diuinam eius voluntatem exequimini.

Amos. 5.

Exodi. 20.

Iuxta illam piscinam ad quam accessit Dominus plurimi infirmi commorabantur, qui in illa se salutem percepturos sperabant. *Angelus enim Domini secundum tempus descendebat in piscinam.* Nullum erat tempus constitutum ad Angelum descendendum, nisi

ton iſi quando Deus volebat. Non vult enim Deus nos ſcire quãdo à laboribus ſimus exituri, vt maioris meriti nobis prębeat occaſionem. Nam ſi ſcirem me poſt biduum, aut triduum ab hac neceſsitate eſſe exiturum, non poſſem plus, quam illud Deo offerre: neſciens autem quando Deus me ab illa auferet, licèt realiter cras auferendus ſim, occaſionem habeo offerendi Deo tolerãtiam illius laboris per totum vitæ meæ tempus, totum enim vitæ meæ tempus cogitare poſſum neceſsitatẽ hanc durare poſſe: atq; hanc voluntatem, & bonum propoſitum mihi Dominus ad meritum reputabit, licèt labor cras finiretur. Vt cognoſcatis fratres quantũ hunc optimum Deũ glorificare debeamus, qui modos, & inuentiones inueſtigat, vt occaſionẽ habeamus, quo aliquo modo mereri poſsimus, acſi labores illos perpeſsi fuerimus. Huius rei miri
11 ficum quoddam habemus exemplum. Poſtquàm Deus pręcepit Noe vt cum familia ſua ſeſe in arcã includeret, dicit ſacratus textus: Incluſit eũ Dominus de foris, ideſt, quòd clauſit Deus oſtiũ arcæ foris, & claues ſecũ detulit. Quid Domine nonne melius eſſet vt Noe arcam intus clauderet, & ipſemet claues haberet, vt in tanta afflictione conſtitutus oſtium reſerare poſſet, & portũ tenere, quando illũ inueniret, vel ſaltem ne magis affligeretur videns ſe ita incluſum? Non conuenit, niſi vt Deus claues deferat, & per eaſdem manus, per quas incluſus fuit, & in tot labores immiſſus, auferatur, non autem ſecundum ſuum liberũ arbitrium, ſed quando Deo melius viſum fuerit. *Gene. 7.*

Et qui prius deſcendebat, &c. Quare Domine hìc primum deſcendentem ſanabas: quãdo autem operarios in vineam tuam miſiſti
12 nouiſsimis prius mercedẽ reddidiſti? illic enim (ait Dominus) liberalitatem meam oſtendi, & erat res mea: hìc autem hominis negotium eſt me quærere, atq; vt me diligenter quærat, & inueniẽs me veram ſalutem inueniat, volo vt qui primus acceſſerit, ſanus fiat. Ad res, quæ ad noſtram ſpiritualem ſalutem ſpectant, oportet nos currere, acſi alter nobis gloriam ablaturus eſſet, & nos defraudati remanſuri eſſemus, cùm optatum finem nõ conſequeremur. Hoc optimè ſentiebat Beatus Paulus, cùm diceret: Bonum eſt mihi magis mori: quàm vt gloriam meam quis euacuet. *1. Cor. 9.* Mallem (inquit) mortem perpeti, quàm manere abſq; præmio, quod ex Euãgelij prædicatione me conſequuturũ ſpero. Miles, qui non habet æmulum, quicum competat, animi ſui magnitu- *Simile.*

 dinem

dinem non ostendit, quum autem habet æmulatorem, tunc fortitudinem suam, & inuicti animi robur manifestat. Videns enim alium, eo quod optimus miles fuerit, seseque præstantissimum præbuerit, de milite, militum tribunum factum fuisse, de tribuno vexilliferum, de vexillifero ducem, de duce Magistrum militiæ: & denique de magistro militiæ totius exercitus generalem ducem præfectum fuisse, fulcitur, & primus esse curat, qui illis præmijs afficiatur. Præcipiebat Deus, vt manna summo manè, ante solis ortum colligeretur, sole enim liquefiebat, mirabilis res. Nam vt ibidem apparet igne condiebatur, & igne non liquefiebat, sole verò liquefiebat. Totum equidem hoc fuit modus, quo Deus vsus est, vt illos excitaret ad surgendum diluculo, vt illud colligerent. Significans in hoc sedulam diligentiam, quam ad cælestia dona recipienda vult adhiberi, & eos, qui ipsa consecuturi sunt, summo manè surgere oportere. Quid ad hoc dicent pigri, qui totam vitam obtusam degunt omnia in crastinum diem relinquentes, ac si vita, & temporum præsidentia in voluntatis suæ dispositione sita esset? Aduerte ô homo negligens quid tibi Spiritus sanctus consulat, dicens: Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Non est hæc res, quam de die in diem differri oporteat: sed cogita hodie finiendos esse dies tuos. Ad faciendum illa quæ tibi permagni interest fieri, principium diei soles assumere, & dicis: Fiat hoc hodie, quod valdè necessarium est: illud verò in crastinum differatur, parui enim refert, licèt non fiat. Fratres mei in solis rebus quæ ad animarum vestrarum salutem spectant, tempora commutatis. Nullus dies vobis illucescit, cuius initium à secularibus exercitationibus non sumatis: res verò spirituales, & quæ ad animam pertinent de die in diem differtis, tanquam res, quas tractari parui refert, & tristem animam comperendinatis. O infœlix anima quoties decepta es, & quoties tibi fides violatur, nec verbum, quod tibi promittitur, adimpletur! Si homines diuitijs certum diem statuunt, & illis fidem suam astringunt, absque dubio promissis stare consuescunt. Quæ autem animæ promittunt, nolunt adimpiere; quia parui illam æstimant. Hæc autē lis non rara esse solet. In Iosue sic legitur de Raab: Dimittensque eos vt pergerent, appēdit funiculum coccineum in fenestra. Vt primū prudentissima

Exod. 16. *Eccle. 5.* *Iosue. 2.*

16 tissima illa mulier cum exploratoribus constituit, vt signum ad
custodiendam domum suam apponeret, statim funiculum illum
quod erat signum absque mora apposuit, nec in crastinum diem
distulit. Sub dubio voluit se præparare, ac si diceret [*Por si, o por no*
este hecho.) Aduerte ergo ò miser peccator vitæ tuæ finem ali-
quando imponendum esse, nec scis, vtrùm hodie, aut cras hoc
faciendum sit, quare ergo ita negligentem te præbes? Perpendit
Beatus Chrysostomus factum illud Eunuchi Reginæ Candacis
de quo dicitur quòd simul vt per Philippum edoctus, & illumi- *Act. 8.*
natus fuit, diligentiam maximam adhibuit in executione ba-
ptismi, & cùm primum in via aquam inuenit, dixit: Ecce aqua,
quis prohibet me baptizari? Sic oportet vos facere fratres cha-
rissimi in re tam necessaria, sicut est à peccato exire, & Dei gra-
17 tiam impetrare. Attendite quo feruore dicebat Dauid: Adhæ-
sit pauimento anima mea, viuifica me secundum verbum tuum: *Psal. 118.*
anima mea luto inhæsit, velociter succurre mihi siquidem id
verè, & ex animo ad te conuersis promisisti. Quid vult dicere:
adhæsit pauimento anima mea? non benè intelligetur hoc ni-
si per quandam similitudinem. Considerate stagnum aqua, &
piscibus plenum: quod dum est ita plenum aqua, tanta cum ce- *Simile.*
leritate, & gaudio in eo pisces innatant, & huc atque illuc cursi-
tant, vt velocitate sua maximam aspicientibus afferant volupta-
tem. Si quis autem stagni foramen aperiat, tota aqua effunditur,
& pisces in sicco manent, & sic videbitis eos in cœno volutantes
ac apertis oribus iam ferè magno cum agone moriētes, palpitan
tes, atque in tantas angustias redactos, vt visu sint miserabiles. Et
18 nisi foramen iterum claudatur, & stagnum aqua repleatur, abs-
que dubio citò omnes morientur. Dicite, quæso, si hi pisces locu-
tionis, & rationis essent participes, qua animi contentione ad do
minum suum proclamarent, & illum instantissimè rogarent, vt
stagni foramen celerrimè clauderet, illudque diligentissimè
aqua repleri imperaret? O vtinam ex hoc intelligatis fratres cha
rissimi, quàm necessariam vobis sit animarum vestrarum con-
uersionem summa cum diligentia negotiari. Contemplamini
conscientiam plenam gratiæ, esse quasi stagnum aquæ plenum,
vbi anima quasi piscis balneatur, & innatat. O vtinam Deus vos
doceret quanta sit voluptas, & gaudium animæ, quæ in suæ bo-
næ conscientiæ stagno innatat, & quāta cum suauitate de sancta

in sanctam considerationem cursitet. Si autem accidit vt stagni foramen aperiatur hoc est, vt mortale peccatum committat, illac tota Dei gratia effunditur, & anima in profundo conscientiæ suæ culpa obscœna cum agone, & amaritudine, ac conscientiæ morsibus cruciata remanet exhalans, quasi piscis, qui in siccum deuenit. O quot amaritudines, & tribulationes sunt animæ in peccato commoranti! Nunc intelligentur obscura verba prophetæ dicentis: Adhæsit pauimento anima mea. Et siquidem anima in siccum deuenit, & est capax rationis, & consilij, ac suspirare potest, & calamitati suæ remedium postulare: videte quam meritò debet Deum rogitare, vt sibi subueniat, & peccati foramen claudat, & pro sua diuina clemētia iterum repleat stagnum conscientiæ aqua gratiæ dicens: Viuifica me secundum verbum tuum. Nam etsi anima est immortalis, moritur tamen in ea esse gratuitum, quod habet, & sic oportet illud à diuina maiestate instantissimè postulare.

Sequitur in textu: *Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate sua.* Quæ noua loquendi ratio est hæc, qua sanctus Euangelista vtitur? Annos enim non habemus, nam ex tempore nihil aliud habemus, quàm: nunc: & præsens instans. Quis autem dubitat quin optimè dictum fuerit, quod Spiritus sanctus dixit? Voluit autem in hoc significare hunc hominem eo quòd patientiam habuisset, infirmitatis suæ annos non amisisse, sed omnes illos conseruatos habere, & omnes esse suos, quandoquidem eos per patientiam, in spiritualem vtilitatem suam conuertit. Ita dicit Dauid de iustis: Dies pleni inuenientur in eis. In
Psal. 72.
eis (inquit) inuenientur omnes dies eorum, nullum enim ex illis perdiderunt, inuenientur autem non vacui, sed meritis pleni. In malis non reperientur dies aut anni eorum, omnes enim illos prætermiserunt, & perdiderunt. Et sic hanc peculiaritatem in sacra scriptura reperietis, quòd loquens de viris sanctis magnam habet curam annumerandi annos, quos vixerunt, dicens: Vixit Mathusalem tot annos, & mortuus est. Vixit Noe tot annos, & mortuus est. Et ita de Abraham, Isaac, & Iacob, & cæteris viris sanctis: anni autem, quos mali vixerunt, minimè in sacra scriptura memorantur. Referunt quidem sacræ literæ mortem Cain, quam Lamech vxoribus suis narrauit, & mortem Ismaelis, Esau, & Absalom, nullius autem horum annos referunt. In

22 hoc voluit significare Spiritus sanctus idem quod dixit Beatus Paulus: Vidua, quæ in delicijs est, viuens mortua est. Boni viuunt,& habent dies & annos suos plenos bonis operibus, ne vnā quidem horam vacuam habent, & ideò eorum anni numerantur; mali verò viuentes mortui sunt, ac si non viuerent,& ideò eorum anni non dinumerantur. De Saule dicitur in primo Regum, quòd regnauit Saul duobus annis. Et in Act. dicitur, quod regnauit quadraginta annis. Quia verò in illis quadraginta annis solos duos annos fuit bonus Rex,& seruus Dei, ideò triginta octo prætermittuntur, & duo tantummodo referuntur. Ne magni æstimes frater multos annos, quos fuisti matrimonio alligatus, aut rex, aut clericus, aut monachus, sed eos solos æstima, in quibus munere tuo bene functus es, quosque in Dei ministerio
23 consumpsisti, cæteri enim omnes abierunt, & perditi sunt, propter quos nisi pœnitentiam egeris, etiam & reliqui amittentur. Hac de causa in ipso Psalmo loquens Propheta de improbis dicit: In labore hominum non sunt. Quare ergo dicit hîc Dauid malos laboribus carere? Nunquid non est labor, quem patitur auarus sine vlla tranquillitate diuitias acquirens? & non est labor maximus, quem suffert ambitiosus, vt quod expetit, consequatur? quem autem laborem patitur homo libidinosus, vt fœminam adipiscatur? Hos igitur sancte Propheta non appellas labores? Dico labores esse: verum non hominum quidem, sed brutorum animantium sunt labores. Labor, qui ad peccandum, ad furandum, & ad iniurias vlciscendas toleratur, est labor brutorum, non autem hominum. Proprium est iumenti
24 alijs laborare. Incipit agricola cum iumento suo à mane vsque ad noctem laborare, & illud lignis oneratum huc atque illuc per vias deducit: in nocte autem iumentum sine vtilitate lassatum manet, & agricola nummos suos defert. Sic tu tota die commoraris cogitando iniuriam, quæ tibi illata est, incipis te curis, furoribus, atque armis onerare, & ita oneratus pergis, atque illum, qui tibi iniuriam intulit, percutis. Et hinc prouenit, vt patriam tuam relinquas, & à domo vxore, liberis, ac tranquillitate recedas. Hoc quidem onus, est iumenti laborantis, & nullum commodum deferentis. Tu verò diues, qui tantopere laboras, omnem autem quæstum Dominus tuus deferet, qui est mundus, qui te quasi iumentum onerauit. Tu

1. Tim. 5.
1. Reg. 6.
Act. 13.
Psal. 72.
Simile.

 (inquam)

(inquam) præ nimio pondere vulneratus omni tuo labore perdi-
to in infernum detruderis.

Sequitur in textu. *Hunc ergo cùm vidisset Iesus, &c.* O benedi-
ctam patientiam, quæ oculos Dei inuitat, vt eam habentem in-
tueatur, quasi id, quod sibi gratissimum est! Patientia, qua hic mi-
ser homo in infirmitate sua vsus est, Dominum commouit, vt in
illum oculos conijceret, eique occurreret. Tam excellens est vir-
tus patientia, vt ex ea aliarum virtutum qualitas, & perfectio per-
spiciatur, & cognoscatur vtrùm tam perfectæ in homine sint vt
esse oportet. Et sic quanquam sanctus Iob (vt in sacra Scriptura
apparet) ante tribulationem suam plurimis, ac maximis virtuti-
bus splendebat, eas tamen omnes Sathanas calumniabatur, di-
cens: Nunquid Iob frustra timet Deum? nonne tu vallasti eum,
Iob. 1. &c. Eo quòd eius virtutes nondum fuerant tribulationis igne exa-
minatæ, occasionem habebat diabolus calumniandi, & impro-
bandi eas, quòd defectum haberent. Postquam autem vir san-
ctus tribulatione acerrimè percussus, in eadem tamen innocen-
tia perseuerauit, tam exacta, & perspecta eius virtus mansit, vt ne
magister quidem calumniarum aliquid inuenerit, quod posset
improbare. Adeò examinatum atque omnis suspicionis immu-
nem hominem iustum patientia relinquit. Quod intelligens san-
Psal. 138. ctus Dauid, dicebat: Proba me Domine, & scito cor meum. Hoc
est igne tribulationis sicut examinatur aurum in fornace, vt in
hoc cognoscam, an via iniquitatis in me sit. O quis in tantum per-
fectionis gradum perueniret, sicut peruenit Dauid, qui optabat
vt virtutes suæ examinarentur, quò in tribulatione patientiam
suam manifestaret.

Interrogauit autem Dominus hunc miserũ hominem, dicens
Vis sanus fieri? Respondit ei: Domine hominem non habeo. Obstupendum
est, quàm parum charitatis illi haberent, quòd ex tot hominibus
qui illuc veniebant, & ex tot sacerdotibus, qui ea, quæ in templo
offerenda erant, abluebant, nullus fuerit, qui in illum miserum
infirmum oculos conijceret, eique in illa necessitate succurreret.
Admirabilis autem est solicitudo, quam habebat Beatus Paulus
non solum in prædicando, sed etiam in eleemosynis ad pauperes
1. Cor. 16. procurãdis. Et ita dicit: De collectis autem, quæ fiunt in sanctos
sicut ordinaui in Ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite per vnam Sab-
bathi. Vnusquisque vestrum apud se reponat, recondens quod ei
be-

28 bene placuerit,vt non cum venero,tunc collectæ fiant. In omnibus Eccleſijs volebat S. Apoſtolus omnes Eccleſiaſticos hãc piiſſimam curam habere.Et Ieſus Chriſtus Redemptor noſter voluit tot ſacerdotes in ſua ſancta Eccleſia eſſe,non ſolum vt canerent, ſed vt eſſent pauperũ patres & protectores.Iucundior enim Deo eſt charitas,quã cantus,& organa,licet ſint ſancta & bona. Quocirca hoc oportet fieri,& illud non omitti.Caueant autem ne ſint ſicut illi,de quibus dicit Amos:Sicut Dauid putauerũt habere vasa cantici,bibentes vinum in phialis, & nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph.Ne arbitremini patres mei ſolis muſicis,& cãticis diabolum expellendum eſſe,ſicut Dauid illũ cithara ſua expellebat.Diaboli enim magis timent charitatem Dauidis, quàm eius cantus. Ardentiſsima charitas, qua veteres olim Presbyteri *Amos.6.*

29 præditi erant in pauperes,in claudos, & infirmos, occaſioni fuit antiquis Chriſtianis quò tot hæreditates,& redditus ſanctæ Eccleſiæ relinquerent:ſibi enim perſuaſerũt illos acceptis rebus ſibi neceſſarijs ex reſiduis pauperes,& infirmos alituros eſſe. Compatimini ergo patres mei ſuper contritione Ioſeph.Beatus Auguſtinus ſuper hæc verba dicit.nomine Ioſeph quemlibet pauperem derelictũ intelligi:ſicut erat Ioſeph in carcere illo in terra aliena, Compatimini ergo ſuper contritione infirmi, & carcere vincti. Hæc autem virtus miſericordiæ, in omnibus Chriſtianis ſplendeat,ſed longè maximè in viris Eccleſiaſticis(ſicut oportet) illuceſcat:ſiquidem eorum vita cęteris omnibus debet eſſe totius pietatis,& virtutis exemplum. *Augu.*

Hominem non habeo.(dicebat ille:)Non piſcinæ quidem,ſed ho-

30 minis inopiæ defectum tribuebat.O incommutabilis Deus,quot homines animi morbo hodie laborant,eo quòd hominem nõ habeant,qui eos adiuuet,& doceat ſicut neceſſè eſt.O patres Eccleſiaſtici,qui Eccleſijs præfecti eſtis,& quibus animarum cura incũbit,ne illarum ſolicitudinem deponatis confidentes capellano, quem illis veſtro nomine conſtituiſtis, eiq; omnem laborem relinquentes,attendite plurimas eſſe ſpirituales neceſsitates. Sũt in hac vrbe mille viri eccleſiaſtici annumeratis clericis, & religioſis, & vix inter eos reperitis,cui peccata veſtra confiteamini,neſcitis enim in quem oculos conijciatis,aut cui ſcelera veſtra reueletis,& maximè dubitatis ac vacillatis,dicẽtes:Si audebo peccata mea illi,aut illi,reuelare,& neſcitis,ad quem confugiatis,atque ita quan

 do ad

do ad confessionem accedere debetis, videtur cor vestrum coarctari. Vos autem habetis in vno oppido clericum vnum decem annos, qui ferè quotidie cum incolis rixatur, & fortasse quando agricola ad confessionem accedit, nō audet peccata sua reuelare, quia clericus est inimicus suus. O quàm optimum esset, vt hac quadragesima deferretis illuc duos, aut tres sacerdotes, vt confessiones audirent, & vos etiam illos visitaretis, & consolaremini, & cum eis partem aliquam redditiuum vestrorum in eleemosynis consumeretis. Non etenim omnia in malarum tegumentis, & superfluis fastis oportet consumi. O gloriose Paule benedicta sit maiestas illius, qui te tam supernè illuminauit, & charitatis igne inflammauit, vt tantoperè proximos tuos diligeres, & præter corporale illorum remedium, de quo iam diximus, tam solicitè ipsorum spiritualem salutem curares. Notate patres mei, quid gloriosus hic Apostolus in hac re de se ipso dicat. Vbi postquam narrauerat quomodo fuerat in laboribus plurimis, in carceribus, in plagis supra modum, ter virgis cæsus sum (inquit) semel lapidatus sum, ter naufragium feci, &c. periculis ex gentibus, &c. In labore, & ærumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis. In frigore & nuditate, de omnibus his dicit. Præter illa quæ extrinsecus sunt. Præter hos labores (ait) qui sunt extrinseci, & quasi nihil me tangunt, si cōparentur cum ijs, quos in corde meo habeo, scilicet, instantia mea, quotidiana solicitudo omnium ecclesiarū. O diuina verba! ô diuinam exaggerationem! ô diuinum zelum! ô diuinum ardorē amoris in proximos! Hoc est (inquit) quod cruciat cor meum, nempe cura, & solicitudo nō vnius quidem, aut viginti, sed omnium ecclesiarū orbis. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego nō vror? Sic oportet fieri patres mei, non verò qua negligentia animarum salus in his miserrimis temporibus curatur. Nunquid non sunt hæ animæ, pro quibus Iesus Christus mortuus est? Nunquid vos illarum curam non suscepistis? Nunquid ignoratis vos illarum rationem reddituros esse? Quare igitur illas pauperi, & indocto clerico, quem illic constituistis, committitis? Nō solum autem Prælatos, & Ecclesiasticos viros, sed & nos etiam inuicem alijs oportet fauere, & proximorum nostrorum curam gerere. Idcircò dicitur de iustis, Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Arundines profectò vacuæ, & leues, sunt peccatores

2. Cor. 11.

Sap. 3.

3

34 res: iusti autem scintillæ, vt eos in diuino amore inflamment. Et ita in Iob, vbi nos legimus. Homo nascitur ad laborem, Paraphrasis Chaldaica sic habet: finis hominis quasi scintilla. Homo natus est, non vt quiesceret, sed vt quasi scintilla alios cōburat, & proximos in bono accendat. Atque vbi hoc deest securè diabolus negotia sua conficit: Gigas ille Goliath Hebræos ad pugnam prouocabat, dicens. Eligite vobis virum, & descendat ad singulare certamen. Singulos illos, non autem binos prouocabat. Hoc desiderat etiam diabolus vt vos singulos inueniat, sine amico, aut proximo, qui vobis virtutem consulat, quique salutem vestram curet. Cognoscit enim quòd frater, qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma, & iudicia quasi vectes vrbium. Iudicia, & consilia duorum quando cum charitate tractantur, erunt (inquit) quasi fortissimæ seræ portarum vrbis.

Iob. 5. *1. Reg. 17* *Proue. 18.*

35 Dicit clementissimus Dominus huic pauperculo: siquidem hominem non habes, ego ero homo tuus & adiutor.

Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Et statim sanus factus est homo.

O mirificam & admirabilem potentiam optimi Iesu, quam velociter, & in vno instanti vno verbo suo, tanquam verus Deus salutem claudis, & infirmis conferebat, & ad vitam mortuos reuocabat! Eia peccatores confugite ad hunc diuinum medicum, attendite quomodo vos ad salutē inuitat dicens vnicuiq; vestrum: vis sanus fieri? Qualis est infirmus, qui salutem non exoptet? Qualis vinctus, qui libertatem non desideret? Qualis nudus, qui vestem non cupiat? Qualis denique famelicus, qui cibos non expetat? O infelix anima, tu sola salutem negligis. O Deus immor-
36 talis quid hic efficio? aut quid verbis meis conficio, siquidem hæ animæ, quas redemisti ad te non accedunt? Per infinitam misericordiam tuam te deprecor Domine, vt earum corda velis mollire vt ad te verè conuersæ gratiam tuam recipiant, & posteà cælesti gloria perfruantur. Ad quam nos perducas. Amen.

Sabbatho

Sabbatho post Dñicam. I. in Quadrages.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matth. 17.

DIcatur litera vsq; ibi, & resplenduit facies eius sicut Sol In Apocalypsi dicitur q venit Angelus, & dixit B. Ioãni. Veni, & ostendã tibi sponsam vxorem Agni, & sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cælo à Deo habentẽ claritatem Dei. Postquam demonstrati sunt huic sancto Apostolo labores, quos iusti in hac vita toleraturi erãt, ne illis deterreretur elatus est in illum montem excelsum, vt ciuitatem illam sanctam suspiceret, in qua Deus eos, qui in hoc seculo afflicti, & tribulati fuerãt, honoraturus erat. Idem facit hodie Christus redẽptor noster suis sanctis Apostolis, & in illis, omnib⁹ nobis. Dixerat enim illis paulò antea illos oportere propter eũ labores perpeti, & nõ solùm illos, sed omnes, qui eum sequi vellent, & statim ne deficerent voluit illis ostensionem facere præmiorũ, quæ propter illos labores recepturi erant. Hic est mos Dei. Quia sanctus propheta Isaias plurimos labores toleraturus erat: peculiarem quendam fauorem, & subsidium illi Deus mittit, quo illos facilius pateretur, illud scilicet, quod ipse dicit. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatũ. Et Seraphim clamabãt alter ad alterũ, & dicebant, sanctus, &c. Plena est omnis terra gloria eius. Macerabat se sanctus Daniel ieiunijs, & planctu, vt ipse dicit. In diebus illis lugebam ego Daniel trium hebdomadarum diebus, panẽ desiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum. Et ne deficeret, & exanimaretur, misit illi Dominus maximum refrigerium quod fuit. Et ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obryzo. Misit ad illum Dominus Angelum preciosis vestibus indutum, & cingulo aureo succinctum, vt vidẽs, quomodo Domin⁹ seruos suos tractaret, in eius seruitio fulciretur. Sancto Abrahæ præcepit Deus vt eleuaret oculos in cælũ, dicens, Inspice cælum, & numera stellas si potes. Hoc autẽ feci:

Apoc. 21. *Isaia. 6.* *Dan. 10.* *Gene. 15.*

4 fecit,vt videret quo præmio afficiendus esset pro peregrinationi
bus suis. Vt Sathanas homines superet,mediũ, quod assumit est
ostendere eis flores, & gloriam mundi vt apparet in Matthæo.
Cùm arbitrans Christum Redemptorem nostrum purum homi *Matth. 4.*
nem esse,siquidem se ex vna in aliam partem deferri permiserat:
ostendit ei omnia regna mundi,& gloriam eorũ,& dixit ei: Hæc
omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.Ne igitur diabolus nos
post se seculari gloria attrahat,nobis hodie ante oculos proponit
supernus filius Dei gloriam suam,vt illius amore capti omnes se-
culares honores,& glorias despiciamus.

Et resplenduit facies eius sicut Sol. Sanctus Paulus agens de futura
beatitudine,sic dicit:Vmbram enim habens lex futurorũ bono-
rum:non ipsam imaginem rerum,nunquã potest accedentes per *Hebr. 10.*
5 fectos facere.Quibus verbis significat in veteri testamento demõ
stratam fuisse cælestem beatitudinem in vmbra:in lege autẽ gra-
tiæ,non vmbram quidem,sed illius imaginem ostendi. Multum
interest inter imaginem,& vmbram. Vmbra quippe nimis con-
fusè illud ostendit,cuius est vmbra:non assignat peculiares quas-
que perfectiones aut defectus,vt apparet in vmbra hominis,quę
non ostendit distinctè vbi nam sit vultus,oculi,dentes, &c. Ima-
go autem si est vera imago singula quæque distinctè manifestat:
illic apparet vultus physionomia,oculorum pulchritudo,dentiũ
candor,præcipuè si imago sit viua,qualis fuit Angelus ille,quem
vidit Beatus Ioannes qui erat viua imago Christi Redemptoris
nostri,vt illic dicit. Vidi similẽ filio hominis inter illa aurea can-
delabra vestitum podêre,& præcinctum ad mammillas zona au
6 rea:lex ergo vetus non habebat gloriæ imaginem, sed vmbram *Apoca. 1.*
tantum: non enim in ea tam distinctè ostendebantur qualia sint
illa futura bona.Lex autem gratiæ imaginem habet gloriæ. Vis
videre ô anima Christiana viuam nostræ beatitudinis imaginẽ?
Ascende montem Thabor,& aspice Iesum Christum transfigu-
ratum,& gloriosum,hæc etenim est viua gloriæ nostræ imago.O
fratres charissimi quantoperè ad omne virtutis genus excitare-
mur,si perspicacibus oculis,& attenta animi contemplatione di-
uinam hanc imaginem vellemus aspicere?Nõ admiror ego Ægy
ptium, qui vaccam pro Deo adorabat,cum eã semper humi her-
bam carpentem videret,nunquam oculos in cęlum eleuasse.Nec
mirum mihi videtur eos,qui talpas adorabant, & vespertiliones,
tanquam

tanquam Deos venerabantur, cęcos semper incessisse, sicut Deos suos terram fodientes, acquirentes, & ipsam comedentes. Quod autem, cùm talem Deum habeamus, qui ita splendet, quique talem gloriæ, quam nobis daturus est, in mundum nobis imaginē misit: tam obscœni tamen, terrestres, ac cæci incedamus: hoc in maximam admirationem, & stuporem eum rapit, qui tantam in foelicitatem, & amentiã vult profunde considerare. Ne post mundum abeas cælestis tibi gloria ostenditur. Si enim post illũ abieris, eius res te ita inficient, & coinquinabunt, vt ineptus maneas ad cælestem illum splendorem recipiendum. In Apocalypsi dicit
Apoc. 17. Beatus Ioannes se vidisse mulierem quandam, & mulier (inquit) illa circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, & in fronte eius nomen scriptum, Babylon magna mater fornicationum, & abominationum terræ. O rem mysteriosam! Vult dicere hoc fratres mei gloriã mundi, perpolitas vestes, diuitias, & abundantiam matrem, & originem esse omnium turpitudinum, & abominationum, quæ in terra committũ
4. Reg. 5. tur, quibus Dominus magnoperè offenditur. Naaman Syrus plurimas habebat vestes, quas permutaret, & quibus se mutuò indueret, sed plenus erat lepra. Aurum, & bona temporalia non reddũt
Exod. 34. homines splendidos, sicut Moysen, qui cum quadraginta dies ieiunasset, non descendit de monte pallidus, nec macilentus, sed decorus, & splendidus. Ascendite fratres mei in hunc montem Thabor, in hanc viuam imaginem oculos conijcite, gloriam vobis preparatam contemplamini, lentissimè hæc omnia ruminate, & videbitis quales vos postea experiemini.

Ad hanc tam admirabilem, tamque necessariam rem sanctiores, & principaliores Apostolos elegit, atque hos secum duxit. In quo magnos dominos, & prælatos docuit, vt in rebus suis bonos socios quærant, & in consilia sua viros probos adhibeant. In
2. Reg. 8. sacra Scriptura dicitur res quædam (meo videri) difficillima, scilicet,
1 Para. 18. quòd filij Dauid erant sacerdotes. Quomodo potest hoc fieri, cũ filij Dauid non essent ex tribu Leui, sed ex tribu Iudæ, quãobrem non poterant esse sacerdotes? Si autem diceremus Dauid liberis suis sacerdotium vsurpasse, falsum esset: quid ergo significat hoc? Respõdeo quòd significat, aut filios Dauid fuisse sacerdotes, idest, sacerdotum ministeriũ exequutos fuisse, quod est membra cum capite reconciliare, & populum tanquam bonos filios in

pace

10 pace conſtituere. Aut etiam ſignificat Dauid habuiſſe ſacerdotes quaſi filios dilectiſsimos, eoſque ſicut viros ſanctos, & Deo coniunctos dilexiſſe, atque illos in omnibus negotijs ſuis conſuluiſſe. Poteſt etiam ſignificare omnes eos, qui ſacerdotum munere fungebantur, quiq; pacem, ac commune Reipublicæ bonum curabant ab hoc optimo Rege, quaſi filios chariſsimos dilectos fuiſſe. Cauete ne cum illis conuerſemini, qui vos ad indignationem, & diſcordiam cum veſtris excitent. Et ad hoc propoſitum dixit Propheta. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorũ meorum, dicit, in medio, ideſt, in intimo. Nam ſi aliquãdo, ad grauiora mala eius euitanda, hominem iniquum domi veſtræ ſinitis habitare oportet vos diligentiſsime cauere, ne in medio eius, hoc eſt, in corde illius habitet, hoc eſt (vt clarius loquar) ne illum fami- *Pſal. 100.*
11 liarem, aut conſiliarium habeatis, nec negotia veſtra cum homine malæ conſcientiæ tractetis, ſicut dicit hic Dauid ſe feciſſe, ſeq; hominem malæ linguæ cum affectione non aſpexiſſe, nec talem ſuis oculis gratum fuiſſe.

Cum illis præcipuis, & ſanctioribus Apoſtolis aſcendit Dominus in montem, & cum illis, ac coram illis orauit, & orans transfiguratus eſt, vt Sanctus Lucas refert. Atque illo ita transfigurato dicit idem ſanctus Lucas illic apparuiſſe Moyſen, & Heliam. Erant (inquit) Moyſes, & Helias viſi in maieſtate, ideſt, glorioſi. Hic locus eſt admirabilis, affectuoſus, & maxima conſideratione dignus. Certum eſt, quòd Moyſes & Helias in locis, in quibus commorabantur, Anima quippe Moyſi in ſinu Abra- *Lucæ. 9.*
12 hæ, Helias verò viuus in terreſtri paradiſo, non cum maieſtate, & glorioſi commorabantur, ſicut hìc viſi ſunt. De illis enim, qui cum bona conſcientia ante mortem Domini noſtri Ieſu Chriſti ex hac vita diſceſſerunt, aperte ſtatuit Sanctus Paulus, quòd non erant beati, cùm nondum propalata eſſet ſanctorum via. Et ad Hebræos ſic dicit de illis Sanctis Patribus. Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti nõ acceptis repromiſsionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes: quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terrã. Mortui ſunt (inquit) cum ſpe, quòd ſiquidem in hoc ſeculo peregrini fuerãt, Deus illis peregrinationis ſuæ mercedem redditurus erat: & ſiquidem nihil ſeculare diligentes in terra permanentem ciuitatem habere noluerant: illos ad *Hebræ. 9.* *Hebr. 11.*

cæleſtem

cæleftem Hierufalem perducturus erat. Perpendite fratres me
hæc duo diligentisfime: alterum, quòd ex eo quòd peregrini fue
rant magna illa fpes eis dimanabat. Hoc eft, quia omnem amo
rem fuum in Deo, non autem in rebus fecularibus conftituerũt.
Alterum, quòd etfi tam fancti erant, non tamen beatitudinis pre
mium ftatim receperunt, quoufque diuinus redẽptor mũdi mo
tuus eft. Heliam autem certum eft adhuc in corpore mortali viue
re, gloria verò nemini, nifi poft mortem dari folet. Quomodo er
go in maieftate vifi funt. Quòd fi quis dicat ex Chrifti Domin
noftri focietate exteriorem illam gloriam prouenifse: per confe
quens dicendum effet illos tres difcipulos etiam illius gloriæ de
buiffe participes fieri. Quod falfum eft. Quapropter responden
dum eft gloriã illam, & maieftatem illis duobus peculiariter ma
ximo quodam miraculo à Iefu Chrifto redemptore noftro com
municatam fuiffe: vt Apoftoli, & nos etiam in illis videremus a
quantam gloriam, & maieftatem extolluntur illi, qui cum ze
(ficut Helias) & cum legis obferuantia (ficut Moyfes) tali Domi
no feruiunt. Atque idcircò vobis fuperius dixi fratres hunc loc
mirabilem, & affectuofum effe. Non folum etenim voluit Dom
nus coram difcipulis fuis transfigurari, & in fe gloriæ imagine
oftendere: fed voluit, vt illi duo fideles eius ferui, gloriofi etia
comparerent, vt magis ignauiã noftram cõfortaret: & vt cogn
fceretur nõ folum filium Dei quatenus hominẽ gloriofum e
verùm etiã veros eius, ac fideles feruos fempiterna gloria affici
dos effe. Difcamus ergo diuinam legem, quã nobis Dominus d
dit, obferuare, ficut Moyfes illam, quæ fibi à Deo data eft, cuft
diuit, quanquam grauiffima, ac difficillima erat, & illam Dei n
mine tantoperè Hebræis commendauit, vt illis dixerit. Audi I
rael, & obferua, vt facias quæ præcepit tibi Dominus. Eruntq
Deute. 6. verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narra
ea filijs tuis, & meditaberis fedens in domo tua, & ambulãs in
nere, dormiens, atque furgens alligabis ea, quafi fignum in ma
tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, fcribefq; ea in
mine, & oftijs domus tuæ. O admirabiles exaggerationes at
dite quot verba illis dicit, atque hoc tantoperè illis commẽdat
lummodo vt diuinæ legis cuftodiendæ curam haberent. Quan
igitur maiori ratione hæc omnia nobis circa Euangelicæ legis
feruantiam dici poffunt, vt illam in quatuor locis collocemus

co-

16 corde ideſt, quòd illam intimo cordis amore diligamus in ore, ideſt quòd ſæpenumero de ea loquamur, & agamus, ſicut de re, quæ noſtra tanti intereſt: in manibus, ad obſeruandum eam, & ſuper oculos. Quòd ea quaſi conſpicilia ante oculos feramus. Ita vt in omnibus, quæ fecerimus, & viderimus, diuinam legem ſemper ante oculos proponamus, vt ſemper nos illa gubernemus: ſicuti facit, qui conſpicilijs vtitur, qui ad ſingula, quæ viſurus quæque facturus eſt ea ſibi ante oculos proponit. O quantum erat hîc plorandum, atque etiam reprehendendũ, quòd tam procul abeſt diuina lex à cordibus, ore, manibus, atque oculis noſtris, & tamen tam ſecuri, & læti ſumus, ac ſi illam ad vnguem (vt aiunt) obſeruaremus. O maximam infœlicißimorum hominum cæcitatem, qui ſemetipſos tam inaniter
17 volunt decipere.

Non ſolùm autẽ Moyſen in legis obſeruãtia, ſed ſanctum etiã Heliã in diuini honoris zelo oportet nos imitari. Circa quod notate myſterioſam quandam rem, quæ habetur in Geneſi, vbi dicitur. Quòd benedicens ſanctus Patriarcha Iacob tribubus generationis ſuæ maledixit tribui Leui, dicẽs. Maledictus furor eorũ, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael. De hac autem tribu Leui, ita maledicta videte quid poſtea dixerit Moyſes, ſancta quadã benedictione illis benedicens, quãdo Hebræi in deſerto in maximam illam idololatriã inciderunt. In cuius culpæ pœnã dixit eis Moyſes. Hęc dicit Deus Iſrael. Ponat vir gladium ſuper fœmur ſuũ: ite, & redite de porta vſque ad portã per medium caſtrorũ, & oc-
18 cidat vnuſquiſque fratrem ſuum, & amicum, & proximum ſuũ. Fecerũtq; filij Leui iuxta ſermonẽ Moyſi, ceciderũtq; in die illo quaſi viginti tria millia hominum. Cùm autem hanc Hebræorũ ſtragẽ edidiſſent dixit illis Moyſes: cõſecraſtis manus veſtras hodie Dño, vnuſquiſq; in filio, & fratre ſuo, vt detur vobis benedictio. Hanc tantam benedictionẽ illis dedit, quos antea ſanctus Iacob maledictione abiecerat, benedicit (inquam) eis Moyſes eo quod tam pauci cùm eſſent tanta animi conſtantia in maximam illã multitudinem impetum facere auſi ſunt, ipſiq; ſoli diuini honoris zelatores ſeſe præbuerunt. Nã cùm Moyſes vniuerſo exercitui dixiſſet, ſic vt ibidem legitur: ſi quis eſt Domini iungatur mihi, congregati ſunt ad eum omnes filij Leui. Hi ſoli diuinarum

Gene. 49.

Exod. 32.

partiũ defenſores ſe prę̄ſtiterũt, atq; his dixit Moyſes vt gladio
ſuos euaginarẽt, ꝙ protinus illi vnanimiter fecerũt, manuſq; ſua
in proprios fratres, ac liberos propter gloriam Dei, & propter z
lum honoris eius intulerũt. Et ſic digni effecti ſunt, qui benedic
rentur illi, qui antea maledicti fuerant. Vt videatis quanti refe
rat homines diuini honoris præcipuè in rebus difficillimis eſſ
zelatores. O Deus infinitæ maieſtatis (neſcio quo modo hoc di
cam, aut quibus verbis ſatis dignè valeam ampliare) tam tepi
homines tuam infinitam probitatem diligunt, vt nolint, non d
cam parentes contra liberos, aut fratres contra fratres decerta
ſed ne minimum quidem admonitionis, aut reprehenſionis ve
bum pro tua gloria, & honore alij alijs velint dicere, licèt eos i
numerabilia peccata videant committere, quare hoc non ſent
mus fratres mei? Quare non lamentamur, quòd in nobis tam p
rùm amoris, ac zeli diuinarum rerum experiamur? Imitamini
Chriſtiani ſanctum Heliam, cuius verba erant quaſi ignis ard
tiſsimus, & propter honorem, & gloriam Dei proteruorum ſu
plicium poſtulabat: ſi vultis à Domino glorificari.

Dicit etiam Beatus Lucas quòd cũ duo illi viri in illa maie
te exiſterent, dicebant exceſſum eius, quem completurus erat
Hieruſalem. Eodem tempore, quo optimus Ieſus gloria exor
tus eſt, vult, vt ſecũ de cruce agatur, gloria enim crucis eſt fruc
Notate hic rem ſingularẽ, Moyſes legẽ, Helias prophetas, Ie
Chriſtus verò Euãgelium repræſentabat. Loqui igitur Moyſ
Heliam, & Ieſum Chriſtũ redemptorem noſtrum de cruce ſi
ficat legẽ, Prophetas, & ſanctũ Euangelium omnes de cruce
re. Quòd cùm ita veriſsimum ſit fratres chariſsimi, à quo vos
ciſtis voluptates, quas tanto ſtudio, ac tanta animi cõtentione
Iſai.3. quiritis? Iſaias dicit. Erit pro ſuaui odore fætor: & pro zona fu
culus, & pro criſpãti crine caluitiũ: & pro faſcia pectorali, cilic
hoc eſt, omnes voluptates, & deliciæ corporales, in ę̄ternum t
Hiere.9. mentum, ac confuſionẽ tibi cõuertentur. Et Hiere. dicit. Ecce e
cibabo populum iſtum abſynthio: & potum dabo eis aquã fel
Et iam antea reddiderat huius rei rationẽ dicens: quia non au
runt vocem meam, & abierunt poſt prauitatem cordis ſui, & p
Baalim. Comedentes (inquit) & bibentes, & mille turpibus v
Amos.4. luptatibus ſe tradentes à me receſſerũt. Et Amos affirmat turp
ſimas iſtas carnes, quibus tãtoperè indulgetis in feruẽtes ollas
imi

22 immittendas. Leuabunt (inquit) reliquias vestras in ollis feruētibus. Eia ergo, ò miseri atque infœlices peccatores quare non animaduertitis vos has voluptates transitorias æternis tormētis esse soluturos, nisi eas abijciatis, & amodo in via crucis ambulare incipiatis? Breui quodam tempore, quo Dñs in hac mortali vita sanctissimum corpus suum gloriosum esse voluit, etiam tunc de excessiuis tormentis, & acerbissima morte, quam passurus erat loqui voluit. Tu vero ò infelix nullum vnquam in toto vitæ tuę tempore laborem vis perferre, nec saltem recordari, te aliqua die moriturum, atque ista omnia aliquando tandem esse finienda? Cōsidera peccator quomodo peccata tua effecerunt, vt sanctissimum illud corpus tota illa gloria, quam Dominus in sua transfiguratione demonstrauit, toto vitæ suę tempore careret. Vt enim
23 pro illis solueret gloriam animæ Dominus suspendit, & ita corpus sacratissimum passibile, & mortale remāsit. Quare ergo modicū aliquid afflictionis propter illum non patieris, qui propter te tot tantosque labores tolerauit? Satis apertè significas te non esse sectatorem Christi. Dicit enim Beatus Paulus. Qui Christi sunt carnem crucifixerunt cū vitijs. Notate illa verba, qui Christi sunt. Notate etiam carnem, & vitia in pœnitentiæ cruce vires suas amittere. *Gala. 5.*

Respondens autem Petrus dixit ad Iesum, Domine bonum est nos hic esse. Si tam gloriosum se Dominus ostendit, cū gloriam corporis sui tantummodo demonstrarit, quid esset, si animi sui gloriam reuelasset? Quid autē esset, si diuinitatē suam (quod est totum bonū) declarasset? Tunc maiori ratione diceret. B. Petrus. Dñe bonum
24 est nos hic esse. Idcirco rogabat Dauid, dicens. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Quando B. Petrus. Dominum gloriosum vidit, dixit Bonum est nos hic esse, in tempore passionis, quum eum vidit à cohortibus apprehendi quasi pusillanimis fugam arripuit. O quam crebro omnibus fere nobis hoc contingit, nō enim amplius in Iesu Christi societate, & in illius sectatione perseueramus, nisi quandiu nos consolatur, ad laborem autem accedentes statim terga vertimus, & illū deserimus. Beatus Petrus etsi illum dereliquit, statim reuersus est: nos verò ita ex animo illum destituimus, vt nunquam reuersuri videamur. De quibus dicit Oseas. Væ eis quoniam recesserunt à me: reuersi sunt vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus. O elegantem *Psalm. 41.* *Osea. 7.*

metaphoram. Væ (inquit) illis, qui me dereliquerunt, vt qui 2
bruta animalia sine iugo viuerent: & de prato in pratum herbas
carperent. Facti sunt quasi arcus dolosus. Arcus dolosus & fallax
versus vnum locum sagittas dirigere videtur, & illas versus locū
contrarium conijcit. Sic sunt Christiani reprobi quasi arcus dolo
si, nā in aspectu, habitu, verbis, in audienda missa, & prædicatio
ne cælū videntur expetere, & illac tela sua dirigere: cū tamen il
la versus infernū dirigant. Væ eis. O quā affectuosum verbū, &
quā acuta sagitta ad corda feriēda, si homo sensum nō amisisset.

*Adhuc eo loquente, ecce nubes, &c. Hic est filius meus dilectus ipsum au-
dite.* O benedictum tale verbum, O benedicta & glorificata sint
æterni patris viscera, qui tantum præceptorem nobis immisit. De
dit nobis dilectissimum filium suum redemptorem, & doctorē 3
& illi vult, vt nos obediamus diuinam eius legem obseruantes.
Hæc omnia dicit B. Ioannes sanctum Baptistam antea mundo
Ioan. 1. prædicasse, cum dixit: de plenitudine eius omnes accepimus gra
tiā pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per
Iesum Christum facta est. De plenitudine eius, idest, per meri
August. super Ioan. Christi receperunt, & recipient omnes qui iustificandi sūt
gratiam iustificantem. Si quidem autem dicit paulo post gra
tiam pro gratia, quam aliam gratiam ex eo accepimus præter
gratiam iustificantem? Beatus Augustinus super hunc locum di
cit ipsum sanctum Ioannem se declarasse, cum dixerit, & gratia
pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & veritas &c.
idest, quod præter gratiam iustificantem etiam per eum aliā
nouam gratiam pro veteri accepimus, quæ (vt, S. Chrysostom. 3
Chrysost. declarat) est lex noua pro veteri. Vocat autem vtramq; legē gra
tiam, quia vtraque fuit gratia, & donū Dei, etsi lex noua fuit mul
to præstantior gratia, quā vetus. Atque vt discrimen constitue
inter seruū Moysen, & vniuersalem rerū omnium Dñm Iesum
Christum, dicit gratiam illam legis datam fuisse à Deo per Moy
sen, & gratiam, & veritatē per Iesum Christum factā fuisse. Nō
dicit datam, sed factam, tam gratiam, quam veritatem, quod est
Euangelium. Nā Christus quatenus Deus prioris gratiæ est cau
sa efficiens, & quatenus homo est causa instrumētalis, & merito
ria. Et idem est de posteriori gratia, quod est Euangelium. Quan
do autem Euangelium dicitur veritas, sicut hic, non accipitur pro
veritate, prout est contraria falsitati: nam in hac significatione

28 etiam lex vetus fuit veritas. Sed accipitur veritas prout ponitur contra figuram, & quasi delineamentum: quia lex noua est quæ per veterem figurabatur, id est, est veritas illius delineamenti. Hæc igitur lex facta per Iesum Christum, in quo æterno Patri bene complacuit; est, quam præcipit obseruare, obediendo illi in omnibus, quæ in illa decreuit, & præcepit.

Et audientes discipuli ceciderunt, &c. Accessitq; ad illos Dominus & eos benignissime tangẽs dixit eis. *Surgite nolite timere.* Ipse enim solus est, qui ex animis nostris timorẽ expellit, & per quẽ securus nobis patet aditus ad patrem, nam sua iustitia iniustitiam nostrã tegit, & suis meritis demerita nostra operit, si nos ex illis fructum velimus accipere. Sic affirmat. B. Paulus, cùm dicit: ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & paulò post: & veniens euangeli- *Ephes.2.*
29 zauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacẽ his, qui propè, quoniã per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrẽ.

Ex toto hoc euangelio verbum vnum prætermisi, vt de eo nunc agerem: quod est apud sanctum Lucam dicentem. Et facta est dum oraret species vultus eius altera. Voluit Dominus orans transfigurari, vt nos doceret, vnum ex necessarijs medijs ad trãsfigurationem nostram esse orationem, considerationem, diuinarumque rerum contemplationem. Omnes ita desigurati sumus, vt visu simus miserabiles. De Babylonicis lamentabatur Isaias, dicens, Facies combustæ vultus eorum. Quòd si hoc in Gentilibus Babylonis lachrymabile erat: quantò magis erit in Christianis Ecclesiæ Catholicæ? quòd in nosmetipsos tam immanes simus, vt nobis ignem applicemus, & nos comburamus? Suetonius
Luca.9. *Isai.17.*
30 Tranquillus in vita Neronis, narrat crudelissimum illum hominem, cum Homerum Troiæ incendium referentem legeret, dixisse. O quis Troiam inflammatam vidisset, & dicit illo desiderio concitatum Romam vndique iussisse inflammari, vt sic appetitui suo satisfaceret. Nonne hanc amentiam maximam iudicatis? Fuit vtique insania maxima, quòd tam præstantem, ac locupletem vrbem, tot tantisque, ac tam sumptuosis ædificijs adornatam, & diuitijs plenam vellet concremare, vt vni tyrannico, & effrænato appetitui satisfaceret. Animaduertite ergo quàm obstupenda sit amentia, atque immanitas vestra, quia cum anima vestra Dei gratia locupletata, tota Roma, atque etiam vniuerso mundo sit multò pretiosior, vt appetitui vestro satisfaciatis mor- *Suetonius Tranquil.*

tale peccatum committitis, quo eam inflammatis, atq; eius diui
tias comburitis: nec tamen hoc admiramini sicut Romam cum
omnibus eius diuitijs inflammatam admiramini: nec quidem il
lud animaduertitis. Atque hoc ex eo præsertim prouenit, quod
pluris corporalia quàm spiritualia æstimatis. O quam merito
Thren.4. possemus lachrimari idem, quod Hieremias lamentabatur, di
cens. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicun
diores ebore antiquo: Sapphyro pulchriores. Denigrata est su
per carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. O qui
ad simile repræsentat hoc, quod nũc agitur Et quàm proprie si
nificat quales fuerint olim Nazaræi, Deo consecrati Christian
quales verò nunc sint. O sancta Dei Ecclesia, qualis quam deco
ra quondam eras, quomodo sacerdotes tui castitate rutilabant
passionesq; suas mortuas, & quasi niuem frigidas possidebant. O
quàm prudentes erant literati tui, quam nitida, ac syncera doctri
na vniuersum mundum lactabant. Prælati verò quàm constan
tes, & candidi sicut ebur, & præ desiderio patiendi martyrium ru
bicundi. Et Christiani quasi Sapphyrus cælestis coloris, potius
enim cælestes, quàm terrestres esse videbantur. Inuasit autem i
te ignis, & quã plurimos reddidit carbonibus nigriores. Nullu
etenim est nigrior, neq; deformior carbo, quàm anima in letha
peccato existens. Et quemadmodum carboni facillimè ignis a
plicatur, quia est disposita materia, à qua omnis humor expulsu
est: ita anima peccato infecta, est disposita (quia est gratiæ hum
re exsiccata) vt illis æternis ignibus concremetur. Cùm ergò ta
desigurati, & deformes sitis ad transfigurandum vos, atque vt e
nigris candidi, & decori in conspectu diuinæ maiestatis effic
mini longè maximè necessaria est meditatio, & consideratio: i
illa enim peccatorum grauitatem cognoscetis, & damna in qu
incidistis, periculumque, in quo constituti estis, animaduertet
& cognoscentes scelerum vestrorum magnitudinem, maximo
lorum dolore compungemini, & cum cordis lachrymis, & firm
simo emendæ proposito orabitis, & à diuina maiestate veni
exposcetis: ipse autem pro sua infinita misericordia vobis ign
scet, gratiamque suam, & postea gloriam concedet. Ad quam n
perducat, Iesus Mariæ filius. Amen.

Domini

1 Dominica. II. in Quadragesi.

Assumpsit Iesum Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matt. 17.

COMPERTVM Est Dei cognitionẽ totius boni nostri esse principium, & originem. Atque hoc significat quòd loquens Christus redẽptor noster *Ioan. 17.*
2 cum æterno patre dixit. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Et quanuis nonnulli doctores testimonium hoc adducunt ad probandum beatitudinẽ in beatifica Dei visione consistere, & quòd sit actus intellectus & non voluntatis, tamen sancti patres Cyrillus, Hilarius, & Ambrosius, in huius loci expositione apertè affirmant non esse intelligendum hoc dè gloria, sed de fide, tanquam de radice, à qua æternæ vitæ fructus proficiscitur. Nã quando Dñs verba illa dixit, rogabat patrem, vt illum coram hominibus clarificaret, idest, vt homines faceret cognoscere se naturalem eius esse filium: & rationem reddens dicit quia hæc est vita æterna, vt cognoscant te. &c. In hac enim cognitione consistit initium humanæ beatitudinis, & vitæ æternæ consequendæ, scilicet, vt credant homines, & cognoscant, tres diui-
3 nas personas, quæ sunt vnus Deus. Atque ideò vnum ex maximis beneficijs, quæ Christus redemptor noster in nos contulit, hoc fuit quôd nobis sui ipsius cognitionem præbuit, vt cognoscremus illum esse filium Dei. Vnum autem ex operibus in quo hanc nobis notitiã confirmauit, fuit eius admirabilis transfiguratio. Atque vt hoc intelligatur notandum est, quòd primum opus æterni patris est seipsum figurare. Est autem tam primum hoc opus, vt principio careat. Hæc figuratio est, quòd penicillo sui diuini intellectus habens coram se suam essentiã à semetipso sui imaginem produxit, & producit, qui est eius filius. Itaq; filius est imago patris in quo est ipsa eiusdem patris substãtia. Et sic æqualis est imaginis, & pictoris maiestas: pictor enim est Deus, imago

Cyrillus super Ioan. de fide ad reginas.
Hila. libr. de patris & filij vnitate
amb. libr. 2. de offi. c. 2.

etiam est Deus, & tam æterna est pictura, quàm pictor. Itaque in omnibus filius est æqualis patri. Et ita dicit Beatus Ioannes. *Ioan. 1.* Vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à patre. Illud quasi non significat illic comparationem, sed identitatem, idest, vidimus gloriam eius, (*Aosadas, como hijo de tal padre.*) Cùmque Deus hanc sui imaginem in mundum vellet immittere, quia homines non possent præ nimio eius splendore in illam oculos conijcere, vt aliquo modo illa possent perfrui, misit eam æternus pater cooperatam. Habuit se Deus in hoc sicut pictor, qui exactissimam *Simile.* imaginem tabula cooperit, & in tabula aliam minus perfectam depingit, quæ non tantam affert admirationem. Sic æternus pater filium suú misit, qui est eius figura, humanitatis tabula opertum, in qua humanitate est exterior imago depicta, quæ est hominis essentia. Cumque vnigenitus Dei filius cum illa communi hominis figura in mundo incederet, admirabantur Angeli exteriorem eius imaginem contemplantes, & dicebant. Verè tu Deus absconditus. Homines verò, qui rudi, & obscura oculi acie diuina perspiciunt, nullam aliam præter exteriorem figuram in Christo redemptore nostro esse arbitrabantur. Vt igitur ipse Dominus admirabile hoc mysterium illos erudiret: transfiguratus est ante eos.

Transfigurari est ab humana figura ad diuinam accedere, non tamen humanam relinquendo, idest, rutilum, & gloriosum corpus ostendere ea gloria, quæ ex anima dimanauit, qua gloria predita erat anima quia verbum diuinum videbat, & illo fruebatur, quo eius sanctissima humanitas suppositata erat. Et idcirco dicit Sanctum Euangelium, *Transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut Sol.* E notandum est quòd in hoc admirabili opere antiquum quoddam miraculum cessare fecit, quo gloriam suam continebat, quo minus in corpus deflueret. Naturale est enim gloriæ in anima existenti versus corpus defluere. Et quemadmodum *Simile.* maximum esset miraculum maximi alicuius fluuij aquam detinere quominus deorsum deflueret: ita fuit maximum miraculum animæ gloriam suspendisse, vt in anima suspensa teneretur, ne in corpus transiret: vt sic passibilis cum esset propter nos labores & mortem posset perferre. In quo ineffabile nobis beneficium collatum est. Quando Hebræi in terram promissionis iter faciebant *Simile.* opus erat illis mare rubrum pertransire. In quo singulare beneficium

7 cium à Deo acceperunt, vt enim tuti, & per aridum transirent, fecit Dominus vt aquæ retrorsum reuerterentur contra propriã, & naturalem earũ propensionem. Ita necesse fuit quòd vt Christus redemptor noster moreretur, & nos per rubrum passionis, & mortis eius mare transiremus, & ad cælestem beatitudinẽ perueniremus animæ gloria detineretur quominus ad corpus deflueret. Hodie autem suspensionem illam sustulit, illudque continuum miraculum, quod illic continuò fiebat, pro tunc cessare fecit: cumque in natura sua gloriam desineret, ex anima in corpus dimanauit. *Et resplenduit facies eius sicut Sol*. Beatus Augustinus sic dicit: Claritas corporum in gloria beatorum procedit ex beatitudine animæ sicut laterna ex natura sua est opaca, & obscura, si tamen introducatur in eam candela ardens incipiet splendere, non *August. in epist. ad Dioscorum.*
8 ex natura quidem sua, sed propter candelam, quæ intus inclusa est: sic splendet corpus propter gloriam, qua prædita est anima, quæ in ea latet. Atque hæc lux, & splendor illius sanctissimæ animæ quæ antea totum splendorem in se suspensum retinebat, hodie sacratissimum corpus clarificauit, ac splendidissimum reddidit. Vir nobilis quãdo iter facit suas pretiosas vestes in folliculo, *Simile.* Hispanicè (*Maleta.*) custoditas, & inclusas defert. Y *vistese vna Esclauina*. quæ est vestis viatoria. Quod si aliquem locũ accedat, vbi aliqua festiuitas celebratur, ab amicis suis rogatus iubet folliculum solui, & vestes suas pretiosas induit, sicut personam suam decet. Ita Christus redemptor noster quia erat viator pretiosam gloriæ vestem in animæ folliculo deferebat inclusam, corpusq; suum viatoria mortalitatis veste induerat. Vt autem cum amicis
9 suis in monte Thabor festiuitatem celebraret, soluit folliculum animæ suæ, & gloriosis, ac splendidis vestibus corpus suum induens ex viatore vir vrbanus, & perpolitus efficitur.

Valdè notandum est, quòd vnigenitus filius Dei in mundum venit, non solùm vt nos peccati seruitute vindicaret, verùm etiã vt nobis legem præberet, & pro eius obseruantia æternam gloriam promitteret, atque etiam vt nos comminaretur æternis inferni supplicijs, nisi ipsam obseruaremus. Primum manifestè apparet ex eo, quod antea dixerat Hieremias cum illius nomine loqueretur: Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris. Aduertite (ait Dominus) quã *Hierem. 31.*

do conficiam, & consummabo cum domo Israel, & Iuda, hoc est cum illis, qui Dominum cognoscent, ipsumque Deum, ac Dominum confitebuntur (hoc enim significat Israel, & Iuda) & tunc vltimam manum imponam rebus illis, quę eis promisi, ita vt nihil amplius desiderare velint, idest, faciam testamentum nouum non secundum illud, quod feci cum patribus eorum, sed longè pręstantius. Sanctum Euangelium nouum fœdus appellat in comparatione illius veteris: illud autem dicitur vetus, non solùm quia huic præcessit, sed etiam quia in illo pollicebatur Deus bona
Esai. 1. quæ veterascunt, quæ sunt terrestria sicut dixit per Esaiam. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Euangelium verò dicitur nouum testamentum, quia in eo testatur Deus, & nobis pollicetur bona cælestia, quæ semper sunt noua, nec vlla vnquam temporum diuturnitate veterascunt. Septem millia annorum sunt ex quo Angeli Deo perfruuntur: & nunc se tam nouos sentiunt, acsi hic esset primus dies, in quo diuina maiestate frui cœperunt. Itaque in illo testamento bona quidem mobilia: in hoc autem immobilia legauit, quæ Hispanè dicuntur (*bienes de rayz.*) Atqueita in toto Euangelio vbicunque nobis aliquid præcipitur, statim pro eo æterna beatitudo promittitur. ¶ Circa secundum, hoc est circa comminationes non est quare nimis timoremur, cum etiam illis in Sancto Euangelio passim improbi terreantur. Quod cùm ita sit quænã est causa, cur Iesus Christus filius Dei in transfiguratione sua viuam quandam gloriæ imaginem demonstrauerit, nec tamen toto vitæ suæ tempore inferni exemplar ostẽderit? Optimum atq; vtilissimum fore videretur si nobis miserrimum quendam viuis flammis ardentẽ, vt in inferno patitur, ex damnatis, ostenderet, sicut beatũ vt glorię fruitur nobis ostendit. Dico Deũ sua admirabili prouidentia ita fecisse quia amore potius, quàm timore nos in cælũ perducere conatus est. Et ideò cùm hominibus in habitationem terrã concederet, voluit elementa, quæ sunt inter nos & cælũ (sicut aerem, & ignem) esse transparẽtia, ne cæli visionem nobis impedirent, sed vt illud crebrò intueremur, & intuentes illud optaremus Terram autem & aquam crassa, & densa elementa effecit, quò nobis impedimento essent, quominus infernum videremus. Nõ quòd timor sit malus, sed quia si illum realiter cerneremus, ita timore perculsi, & stupefacti incederem⁹, vt nihil perfectũ facere sciremus. Et ita

13 nos amore vult deducere, qui est melior, quàm timor, nec animã perturbat, imò potius illã in bonis operibus viuificat. Aperite igitur oculos fratres charissimi, & crebrò cęlũ suspicite, & pro illo sępissimè suspirate. Si enim exterior hęc superficies, quã homines in hoc seculo videmus tanta pulchritudine exornata est qualem oportet esse splẽdorẽ, qui interius latet? Idcircò dixit Deus: Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Manna absconditum vocat gloriam, quia nemo scit dicere, aut intelligere quomodo sit. Manna, idest, manhu, *Apoc.1.* quod vult dicere: quid est hoc? tam magnum quid, tamque admirabile est gloria, vt cùm semper æternis illis bonis beati perfruantur, nihil in ore suo præter admirationem habeant: & idcircò
14 gloriam appellat manhu. Dicit vlterius: & dabo illi calculum candidum. Quondam Romani prosperos annos albis lapidibus, infœlices verò nigris calculis numerabant. Atque ad hoc alludens promittit se victori calculum candidum esse daturum, quod in cælesti beatitudine nullus erit calculus niger, sed omnes erunt candidi, & erit perpetua vna fœlicitas, & delectatio absque vlla molestia, aut infortunio: & in hoc calculo candido, hoc est in hac perpetua fœlicitate, scriptum habebit nomẽ quoddam, qui est firmissimus, ac tutissimus quidam honor (hoc enim significat: scriptum in calculo) talis autem, tantusque erit hic honor, vt à nemine nisi ab ipsomet possessore possit intelligi. O sancte Deus, Si hæc assidua animi contemplatione voluerem us, quam dispari ratione, ac viuimus, viueremus. Nunquid fieri po-
15 test quòd possit homo rationalis tãta solicitudine res tam inanes, & caducas, vt sunt terrenę, inuestigare: res autẽ cælestes, quę maximè necessarię sunt, obliuione tradere, & illarũ penitus esse immemorẽ? Hoc profectò ex eo proficiscitur, quòd cum maximo animi affectu in cælũ oculos non extollat. O anima Christiana eleua cor tuum, & perspicacissimis oculis sponsum tuum Iesum Christũ in duobus mõtibus intuere, in monte, scilicet, Caluariæ & in monte Thabor. Contemplare illum in monte Caluarię tot tantisque doloribus affectum, flagellatum, vulneratum, suo proprio sanguine cruentatum, latronibus circundatum, contemplare etiam sanctissimam eius matrem mœrore maximo confectam, quæ sacratissimũ filij pectus ineffabili dolore penetrabat.

Postquam

Poſtquam autem in hoc monte ſpiritum tuum doloris pane pau-
lulum paueris, transmigra in montem ſicut paſſer, proficiſcen-
ad montem Thabor, & illic tantæ gloriæ conſideratione reſpira-
bis. In monte Caluariæ videbis, quid te ad illius amorem com-
moueat, in mõte verò Thabor aſpicies, quid te ad illius deſideri
inflammet.

Et apparuerunt illis Moyſes, & Helias cum eo loquentes. Alter horum
virorum venit ex ſinu Abrahæ, vbi ſancti Patres commoraban-
tur, alter verò venit ex paradiſo voluptatis. In quibus præcipu-
duo ſtatus figurantur, in quos vniuerſalis Eccleſia diuiditur, ne-
pe Eccleſiaſticus, & ſecularis. Per Moyſen venientem ex ſin-
Abrahæ, vbi ſancti patres in ſublimiori contemplationis ſtat-
quam qui in hac vita haberi poteſt, occupati ſunt, Eccleſiaſtico-
rũ ſtatus repræſentatur, qui deputati ſunt vt in ſpiritu, & diuin-
rũ rerum contẽplatione ad Deum accedãt. Atq; vnum quen-
in Eccleſia Dei quaſi in ſinu Abrahæ cum recollectione, & vi-
puritate oportet viuere: & debent ſinguli Eccleſiaſtici eſſe ſic-

Deut. 18. Moyſes, qui populo ſuo ſummoperè auxiliatus eſt. Idcircò pr-
piebat Deus dicens: Hoc erit iudicium ſacerdotum à populo, &
ab his, qui offerunt victimas ſiue bouem, ſiue ouẽ immolabun-
dabunt ſacerdoti armum. Quare Domine non pedes, aut cap-
ſed quartam partem anteriorem victimę, in qua eſt brachium,
manus illi dari præcipis? Hoc fecit vt ſignificaret quodnam op-
tet eſſe officium ſacerdotis in populum. Quandò populus lap-
fuerit, debet ſacerdos illi manum porrigere, & eũ vita, verbi-
doctrina ſua ab hac ruina ſubleuare. Atque vt hoc ſignificaret
cipiebat brachium, & manum animalis, quod populus immo-
bat. Helias, qui venit ex paradiſo terreſtri, vbi nuptiæ inſtitu-
ſunt, ſecularẽ coniugalium ſtatum deſignat. Hic enim ſtatus m-
ritò paradiſus voluptatum appellari poteſt, dummodo illo ho-
nes benè vtantur. Verùm ò fratres vtinam vos in hoc parad-
non deſtruatis, nec peccetis, ſicut peccauit Adam qui (vt ait B-

Auguſti. tus Auguſtinus) peccauit ne contriſtaret vxorem ſuam. Ne-

Simile. quaſi equi peſſundatores, qui cum ad torrentem bibituri ac-
dunt tantum manibus peſſundant, vt, cum poſſent aquam cla-
& mundam bibere, illam turbidam, & obſcœnam bibant. Ta-
ſunt plurimi ſeculares, qui cum claram humanarum volupta-
aquam poſsint bibere, tantum volunt peſſundare, vt illam t-
bib-

19 bidam bibant. Interrogauit quidam fratrem religionis nostræ di
cens: Pater poterit quisquam cum suamet vxore peccare? cui ille
sanctus respondit: Dic mihi poterit quisquam suæmet cuppę vi-
no inebriari? quis dubitat? Vos intelligite fratres, non enim am-
plius hoc declarari potest. Vt imini mundè, & sanctè statu, quem *Isai.38.*
habetis, vxoribus vestris fidelitatem obseruantes. Videte quid
dixerit optimus Rex Ezechias: De mane vsq; ad vesperã finies
me, idest vita hominũ breuis est. Quid igitur ex hoc sequitur? si
cut pullus hirundinis sic clamabo. Hũc instinctum habet hirũdo
quòd nunquam construit nidum suum extra domum. Sic opor-
tet esse bonum virũ, qui matrimonio alligatus est. Debet domi
suæ nidificare, non verò in domo concubinæ, & debet vxori suæ
debitam fidelitatem obseruare: siquidem vita tã breuis est, vt de
manè vsque ad vesperam finiatur. Si vterq; horũ statuum ita vi-
20 xerint non dubitent quin in gloriosa Domini nostri Iesu Christi
societate sempiterna gloria perfruantur. Atq; ad hoc significan-
dum voluit vt hi duo sancti apparerent. ¶ Etiam hi duo peculiari
ter apparuerunt, quia Pharisęi dicebant Christum redemptorem
nostrum legis, ac prophetarum esse transgressorem. Veniant igi
tur Moyses legis dator, & Helias Propheta zelator maximus di-
uini honoris, vt sicut amici maximi non verò sicut inimici cum
eo conuersentur, & gloriosa eius transfiguratione perfruantur.

Et loquebantur (ait B. Lucas) de excessu, quem completurus
erat in Hierusalem. O verè excessum maximum, ò ectasim po- *Luc.9.*
tẽtissimam, quòd Deus pro hominibus moriatur, Hic excessit sy
nagoga in atrocitate sed lõgè maximè excessit patientia & amo-
re ipse Dominus, qui passus est. Tantus fuit excessus hic nempè
21 Deum hominem fieri, vt B. Paulo ad agendum de illo verba de-
fuisse videantur. Et ita dixit ad Philippenses: semetipsum exina *Philippen.2*
niuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus.
Exinaniuit se, idest exhausit se Deus (si ita dici potest.) Quan-
do quis dedit omnia quæ habebat, dixit omnia, quæ sciebat, &
fecit omnia, quæ facere valebat dicitis. Exhaustus est ille hoc est
(*Agotado se ha*). O admirabilẽ rẽ, ꝙ de Deo dicatur quòd exina
niuit se, se exhausit, quia dum homo factus est dedit omnia, quæ
habebat, cum semetipsum dederit, quid plus dare poterat? fecit
opus infinitæ sapientiæ & fecit opus infinitæ potentiæ. Et in
hoc sensu dicitur Deus se exinaniuisse, & exhausisse. Si ergò tan

tus

tus excessus fuit, Deũ hominem fieri, maiori ratione dici pote 25
excessus, qđ hoc nõ cõtẽtus pro hominibus mortuus fuerit. At
etiã dicitur excessus, qđ Deus pro tã malis, ac miseris homini
vt nos sumus, mortuus fuerit. In hoc autẽ excessu defectus, &
gratitudo nostra maximè reprehẽditur, qđ tã tardos, & neglige
tes nos in illius ministerio præbeamus, qui in nos beneficia cõ
rẽdo tantoperè excessit. O Christe reparator vitę, animarũq;
strarũ amor dulcissime quomodo sanctissima mors tua non e
appellãda excessus, cũ pro tã ingratis hominibus, & qui te tãp
rũ diligimus, passus fueris? & (quod pei⁹ est) qđ cũ in tui amo
& seruitute tãtoperè deficiamus, in his omnibus, quibus offe
Isai. 49. ris summopere excidimus. Quando Isaias maximã synagogę
seriã significare voluit: tria dixit ei⁹ nomine, scilicet. Ego ster
transmigrata, & captiua, Transmigrata, idest, à limitibus suis 26
stracta, hoc aũt in medio sterilitatis, & captiuitatis collocauit.
profecto sunt christianorũ ærumnæ: qui quia alij nimijs faui
alij varijs perpolitarũ vestiũ generibus, alij amplissimo famu
rũ comitatu, alij maxima exquisitissimorũ ciborũ abũdãtia,
ludis, alij deniq; alijs immoderatis sumptibus terminos suos
gressi sunt: steriles efficiuntur, ita vt ne minutũ quidem habe
quod pauperibus largiantur: nõ enim multo plures diuitiæ;
habent, inordinatis eorum excessibus possent satisfacere. Et
ter hoc quod steriles manẽt: eorũ etiam, quibus pecunias de
captiui efficiuntur, cũ eis non possint soluere. O infœlix pe
tor, quãtumuis enim nobilis, ac illustris sis propter excessus t
non solum sterilis effectus es, ita vt nullum bonum possis al 27
facere: sed etiam sartoris, sutoris, lanij, & mercatoris captiuus
ditus es, omnibus enim debes, & omnes ceruicem tuam pede
culcant, & merito quidẽ te fatigant, vt illis persoluas. Maxi
Simile. igitur excessus fuit Dñm Iesum talẽ mortẽ pro talibus hom
bus pati. Inter vos magnũ liberalitatis opus esse iudicatis, q
eques equũ suũ periculo offerat, vt hominẽ aliquẽ à tauri co
bus liberet, sinit enim taurũ in equum suũ ictum immittere
hominem interficiat: aq; hoc quasi maximũ aliquod factũ ex
geratis. Obtulit autẽ Deus vnigenitũ filium suum periculo, v
fernalis taurus ictum futoris sui in illum mitteret, quò ab ei
nibus miserrimum hominem liberaret. Hoc autem nescitis
mare, nec pro illo dignas gratias Deo agere, præsertim cu

ex

25 excessiuum beneficium sit, & tam indignis hominibus factum. *Matth. 5.*
Respondens autē Petrus, &c. Dñe bonū est nos hic esse. Quid sancte Petre, nescis, quod nemo accēdit lucernā, & ponit eā sub modio, sed super cādelabrū vt luceat omnib⁹, qui in domo sunt? Ne scis lucernā, & paschalē cereū mundi esse Iesum Christum filium Dei? cerā, scilicet eius virginale corpus, lychnū sanctissimā animā, ignē autē diuinitatē eius esse ignoras? Nec rationi consentaneū erat quod cùm in mundū venerit, vt illū clarificaret, & redimeret, eū obscurū relinquēs in monte Thabor lateret. Sed quod in crucis candelabro poneretur, atq; ibi sacratissimi eius corporis cera liquefieret, pretiosum sanguinem suū effundens, vt nos illuminati, & redēpti maneremus. Cùm S. Petrus in voluptate illa, & gaudio spirituali cōmoraretur, nullā de vniuerso mundo, aut
26 de defunctis purgatorij, aut de vinctis, & captiuis seculi rationē habebat. Discite hinc fratres mei, ne in heredib⁹ vestris speretis, nā cū se hereditate cōtentos, & gloriosos animaduertāt nihil illorū intererit, licet vos in purgatorio cōmoremini. Discite etiā ex Dño Iesu dicēte: Te autē faciēte eleemmosinā, &c. Nō dixit. Te autē testāte. Docēs in hoc, quod tu ꝓprijs manibus debes curare substantiā tuā in pauperes diuidere, & facere omnia bona, quę poteris. Si tu in te ipsum nō habes misericordiā, arbitraris heredem tuū maiori misericordia tecū vsurū esse, quā tumetipse vsus es? O cæce, es tu tibi ipsi crudelis, & vis alios erga te misericordes esse? Ne in ista vana fiducia innitaris, sed aduerte, quod te docet Spiritus sanctus dicens: Ante mortē benefac amico tuo, & secundū vires tuas exponens da pauperi. Caue frater ne sis amēs, ne arbitre- *Ioan. 1.* *Matth. 6.*
27 ris filiū, aut amicū tuū te plus dilecturū esse, quā tu temetipsum dilexisti. Neq; verò hæc admonētes te in hora mortis testamentū facere prohibemus. Sed vt illud facias summopere cōsulimus.

Dicit amplius B. Petrus: *Faciamus hic tria tabernacula, &c.* Hęc dixit cōsiderans, se duosq; socios suos cū Dño in ei⁹ tabernaculo cōmoraturos esse. Quid? sancte vir nō recordaris fratris tui Andreę? Attēdite quid ꝓsperitas efficiat. Andreas, Petrū ad Dñi cognitionē adduxit, nūc verò Petr⁹ in ꝓsperitate cōstitutus benefactoris sui obliuiscitur. O quoties hoc in palatijs, & regū curijs, ac magnatū dominib⁹ cōtingit, ꝙ qdā à terrę puluere suscitati, & in autoritate cōstituti statim eorū obliuiscūtur, qui eos in illū dignitatis gradū euexerūt. Idcircò dixit Hieremias, Maledictus hō, qui cōfidit *Eccles. 14.* *Hiere. 17.*
in

in homine, qui ponit carnẽ brachiũ suum. Nõ solũ autẽ homini in alios homines, sed in summum etiam benefactorem nostrum ingrati sumus. Nã vbi primum in minimo quoq; bono nos collocatos videmus statim diuinæ Maiestatis obliuiscimur. Idcirco quando Deus Hebræis promittebat ciuitates, quas ipsi nõ construxerãt, dicebat: Cũ dederit tibi Dñs Deus tu⁹ ciuitates magnas, & optimas, quas nõ ędificasti. Domos plenas multarũ opũ, quas nõ extruxisti, &c. Caue diligenter ne obliuiscaris Dñi Dei tui. Hinc oportet seruũ Dei diligẽtissimè curare, vt quò ditiorẽ, & prosperiorẽ se viderit, eo magis Dño seruiat qui sibi bona illa concessit.

Deut. 6.

Veruntamen in his verbis B. Petri oportet nos considerare moderationem, & temperantiam, cum qua loquebatur. Nõ enim dicit, Domine siquidẽ es Deus omnipotens per omnipotentiam tuam præcipe hominibus tantæ maiestatis fieri hic tria amplissima palatia: sed dicit: si vis, faciamus hic tria tabernacula. Tres casulas ex huius montis ramis construamus. O quam maximæ confusionis est nunc videre homines, qui se sancti Euangelij sectatores esse profitentur, quique dixerunt singuli, Abrenuncio Satanæ, & pompis eius, tam solicitos esse in sumptuosis ædificationibus construendis, ac si in illis essent in perpetuũ moraturi. Cauete fratres, nam hos comminatus est Dominus per Amos dicens: Percutiam domum hyemalem cum domo æstiua: & peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes: hoc dicit propter superbiam, & tyrannidem, qua plerunque construuntur multæ.

Amos. 3.

Adhuc eo loquente. Ecce nubes lucida. &c. Et eccè *vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus, &c.* Quando Dominus transfiguratus gloriosus erat paterna vox auditur, in qua nobis pręcipitur, vt ei obediamus, hoc fit ad significãdum quod si eius glorię participes fieri volumus, oportet nos per obedientiam iter facere, nulla enim alia via, quæ in cęlũ ducat, pręter obedientiã, mandatorum Dei. Cũ homo in altissimo dignitatis gradu cõstitutus esset, per inobedientiã ab eo excidit, & mãsit (vt ait Dauid) homo cum in honore esset, non intellexit: Cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Per inobedientiã (inquã) similis factus non solum vni sed plurimis etiã brutis animãtibus. In tyrannide similatus est leoni, in gula lupo, in sensuali turpitudine vrso, in cupiditate, & fictionib⁹ vulpi, in veneni deniq; effusione de proximo suo detrahendo, & illũ infamãdo, similis factus est viperę. [illegible]

Psalm. 48.

31 tamen dicit ipse Dauid: Homines, & iumēta saluabis Dñe, queēad modū multiplicasti misericordiā tuā Deus, super quo notādū est illud verbū, queēadmodū, nō esse aduerbiū similitudinis, sed admi rationis (secūdū Cassiodorū) & ita vt tolleret amphibologiā, trā stulit: O quā magna est misericordia tua. O infinitā misericordiā tuā Deus meus, qui iumenta, & homines saluos facis, nō tamē remanētes iumenta; sed quod quandoquidē per inobediētiā in hāc bestialitatē inciderūt, per obedientiā oportet eos perditū honorē recuperare, & vt homines ratione, & lege ductos viuere, & ita hîc appellat homines eos, qui secundū rationē viuūt, eos vero iumēta appellat, qui aliquando suos bestiales appetitus secuti sunt, & posteà cōuersi fuerūt. Atq; hos oēs dicit S. Propheta à Deo sal uandos esse, idest, innocentes, & pœnitentes. Quapropter fratres *Cassiodor.*

32 charissimi ij, qui vos in iumenta trāsformatos esse sentitis, attēdi te nunc esse transfigurationis tēpus. Non enim vos ita remanere oportet, quia etiā & iumēta, & aues solēt suo tēpore renouari. Interroga iumēta (inquit Iob) & docebūt te; & volatilia cæli, & indi cabūt tibi. A bestijs, & auibus nobis præcipit Spūs sanctus sapiētiā addiscere, vt verecūdemur. De ceruo dicit B. Basilius, & Ricar dus de S. Victore: ꝙ cū se videat iam senio cōfectū, tā fortiter re spirat in ostio speluncæ, in qua sentit esse serpentes, vt illos foras faciat exire, atq; eos dentibus cōterēs tā affluenter sudat, tantāq; aquæ copiā à se immittit, vt, renouatus, & velox maneat. Dauid dicit: vox Dñi præparātis ceruos. Electi in sacris literis appellan tur cerui; quia sicut cerui per hūc mundū ita velociter currunt, vt terrā nequaquā tangere videant. Verūtamen cū sint homines *Iob. 12.* *Basilius.* *Ricard. de S. Victore.* *Psal. 28.* *Simile.*

33 peccare possunt, & reuera sæpenumerò peccata cōmittunt. Si ergo fratres mei peccastis, renouamini sicut cerui. Animaduertite in vobis serpentiū speluncā esse, attendite cōscientiā vestrā quasi speluncam superbia, inuidia, cupiditate, & alijs peccatorū generibus esse repletā. Si igitur renouari vultis, accedite ad speluncā, aspicite cōscientiā vestrā, præteritorū scelerū recordamini, quasi cerui suspirātes, & gemētes glocitate, peccata à cōscientiæ speluca facite exire, & inter dētes illa cōterite eorū grauitatē, & circunstantias prolixè cōsiderātes; & ita salubres sudores immittetis abūdātissimā lachrymarū copiā ex oculis immittentes, & præcipuè ex corde lachrymātes, & ita sicut cerui renouabimini. Hoc enim denotat: vox Dñi prępārātis ceruos. Vtinā Dñs ille, qui ceruis, cum *Psal. 28.*

ſint bruta animãtia, inſtinctũ donat, quo ſe prępararе, & renouare ſciãt, vos etiã doceat, vt hoc modo prępareminі. ¶ De colubro etiã dicitur ꝙ prӕteriens per arctiſsimorum lapidum anguſtias veterẽ pellẽ illic relinquit & cũ noua remanens renouatur. Peccator veteri veſtimento indutus incedit, effectus, (*Vn ropauejero*) dimitte ergo ò peccator vetera veſtimẽta, & noua aſſume. Dictum eſt antiquis, diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicũ tuũ. Hoc eſt vetus veſtimentum, videlicet inimicum odio haberi, ego autem dico vobis: diligite inimicos veſtros. Hӕc eſt noua veſtis. Superbia, & inuidia, quӕ tam antiquum principium in malis Angelis habuerũt, omnes ſunt veteres veſtes, quas oportet vos exuere. Pelles veteres colubrorũ proſunt mulieribus ad earum fucos, nam illas molunt, & cum alijs condimentis medicamina conficiũt, quibus pulchras reddunt facies. Si ergo decorã vitam vultis depromere, ſcitote iſta vitia, & veteres pelles cõtritione molitas proficere ad animã exornandã. Et ſic per cõfeſsionis anguſtiã, & coarctationẽ prętereuntes renouati manebitis. Anguſtiã (inquã) cõfeſsionis, quia anguſtè, & ſtrictim oportet vos peccatũ reuelare & quoties aut quibus cũ circũſtantijs (neceſſarijs cõfiteri) iſtud cõmiſiſtis. ¶ Etiã accipiter trãsfiguratur, & innouatur, de quo loquẽs Iob cũ Deo dicit: Nunquid per ſapientiã tuã plumeſcit accipiter expandẽs alas ſuas ad auſtrum? Mirabile eſt profectò quod ſciat accipiter ſe alis nouis induere, & veteres depellere, & quod ad hoc efficiendũ quӕrat calidũ meridiei ventũ, atq; illic alas expandat, quouſq; renouetur. Nã calore ampliãtur pori, & illo aſsiduo motu expelluntur plumę veteres, & locũ cedunt, quo nouę prodeãt. O anima Chriſtiana quã ſalutiferã lectionẽ te hîc docet Dominus per auẽ iſtã, quӕ ſolo naturali inſtinctu gubernat. Conuertere tu verſus meridiẽ, vt creatoris tui lucẽ, & ſplẽdorẽ infinitũ contempleris; atq; illic cõmorare in excelſum alas extẽdẽs, ſuſpirans & gemens, ibi nãq; vẽtus, qui eſt diuinus fauor ſpirabit, quo veteres plumas eijcies, hoc eſt paſsiones, & affectus, quibus cooperta es, procul expelles, ibiq; nouę quӕdã plumӕ, id eſt, nouӕ virtutis affectiones, & noua cęli deſideria tibi oriẽtur: quibus renouata, & nimis venuſta remanebis. O vtinã hoc vobis hodie perſuaderem. Ne patiamini fratres mei, ſimplices aues vobis excellere, quӕrite angulũ, vbi quotidie ad Deũ conuertamini, & de animarũ veſtrarũ reformatione agatis, cũ ſit res, quӕ veſtra permagni intereſt.

¶ Etiam

Matth. 8.

Simile.

Iob. 39.

37 ¶Etiã aquila renouatur. Idcircò Dauid cũ anima sua loquens dicebat: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Dicit B. Augustinus aquilę in senectute superiorẽ rostri partẽ tantoperè accrescere, vt nequaquã se cibare posſit, & ideò maximè debilitatur, atq; perinde opº est illi rostrũ petra cõfringere. O miseri filij Adæ quia vobis spiritualis alimonia deficit, tã debiles estis. Cuiº ratio hæc est, quia scilicet, habetis maximũ rostrũ, non cessatis mentiri, susurrare, proximorũ vestrorũ famã lacerare, &c. & idcircò nullus spiritualis cibus vobis proficit. Quamobrem diligentiſsimè curate rostrũ istud in petra, qui est Iesus Christus filius Dei, infringere cõtemplantes quomodo omnibus iniurijs, & falsis testimonijs, quæ in illum dicebantur nõ respõdit eis verbum, vt & ita vos faciatis, & sic anima diuinis alimonijs proficiat, & spiritualibus, ac salubri- *Psal. 102.* *August.*
1 bus cõsilijs, quæ quotidie in prædicatione auditis, accrescat. Atq; hoc modo transfigurati, & dispositi Iesu Christi verba audiemus, & ipsi dilecto æterni patris filio obediemus, ipse est enim, qui nobis gratiam & gloriã promeruit, Ad quam nos perducat. Amen.

Feria. II. post Dñicam. II. In Quadragesim.

Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Ioannis. 8.

IN Hodierna S. Euãgelij lectione fratres chariſsimi sermo quidã refertur, quẽ Christus Redẽptor noster habuit ad Iudæos, loquẽs cũ eis de discessu suo ad patrem, & indicãs se ab illis quęrẽdũ, nec tamen inueniendũ esse, & tandẽ cũ ad eum peruenire non possent, illos in peccato suo esse morituros. Agitur etiã in hoc S.
2 Euangelio de infœliciũ Iudæorũ cæcitate qui nõ modò hęc, quæ illis Dñs dicebat, nõ intellexerũt: verũ cũ Dñs Iesus se rerũ omniũ esse principiũ eis declararet, etiã hoc nequaquã penetrare potuerunt. Etiam in eo agitur quomodo huius rei intelligentiam in paſsionis suæ tempus distulit, in quo personæ suæ pretium, dignitas, & maiestas intelligenda erat. Denique in his omnibus maxima filiorũ Adæ stultitia repræsentatur, & ostenditur quàm insipientes sint homines circa hoc cœlestium rerum negotium, & quomodo illis difficillimum, & inintelligibile videtur quicquid de hac materia coram eis agitur, quantumcunque sapiens sit prædicator, qui illis prædicat, siquidem summum mundi Magistrũ, cum infinita esset ipse sapientia, non intellexerunt. Dicit

Chrysost. igitur illis: *Ego vado, & quæretis me.* B.Chrysostomus super hunc lo cũ ait:hoc autẽ dixit volens nos attrahere. In his verbis suã infini tã in homines misericordiã Dñs reuelauit, siquidẽ cũ inimici eius essent, tot medijs, & vrbanitate cum illis vsus est; non quidẽ quia sibi necesse esset Iudæos mortis suæ certiores facere, sed vt illis sig nificaret discessum suum iam prope esse: vt (quẽadmodũ dicit.B. Chrysostomus) in hoc breui tẽpore, quod illis supererat, ad per. fruendum tanto bono sibi ipsis persuaderent, vt eius amicitiã in rent, & cum eo reconciliari curarent. Hic enim est modus, quo Deus vtitur ad peccatores ad se attrahendos. Comminatur illos atque etiam acriter eos sæpenumerò punit, vt siquidem charitate ducti Deo seruire nolunt, saltem comminationibus perterriti la boribusq; attriti scelera sua cognoscant, & ad illum conuertãtur. 6

Thren. 8. Hoc elegantisimè S.Hierem. declarauit, cum in nomine afflictæ Synagogæ loqueretur dicens: Ædificauit in gyro meo, & circũde dit me felle, & labore: in tenebrosis collocauit me quasi mortuos sempiternos. Circũ ædificauit aduersum me, vt non egrediar: ag grauauit cõpedem meũ, sed & cũ clamauero, & rogauero, exclu orationẽ meã. Cõclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. Et paucis intermissis dicit. Tetendit arcũ suũ, & posuit me quasi signũ ad sagittã. Misit in renib⁹ meis filias pharetræ suæ. Post quã autẽ hæc omnia narrauit, cõclusit dicẽs: Nõ enim humi liauit ex corde suo, & abiecit filios hominũ. O admirabilia verba manifestãtia singulares inuẽtiones, & modos, quos De⁹ quærit ad attrahẽdas ad se peccatorũ animas. Circũ ędificauit me (inquit) con clusit me in turrim fortisimã, ne tã dissolutè post meos effrænatos appetitus abiens peccata sectarer. Aggrauauit cõpedẽ meum &c. idest persecutionibus, fame, morbis, atq; alijs infortunijs vin cula mea adauxit, & labores meos aggrauauit. Sed & cũ clamaue ro, idest, alias atq; alias preces effundebam cũ me ita afflictũ, & tri bulatum viderẽ dicens: Domine miserere mei, vide afflictionem meã, quia depilor in hoc cippo, pedes mei præ nimio frigore ma ximis rigent rimis & iam sum claudus. Sed exclusit orationem meã. Commorare ibi, ait Dñs, non est locus modo audiendę ora tionis tuæ. Cõclusit vias, &c. Imò turrim, in qua erã, muniuit, ne forte illã possem subfodere, omnesq; libertatis vias occupauit, ne per fenestrã me immitterẽ, posuit me tanquã signũ, idest, qua si scopũ laborũ, in quo omnes cęli terręq; calamitates sitę erãt, co.

7 8

6 collocauit. Misit in renibus meis filias pharetrę suę, idest, afflictiones, & verbera, quasi sagittas à misericordiæ suæ pharetra immissas, eius enim finis erat me ad suam amicitiā reuocare, omnib⁹ his cōminationibus me deterruit, ne creaturarū amore capta earū vestigia sectarer, sed ad eius diuinā necessitudinē, familiaritatēq; redirē, nō enim humiliauit ex corde. Hæc omnia nō ex intima eius voluntate prodierunt; sed vt malis meis remediū adhiberet, hæc effecit. Hoc idē dixit Deus rebelli illi populo per Esaiā his verbis: *Isaiæ. 18.*
ecce ego fingo cōtra vos malū, & cogito contra vos cogitationē, reuertatur vnusquisq; à via sua mala & dirigite vias vestras, & studia vestra. Omnes (inquit) minæ, quibus vos perterreo, & supplicia, quibus vos punio, sunt ficta, & nō ex corde meo, hoc autē facio, vt ad me cōuertamini. O incōprehensibilē Dei probitatē, ac
7 clementiam! quis erit tam proteruus, & durus, qui talibus verbis concitatus tuæ diuinæ Maiestatis amore non liquefiat? O fratres charissimi diligentissimè hæc intra vestra Christiana pectora pēsate: non enim sunt verba, quibus satis dignè valeant ampliari.

Ita etiā omnes hæ valdè terribiles minæ, quibus Dñs nunc Iudæos comminatur, sunt quædam pacis oblationes, quibus Dominus illis pacē offert, & eos rogat, vt illā velint accipere, & sic dicit: *Ego vado, & quò ego vado vos nō potestis venire*: Acsi diceret: vultis ne aliquid ex officina misericordiæ? videte ꝙ iā volo proficisci: si autē semel iliā clausero, & abiero, nunquā amplius me inuenietis, licèt me quęratis, & sic in peccato vestro moriemini. O terribilē cōminationē, quodnā est marmor audiens te, quod nō trepidet? Timete fratres mei hoc, quod hìc Dñs dicit, & curate diligētissimè,
8 vt dū inueniri potest illū quęratis: si enim opportunā occasionē prætermiseritis, posteà quæretis eū, nec tamē inuenietis. Inuocabūt me (ait diuina sapiētia) & nō exaudiā, manè consurgēt, & nō inueniēt me. Eo quòd exosam habuerint disciplinā, & timorem Dñi non susceperint, neq; acquieuerint consilio meo. Ex quibus omnibus manifestè apparet, etiā in hac vita adimi posse peccatori potestatē conuertēdi se: non quia omnino hac potestate priuetur: sed quia propter duritiē cordis eius tā procul Deus ab illo abest, vt, nisi peccator sibi maximā violentiā inferat, cōuerti nō possit; quia verò hanc maximā violentiā sibi peccator nūquā infert, dicitur non posse ad Deum conuerti. Et hoc est esse peccatorem proteruū, & obduratū. Hic autē infœlicissimus status super om- *Prouer. 1.*

nia in hoc sęculo timēdus est. Quādo qs vult peccatū aliquod cō-
mittere plurimę cōsiderationes illū ab ea miserrima intētione a-
hibere possunt: hęc verò inter cæteras longè potētissima mihi vi-
det. Efficacissimū remediū est, quo te à peccato abstineas, si quā-
scelus aliquod vis perpetrare, cōsideres, te creatori tuo iniuriā
inferre velle; cùm ei obedire nolis. Hoc etiā te à peccato magno-
perè remouebit, si consideres te omnibus creaturis iniuriam fa-
re, quæ huc vsq; seruo Dei obediebant, amodo verò seruo Sata-
næ incipiēt obedire. Ad hoc etiā multū proderit cōsiderare te in-
iuriā inferre Angelo tuo custodi, cū videat à se tam malā, & mi-
rā animā custodiri. Item multū conducit, si consideres te effic-
quantū ex te est, vt infinitus ille pretiosissimi Iesu Christi san-
nis thesaur⁹ amittatur: nā quatenus ex te est nullum in te fru-
habet. Inter has autē omnes, consideratio, qua maximè obstup-
Psal. 77. scere deberemus est, ꝙ spiritus vadens, & non rediens, ꝙ po-
hominis spiritus à mala cogitatione ad delectationē, à delecta-
ne ad cōsensum, à consensu ad opus, ab opere ad continuatio-
à continuatione deniq; ad duritiem & obstinationem deu-
Non autē vires habet, vt ab hoc tanto malo in gratiā Dei red-
Roma. 9. Nūc intelligetis verba illa S. Pauli, dicentis: cuius vult miseret-
Simile. & quē vult indurat. Habet quis vulnus, & accedit chirurgus,
applicat illi vnguētum quoddam mollificatiuum: si autē vul-
hoc vnguēto magis obduratur, nō est in culpa chirurgus, aut
dicamentū, sed mala cōplexio hominis vulnerati. Applicat D-
peccatoris vulneribus vnguēta, quæ sunt admonitiones, cōm-
tiones, supplicia, & deniq; promissiones; peccator verò magis
durat: hoc profectò nō ex Deo, sed ex peccatore prouenit, q-
vulnera habet corrupta, & putrida. Sol mollificat cerā, lutū v-
obdurat. Nec habet lutū quare cōqueratur; cū ita dispositū si-
mollificari solis calore nequeat. Peccauit Iudas, & B. Petrus, q-
autē emplastra vtriq; applicauit? quibus alter mollificatus est
fleuit amarè: alter verò scilicet, Iudas omnibus illis medicam-
obduratus & cōdēnatus est. Huius rei culpa fuit Iudæ, quia a-
obdurat⁹ erat vt omnia medicamina, quę Deus illi applicau-
B. Hieron. quaquā profuerint. Itaq; sicut hic Diuus Hieronymus respō-
epist. de his nunquā quod Deus facit, aut quod nō facit animā obdurat-
quæ in scri verò cùm Deus in animam beneficia conferret ipsamq; sæp-
pturis Deo mè vocaret, assuefacta est obmutescere, nec Dei vocatibus r-

12 dere, paulatim pudorē deperdit, & cōsuetudinē acquirit, ita vt iā illā non pudeat Deū crebrò sine responsione remittere. Et sic ex assiduis beneficijs, & vocationibus peccatoris nequitia occasionē assumit magis se obdurandi. vt apparuit in Iuda, & Pharaone. Tales autē fuerunt hi Iudæi, atq; ideo dicit illis: *In peccato vestro moriemini.* Quem hæc verba non obstupefaciunt? vniuersa res salutis nostræ in mortis nostræ hora cōsistit. Si te in gratia cōmorantē mors ceperit, beatus eris: si autē in peccato te occupauerit, in ęternum condēnaberis. Quapropter vt benè moriaris, bene viue. Nā vt in plurimum sicut viuunt homines, ita moriuntur. In libro Iudicum dicitur de Tyranno quodam nomine Abimelech, quòd cum turrim quandam oppugnaret, mulier vna fragmen molæ desuper iaciens, illisit capiti Abimelech, & confregit cerebrum

attribuuntur tom. 2. & tom. 7. in capit. 7. Ecclesiast.

Iudic. 9.

13 eius. Qui vocauit citò armigerum suum, & ait ad eum: euagina gladium tuum, & percute me, ne fortè dicatur, quòd à fœmina interfectus sum. Qui iussa perficiens interfecit eum. Videte qualem dolorem haberet, & qua pęnitentia compungeretur in hora mortis. Vanitatem illam, qua cum toto vitæ suæ tempore honori seruierat, non in hora mortis perdidit. Cum deberet dicere: alliga mihi hoc vulnus, & adhibe aliquod remedium, vt saltem paululum possim viuere, & peccatorū meorū veniā deprecari, atq; pœnitentiā agere: dicit, interfice me citò, ne dicatur quod à fœmina interfectus sum. Liberet nos Deus à tali insania. Hoc passim experimur, cū homines moriantur loquentes, & agentes de illis, quæ in vita diligebāt. Qui in vita sua auaritiæ seruiūt videbitis eos in hora mortis intra se nūmos numerātes, & de illis loquentes, alios de

14 mercationibus, & negotiationibus, alios denique de bellis videbitis disceptantes. Itaque ea in hora mortis cogitant, quibus in vita occupati, & delectati sunt. Quod cùm ita sit fratres charissimi vos iterum atque iterum exhortor, vt diligentissimè curetis benè viuere, ne mors in peccato mortali vos occupet. Super omnia autem vos moneo, vt magnoperè caueatis ne seruos Dei persequamini: ne sitis ex numero horum infœlicium, qui iustum Iesum persecuti sunt, in cuius peccati pœnā in sceleribꝰ suis mortui sunt. Narrant sacrę literæ Dauid sæpenumero, atq; optime Sauli seruijsse, merces verò, quā illi persoluit hæc fuit, quòd cū quoad potuit, persecutus est. Videamus nunc Saulis finē. Hic profectò fuit eius finis, quum in quodam prælio esset, consecuti sunt

1. Reg. 31.

eum viri sagittarij,& vulneratus est vehementer à sagittarijs. N
verò hostes sui in illum irruerent,& illuderent, arripuit gladiu
suum,& irruit super eum,&sic se ipsum interfecit. Ecce Saulem
1.Reg.13. peccato mortuũ. O quàm obstupendus est hic casus, quòd cũ
probus vir esset Saul, & tam syncerus, vt in sacris literis infa
vnius anni conferatur, in tantum malum deueniret, vt sibi ip
mortem inferret. Supplicium fuit hoc sane persecutionis,& o
quo insectatus est Dauid. Maledictũ Cain omnibus cõpertũ
in peccato interijsse. Quæ quidem fuit iustitia Dei propter pers
cutionẽ, qua vsus est in fratrem suum Abel innocentem. Nec ve
ro ignoratis miserum Iudam, qui diuinum Magistrum suum pe
secutus est, laqueo se suspendisse, atq; in peccato mortuum fu
De his omnibus meritò dici potuit: in peccato vestro morien
ni. Ne mireris frater si te mali persecuti fuerint, nõ enim est Ch
stus sine Iuda, qui eum tradat; non Abel sine Cain, qui eum in
ficiat, non denique Dauid sine Saule, qui illum persequatur. V
runtamen væ Iudæ, væ Cain, væ Sauli. Vix reperitur iustus
malo, qui eum persequatur: sed væ malo, qui iustum persequ
ipsofacto Iesum Christum persequitur. Et nisi citò sibi reme
adhibuerit, timeat ne in cordis duritiem deueniat, ex ea autem
infernum detrudatur, vbi sempiternis ignibus crucietur.

Aliam etiam rationem reddit hic Dominus, quare hi miseri
dæi in peccato mortui fuerint, dicens: *Vos de hoc mundo estis: Ego
sum de hoc mũdo.* Vnã ex clarioribus cõiecturis quæ haberi po
quòd quis in peccato moriturus est, hanc esse sentio, scilicet ni
Augusti li. mio amore res seculares diligit. B. Augustinus amorẽ vocat po
3.conf.c.9 dus dicens: Amor meus põdus meũ. Hęc est ponderis propriet
quòd si magnũ sit non patiatur hominẽ ambulare: imo eũ im
bilẽ faciat sistere. Sic etiã illũ, qui nimio seculariũ rerũ amore c
tus est ipse amor facit in mũdo sistere, & in eius pompis, deli
& in alijs plurimis miserijs cõmorari, nec ab illis vnquam illu
titur recedere. Quod si amor est Dei istud põdus faciet vt in
persistas, nec ab eo separeris. Animaduerte igitur ò frater q
sit amor, qui in te dominatur, & ex hoc quodammodo conij
q[illegible] finẽ habiturus sis. Quòd si grauissimo seculari amore te o
ratũ senseris, incipe amodò super te lamẽtari quia in peccato m
rieris in supplicium istius ingratitudinis, quam in diuinam m
statem committis: nisi citò tibi remedium adhibueris. Nõ fu
si

18 finis, ob quem sapientissimus ille rerum omnium fabricator tan
tam, tamque decoram hanc orbis machinam tanta rerum varieta
te exornatam construxit, eamq; ineffabili quadam sapientia mo
deratur, scilicet, vt in ea homines obtūderētur, prophanisq; & im
mundis voluptatibus vterentur. Indignū profectò est tale de infi
nita illa Dei probitate, ac sapientia suspicari, quod propter tam
humiles, & abiectos fines sicut hos, hanc orbis molem constru-
xerit, & tandiu conseruarit: sed vt nobis esset excitator, qui nos
in diuino amore cōmoueret, atq; ardentissimè inflammaret. Nos
verò ita hoc mūdo vtimur, ac si ad nihil aliud creati essemus, quā
vt eo illiusq; creaturis frueremur. Si vir nobilis despōsatus, qui in
India cōmoratur sponsę suę pretiosum quoddā monile mitteret, *Simile.*
hoc est, [*vna preciosa joya*] vt ipsa illud aspiciens spōsi sui recordare
19 tur, & maiori ipsius amore inflāmaretur: sique spōsa monilis pul
chritudinē videns, tanto illius amore caperetur, vt propter illud
in spōsi sui obliuionem deueniret: quàm iustè sponsus de sponsæ
suæ ingratitudine quereretur, cùm ex eo, quod illi sponsus eius
ad maiorem memoriam, ardentioremque amorem miserat, ipsa
obliuionis occasionem assumpserit? Vnaquæq; animarum no-
strarum est dilectissima Dei sponsa, & sicut sponsus noster pre-
tiosum monile nobis misit, qui est hic mūdus. Tota enim hęc ma
china, tot plantis, tam decoris cælis, ac rutilantibus syderibus ex-
ornata, tot auibus, tot, tamq; diuersis animalibus repleta: tot fon
tibus, fluuijs, ac maribus irrigata, quid aliud est, quàm pretiosum
quoddā monile, quod Deus sicut optimus, & amantissimus spon
sus nobis dedit, vt huius monilis pulchritudinē aspicientes ardē-
20 tiori amore illius fabricatorē diligeremus, & diuino ipsius amore
inflāmati diceremus: si hæc omnia tam pulchra solo verbo Deus
creauit, qualem oportet eum esse, qui talem potentiam, & sapien
tiam habet? Hoc est, quod sapiens dicit: A magnitudine enim spe *Sap. 13.*
ciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. Si
verò nos tātopere huius seculi monile dilexerimus, vt propter il
lud Deū relinquamus, & illius obliuiscamur, iure optimo de no-
bis conqueretur, sicut de ingratis, siquidem id, quod nobis dedit,
vt maiorem recordationem, & amorē sui haberemus ex hoc obli
uionis, & ingratitudinis occasionem accipimus; & dignissimi su-
mus, qui maximis supplicijs pro tāta perfidia afficiamur. O quot
fortassè hic sunt, qui in hac culpa cōmorantur, & in illa tanta cū

trãquillitate & securitate viuũt, sicut Eremitæ, qui propter Deum omnia secularia reliquerunt. Moneo igitur & exhortor vos fratres mei, ne ista negligatis. In maximo enim condemnationis vestræ periculo versamini. Sanctus Propheta Zacharias dicit, se vidisse amphoram, & in medio eius mulierem sedentem, & habentem in ore suo massam plumbeam. Cumq; ipse amphoram aspiceret, dicit eam cõtremuisse, & mulierẽ in medio illius cecidisse. O munde tu es amphora totius virtutis, & veritatis vacua. Et anima sicut mulier debilis sedet super hanc amphoram vacuã: porrò in ore, quæ est voluntas grauissimum quoddam habet pôdus, qui est maximus quidam secularium rerum amor, qui eam faci' lentissimè in illis assidere. Fieri nõ potest, quin homines per hoc seculum transeamus: malum verò illud est maximũ, nempè quòd in illo sedeamus. Caue tibi, ô peccator, nã vna inuersione elementorum, ex quibus virtualiter componeris, morieris, & in medio huius amphoræ cades, hoc est, in inferno, qui est in centro terræ. Massa enim plumbea, qui est nimius iste, & immoderatus terrestrium rerum amor te illuc descendere compellet. Quòd si hoc ita esse dubitatis, attẽdite quomodo experimini hos seculi amatores pro maiori parte interire. Est quis iã morti proximus, & dicitis ei: Domine confitere peccata tua; & ille respõdet, dicens: Dimittite me, quia sum paululum fatigatus: reditis postea, & dicitis: Domine vis confiteri? at ille dicit: sinite me paulisper modo quiescere. Postea demum reditis, dicentes: Domine quare non vis confiteri? O quã molesti estis (ait) nondum ego morior; ego enim sentio me non tã citò esse moriturũ: & tandẽ interit, nec dicit, Iesus. O anima, quæ in huius mundi amphora inclusa es, exi celeriter ab hoc periculosissimo loco, in quo commoraris, ne fortè mors ibi te occupet, & iusto Dei iudicio in peccato tuo moriaris.

Zacha. 5.

Vos (inquit Dominus) *de hoc mundo estis: ego non sum de hoc mundo.* Quare Domine dicis te non esse ex hoc mundo? Non tu illũ ex nihilo creasti? non est tuus? Si videretis patrem familiàs in ostio domus suæ, & illũ interrogaretis, dicentes: Domine tu es ex hac domo? non posset meritò dicere, non sum ex hac domo: sed diceret; ego sum pater familiàs, & princeps huius domus, cui omnes, qui in ea sunt, obediunt & cuius sunt omnia, quæ in ea sunt. Si ergo omnia Domine sunt tua, quare dicis te non esse ex hoc mundo? Nunquid tu non dicis: Meus est enim orbis terrarum? sed fortitan

Simile.

24 sitan vis dicere tibi nobiscum contigisse, quod vulgo dicitur: De foris adueniet, qui nos à domo expellet: quod idem Hispanum axioma dicit: [*De fuera vendra, quien de casa nos echara.*] Verum est Domine vniuersum orbem tuum esse; veruntamen domi tuæ hominem recepisti, & pro solutione huius beneficij, peccatis suis te domo expulit. Quid? tantum potuerunt homines, vt Dñm Deũ suum domo eius expellerent? Ego hac similitudine hoc declarabo. Quando nõ vis aliquid audire, quod tibi dicitur, dicis tu: Ne me hinc eijcias; nõ vis tacere? vis, vt domo exeam? sic Deũ à mundo expellimus, quæ domus eius est: quia ea facimus, quæ ille nequaquã videre vult, & verba loquimur, quæ ipse non vult audire. Hoc est maximũ signum, ꝙ quis expulsus fuerit domo, cũ in ea non fit quod ipse iubet, sicuti fieri consueuerat. Iam in mũdo nõ
25 fit quod Deus imperat, sed quod peccatũ iubet. B. Paulus dicit: An nescitis, quoniã cui exhibetis vos seruos ad obediendũ: serui estis eius, cui obedistis: siue peccati ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiam. Considerate igitur cui plus huc vsq; obedijstis, peccatone, an iustitiæ? & ex hoc colligetis, quis nam plus in orbe dominetur: Cogitate ex annis, quos vixistis, quantum temporis in cupiditatibus superbiæ, luxuriæ, & denique iræ seruitute consumpsistis, & quanta cum promptitudine, & diligentia in his omnibus, quæ peccatum præcepit, vos exercuistis: considerate etiã quàm paruim temporis, aut ferè nullũ in Dei ministerio vos occupauistis: & hinc colligetis quàm meritò Dñs dicat: Non sum ex hoc mundo, etsi mundus suus est. O diabolicã tyrannidẽ, ꝙ homines ita viuant, vt occasioni sint Deo, quo domo sua exeat! Quòd si
26 hæc verba dicit Dñs Iesus de se in quantũ homo est; scilicet, non sum ex hoc mũdo: hoc modo intelligẽda sunt. Quòd licèt in hac terra natus fuerit, sanctissimũq; corpus suũ ex cælo nõ traxerit; sed illud ex purissimis sacratissimæ matris suæ visceribus assumpserit: quia tamen voluntatem, & affectum suum non in infimis, & abiectis huius seculi rebus collocauit; dicit etiam quatenus hominem se non esse ex hoc mundo. Idcirco Beatus Paulus dixit: Primus homo de terra terrenus: secundus homo de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni: qualis cælestis; tales & cælestes. Primum hominem terræ, appellat terrenum, quia se se ad terrena inclinauit: & propter illa creatorem suum offendit. Christum autem Redemptorem nostrum cælestem hominem nuncu-

Roma. 6.

1. Cor. 15.

pat,

pat, etsi sanctissimum eius corpus verè terrenũ fuit, & à terra desumptũ, quia tota eius affectio, & amor in cælestibus rebus situs erat. Et ita dicit, eos qui Adam imitantur terrenos esse, siquidem sese ad terrena propendunt, eos verò qui Iesum Christum sequuntur, cælestes esse affirmat, quia in cælis amorem suum & desideria collocarunt. Ex hoc intelligetis fratres quales sitis, si cælestes, an verò terrestres sitis; ex illis nempè, quæ diligitis, tractatis, & inquiritis. Si vos ad terram propensos animaduertitis, videte quid Beatus Paulus statim immediate dicat: Igitur siquidem portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis: cælestis, scilicet, diligendo, & cupiendo. O infinitam Dei probitatẽ quàm pauca ab hominibus postulat. Quod cùm ipse sit qualis est, cumque Adam fuerit qualis fuit; nobis tamẽ dicit: Sicut portauimus imaginem terreni, &c. Non petit à te vt maiori diligentia sibi seruias, quàm ea, quam ad seruiendũ mundo adhibuisti, quaque inobedientem Adam secutus fuisti. Verùm væ tibi si ne hoc quidem parum vis facere.

Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enim nõ credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Hic clarius etiam Dei misericordia detegitur, & manifestiùs ostẽditur, ea quæ dixit, fuisse ad eos deterrendos, vt ad eum conuertantur, ne in perpetuũ condemnentur, cùm eis dicat: Si nõ credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro, id est: Si credideritis, quia ego sum, nõ moriemini. Hoc intelligendum est, si recepissent fidem Domini nostri Iesu Christi, sicut oportebat, hoc est, operantes quod ipsa praecipit. Nos igitur fratres mei, siquidem hoc tam singulare donum fidei accepimus, diligenter curemus ne in nobis vacuum sit, sed charitate, & optimis operibus refertum. Et accuratè laboremus, vt in hoc ipso dono semper vlteriùs progrediamur, vt eo crescente, amor etiam cæteræque piæ Christianæ vitæ exercitationes pariter accrescant. Hoc significauit S. Paulus, cùm loqueretur de Euangelio, cumque dixisset: Iustitia enim Dei in

Roma. 1.

eo reuelatur ex fide in fidem. Addidit dicens, sicut scriptum est: Iustus antẽ ex fide viuit. Iustitia (inquit) Dei in Euangelio de fide in fidẽ reuelatur, id est, iustitia Dei qua nos per Iesum Christum iustificat, magis ac magis in Euangelio illis in dies reuelatur, & detegitur, qui de fide in fidem procedunt, id est, illis, qui paulatim fidei augmentum accipiunt. Hoc enim significat, de fide in fidem,

30 fidem, quæ est phrasis sacræ Scripturæ, vt patet in Psalmis vbi dicitur: Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem, &c. Idest, paulatim in virtute accrescent, & in ea cōfortabuntur. Hac etiam phrasi vsus est Apostolus, dicens: In eandē imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquā à Domini spiritu, scilicet, adiuti, idest, in dies magis ac magis Deo assimilamur. Ita hìc de fide in fidem, idest, fides per multiplicationē actuum eius accrescit. Et anima clariorem mysteriorum Euangelij cognitionē in dies concipit, atq; cùm hoc disponitur, vt multò magis in amore, & charitate accrescat. Iustus enim ex fide viuit: sumit metaphoram à mercatore, qui mercatione sua vtitur, & in dies illa magis locupletatur: ita iustus fidei negotiatione semper in charitate, & spiritualibus exercitationibus accrescit. *Psal. 83.* *2. Cor. 3.*

31 Dicunt Pharisæi, siquidem nos admones, vt in te credamus: *Tu quis es? Dixit eis: Principium: qui & loquor vobis.* Id est, sum Deus, qui in humana forma loquor: sum Deus, & homo; & vt talis omnia cordium vestrorum arcana penetro. Atque ideò: *Multa habeo de vobis loqui, & iudicare, sed qui misit me verax est* Et adimplebitur quod ipse dixit: scilicet, diem iudicij, & rationis nouissimæ aductum esse, in quo cuncta hominum facta persoluentur. Hìc clariùs manifestatur desiderium, quo Dominus flagrabat conuertēdi illos. Antea illos comminatus fuerat, quòd mors eos in peccato occupatura erat: modò verò illos comminatur arctissima ratione, quam de peccato reddituri sunt: & seuero, ac terribili iudicio, quo iudicandi sunt.

Dicit autem vlteriùs sanctum Euangelium: *Et non cognouerunt,*
32 *quia patrem eius dicebat Deum.* Licet clarissimis verbis hoc illis declarauerit, illud tamen non intellexerunt. Hoc est præscitorum ingenium, quòd diuinæ res, & quæ ad animæ suæ salutem spectāt, omnes illis videntur obscuræ, nec illas vnquam penitus intelligunt. Et sic vbi nos legimus: Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obscuratus est oculus; alij legunt vice versa: dixit homo, cuius apertus est oculus, & alterum alteri optimè conuenit. Nam mali, (vt ait Hieremias:) Sapientes sunt vt faciant mala; bene autem facere nescierunt. Habent mali oculos clausos, & apertos, & talis fuit hic miser Balaam, quem cupiditas excæcauit, cū tamen tanta ad malum faciendum præditus esset sapientia. Sic etiam hi miseri tam sagaces, & edocti in secularibus rebus à mali- *Num. 24.* *Hier. 4.*

tia

tia sua excæcati sunt,& tam ignorantes fuerunt, vt hæc clarissi- 1
ma verba, quæ hîc Dominus illis prædicabat, non intellexerint.
Et ita debitum illorum timorem,vt oportebat,non conceperunt,
& perinde nihil emolumenti ex illa diuina prædicatione perce-
perunt.Hi,de quibus nunc loquimur iam ex hoc mundo transie-
runt,si malè operati sunt,iam iniquitatis suæ mercedē accipiunt,
sceleraq; sua satis dignè persoluunt.Quod si hoc Euangelium præ-
dicamus,non hoc eorum,sed nostra causa facimus,& hæ commi-
nationes nobis deseruiunt. Quapropter summa animi contentio-
ne Deum exorate,vt timor,qui illis defuit,in animabus vestris im-
Hier. 32. primatur.Nam pro magno beneficio dicebat Deus Hieremiæ: E
Esai. 26. timorem meum dabo in corde eorum,vt non recedant à me. E
vbi nos legimus: A facie tua Domine concepimus,& quasi part
riuimus,& peperimus spiritum salutis, alij legunt: A timore tu
Domine concepimus,&c.Et vtrumq; est idem. A facie enim M 2
iestatis alicuius timorem concipere solemus. Ex his verbis appa-
ret quàm singularis sit & præstans timor Dei,siquidem eo anima
cælesti quadam prægnatione prægnata manet. Vnde prouenit
quòd spiritum salutis,& alias plurimas virtutes pariat.Et quema-
Simile. modū mulier prægnata appetitus mutat,nō vult enim nisi acria
coloremq; vultus permutat:ita etiam anima diuino timore præg-
nata cum sanctis propositis:statim appetitus mutat.O vtinam di-
uina Maiestas,hanc in vobis prægnationem operetur, & videb-
tis quomodo statim sicut prægnatę res acres desiderabitis,lachry-
mas,scilicet,asperitates,ieiunia,ac deniq; verbera cupietis,quę om-
Iob. 6. nia sensualitati sunt acria,& acerba. Vt dicebat Iob:Quę prius no- 3
lebat tangere anima mea,nunc præ angustia cibi mei sunt: ita &
vos,quæ antea virtutis exercitia oderatis,nunc summo studio,&
maximo animi affectu amplectemini:& facies,quæ hucusq; can-
dida,& rubicunda incedebat,iam deinceps colorem immutabit
præ pęnitentia,vigilijs,& vitæ asperitate;& deniq; ex hac sancta
prægnatione salutis spiritus orietur, cum hac enim dispositione
gratiam suam Deus communicat,qua cælestis gloria cōparatur
ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

¶Feri.

¶Feria.III.post Dñicam.II. In Quadragesi.

Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, &c. Matth. 23.

FERIA tertia ante suam sanctissimam Passionem, maximã quandam disceptationem habuit Christus Redemptor noster cum Pharisæis, & legis peritis, in qua illis parabolã illam vineæ, quam locatam habebant mali agricolæ, & parabolam nuptiarum à quibus expulsus fuit in tenebras exteriores homo ille, qui nuptialibus vestibus exornatus nõ introierat, proposuit; his omnibus ad veritatis agnitionem curans illos adducere: ad quod propositum quęstionem etiã illam eis proposuit, videlicet, Chri- *Matth. 22*
2 stus cuius filius sit? vbi manifestè illis probauit, quòd siquidem Dauid prophetauerat, dicens: Dixit Dominus Domino meo, & *Psal. 109.*
in hoc Messiam Dominũ suum appellauerat; Messias plus erat, quã homo, quia verus Deus erat. Videns autẽ Dñs Iesus nihil horum sufficere, sed eos magis, ac magis obdurari prædicationẽ suã populo, discipulisq; suis direxit, dicens: *Super cathedram Moysi, &c.* admonens illos, vt Pharisæorum, & Scribarum doctrinam, non verò ipsorum opera sequerẽtur. Dicunt enim, & non faciunt. Cælestem hanc admonitionem, non solùm illis temporibus, sed etiam præsentibus & futuris sæculis vsque ad vniuersalem mũdi consummationem Dominus præbuit. Nam in omnibus temporibus poterit accidere magistros esse, qui virtutem doceant, nec
3 tamen illam exequantur, quæ satis maxima ærumna est. Si Deus homini linguam, & non manus dedisset, non mirarer ꝙ homo loqueretur, non tamen operaretur. Cùm autem homo vnam minimam linguam, manus verò binas cum plurimis digitis acceperit, & tamẽ multa loquitur, pauca verò operatᷣ: hoc maxime admiror: & quod peius est, nõ solùm aliqui non operãtur bonũ, sed faciũt malũ, quo proximos suos scandalizant, atq; etiam peruertunt. O prædicatores Euangelici, ò Ecclesiastici viri, o prȩlati quãtum honoris, ac æstimationis, & quidem fructus etiam sanctum Euãgelium amittit, eo ꝙ ministri non sint, quales esse oporteret, quia sicut medicus, qui alios vno modo curat, & seipsum vice versa moderatur, medicinæ suæ suspicionem affert, aliosque de eius *Simile.*
virtute

virtute facit dubitare: sic etiam magister, & prædicator, cuius vi pietas, morumque integritas doctrinæ, quam prædicat, non co sonat, stulto saltem, & ignaro occasionem præbet, quo de ver te doctrinæ, quæ illi prædicatur, dubitet. Per Hieremiam d
Hiere. 23. Deus de quibusdam pessimis prædicatoribus: Si stetissent in filio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissé vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. O bum maximi doloris! quomodo cum illud audiuim⁹, cor no non côteritur; Dicit etenim hîc Deus se propter prædicator pulum ab eorum peccatis, atq; etiam à malis cogitationibus uersurum fuisse, si prædicatores in occultum Dei consilium troiuissent, id est, si essent homines spirituales, solitudinis, & tionis studiosi; illic enim eos Spiritus sanctus erudiret, quom oporteret illos munere suo fungi, vt dura, & rebellia corda la rent: quia verò in hoc côsilium non ingrediuntur, prædicati sua hunc effectum in animabus non efficiunt. Etiam hoc sig cauit Ecclesiasticus, vbi dicit: Verba sapientium sicut stimuli
Eccle. 11. quasi claui in altum defixi. Sapientes dicuntur in sacris literis ij quidem, qui diuinæ legis theoricam sciunt, sed qui simul pr cam illius cognitionem habent. Vult igitur dicere: Verba sa tum qui sunt virtute præditi, quique lege Domini delectan esse quasi stimulos, qui corda feriunt, & compungunt. Sunt (inquit) eorum verba sicut claui magnoperè affixi in altum,
Hierony. ad capita: ita declarat B. Hieronymus illic, clauos in altū de idem significare, quod in profundo defixos, sicut puteus a altus, id est, profundus. Vult igitur dicere, horū verba tam esse, vt hominū animos penetrēt, & in cordibus infixa mane ita vt obliuioni nequeant tradi. Sicut claui nimis affixi vix e aut commoueri possunt: etsi alijs videtur hæc metaphora ess clauis in altum affixis, à quibus cortinæ pendent: ita iustorū dicatorum verba, auditorū animos suspensos tenent, eosq; a ra eleuāt, vt quasi cortinæ hanc Dei domum, quæ est sancta Ecclesia, exornent. Hunc igitur fructum amittit sanctum E gelium, eo q̄ à talibus sapientibus non prædicetur. Idcirc
2. Cor. 6. Paulus nos admonet, dicens: Nemini dantes vllam offensio vt non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus e beamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patiētia bulationibus, in necessitatibus, in vigilijs, in ieiunijs, in cast

7 charitate non ficta. Longũ esset annumerare modò plurimas virtutes, quas illic B. Paulus cōmendat ministris Dei, ne minister in contemptũ veniat, & non solùm non proficiat, sed officiat, quæ quidem summa est miseria, & infœlicitas. Ad hoc propositũ singularia quædam verba, & notatu dignissima dicit B. Paulus: Si enim propter cibum frater tuus cōtristatur, iam nō secundũ charitatem ambulas. Ante quàm vlterius progrediamur, notate ex hoc loco colligi opera, quæ non sunt necessaria, licèt ex se bona sint, propter pusillorũ tamen scandalum, ad tempus prætermitti oportere. Dicit vlteriùs S. Apostolus: Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. O diuinā exaggerationem! Ex eo (inquit B. Paulus.) Proximi tui pretium, & æstimationem potes perspicere, q̄ tanti Iesus Chr̄s illũ emit. Aduerte Iesum Chri- *Roma. 14.*
8 stum pro eo mortuũ fuisse. Qui ex voluntate sua annulũ pretiosam margaritā habentē in lacum coniicit, pretium, quod pro illo dedit, se contemnere apertè demonstrat. Sic qui proximũ suum ad peccandũ inducit, significat se Iesu Christi filij Dei mortem, qua proximus emptus fuit, negligere, & nihil æstimare. Quocirca vt illum doceas, nec eum scandalizes, sed in omni bono cōserues: vide, quanto pretio illũ Iesus Christus emerit. Eadē exaggeratione vsus est etiam ipse Apostolus, dicens: Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est. O quantum malũ & incommodũ erit hoc, & quam grauiter pro illo punieris! Hìc autē circa illud, de quo loquebamur, ita concludens, dicit: Non ergo blasphemetur bonum nostrum, idest, videamus ergo quomodo viuimus, ne Deus, quod est bonũ nostrum *Simile.* *1. Cor. 8.*
9 blasphemetur: quapropter, etsi tibi, salutiq; animæ tuæ non consulas, nec Christiani nominis dignitate ad virtutem cōmouearis, vt proximũ tuum nō scandalizes: saltem hoc te commoueat, ne tua causa Deus iniuria afficiatur. O quàm affectuosa exaggeratio est dicere: ne ergo blasphemetur bonũ nostrũ! Quòd si talibus verbis, & tanta cũ efficacia Christianis omnibus generaliter commēdat, vt diligētissimè caueāt, ne fratribus suis scandalũ afferāt, nō solũ malè operādo, sed ne quidē aliquē cibũ comedendo propter quod (etsi ex se illũ comedere malũ nō esset) aliquis ignarus, & insipiens scandalizaretur. Quibus verbis arbitramini hoc Ecclesiasticis viris commendari oportere: quorum malũ exemplũ longè perniciosius est, & in maiorem Dei optimi maximi iniu-

riam redundat? O vtinam hoc satis dignè exaggerare possem.

Vt autem illud meliùs intelligatur, notandum est in hac vni-uersali Ecclesia Deum diuisisse officia. Magnis, & potentibus iu-
Sapien.1. dicium, & iustitiam commendauit. Et ita Sapiens eam illis com-dat, dicens: Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Vos ô iudic (ait) gubernatores, & reges, quorum munus est terram iudicar aduertite hoc, quod vobis summoperè commendo, scilicet, vt stitiam intimo cordis amore diligatis. Diuitibus verò misericor-diam commendauit; ideò nanq; illos diuites effecit. Et sic B. Pa-
1.Cor.8. lus dicit: Vestra abundantia illorum inopiam suppleat, vt & illo-rum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqu litas. His verbis significat Diuus Paulus, quòd sicut Deus diui-bus misericordiam, ita pauperibus patientiam, aliasque pluri virtutes commendauit. Et sicut diuites temporalibus abunda spiritualibus bonis indigere solent. Pauperes verò è contra op tet, siquidem temporalibus indigent, spiritualibus abundent: sicut diuites debent eorum corporalē inopiam supplere, ita op tet pauperes vt diuitum spiritualem inopiā suppleant. Inter nes autem Christianorum status honorem suum viris Ecclesi
Matth.5. cis Dominus peculiariter commendauit: vt patet in Mattha vbi eis dicit: Si luceat lux vestra coram hominibus, vt vide opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cæ est. Qui verò sunt mali non solùm diuini honoris rationem habent, sed occasionem præbent, vt Deus blasphemetur, & iurijs afficiatur. Loquens Beatus Paulus de illis sanctis Patr
Hebr.11. dixit: Non confunditur Deus vocari Deus eorum. Imò non lùm Deo non fuit dedecori, verum etiam honori fuit maximo les seruos habuisse, quos cum gentes tam probos viderent, di bant. O quam bonum Deum habent hi, qui tales illos facit. Si go Deus non confunditur iustorum Deus vocari, sequitur, q cōfunditur peccatorum Deus appellari, & quòd ignominios est Deo (si ita dici potest) malos seruos habere. Hoc apertè p
Ezech.36 ex Ezechiele, vbi cum Dñs referret Ezechieli quàm parum H breis deberet, dixit. Fili hominis, domus Israel habitauerūt in h mo sua, & polluerunt eam in vijs suis, & in studijs suis. Et sta subdidit, dicēs: Et effudi indignationē meā super eos, pro sang ne, quē fuderunt super terrā, & in idolis suis polluerunt eam, & spersi eos in gentes, & ventilati sunt in terras. Et ingressi sunt

gen

13 gentes, quas introierunt, & polluerũt nomen sanctum meũ, cũ diceretur de eis: Populus Dñi iste est? Hi (ait Dñs) erant mali in patria sua, & ideo effudi super eos iram meam, & inter gentes illos dispersi, sicut paleæ disperguntur quando agricola eas vẽtilabro in altũ tollit. Qui autem malus est in patria sua, malus est vbique, vnde illud: *Qui hic est asinus non erit illic equus.* Si mali erant in regione sua, peiores fuerunt inter gentes, non solùm enim inter eas corporaliter ingressi sunt, sed cum corde etiam, & affectione inclinãtes se ad eorum ritus, & idololatrias, & sic cum illis contaminati sunt. (Hoc enim significat: Ingressi sunt ad gentes quas introierunt) qui cum tales essent, me maxima iniuria affecerunt, nomen sanctum meum, hoc est, honorem meum polluerunt, & contaminarunt, videntes enim eos gentes tam dissolutos, & perditos pec-
14 catores dicebant: Populus Domini iste est? Hic est populus, cuius causa Deus tot mirabilia operatus est? propter quos Ægyptios in mari rubro demersit? &c. His tam malis hominibus auxiliatur Deus? hos tã peruersos protegit? talis fortassè est ille, quales sunt isti. Hoc magnopere Deus sentiebat, & hanc iniuriam sibi illatam maximè dolebat. Quod autem de illis gentes dicebant, dicent nunc Mauri, & omnes infideles de improbis Christianis, cum eos tam peruersos esse animaduertant, illos præsertim, quibuscum loquuntur, & conuersantur. Non est dubium (dicent) quin talis sit Iesus Christus, quem isti adorant, & vt Deum venerantur, quales ipsi sunt. Ecce quem honorẽ altissimus Dei filius à nobis eliciat, pro innumeris beneficijs, quæ in nos contulit, & semper confert. Idcircò confunditur Deus vocari Deus peccatorum. Quòd si vni-
15 uersi mali Christiani Deum dedecorant, longè maximam iniuriam illi inferunt mali viri Ecclesiastici, quibus Deus peculiariter honorem suum commendauit, non solùm enim infidelibus, sed ipsismet Christianis scandalo sunt, dicunt enim: Populus Domini iste est? hi sunt, qui quotidie in pectore suo Deũ recipiunt? hi sunt, qui in mensa Domini sedent? hi sunt, qui nobis prædicant? hi sunt quibus peccata nostra confitemur? Tales ministros habet Deus? quomodo tolerat Deus tales homines, & sacerdotes suos? quomodo non imperat aperire terrã, quę eos deuoret? quid mirum si nos mali simus, cũ Dei ministri tales sint, cuius manibus ipse quotidie obtrectatũ? O maximã Deo illatã iniuriã. O patres Ecclesiastici, ego vos sanctissimę Trinitatis nomine adiuro, vt attẽdatis altissimæ

Maiestatis honorē vobis commēdatū esse, ne illū vestris deprau-
tis moribus cōteratis, neq; sitis occasioni vt animæ, pro quibus I-
sus Christus mortuus est, in æternum pereant: ne sitis sicut illi, de
quibus hîc dicit Dñs: Dicūt, & nō faciunt, &c. Amant primos a
cubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis. Sunt hypoc-
Matth. 23 tæ ambitiosi, qui omnia opera sua faciunt, vt videātur ab homi-
bus, & vt illis placeāt. Et inter alia plurima, quæ Dñs de illis dic-
est hoc vnū, quod alligāt onera importabilia in humeros hom-
nū: digito autē suo nolunt ea mouere. Vtinā in hunc defectū al-
qui prælati huius tempestatis maximè regulariū non incidāt, q-
plurima, & grauissima decreta constituunt, quæ ipsi obseruat-
nō sunt, putātes dignitates, & munera sua eos excusare, quomi-
decreta, quæ statuerūt, obseruēt. Et ideò quasi securi faciunt, sic
Simile. ti, qui ligna scindit in monte, quæ humeris suis non asportatu-
est: quòd si aliquod portatur⁹ est, portat illud, vt animal quòd
tegrū pondus defert, eo percutiat. Noli esse iustus multū dicit
Eccle. 7. clesiastic⁹: Hoc enim esset propter nimiū mulgere, sanguinē
effundere. Gloriosus Baptista nō bibebat vinū, nec carnibus v-
cebatur, nō autē hominibus, vt hoc facerēt, suadebat, sed præd-
Luc. 3. bat vt homines secundum status sui conditionem pœnitenti-
agerent. Et si illi tam improbi doctores erant, dicit tamen Dñs p-
pulo: Omnia quæcunq; dixerint vobis, seruate, & facite: secun-
verò opera illorum nolite facere. Non vult Dominus ouem, p-
storis iudicem fieri, sed, vt illi in omnibus, quæ secundum De-
gem sibi præcepta fuerint, obediat. Monstrosum esset videre h-
minem, qui hominis os habens, gryphis manus haberet: monst-
sius est autem optima verba loqui, & opera mala facere. Non v- 2
autem Dominus, vt tu eius manus aspicias, sed vt os intucaris,
secundum illa, quæ pastoris tui os tibi dixerit, dummodo De-
gi consonent, guberneris. Etsi nunc altissimi Dei beneficio n-
habemus, quare de hoc queramur, sed quare diuinam Maiest-
glorificemus, cum pro maiori parte, nec in prædicatoribus, n-
in prælatis mala exempla videamus. Quapropter maiori rati-
sanctam eorum doctrinam tenemur imitari. Nec etiam præ-
subditis suis intolerabilia onera nunc imponunt. Quanquam
ex illis, quæ diligentiùs curat Sathanas, est subditis persuade-
ea, quæ sibi à superioribus suis præcipiuntur, non esse prop-
spiritualem eorum vtilitatem, sed propter odium, quo subdi-
pro-

19 prosequuntur, aut vt illos nimium fatigent. Et sic in Genesi dixit ipse mulieri: Cur præcepit vobis Dñs, vt non comederetis de om ni ligno paradisi? Idest, cur præcepit modò vobis rem tam imper tinentē? fortasse hoc fecit, vt vobis molestiā afferret. Hanc autem intentionē diabolū habuisse, apertiùs ex alia trāslatione apparet quæ dicit: Ira, quia dixit Deus; non comedetis ex omni ligno paradisi: ira, scilicet, fuit quia, &c. Videte qualiter voluit eis persuadere Deū propter iram, & odiū illis prohibuisse, ne ex illa arbore comederēt. Hoc malū summoperè subditis officit, arbitrant propter odiū sibi libertatē adimi, & res impertinentes, & intolerabiles præcipi. Non intelligunt nullam esse peiorem seruitutem mala libertate, & non esse maiorem libertatem, quàm bonam, & sanctam seruitutem. Et siquidem nobis præcipitur improbis præla- *Gene. 3.*
20 tis, & prædicatoribus obedire, cum maiori suauitate, & delectatione deberemus illis obtēperare cùm sint boni & iusti. Cùm iam subditos doceret obedientiam, quam eos præpositis suis habere oportet, Prelatos nūc admonet, vt curēt, ne sint sicuti illi superbi, qui ab omnibus magistros, & patres se appellari cupiebant: & dicit illis, Omnes vos fratres estis. Patrem nolite vocare vobis super terram, &c. O Christe verorum humilium amator, veræque humilitatis doctor, quare nos admones ne vllum patrem vocemus, siquidem videmus Sanctum Apostolum tuum Paulum dicere: Nam si decem millia pædagogorū habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangeliū ego vos genui. Vbi ipse se patrem vocat, & patrem haberi, & appellari vult. Et ad Galatas dicit: Filioli, quos ego iterum parturio, donec *1. Cor. 4.*
21 formetur Christus in vobis. Hic eos vocat filiolos, & dicit se parturientis dolores passum fuisse, vt illic Iesu Christo renascerētur: In quo significat gloriosus Apostolus, quot dolores, & angustias ob conuertendas animas pateretur. Ex quo cognoscetis optimā rationem, quare Dominus dixerit: Quicunque fecerit voluntatē Patris mei, ipse meus frater, soror, & mater est. Certum est matrē vestram non vobis animam, sed tantummodo corpus genuisse: animam autem Deus creat. Et quia solū corpus vestrum genuit, dicitur mater vestra. Iustus ergo, qui patris voluntatem facit, omniū sanctificationē curat. Et hæc est volūtas Dei, sanctificatio vestra (ait ipse Apostolus). Cūq; iustus in hoc Dei volūtatē impleat omniū peccatorū quoad potest sanctificationē curat. Et cū sint *Galat. 4.* *Matt. 12.* *Simile.*

antea mẽbra Satanæ, curat vt iam cõuersi Iesu Christi mẽbra, & sui sancti corporis mystici partes efficiantur. Et quia Iesu Christi corpus gignit, ideò dicitur mater Iesu Christi, sicut mater vestra sic dicitur, quia corpus vestrũ genuit. O admirabilẽ seruorũ Dei excellentiã! qui, quia cũ doloribus quasi parturiẽtis peccatorum conuersionẽ curant, tã insigne cognomẽ consequũtur. Quis cum hæc audiat amodò de hoc tã sancto negotio agere nõ incipiet, & omni cũ diligentia, etiã cũ doloribus parturiẽtis peccatorũ salutẽ inuestigare, intelligẽs, quantũ hoc Deus æstimet? Si ergo Dñe iustũ matrẽ appellas, & B. Paulus vult se patrẽ haberi, quare nos eos patres nõ vocabimus, qui tã singulare nobis cõferunt benefi-ciũ? Cũ Saul Dauidẽ persequeretur, cũq; Dauid illũ posset in spe-
1.Reg. 24 lũca occidere, cõtẽtus est chlamydis fimbriã illi abscindere, & po-stea foras exiẽs dixit illi: Pater mi vide, & cognosce orã clamydis tuæ in manu mea. Si ergo Dauid tantũ persequutorẽ suũ patrem nuncupat, quare & ego patrẽ non nominabo eũ, qui me docet, affligitur, vt me ad cęlũ deducat? Atque etiã gentes consueuerant
4. Reg. 5. dominos, quibus cum habitabãt patres appellare. Quãdo fami-Naamã leprosi, cùm ille nollet ire ad abluẽdum se in Iordane, dixerũt: Pater, si rẽ grandẽ dixisset tibi Propheta, certè facere de-bueras: quãto magis, &c. Quare igitur nos eos, quibus plura de-mus, patres nõ dicemus? Ad hoc respondeo Dñm in his verbis si-gnificare voluisse infinitã differentiã esse inter nostrũ cęlestẽ pa-trẽ, & cęteros terrestres patres, qui in cõparatione Dei, patris no-mine quasi nõ sunt nuncupãdi, quod nobis maximę est conso-tioni. Vnde oportet nobis admirabilem quandam in diuina Ma-iestate fiduciam proficisci: cum nobis præcipiat, vt se solùm infi-nitæ pietatis, & clementiæ patrem habeamus. Etiam potest di-quòd præcipiens ne super terrã patrem, aut magistrum aliquẽ appellemus, non prohibet pietatem, & reuerentiam, quæ spiri-libus patribus, & magistris debetur, sed illud vetat, quod dixit
1. Cor. 3. Paulus, his verbis: Cum sit inter vos zelus, & contentio: scilicet super patribus, & magistris: nonne carnales estis, & secũdum ho-minem ambulatis? Hunc igitur carnalem affectũ, ex quo dissi-diæ, & simultates oriuntur, prohibet hic Dominus, & vult ne ni-mis patrem tuum confessorem diligas. Non prohibet illum à te patrem vocari, & amari, veruntamen non tanta cum affectione vt aliqui solent facere, qui propter terrestrem patrem cælestẽ desera-

25 deserunt,& alios minoris æstimant, ipsis verò suis confessarijs, superbiæ,& ruinæ occasionem præbent.

Etiam hic docet Dominus, etiam si prælatos à subditis magni æstimari oportet; prælatos tamen quasi fratres subditos suos habere debere. Et ita dicit: Omnes vos fratres estis. Et inferiùs ait: Qui maior est vestrū, erit minister vester. O admirabilem doctrinam. Beatus erit, qui illam custodierit. Pensate fratres charissimi quàm plena sapientiæ sit hæc doctrina: vltra enim quòd homini superioritatem habenti magnoperè necessaria est, ne fortè superbiat,& præ elatione euanescat: est etiā necessaria, vt eius moderatio sit suauis, & vt subditi ab eo libenter se gubernari patiantur. Naturaliter namque homini exosum est alij obtemperare, si verò in præposito suo superbiam animaduertat omninò hæc subie
26 ctio,& obedientia, quàm illi exhibet, est intolerabilis: sed quando subditus in prælato suo humilitatem,& suauitatem quandam experitur, acor ille, & asperitas, quam dominatio secum affert, omnino remouetur, & libenter patitur ab eo sibi iugum imponi, qui cùm sit maior, se habet sicut si esset minor. Videntes Aaron, & filij Israel cornutam Moysi faciem timuerunt propè accedere. Sunt aliqui prælati, qui cornua in facie habere videntur. Sanctus ille habebat splendores quosdam, quæ cornua videbantur, habebat autem eos ex consortio sermonis Dei. Hi verò habent cornua præsumptionis,& arrogantiæ, quibus subditos deterrēt. Hanc igitur elationem,& cornua præcipit hic Dominus vt depo nas, tamq; familiarem, atq; humanum in subditos tuos te ostendas, vt minima quaq; necessitate oppressi ad te liberè confugiāt,
27 eamque tibi securè audeant reuelare.

Exod. 34.

Et concludit dicens: *Qui se exaltat humiliabitur.* O nimiū metuēdā sententiā! Dn̄s cōcedat nobis spiritū, quò illā intelligere, atq; ex ea fructū percipere valeamus. Qui verā habet humilitatē, quæ est exacta quædam vilitatis suæ cognitio,& humillima atq; vilissima sui ipsius æstimatio, mirificam habet dispositionem ad alia plurima Dei dona suscipienda. Et ita intelligitur illud, quod dixit B. Iacobus: Omne datum optimum,& omne donum perfectū de sursum est, descendens à patre luminum. Cùm sit verum Deū esse infinitā essentiā, cælumq;, terram,& infernum, ac deniq; omnia adimplere quomodo ergo Dei dona possunt descēdere, siquidē Deus inferiùs,& superius est? Dico quòd quia Dei dona optima,

Iacobi. 1.

& perfecta humilibus corde, qui in propria sui æstimatione sunt infimi, nõ verò superbis, & elatis cõmunicãtur. (Deus enim superbis resistit, humilibus aũt dat gratiam:) idcircò dona de sursum descendere dicũtur, idest, ab altissimo, & infinito Deo ad humilẽ & infimũ in reputatione sui: & simul humilitas aliarũ cõpluriũ virtutũ est mater: ex ea enim reuerentia, timor, obediẽtia, patientia, mansuetudo, modestia, ac demũ amicitia proficiscitur. Qui enim est humilis, facile omnibus obtemperat, alios honorat & veretur, ne aliquem offendat. O clarissimam virtutem, tot virtutũ genitricẽ, quod sine hoc fundamento construitur, ad maiorẽ ruinam, & euersionem erigitur. Vnde Augustinus, Si cogitas (inquit) magnã fabricam constituere celsitudinis, de fundamento priùs cogita humilitatis: aliter enim noueris te magnam ędificare ruinam. Tã excellens est hæc virtus, vt sæpenumerò Deus homines maximas ruinas facere patiatur, quò hanc humilitatis virtutẽ cõsequatur. Quemadmodũ, siquis domũ cõstruxisset, in cuius ædificatione maximam pecuniarum copiam consumpserat, quia autem super fortissima fundamẽta nõ fuerat ędificata, improuisò cũ maximo domini sui detrimento cecidit. Sed cùm illam iterũ ædificat, fundamenta optima, & fortissimè iaci curat, & artifices iterũ atq; iterũ admonet, vt profundam fossam excauent, quousq; ad viuã rupem perueniant, licèt multũ temporis in iaciendis fundamẽtis cõsumant. Nam dicit: Si cum ego primò domum meã ædificaui optima fundamenta iecissem, nũquam illa corruisset, nec frustra meas pecunias cõsumpsissem. Sic permittit Deus, vt qui magnã virtutis ædificationẽ construxerat, quæ tamen in superbia nitebatur, in magna peccata incidat, vt animaduertens se eo quòd humilitatis fundamentis caruerit, à gratia Dei excidisse, postea verè, & ex animo humilitatem curet adipisci, vt noua virtutis constructio fortissima maneat. Grauissimus est morbus ad quem curandum, & sanandum, opus est brachium abscindi, aut aliam præcipuam corporis partem amputari: sic maximus & grauissimus est morbus superbiæ siquidem vt anima ab eo radicitùs curetur, & sanetur sæpenumerò permittit Deus: vt alias plurimas virtutes, sicut castitatẽ, patientiam, &c. amittat. Permisit ergo Deus, vt superbus inhonestatis peccatum committeret, aut iniuriam maximam proximo suo inferret, &c. Vt sic animaduertens se talia scelera perpetrare, humiliaretur. Etiã est maxima superbiæ exag-

August. sup. Matt. c. 11.

Simile.

Simile.

31 geratio, illud B. Iacobi quod supra diximus: nẽpe, Deus superbis *Iacobi. 4.*
resistit. Dicit Boetius cætera omnia peccata esse animam à Deo *Boetius.*
recedere: peccatum autem superbiæ esse animam aduersus Deũ
insistere, & velle illi obstare. Et ideò nulli alij peccato dicitur De⁹
resistere, nisi superbiæ: quid autem est alicui resistere, præterquã
te ab illo defendere & dicere ei: Auerte à me? Denique resistere
superbis denotat, solum superbum inter omnes peccatores cõtra
Deũ erecto collo currere. Quapropter fratres mei hanc malam
pestẽ diligentissimè fugite quæ quidẽ efficit, cæteras omnes virtutes nõ virtutes, sed venenũ esse animę. Vera autẽ humilitas etiã
peccata facit in bonum cõuerti. Quid (dicite) habuit aliud publicanus ille præter humilitatẽ? propter illã autẽ misericordiã à Dño *Luc. 18.*
consequutus est. Agricolarũ præsertim in veteri Castella omnes
32 diuitiæ sunt triticũ: in hac regione nihil ferè aliud colligitur nisi
triticũ, neq; enim terra hæc oleum, linũ, aut oryzã fert, sicut aliæ *Simile.*
terræ ferre solent, sed tantũmodo magnã fert tritici abundantiã.
Ex tritico autẽ omnia depromit agricola, quæ sibi familiæq; suæ
sunt necessaria. Sic etiam peccator licet nihil aliud, quam verã humilitatẽ, colligat, cũ illa defectibus omnibus remedium adhibere
potest. O quãta laus est hæc humilitatis, & quã pretiosa est, cum
ipsa vna plus valeat cũ peccatis, quã reliquæ virtutes sine illa prosint. Nã aliæ virtutes sine illa animam occidũt: illa verò cum peccatis etiã animã ad veniã, gratiamq; recipiendam disponit. Quod
cũ ita sit fratres charissimi omnibus vobis cõpertum est quã meritò hãc virtutẽ exoptare, atq; omnibus nostris viribus inuestigare
debeamus. Ad quã impetrandã maxime propriorũ peccatorum
33 consideratio conducit. Vnũ peccatũ, quod in vita nostra cõmisissemus, sufficeret cunctis diebus vitæ nostræ (etiam si mille annis
viueremus) nos pudore cõfundere, & humiliare. Quãtò magis (ô
quomodo hoc dica?) quãtò magis (inquã) frater mi si telã abominationũ, quam in tota vita tua texuisti, consideraueris? O æterne
Deus, quomodo potest cor hominis credẽtis se toties inferno cõdemnatũ fuisse, quoties mortaliter peccauit, nec scit, vtrum hæ
sententiæ fuerint reuocatæ, superbiam cõcipere? Cõsiderate nũc
attentissimè hoc fratres. Hoc enim vnum sufficeret, vt omnes sæculares vanitates despiceremus, & in foramẽ terræ nos includere
cuperemus, vbi acerrimam agentes pœnitentiam moreremur.

Magnopere etiam prodest ad humilitatem impetrandã, super

bos fugere,& cũ humilibus conuersari,& in vestibus, ac fastibus modestiam obseruare, vanaq; cognomina euitare, quæ nimium cor faciunt superbire. In Genesi legitur Dei nomine dictum fuisse Iacob: Nequaquam Iacob appellabitur nomẽ tuum, sed Israel, quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines præualebis? & posteà dicitur: Apparuit iterũ Deus Iacob, benedixitq; ei dicens: Nõ vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Cũ iam semel per Angelum Israelis nomen illi imposuisset, iterũ ipse Deus illũ hoc nomine vocari præcepit. Vnde apparet fortasse Iacob noluisse Israelis nomine vti, eo quod esset maximæ excellentiæ, cuius se indignum esse iudicabat. Israel enim princeps Dei interpretatur. Optime in hoc arrogantia nostra obiurgatur, cum nullum titulum quantumcunq; maximum expellamus licèt illum non nobis quadrare videamus. Quot excellentes, quot illustres, quot paternitates, quot reuerendissimos humana superbia inuenit, & nos hæc prænomina acceptamus, atq; illis euanescimus. Fratres autem mei aduertite quod dicit Dominus: qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Humiliamini igitur, & hic vobis gratiam suam Dominus donabit, vosq; in cælesti gloria exaltabit. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Gene. 32.

Genes. 35.

¶Feria.IIII. post Dñicam.II. In Quadrage.

Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, &c. Matth. 20.

CVM Iam in medio pœnitentiæ immissi simus, ne deficiamus, sed cõstantissimè vlterius progrediamur, nobis hodie sancta Mater Ecclesia hoc Euangeliũ proponit. In quo refertur virilis, & præstantissimus animus, quo noster diuinus dux Iesus Christus Hierosolymam ascẽdit, vt pro nobis mortem acerbissimã pateretur, quò illum curemus imitari, & sequi quousq; propter eũ, si oportuerit vitã morti offeramus. Post labores enim suo sequetur quod hic Dñs dicit, quod est gloriosę resurrectionis gaudiũ, & exultatio. Idcircò postquã secretò cũ suis sanctis discipulis de sacratissima morte sua egit, dicit statim: *Et tertia die resurget.*

2 S. Propheta Hieremias notabilia quædam verba ad hoc proposi tũ dicit: state (inquit) super vias, & videte quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigeriũ animabus vestris. State (ait) in alto, vt melius possitis vias circũspicere quæ vos ad desideratam fœlicitatem ducant. Obstupendũ est videre quot, quãq; diuersas vias inuenerũt in hoc seculo filij Adæ, per quas (videri suo) ad cælestem beatitudinẽ iter facerẽt. Et est valdè notandũ quod nõ dicit hic propheta: videte quæ sit via melior, & ambulate in ea. Nã bona, certa, rectaq; via, quę ad æternã vitã ducit, vna est, & nõ plures. Si enim diceret: videte quę sit via melior, iam significaret alias bonas vias esse ad huc finem consequendũ. Idcirco dicit, videte, quæ sit bona via inter omnes, & ambulate in ea. Et verè nullam aliam bonam reperietis præter hanc, quæ est Iesum Christum fi-
3 lium Dei sequi: nã omnes aliæ viæ plenæ sunt erroribus, & in infernum ducunt. Prosequimini igitur ò fratres pœnitentiæ, quam incepistis viam: qua licet nunc sit acerrimi, & laboriosi cliui ascensus, in summitate tamen, & consummatione huius cliui inuenietis refrigerium animabus vestris, sicut hic Dei nomine Hieremias promittit. Qũia autem ad hunc ascensum diuino auxilio opus est, ideo à diuina maiestate illud instantissimè debetis postulare, quo quidem auxilio tam facilis vobis idem ascensus apparebit, vt alios etiam difficiliores perquiratis. Hoc apertè significauit Dauid cùm dixit: Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo, disposuit in valle lachrymarum, in loco, quem posuit. O admirabilem doctrinam. Beatus est (inquit) quem tu Dñe adiuuas, hic enim non contentus est illam tantum *Psal. 83.*
4 pœnitentiã agere quæ necessaria est ad salutẽ animæ suæ sed semper alias ascẽsiones in corde suo proponit, quæ sunt aliæ sanctiores, & difficiliores exercitationes, vt per eas ab hac lachrymarum valle ad locũ quem tu ei demonstrasti, cõscẽdat. O fratres mei in hac lachrymarũ valle cõstituti ne cessetis plorare, & ab hoc diuino Dño instantissimè postulare, vt peculiare illud auxiliũ vobis cõmunicet, quo suis fauere solet. Et experiemini quã efficacia ꝓposita in cordib⁹ vestris habebitis, nouas exercitationũ rationes inueniẽtes qb⁹ diuinę Maiestati placeatis. Hoc est enim quod significat illud: ascẽsiones in corde suo disposuit. Etsi oẽs hæ ascensiones in hac regia via sequelæ nostri supremi ducis Iesu Christi includuntur. Nã (vt supra diximus) nulla est alia via quæ nos ad

cælum

cælũ ducat, præter hãc. Atq; vt ab hac via nõ erretis optimũ omniũ remediorũ est, pedẽ in Iesu Chr̃i vestigijs cõstituere. Ambulas post aliũ per prata viridia, & post tres, aut quatuor passus iam nescis, qua præterierit, quia in herba & amœnitate illa parũ eius vestigia imprimunt. O pratum, & viriditas humanę sensualitatis, quot in te homines pereũt! Habes tu optimã quãdã cogitationẽ, quod est vestigiũ à Deo relictũ, & ante quã illã exequaris, iam eã perdidisti. Quæ est hui⁹ rei ratio? hęc est profecto: quia super sensualitatis viriditatẽ resedit, & minimũ vestigiũ reliquit, eo q̃ non fuerit illic benè impressa sicuti vestigia ambulãtis per pratũ non bene imprimunt. Idcirco maxima animaduersione opus est, vt huic diuino duci tenaciter adhæreamus, nec minimo quidẽ tẽporis spatio ab illo oculos remoueamus, pedẽq; in ei⁹ vestigijs cõstituamus. Hoc est vt vbi primũ bona inspiratio nobis aduenerit, cõfestim illa opere cõpleamus. O quã maximè in cęlestis beatitudinis via ꝓgrederemur, si hoc faceremus. Verũtamẽ dicit S. Lucas hãc ipsam historiã referens, q̃ cũ Dñs hęc discipulis suis dixisset: ipsi nihil horũ intellexerũt. Erat autẽ verbũ istud absconditũ ab eis. Hæc omnia illis obscura erant, illisq; Dñs peregrino sermone loqui videbatur. Sic autẽ ego suspicor vos hæc quæ huc vsq; dixi penitus non intelligere, quia seculari, & sensuali amore excæcati estis: & idcircò hunc cælestis viæ sermonẽ omnino ignoratis. In Genesi dicitur q̃ cũ Esau fratrem suũ Iacob persequeretur, illũq; vellet interficere, cumque Iacob pergeret Haran & venisset ad quendã locũ, & vellet ibi requiescere tulit de lapidibus, qui iacebãt, & supponẽs illũ capiti suo requieuit in eodẽ loco. Viditq; in somnijs scalã stantẽ super terrã, & cacumen illius tangebat cælũ, prospexitq; Dñm in illius summitate cõmorantẽ. Ex hoc cognoscetis quantũ valeat iustus apud Deũ; nã tam bona sunt eius opera, vt etiã & illius insomnia magnoperè prosint. Quod si curas ac vigilãtias Esau cũ insomnijs Iacob cõferatis quãtò plus iustorum insomnia, quã peccatorũ lucubrationes, ac solicitudines valeant, cognoscetis. B. Hieronymus hunc locũ Genesis exponens perpẽdit hæc mysteria nõ reuelata fuisse à Deo Iacob in domo patris sui, quousq; ab illa exiuit, & peregrinans ex itinere fatigatus supposito capiti lapide dormiuit. O fratres mei vtinam velletis à domo istius patris, qui vos sub sua potestate habet, exire, vobis nanque in peccato commorantibus meritò dici potest: vos ex patre

Simile.

Lucæ. 18.

Gene. 28.

Hierony.

8 tre diabolo estis: eiq; obeditis. Quandiu autẽ in eius domo cõmo ramini nimis obscura vobis hæc scala videbitur. Ascẽsusq; ad cælũ difficillimus apparebit. Exite, exite festinãter à tã mala domo: recũbite, dormite, & requiescite parũper optimis cõsiderationib⁹ super lapidẽ illum, de quo Paulus: Petra autẽ erat Christus. Et in ista sancta requie dicite cũ Dauid: Bonitatẽ, & disciplinã, & scientiam doce me & alia translatio dicit, Bonũ gustũ, & scientiam doce me: sic enim ex Hebræo transferri potest. Hoc est, quod vos à Deo oportet postulare dicẽtes, Dñe illumina animã meã, vt quæ amare debeo, & quæ gustare, quæq; teneor execrari cognoscam. Dñe per viscera misericordię tuę te deprecor, vt perspicacissimos oculos mihi cõcedas, & sciẽtiã ac cognitionẽ quandã cęlestis vię me erudias, & fac, vt hoc vnũ mihi suauissimũ, cætera vero ama- 1.Cor.10. Psal.118.
9 rissima videãtur. Bonũ gustum, & scientiam doce me. Quod si feceritis, non dubito quin quando quis de ascensu ad Hierosolymã vobiscum locutus fuerit satis vobis manifestus sermo videatur.

Cum Dominus de hisce rebus loqueretur: *Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, &c.* Vsque ibi: *Dic, vt sedeant hi duo filij mei, &c.* Hæc verba varijs interpretationibus exponi solent; omnibus autem illis optimè quadrat quod Dominus respondit dicens: *Nescitis quid petatis.* Aliqui dicunt hanc sanctam mulierem hic petijsse vt filij sui scriberentur. Ita vt illud: sedeant, tantum valeat ac si dixerit: scribantur. Vsitatus enim loquendi modus est quum volumus dicere: scribatur hoc, dicere. Fiat sessio huius rei, aut huius fœderis: & sic in hoc sensu petere vt sedeant, est petere vt scribantur in libro vitæ, qui est (secundum glossam super illud Psalmi: de- Glossa supe. Psal. 68.
10 oleantur de libro viuentium) intellectus diuinus. Deus enim ab æterno suæ diuinæ voluntatis calamo scripsit, idest, destinauit in libro, & sapientia sui diuini intellectus omnes, qui saluandi sunt. Hic autẽ liber vocatur à Beato Paulo, adoptio quũ dicit: qui prędestinauit nos in adoptionem filiorum. Quod est clariùs loquendo diuinum quoddam propositum cœlestis beatitudinis homini largiendæ; quod propositũ nulla vnquã temporum permutatione deficiet, sicut humana proposita solẽt deficere. Et dicitur liber viuentium, quia qui in eo scripti sunt, consequuntur vitã in perpetuum duraturã. Soletis dicere de amico vestro charissimo: Nequeo illius obliuisci, scriptum enim in corde meo illũ habeo. Sic electorum non potest Deus obliuisci, tanto amore illos diligit, vt Ephe.2.

eos

eos in corde suo scriptos deferat. Ratio aūtē, ob quā hic sensus historicus verbis applicatur est propter illud quod Dñs respondit dicens: *Sedere autem ad dexteram meam, & sinistram, nō est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo.* Donatio enim sedium diuinæ prædestinationis non competit quidem Christo Redēptori nostro quatenus homini, sed ęterno patri suo, cuius nomine hîc tota sanctissima Trinitas designatur, quæ æternaliter expresſit, & prædestinauit eos, qui saluādi sunt, & qui semel in hoc libro scripti sunt
Mal. 3. nullo vnquam tempore delebuntur. Deus enim incommutabilis est, vt ipse per Malachiam dixit: ego Deus, & non mutor. Dicet aliquis, si illi, qui eo modo quo dixisti, scripti sunt nequaquā
Exod. 32. deleri possunt, quomodo dixit Moyses Deo: Aut dimitte eis hāc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti: videtur ergo qui illic scripti sunt deleri posse. Dico hoc magis nostrum propositum confirmari, & Moysen illud Deo dixisse tanquam rem imposſibilem, quam nec ipse cupiebat, nec volebat, sed exaggerationem quandā fuisse, ad significandū quantū populi sui veniam exoptaret. Sicut dicere soletis amico vestro: Dñe fac istud propter me; quin aliter occide me. Perspicuū est vos nolle ab amico vestro interfici, sed vt significetis quantum illud fieri cupiatis, hoc modo illud exaggeratis. Ita fecit hîc S. Moyses, etsi quū hoc diceret, se deleri non posse optimè cognouit.

Psal. 68. ¶Sed poterit replicare quis dicens: ergò malè dixit Dauid cùm
August. su. rogauit de malis loco citato. Deleantur de libro viuentium. B. Au-
Psal. 8. gustinus super hunc locum respondet huic difficultati dicens: illud, quod deprecabatur Dauid non intelligi de illis, qui realiter in libro vitæ scripti sunt: optimè enim nouerat illos deleri imposſibile esse. Sed intelligi de his, qui seculi opinione in libro hoc scripti sunt: qui quidē sunt sancti falsi, & veri peccatores. Et sic delere aliquē de libro vitæ est manifestare illū in hoc libro scriptum nō esse. Nobis enim cōplures in libro vitę scripti esse videntur, qui tamen in libro mortis scripti sunt, vt sunt multi hypocritæ pietatis fictores. Dicit igitur Dauid: Dñe hi, qui ab hominibus sancti iudicari volunt permitte vt in aliqua publica peccata incidant, & ita ostendens mundo illos in libro vitę scriptos nō esse. Et hoc significat: deleantur de libro viuentium. Est autem hic maxime notandum eos, qui in hoc diuino libro scripti sunt, sola diuina volūtate, & non alia ratione scriptos esse, non (inquam) alia ratione,

quæ

14 quæ sufficiat hoc diuinum beneficium adipisci. Et ita dixit Deus
Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Et *Exodi. 33.*
Beatus Paulus, dicit: Dei enim donum est, non ex operibus, ne *Ephes. 2.*
quis glorietur. Et licet verum sit prædestinationem nullis bonis
operibus comparari posse, effectus tamen prædestinationis, quæ
est gloria, bonis operibus valet impetrari. Bona enim opera, quæ
in hoc mũdo in gratia facim⁹, digna sunt gloriȩ, & ita B. Petrus di *2. Petri. 1.*
cit: Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certã ve
strã vocationẽ, & electionẽ faciatis. Quod si quis dicat: si hoc ita
est, quomodo dicit Beatus Paulus: existimo enim q̃ nõ sunt con *Roma. 8.*
dignæ passiones huius tẽporis ad futurã gloriã, quæ reuelabitur
in nobis? Ad istud respondeo ipsum Apostolũ alibi dixisse: repo
sita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dñs in illa die iu-
15 stus iudex. Et licèt in his verbis S. Apostolus sibimet cõtradicere *2. Tim. 4.*
videatur: nam in prioribus dicit opera nostra de cõdigno gloriã
nõ mereri: in posterioribus verò dicit, opera nostra gloria esse di
gna & iure Dñm sibi gloriam debere. Si tamen rectè intelligãtur,
nulla in eis inest contradictio. In prioribus enim dicit: bona ope-
ra in quantũ opera ex se tantũ cõsiderata quatenus ex nostro li-
bero arbitrio procedunt, & gratia Dei denudata per se sola non
esse digna gloriæ. Et hoc est verissimum. In posterioribus autem
dicit: bona opera in gratia Dei fundata, & meritis Iesu Christi
Saluatoris nostri stabilita cælestem beatitudinẽ promereri. Nam
Deus illa tanti pretij fecit vt huius præmij digna essent. Si num-
mum aureũ in statera appendis, cui aliquid auri deest, in sublime *Simile.*
ascẽdit, põdus verò, quod in altera lance est, deorsum descẽdit: &
16 examẽ, id est, lingua illa stateræ super põdus inclinatur. Remediũ
igitur, vt põdus sursum ascendat, est nũmo aureo tritici granum
apponere, & sic ille deorsum descendit, pondus autẽ, quod infe-
rius erat, sursum ascendit, examenq́; quod antea põderi propen-
debat, iã nũc super nũmũ aureũ inclinatur. Hoc modo Deus ope
ribus nostris valorẽ contulit. Nũmus auri purissimi est immensa
diuinitas, pondus verò sunt opera nostra grauissima, & terrena.
Posita opera nostra in vna lance, Deus verò in altera cõstitutus:
appẽsa hȩc duo in suȩ diuinȩ sapiẽtiæ statera, opera nostra, quasi
onus grauissimũ deorsum pendebãt, non enim gratiæ, nec gloriȩ
digna erãt: examenq́; diuinæ iustitiæ in nos propẽdebat puniẽs
nos propter demerita nostra. Nũmus verò aureus, qui est Deus,
in

in sublimi cum Angelis suis cōmorabatur, homines tanquam indignos relinquēs. Meritò autē nūc Deo nostro dicere possumus idem, quod dixit Daniel ad aliud propositum loquens, exponēs nēpè insomniū Balthasaris his verbis: Appēsus es in statera, & inuentus es minus habens. Dñe appēdisti te cum operibus nostris in statera tuæ diuinæ sapientiæ, & inuenisti tibi granum quoddā deesse secundùm quod ab ęterno constitueras. Veniat ergo Dñe remediū, & apponatur nūmo aureo granū tritici: quod adimpletū est quando humanitas diuinitati vnita est. Tunc descendit nūmus aureus deorsum descendēte Deo, idest, humanā naturā assumēs, vt cum hominibus conuersaretur. In terris visus est, & cū hominibus conuersatus est. Et descendente Deo ascendit in altū pōdus operū nostrorū, vt ipsi gratiæ, & gloriæ digna essent. Examē etiā, quod antea in nos propensum erat inclinatū est super nummum aureum, & granū; qui est Iesus Christus verus Deus, & verus homo exercēs in illo quatenus homo erat omnes pœnas, quibus scelera nostra digna erant. Et ita intercedētibus laboribus, & tormētis suis nobis gratiam promeruit, vt opera nostra valorem haberent apud diuinam Maiestatem, & propter illa iure gloriæ coronam, qui est diuinæ prædestinationis effectus, mereremur.

Dan. 5.

Baruch. 3.

Si igitur hæc mulier precibus, & orationibus se diuinę prædestinationis sedes cōsecuturā arbitrabatū; meritò illi respōdet Dñs dicens: *Nescitis quid petatis.* Hoc enim nō orationibus impetratur, nec mihi quatenus homini illud dare cōpetit. *Sed quibus paratum est à patre meo.* In his verbis soluit Dominus quæstionem à plurimis disceptatam. Nonnulli enim dixerunt, Deum electos suos prædestinasse. quia pręsciuit eos gratia sua bene vsuros esse quæ opinio improbatur à Diuo Thoma hac ratione. Bonus vsus gratiæ, & liberi arbitrij est ipsius gratiæ effectus. Nam quemquam bene vti gratia, quam Deus illi dat, & libero arbitrio, quod habet, ex ipsa gratia prouenit: gratia autem est prædestinationis effectus. Igitur bonus vsus gratiæ est effectus prædestinationis, igitur nō potest esse illius causa. Nā vna, & eadem res non potest esse causa, & effectus alterius. Alia etiā ratione opinio illa refutatur: nempè, plurimi sunt prædestinati sine vlla causa ex parte sui. Ergo omnibus prędestinatis hoc accidit. Nulla enim est maior ratio de vnis quàm de alijs, in hoc omnes sunt æquales, primum patet. Perspicuum est enim infantes, qui ante quàm rationis vsum habeant, mo-

D Th. 1. p. q. 23. articul. 5.

20 moriuntur, nullum habere proprium meritũ, cum nullus in illis sit rationis vsus. Hi autẽ prędestinati sunt, siquidẽ saluãtur. Ergo omnes prædestinati absq; vllo proprio merito prædestinantur. Hoc manifestè dicit B. Paulus his verbis: Elegit nos ante mundi constitutionẽ: vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate. Vt essemus sancti, dicit hîc S. Paulus nos à Deo electos fuisse non autẽ dicit, eo quòd futuri eramus sancti. Et sic statim subdit dicẽs: qui prædestinauit nos in adoptionẽ filiorũ, &c. Secundum propositum voluntatis suæ. Ecce quomodo sanctus Apostolus nullam aliam, præter Dei volũtatem, prædestinationis causam assignat. Ita hunc locum exponit B. Augustinus. Et hîc Dominus sigillo suo hoc confirmat dicens: *Quibus paratum est à Patre meo.* Res est hæc quę ad solum Patrem spectat: ad quã nec
21 humana merita, nec orationes, nec ego quatenus homo intercedo: nisi sola eius voluntas, & misericordia. Hic adest nunc argumentũ insipiẽtium, qui dicunt: Iam Deus scit vtrũ ego saluãdus, an condemnandus sim. Ergo illud absque dubio fiet, quod Deus scit. Ergo non sunt necessaria opera: quomodocunq; enim viuã, faciendum est quod Deus ab ęterno decreuit. Ad quod sic respõdeo. Etiã Deus præsciuit, ac decreuit te triginta, aut quadraginta annos esse victurum, & illud quod Deus decreuit, absque dubio erit. Ergò quando ægrotaueris nõ opus est tibi medicum accersiri, nec medicinam aliquam accipere: siquidem quomodocunque sit, omne tempus, quod Deus constituit victurus es. Quare ergò medicum iubes accersiri? quare potiones assumis? quare medicamẽtis vteris? nisi quia habes, licèt sciẽtia Dei vera sit, & nequaquã
22 possit deficere, necessaria etiam esse hæc media ad valetudinem consequendã? Cùm igitur in rebus naturalibus, & ad corporis valetudinem pertinentibus remedia inuestiges, etsi de diuinæ scientiæ certitudine non dubitas: media, quæ sunt animæ saluti necessaria, negare voles? Vnde hoc prouenit, nisi ex eo quòd ea, quæ sunt corporis, diligentius, quàm ea, quæ sunt animæ curas? Et ad tuam malam vitam degendam velles aliquem colorem: scito frater mi quòd sicut Deus ab æterno animas prædestinauit, etiã media, quibus eas saluas fieri oporteret, decreuit. Et sicut insipientiæ esset in infirmitate tua non mãducare, aut tibi non mederi, sic est maximę stultitię arbitrari te absq; operibus saluãdum esse. Quapropter fratres charissimi facite quod vobis B. Petrus pręcipit di-

Ephes. 1.

Aug. lib. de Prædestin. sanct. c. 18.

Simile.

cens: Satagite per bona opera, &c. ¶Idcirco his sanctis Apostolis dicit Dñs: *Potestis bibere calicem, &c.* Et dicentibus illis se posse illum bibere sicut singulare beneficium calicis potum concedit dicens: *Calicem quidem meum bibetis.* Sedium donatio non mihi cōpetit: sed mereri vobis gratiā & auxiliū, quo calicē meū patienter bibatis, ad me pertinet. O liberalissime reparator te deprecor, vt nobis faueas, quò ex omniū gratiarū fonte fortitudo, & auxilium nobis cōmunicetur, vt tuū sanctū calicē patiēter bibamus, & calicē Babylonis magno odio fugiamus. De quo dicit Hieremias: Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram. De vino eius biberunt gentes, & ideo cōmotæ sunt. Omnes voluptates, & confusiones seculares dicūtur calix aureus propter bonam apparentiam, quam habent, & propter iucunditatē quam sensibus afferūt. Et hic calix Babylonis dicitur esse in manu Dñi: quia ex creaturis, quas ipse creauit, vt nos illis moderatè vteremur, inordinate humanæ voluptatis vinum elicimus, quo inebriamur & quasi extra nos incedimus, amētes, & sine iudicio redditi. Cauete fratres charissimi ne hunc calicē immoderatè bibatis: hic est enim, qui homines in infernū præcipitat. O quantū oderat B. Paulus ex hoc calice bibere, cum dicebat: Mihi mūdus crucifixus est, & ego mūdo. Quādo vni cruci bini affiguntur, alter est auersus ab altero. Et ita dicit: Mundus mihi terga vertit, & auersus est à me, & ego ab illo: ille me reijcit, & ego illū. Mundus est crucifixus, ita vt, licèt velit, ad me nō valeat accedere: ego verò sum timoris, amoris & obedientiæ clauis affixus quibus mihimetipsi vim infero, ne ad eū accedā. O vtinam his tribus clauis affectiones nostrę affigerētur, vt (si possibile esset) ad nullā mundi rē accederemus: est enim excōmunicatus, quē supernus pōtifex Iesus Christus excōmunicauit. Qui patrē suū pro crucifixoribus suis exorās pro illo noluit exorare. Vnde dixit: Nō pro mūdo rogo. ¶Quod si hæc mulier cū diceret? *Dic vt sedeant, &c.* De corporalibus sedibus intelligebat, vt ipsa contextus litera resonat iure optimo etiā illi dixit Dñs: *Nescitis quid petatis.* Nō enim cōuenit muneri, quo filij tui domi meæ fungūtur, nec loco, nec tēpori sedere, imo nullum ex ijs, qui saluari cupiunt, sedere oportet in hoc seculo. Omnibus quippe dictum est: sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ardentes in manibus vestris. Omnibus nobis præcipitur, vt simus Deo quasi famuli portantes faces accensas in manibus

Margin notes: Hiere. 51. — Galat. 6. — Ioan. 17.

a ōnibus suis, qui semper corā dominis suis adstant & quū nimis de- *Luc.* 12.
fessos se inueniunt eleuato vno pede super alterū requiescunt: &
postquā vnus iam subleuatus est, eleuato altero super alterū stāt.
Facem quā vnusquisq; nostrum habere debet coram diuina Ma-
iestate, oportet esse bonū opus charitatis igne inflammatū, pedes
autē quibus nos inniti oportet, sunt duæ vitæ, actiua nēpè, & cōtē
platiua, & quando vno pede defessi fuerimus, alio subleuabimur.
Hoc significauit Dauid cùm dixit: In die mādauit Dn̄s misericor
diā suā: & nocte cāticū eius. Idcirco Christus redēptor noster die *Psal.* 41.
populis prędicabat, noctu verò in mōtib⁹ exorabat. Vt nos doce
ret, ꝙ postquā nos in operib⁹ misericordię erga ꝓximos exercue
rimus nos ad cōtēplationē recipere oportet, vt prętertita peccata
lamētemur, vt Dei beneficia in memoriā nostrā reuocem⁹: vt de-
27 niq; nos altissimæ Maiestatis amore inflāmemus. Ideò Beatos Ia *Matth.* 26
cobū & Ioānē in hortū Gethsemani Dn̄s deduxit, vbi eis passio- *Matth.* 17.
nē suā ostēdit: postquā eos duxerat in mōtē Thabor, vbi illis suā
gloriā reuelarat: vt eos doceret in alterutro horū pedū illos inuicē
inniti oportere. Idcircò nescitis (inquit) quid petatis. Etiā nobiles *Simile.*
equites, vt certamina, cōflictionesq; suæ sint decoræ, & omnibus
iucundæ nō oportet eos in sella sedere, sed in stapedibus obniten
tes à sella erecti debēt cursare. In hac vita seruimus Deo equitan-
tes. Eques est aīa: equus verò est corpus: sella est sensualitas, stape
des sunt ratio, frænū est timor Dn̄i, calcaria sunt labores. Vt ergò
cōflictiones nr̄æ cū Sathana sint validæ, Deoq; iucūdę, qui quidē
vitę nr̄ę certamē intuetur: quia oculi Dn̄i super iustos (ait Dauid) *Psal.* 33.
oportet nos nō super sensualitatē sedere, sed super rationē obnitē
28 tes à sensualitatis sella nos eleuare. Videbitis equitē leuis armatu- *Simile.*
ræ tā peritū, ac elegātē cursorē, vt currēdo sup equū paterā vini bi
bat, nec tamē minimā quāq; guttā effundat. O quāta equitis dex
teritas, & elegātia. Christus redēptor noster quasi optimus eques
huius mūdi viā cucurrit, quia exultauit vt gigas ad currēdā viam.
Et passionis poculū bibit, nec minimā quidē meriti guttam effu- *Psal.* 18.
dit. In omnib⁹ enim, quæ dixit, quęq; operatus est altissimos gra
tiæ, gloriæq; grad⁹ suis famulis promeruit. Nos verò miseri etiā la
borū, atq; amaritudinū pocula potam⁹, vt significauit Ecclesiasti *Eccle.* 40.
cus dicēs: Iugū graue super filios Adā à die exitus de vētre matris
eorū, vsq; in diē sepulturæ in matrē omniū, idest in terrā: totū ta-
mē meritū plerūq; effundim⁹. Et ita patimur, nec tamē meremur

O 2 quia

quia in sensualitatis sella sedentes currimus. Quocirca nos sedere non oportet. Et ideò nescitis (ait) quid petatis.

Etiã nos dedecet sedes ratione loci, in quo sumus. Vestibulum domus viri primarij nõ est locus, in quo filios eius charissimos deceat sedere: cũ enim illic crebrò iumenta, & currus, qui domui necessaria asportãt, onerentur, & exonerẽtur, totũ est quasi sterquiliniũ immunditia plenũ. Serui, & alij homines viles, & infimę conditionis in illo sedere solent: filij verò per illud celerrimè prætereũt, & vlteriùs properãtes in aulas perpolitè exornatas ingrediuntur, in quibus suauissimè requiescunt. Hic mundus est vestibulum quoddã regij palatij gloriæ: & ideò non sedent in illo alij præter viles, & turpes peccatores iusti enim tanquã charissimi filij Dei nolunt in tam obscœno, & immundo atrio sedere, sed dicunt cum B. Paulo: Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam: sic celerrimè absq; eo quod ad huius mundi stercus se inclinent aut illud diligant, per illud prætereunt quousque ad regias aulas perueniant: de quibus dixit Dominus: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et in eis in æternũ requiescunt. Et sic Dauid dixit in nomine iustorũ, stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalẽ. Quia illic sederũt sedes, &c. In atrijs (inquit) cœlestis Hierusalẽ, qui est hic mũdus, stetimus, & illic sedebũt sedes, quæ sunt iustorũ animæ. Quia anima iusti sedes est sapientiæ. Hæ autem sedes sedebũt in iudicio, vbi tãta tribulatio futura est. Quòd si in iudicio sedẽ habebũt, quomodo in cælo nõ sedebunt? Quocirca nescitis quid petatis, cum in tam immundo loco sedem postuletis.

Simile. Philip. 3. Ioan. 14. Psal. 121. Sap. 7.

Quod autem vlteriùs dicis: *Vt sedeant vnus ad dexteram, & alius ad sinistram.* Nobilis matrona parum nosti Theologiæ. Nam si de futura vita loqueris mea dextera est cælestis gloria: sinistra verò est infernus. Et ideò nescitis quid petatis, cũ illic sinistram manum exposcatis. Si autem de hoc seculo loqueris: dextra est prosperitas, sinistra vero aduersitas, & qui in hoc seculo prosperitatem petit, nescit quid petat, petit enim laqueum, quo se suspẽdat, & interimat. In Exodo Dei nomine dictũ est Moysi: Ascende ad Dominũ tu, & Aarõ, Nadab, & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabis procul. Est valde notãdum, ꝙ inter electos Dei, qui ex vniuerso populo assignantur: vt in montem ascendant quasi principes, & præstantiores post Moysen, & Aaron nominati fuerunt Nadab, & Abiu: De quibus posteà dicitur: quod arrepti

Exod. 24. Leui. 10.

Nadab.

32 Nadab, & Abiu filij Aaron turibulis impoſuerũt ignẽ, &c. Egreſſuſq; ignis à Dño deuorauit eos, & mortui ſunt corã dño. O Deus immenſæ bonitatis ꝙ illi, qui ab ipſo Deo in altiſsimum illum dignitatis gradũ elati fuerãt talẽ ruinã poſtea fecerũt, tantoq; ſupplicio puniti fuerũt! O filij Adæ quid ſoliciti eſtis, vt per hominũ manus, & negotia in ampliſsimos dignitatis gradus efferamini! quiduè cũ in ijs cõſtituti eſtis, tantopere ſuperbitis, ſiquidem illi, qui ab ipſo Deo ſublimati fuerãt, tam infœlici caſu ceciderunt, ac tam miſerũ exitum habuerũt? Quare tã periculoſam rẽ expetere nõ veremini? Attendite Pharaoni dixiſſe ipſum Deum: In hoc poſui te, ideſt exaltaui te vt oſtendã in te fortitudinem meã. Sic fortaſsè permittet Deus, vt vos aſcendatis in dignitateſq; exaltemini, vt ſint vobis cõfuſioni, & in vobis potentiã, iuſtitiamq; ſuã *Exod.9.*
33 oſtendat. Neſcitis quid petatis, ſi dexteram proſperitatis expoſcitis. Parua enim cymba ſi magna defert vela, tãto ventorũ flatu ſolet impelli, vt in profundũ maris demergatur. Ita illi, qui in hoc ſeculo nauigamus, cùm tam parui ſimus virtute vbi primum magna vela quis habet, hoc eſt vbi primũ grandẽ aliquã dignitatẽ & autoritatẽ conſequitur tanto ſuperbię vẽto ſolet inflari, vt in profundũ pelagi æterni immergatur, & pereat. Hoc autem vobis maximè cõducibile eſt, Calicẽ quidem meũ bibetis. Vt cum paſsionis meæ participes ſitis, meæ etiam gloriæ compotes eſſe mereamini. Ad quã nos perducat Ieſus Mariæ filius, Amen. *Simile.*

¶Feria. V. poſt Dñicam. II. In Quadrageſi.

1 *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide.* Luc. 16.

REFERT B. Lucas, quòd prædicans Chriſtus Redemptor noſter maximo cuidam auditorio agebat de miſericordia, quam oportet diuites in pauperes habere, vt Deus illorum miſereatur. Et dicit ſanctus Euangeliſta ꝙ audiebant omnia hæc Phariſæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ob hanc cauſam illis hunc metuendum caſum Dominus propoſuit (qui realiter, & verè contigit) de diuite quodam crudeli, & de paupere, qui miſerias, & neceſsitates ſuas patientiſsimè tolerabat. Et dixit: *Homo quidam erat diues, &c.* Dicatur litera Euangelij.

Hũc obstupendum casum illis Dñs cõmemorauit, & illum eis 5
cõmemorãs de eo nos voluit certiores fieri, quo nos oẽs deterre-
ret, vt siquidẽ amore ducti boni esse, ac Deo seruire nolumus, sal-
tem metu perculsi ad diuinã ipsius Maiestatem conuertamur: &
verã agentes pœnitentiam peccatorum nostrorum veniã conse-
quamur. De iusto dicit Dauid. Manus suas lauabit in sanguine
Psalm. 57. peccatoris, idest peccatorũ supplicijs admonit⁹, manus suas laua-
bit, & meliora etiã, & synceriora opera faciet, quàm anteà facere
cõsueuerat. Si ergo iusti malorũ supplicio ad maiorem iustitiã, &
bonitatem cõmouentur: quãtò magis oportet peccatores, qui se
ijsdẽ supplicijs dignos animaduertũt, quibus alios sibi similes pu-
niri conspiciunt, timere, & ad Deum conuerti? In Apocalypsi di-
Apoc. 19. cit B. Ioannes: Vidi cælũ apertũ, & ecce equus albus, & qui sede-
bat super eum vocabatur fidelis, & verax. Et paucis intermissis (6
cit: Et vocabatur nomẽ eius verbũ Dei, &c. Inter alia autem, qu
de hoc verbo Dei sedente super equum albũ, purissimæ huma-
tatis suæ, dicit, vnum est ꝙ de ore eius procedit gladius ex vtraq;
parte acutus, vt in ipso percutiat gentes. Gladius temporaliũ re-
gum non est acutus nisi ex altera parte, nõ enim habet potestatẽ
vt aliquid vltra corpus puniat. Cauete autẽ ab eo, cui⁹ gladius ex
vtraq; parte est acutus, qui & corpus occidit, & animam cõdem-
nat, & vtrunq; in infernũ pręcipitat. Sic dixit ipse Dominus. No-
Matt. 10. lite timere eos, qui occidũt corpus, animã autẽ non possunt occi-
dere: sed potius timete eum, qui potest, & animã, & corpus *perde-*
re in gehennam. O quam singulare consiliũ! quantũuis potẽs sit
rex terrestris nullũ maius tibi damnũ potest inferre, quàm caput
tuũ ab humeris euellere, euulso autem illo, omnẽ iurisdictionem 7
quam in te habebat, amittit, sique anima tua in gratia erat, in cæ-
lum ducetur, vt fruatur Deo. Illius autem tam præpotentis Do-
mini iustitiam, qui punit corpus & animam in æternũ cõburen-
dam in infernum detrudit, quis non pertimescet? Considerate er-
go fratres hanc diuinam historiam: & suppliciũ quod in illa nar-
ratur lauacrum quoddam esse animabus vestris.

Dicit sanctum Euangeliũ: *Homo quidam erat diues.* Ex eo quod
erat diues prouenit, vt prophanus, epulo, & carnalis esset, ex hoc
autẽ dimanauit, vt crudelis & sine misericordia in pauperes fue-
rit effectus, nec stetit quousque in infernum perueniret. Attendi-
te per quàm miseram scalam infœlix hic diues paulatim in in-
fernum

5 fernum descenderit. Si homines non essent insani, quam maximè fieri posset, diuitiarum copiam fugere deberent. Sicut vir prudens orphanorum tutorem se esse, eorumque substantiam suscipere recusat. Nouit enim cito vniuersæ pupillorũ substantiæ rationem à se expostulandam, seque omnibus bonis, quæ sibi commissa sunt spoliandum esse intelligit. Adhuc profectò multò magis arctam, & rigorosam rationem à te Deus exposcet omnium bonorum, quæ tibi commisit: nescis autem vtrùm hoc hodie, an cras faciendum sit. Et præter hanc arctissimam rationem, quam laboriosum est diuiti nimium semper solicitum esse, & timere, ne ante mortem à diuitijs deseratur! Hieremias dicit: Perdix fouit quæ non peperit, fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiẽs.

Simile.

Hier. 17.

6 De perdice dicitur, quòd tantoperè desiderat filios habere, vt aliena oua sibi assumens sub alis suis foueat, & in eis elaboret, suoque met sudore pullos proferat. Postquam autem eos protulit, illam deserunt, & post matrem suam abeunt. Itaque nihil aliud remanet miseræ, nisi labores, sudoresque suos frustra consumpsisse, nec tamen vllum ex illis fructum percepisse. Hoc plerunque hominibus secularibus solet accidere: qui postquam magno cum labore, ac vultus sui sudore, plurimisque sceleribus perpetratis quatuor minuta compararunt, accidit infortunium, & omnia simul deperdunt, nec aliquid illis remanet, præter curas, ac solicitudines, quibus corpora sua confregerunt: & scelera, quibus animas in illis acquirendis, infecerunt. Si autem ò infœlix diues te diuitiæ tuæ non destituerint, saltem tu non potes illas in

Simile.

7 morte non deserere: & fortassè quò plures iniquitates cum illis commiseris, eò magis tibi Deus vitam breuiabit, vt illas relinquas, & alij etiam te inuito illis fruantur. Hæc est enim vna ex maledictionibus, quæ veteris legis transgressoribus immissæ fuerunt: Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis. Et paulo post: Domum ædifices, & non habites in ea, plantes vineam, & non vindemies eam, &c. oues tuæ dentur inimicis tuis. Hoc crebrò contingit viro accumulanti diuitias absq; timore Dñi, & illas sine misericordia in prophanitatibus consumenti. Iumentũ, quod ex puteo coopertis oculis aquam haurit, magno cũ labore iterũ atq; iterum puteum circundat, & demum aquam haurit ad olera irriganda, quæ non ipsum, sed alij manducaturi

Deut. 28.

Simile.

 sunt.

sunt. O quoties hi cæci, ac miseri maria, emporia, tribunalia, & de niq; vniuersum orbem circūeunt, vt summa cum anxietate ca ac quirant, quæ non ipsis quidem, sed alijs pro futura sunt. Sic Hieremias homines quosdam Dei nomine cōminatur dicēs se extraneos hæredes illis esse daturum. Dabo (inquit) mulieres eorum exteris: agros eorum hæredibus: & huius supplicij causam reddēs dicit: quia à minimo vsq; ad maximum omnes auaritiam sequūtur. Hoc etiā misero Sauli contigit: qui in pœnā auaritiæ, quā habuit seruans sibi meliora iumēta, & res pretiosiores Amalech, cōtra voluntatē Dei, regni sui successorē habuit, non filios quidē, aut nepotes suos, sed Dauid, quē ipse summo odio ꝑsequebatur. Ideò Spiritus sanctus dixit. Noli attendere ad possessiones iniquas & ne dixeris: Est mihi sufficiēs vita. Nihil enim proderit in tēpore vindictæ, & obductionis, idest, quādo in die obitus tui terra coopertus fueris. Execramini amicū, qui cùm sanguinis effusione, & mortis periculo fuerit acquisitus, in maiori necessitate, & angustijs, quādo hostes in vos irruunt nō mouetur, nec vos adiuuat. Quādo peccator viderit diabolos in se irruere, oculos conijciet in illas diuitias, quas cū tāto mortis periculo, & ferè sanguineis sudoribus cōparauit: vidēs autē se ab illis nō adiuuari, nec eas aliquid sibi prodesse, quid sentiet, quidue dicet? Quapropter noli attēdere ad possessiones iniquas, quæ ne dignæ quidē sunt, vt in illas oculos conijcias. Alia translatio dicit hic. Ne cōfidas tuis diuitijs, quia in die aggressionis nihil proderūt. O homo cæce, quanto appetitu nūc pecunias moues, & quā suauiter illas annumeras. Et quandò media nocte expergisceris, qua delectatione vniuersę substantię tuę stationes cogitatione reuoluēs ambulas, nūc de vinea, nūc de domo, nūc vero de nūmis, ac tandē de cęteris bonis tuis cogitās? Tolle tolle o miser cogitationem tuam ab hisce tam inutilibus rebus, quæ ne dignæ quidē sunt, in quas saltem oculos conijcias, quanto minus, vt eas nimio amore diligas? Attende in die illius terribilis casus, quando te diaboli aggressi fuerint, vt ab illis in infernum deducaris, vniuersas diuitias tuas nihil tibi esse profuturas.

Hier. 8. — *1. Reg. 16.* — *Eccle. 5.*

Quod primū de hoc diuite dicitur, est, quod induebatur purpura, & bysso. Hæc autē vna ex condēnationis illius causis assignatur, lautitia nempe, pompaq; ac vanitas perpolitarum vestium. O quantū hæc mala serui Dei fugerūt! norunt enim quātū detrimēti inordinatus harū rerū vsus animæ afferat. In Exodo legitur quod

Exod. 26.

11 quod etsi arca Dñi interius, exteriusq; auro exactissimo cooperta erat: in exteriore tamen sacco, & vilissimo quodã panno velata erat. In quo significabatur quomodo se habere debent iusti, licet enim solido auro amoris exactissimi operti sint, tamẽ carnes *Hebr. 11.*
suas vilissimis vestimentis induerunt: vt exaggerat. B. Paulus, dicens. Circumierũt in melotis, in pellibus caprinis. Et sanctus Iob *Iob. 19.*
de seipso loquens, dicit. Saccum consui cutem meam, & operui cinere carnem meam. Attendite autem quibus vestibus vsus fuerit sanctus Rex Dauid, qui dicit. Posui vestimentum meum cilicium. *Psal. 68.*
O maximum horum infœlicium temporum confusionem! cùm homines maxima solicitudine anguntur, atq; mille illicitas conuentiones, & contractus faciunt, vt perpolitè & pompaticè exornentur, quod est maximum signum perditionis, & dissolutionis
12 animæ eorum, vt significauit Ecclesiasticus, dicens. Amictus corporis, & risus dẽtium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Tria signa ponit hic Spiritus sanctus per quæ homo potest cognosci *Eccle. 19.*
qualis sit, vestium profanitatem, risus leuitatem, & ingressum in loca periculosa, & vbi est occasio mali. Aduerte quò ingrediaris, inde enim paulo magis minusve cognosci poteris qualis sis. Ingrederis in domũ ludi, aut malæ fœminæ, melius esset tibi ingredi in speluncam leonum, aut draconum, qui non possent plusquam in corpore tibi officere. Intelligens autem. B. Petrus quantum incommodum inordinatus vestiũ fastus afferat, dixit maxima exaggeratione. Considerantes in timore sanctam cõuersationem vestram: quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui abscõdi- *1. Petri. 3.*
13 tus est homo cordis in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus qui est in cõspectu Dei locuples. O quã diuina verba, Dñs illuminet corda vestra, vt ad illorum exequutionem incitemini. Ne curetis, (ait Beatus Apostolus) ista vilissima corpora vestra aureis, & pretiosis ornamentis exornare: sed mirum in modum curate, vt spiritus interiùs diues, & exornatus sit in conspectu Dei. O quàm maxima confusio, & quàm acuta sagitta est hæc mulieri, & multò dirior viro, qui quotidie vnam horam, & plus etiã in capillis crispãdis, & corpore suo exornando cõsumit: sicuti qui gladium acuit, vt proximos suos interficiat, in toto autem anno ne vnam quidem horam in spiritu suo adornãdo cõsumit. Nunquid sunt verba, quib⁹ satis digne tãta abominatio, & peruersitas exag

 gerari

gerari posſit?O Deus infinitæ maieſtatis tu hos fratres meos illu mina,vt cæcitatem ſuam cognoſcant,& ab immoderata profanitate ſua reſipiſcant:neq; enim verba mihi ſuppetunt, quibus hoc illis penitus perſuadere poſsim. Vnum aũt vobis dicam fratres, ad noſtram Chriſtianorum confuſionem.Referunt humanæ hiſtoriæ Romanos,etſi gentiles,locupletiſsimos, ac tam potentes, vt vniuerſo orbi dominati fuerint,& tamẽ decreuiſſe,ne qua mulier ad veſtium ſuarum ornatum pluſquam mediam vnciam auri gereret.Quid dicitis ad hoc Chriſtiani ſanctiſsimo Euangelij lacte educati:qui animæ immortalitatem creditis, quiq; ſempiternæ gloriæ,ac inferni diuturnitatem confitemini? Quomodo non erubeſcitis, & confundimini videntes quod nunc agitur? quod vxor artificis vult plus auri ſuper ſe gerere,quàm vxor conſulis, qui vniuerſo orbi dominabatur,deferre conſueuerat.

Dicit vlteriùs ſanctum Euangelium. *Et epulabatur quotidie ſplendide.* Quod ſemel in anno cum amicis, & conſanguineis veſtris in charitate epulemini non poteſt condemnari. Veruntamẽ quotidie ſplendide hoc eſt nimis pernicioſum. Nam leoni benefaciendo,& indulgendo,illum domabitis: qui autem corpus ſuum delicatè tractat,ipſique indulget,ſatietate, & voluptate ferocius, ac crudelius illud efficit. Qui ſanctorum patrum vitas legerit, quæ à Theodoreto, Palladio, & Diuo Hieronymo referuntur, non poterit non admirari intelligens, quàm crudeliter corpora ſua tractauerint:quibus autem propinquiora huius rei exempla ſuppetunt,ſumus nos fratres minores,cùm ſint admirabilia, quæ de innumeris fratribus ordinis noſtri legimus, qui noſtra fere tempeſtate floruerunt.Qui cum hoſtibus colluctantur,& decertant, non contenti ſunt non pati ſe ab illis ſuperari: ſed omnibus viribus, & artibus ſuis illos curant euertere, ac ſolo æquare, vt à periculis ſecuriores ſint, & victoriæ certitudinem habeant. Idem igitur faciunt ſerui Dei cum corporibus ſuis, capitalibus hoſtibus,qui continua abſtinẽtia illos deijciunt, ac proſternunt, vt magis certi ſint de victoria.Non ſic faciebat hic diues,qui nũc crudeliſsimis inferni ignibus cruciatur, quò deuenient etiam omnes illius ſectatores, niſi opportunum ſibi remedium adhibuerint,non enim eſt vnus Deus vnis, & alter alijs, ſed omnibus eſt vnus, & idem. Aduertite fratres quantum malum ſit hoc, quia enim tam miſera eſt epulonum ſors non potuit illam B. Paulus

Simile.

ſine

17 sine magna lachrymarum copia recessere, dicens. Multi enim ambulant, quos sæpè dicebam vobis, nunc autem, & flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est. Vult dicere q ex gula prouenit, vt quis sit inimicus crucis pœnitentiæ, & tot vicijs se tradat, vt ad infernũ potius, quàm ad veram pœnitentiam agendam peruenire velit. O metuendum verbum! quomodo illud audientes epulones non contremiscũt, siquidem hoc modo æterna condemnatione illos Deus comminatur, & hîc à sancto Apostolo vilissimæ cuiusdam idololatriæ vocantur idololatræ. Gentes enim in suis idololatrijs aurum tanquam Deum venerantur. Solemq́ue, ac Lunam adorant: hi verò miseri ventrem adorant, quod est totius immunditiæ, & inquinamenti receptaculum. Et eo vsque hoc malum peruenit, vt ali- *Philip. 3.*
18 qui, qui de virtute egerunt, velint splendidè manducare, & se se delicatè tractare, hoc malum comprobantes cum Beato Paulo dicente. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est. Profectò isti non intelligunt Sanctum Paulum, nã quod in illis verbis significat, est: Exercitationes pœnales & corporales ex se tantũmodo, parui esse pretij, & vtilitatis quia quoad magis corpus debilitant. Si verò propter altiorem finem fiãt, erũt valde vtiles, sicut si labores corporales tulerimus, vt Christro redẽptori nostro conformemur, atq; vt anima magis sui ipsius dominetur ad Deum magis amandum. Opera autem animæ disparis sunt rationis: ipsa enim in se magnã vtilitatem afferre possunt, sicut siquis intellectu occuparetur cogitando quã parui pretij sint res seculares, & quantæ excellentiæ, atq; æstimatio- *1. Tim. 4.*
19 nis sunt Dei pręcepta, & eius gloria, si inferni cruciatus in memoriã reuocaret, si vitiorum turpitudinẽ, & deformitatem, siq́ue virtutum pulchritudinem, ac splendorem contemplaretur. Harum enim rerum omnium sola profunda cõsideratio etsi ad Deũ non referatur, magnã in anima operationem facit. Itaq; non dicit S. Paulus corporalem exercitationem ad modicũ vtilem esse, si ad sublimes fines referatur. Pudeat ergò vos ò fratres velle voluptates vestras, immoderataque conuiuia sacris literis comprobare. Præsertim cũ tanta sit hæc dissolutio, vt vix inter Gentiles reperta fuerit, vt apparet ex illo Iuuenalis. Quis fercula septẽ Secretò cœnauit auus? idest, quis antiquorum Romanorum septẽ ciborũ genera secretò cœnauit? Secretò (inquit) nam palam nemo hoc facere *Iuuena. 2. Saty.*

facere auderet. O Iuuenalis si nunc ex inferno exires, & quid nũc inter Christianos agatur, intelligeres, quomodo exclamares, vidẽs non septem quidem, sed septem decim fercula in vno prãdio manducari: & non secretò sed publicè, de quo etiam, qui hoc faciunt, magnoperè gloriãtur. Quid igitur ex hac immoderatione præter turpitudinem maximam, sensualemque corruptionem poterit dimanare?

Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, &c. vsque ibi. *Et nemo illi dabat.* Non erant in domo diuitis cõuiuia, & cibi pauperi: sed alijs diuitibus similibus illi. Hoc est diuitum ingenium: quòd benefaciunt illis, quibus non est opus. Mater Salomonis consuluit filio suo, dicens, Noli regibus dare vinum. Et paucis intermissis dicit. Date siceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo. O quàm pium consilium! in quo illum hortatur, vt in pauperes & afflictos esset misericors: non autem in Reges, qui nullã habent inopiam. Hoc ipsum vobis ego Dei nomine consulo, ne cõuiuia, & epulæ vestræ potentibus, ac diuitibus præparentur. Videte quid dicat Ecclesiasticus his verbis. Hospitabitur, & pascet & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet. Satis digni sunt his gratijs, qui non Deo, sed diuitibus, & potentibus conuiuia sua faciunt, qui pro mercede iniurias illi reddunt, & reuertuntur dicentes inuicem inter se. Vidisti vanum illum, quomodo se liberalem vult monstrare? Nunquid eum ignoramus, maioresque eius quales fuerint non optime nouimus? Vidisti, quàm commutato ordine, & quam malè cõditas escas nobis apposuit? &c. Hac mercede dignus est qui bona sua non propter Deum quidẽ largitur. Hos assumit Deus carnifices contra illos ad puniẽdam hanc paucam charitatem, quod cum vicinum habeant claudum, & pauperem, ac vulneratum ad ostium, ne buccellam quidẽ panis illis largiuntur: ad saturandos verò hos ingratos omnia superabũdare volũt. Hac crudelitate vtebatur hic diues: ad cuius ostium cùm pauper vulneribus plenus staret, cupiens micas manducare, quæ ex illius mensa excidebãt, quas fortasse canes præ nimia saturitate edere nolebant, & nemo illi dabat. O sancte Deus quãta inhumanitas est hæc? quid sentiet egenus, & famelicus accedẽs ad ostium diuitis, & videns eius iumenta, & canes satiatos, qui desiderat canum escas manducare, nec tamen eas illi largiris? precipuè cùm fidẽ habeat, cumque sit idem vtriusque Deus, & vna, & eadem carne, & san-

Prouer. 37

Eccle. 29.

23 sanguine vterque vestrum constet, & tamen tam durum, & inhu manum te in illum præbes? Ideò Beatus Ioannes dicit. Hìc est pa *Apoc.* 13.
tientia, & fides sanctorum, id est, hic labor est materia patientiæ sanctorum. Multum patientiæ, & fidei requiritur ad tantam inhumanitatem tolerandam. Nonne est maximè miserandum, quòd cupiat pauper esse sub mensa diuitis, & potentis, atque ea, quæ conijciuntur canibus, manducare: nec tamen illi hoc permittatur? In libro Ionæ dicitur, Regem præcepisse sic præconio declarari. Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent *Ion.* 3.
quicquam, neque pascantur, & aquam non bibant. Quare dic rogo prohibes, ò Rex iumenta, & pecora manducare, & bibere? Nũ quid illa sicut homines peccauerant? non profectò. Sed ratio hoc postulare videbatur. Dissentaneum etenim est, quòd ieiunante
24 homine iumenta manducent. Ieiunent (inquit Rex) iumenta, nec comedant, aut bibant, siquidem homines ieiunant. Visum est Regi illi Gentili ita conuenire: tu verò Christiane, qui credis Christum Redemptorem nostrum hanc peremptoriam rationẽ condemnationis malorum redditurum esse, scilicet, quòd proximos esurientes nõ cibauerint, & tu vis omnes canes, & catos tuos saturatos esse: proximum autem tuum ad ostium tuum fame perire? Hic est patientia, & fides sanctorum. Ecce diuitem crudelem, carnalem, & profanum, maxima tamen diuitiarum copia affluentem, & ecce Lazarum amicum Dei, virtutis, ac patientiæ plenum, non habentem buccellam panis, nec remedium vulneribus, infirmitatique suæ inuenientem. O iudiciorum Dei profunditatem maximam. Videtur equidem Deus commutato recti-
25 tudinis ordine facere, cum malo proficiat, bono autem officiat. Nõ sanè rerum ordinem commutat: magna enim, & secreta sunt iudicia Domini. Et sic Dauid dicebat. Ponens in thesauris abyssos. Deum in thesauris arcas custodire videtur peruersus ordo. *Psal.* 32.
Qui thesaurizant thesauros in arcis, & non quocunque modo custodiũt, sed aureos in capsam, capsam verò in arcam includũt. Quomodo ergo Deus vice versa facit, cùm in thesauris arcas custodiat? Hoc significat quòd multa, quæ à Deo fiunt vice versa fieri videntur, cùm tamen sint prudentissimè facta. Sicut est virum optimum, & virtute præditum vlcere esse plenum, & esurire, malum verò diuitem esse, & omnibus rebus abundare. Atque vt hoc intelligatis, notate quòd habet se Deus in hoc sicut

locuples mercator, qui vadit in emporium, vt mercimonia emat, & aliqua, quæ sunt vilia, & pauci valoris mercatur, qualia sunt specula, ligulæ, acus, papyrus, & alia huius generis. Hæc verò statim

Simile. persoluit. Sunt autem alia mercimonia tam pretiosa, quæ statim persolui non possunt: atq; hæc fideiussa emit, vt ea in futuro emporio persoluat. Ita se habet Deus: venit enim in emporium huius seculi ad emenda bona opera quasi mercator. Et opera, quę in peccato mortali facta inuenit, tanquam vilia, & parui pretij statim in hoc mundo persoluit, reddens pro illis honores, diuitias, liberos, &c. Ea autem, quæ in gratia, & charitate facta inuenit tam pretiosa, & tanti valoris mercimonia sunt, vt ea in futuro seculo æterno præmio persoluēda relinquat. Et ita illa fideiussa accipit: & si peccator aliquod bonum fecit hoc illi in hoc seculo persoluit. Atq etiam hoc facit, vt illum ad virtutem attrahat, quin aliter omnia Dei beneficia ad maiorem eius condemnationem erunt. Bonum autem vult Deus, vt esuriat, & vulneribus sit coopertus ad maiorem eius gloriæ coronam. Et hoc est, ponens in thesauris abyssos: quod videtur transuerso ordine fieri. Simile huic est quod dicit

Apoca. 7. Beatus Ioannes loquens de iustis. Lauerunt stolas suas in sanguine agni. Tali industria vsus est Deus, vt ex sanguine saponem efficeret? Videtur quòd sanguine maculaturus erat vestes & nō maculauit eas sed lauit. Hoc fecit vt sancti neglecta voluntate, & sententia sua Dei iudicium, & voluntatē sequerentur: licèt enim Dei iudicium nobis videtur contra rationem procedere, semper tamē sapientissimè disponitur: & quicquid Deus decernit, sapientissimè efficit. Quāuis iustū in afflictionibus immersum, atq; ibi quasi pannum maculari videatis, & quasi vestem in sanguinem immissam infici arbitremini: ibi Deus illum sapone polit, & abluit ab humanis defectibus, vt in cælo pulchrior appareat. Quod videre est in Lazaro, de quo hìc dicitur.

Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis. O fœlix anima, quæ quandiu in hac vita commorabatur, à nemine, nisi à canibus visebatur, qui ad hominum confusionem veniebāt, & lingebant vlcera eius. Nunc autem in morte non ab vno tantum: sed à plurimis Angelis in sinum Sanctorum Patrum perducitur, vt illic finitis tandem secularibus ærumnis consolata quiesceret. Interijt etiam diues ille, qui delicatè tractabatur. *Et sepultus est in inferno.*

In

29 In Apocalypsi depingit Beatus Ioannes miserrimum peccati statum, dicens. Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi mors, & infernus sequebatur eum. Hic equus pallidus, & sine decore est peccator, qui non solum non habet venustatem, & colorem sancti, verùm ne hominis quidem ferè habet effigiem: siquidem secundum rationem non viuit. Sedet autem super eum diabolus, qui dicitur hîc mors. O maximã miseriam, & infœlicitatem! quòd sedeat super miseram peccatoris animam diabolus, & peccatum! Si per illam transiret, tolerabile esse videretur, sedere autẽ super illam, quód est eam sub potestate sua constitutam habere, eamque in omnibus operibus suis guberna re sicut eques equum regit: hoc est, maximum malum, & infernus sequebatur eum. Quid aliud sperari poterat, quàm quòd *Apocal. 6.*
30 talem herum talis famulus sequeretur? O peccator adhibe tibi remedium, quod si nõ feceris, infernus te insectatur aperto ore vt te absorbeat. Scito hoc non esse meum insomnium: nam Spiritus sanctus hic illud apertè dicit: Quapropter antequam te consequatur, & occupet, tanto incommodo obuia. Etiam, & canes huic infœlici homini misericordiam prædicabant, eumque hortabantur vt esset misericors, ne ab inferno deuoraretur. Cùm autem ex hoc, aut ex pauperis Lazari patientia nullum fructũ percipere voluerit demum occupauit eum infernus, atque in æternum deuorauit illum.

Et cum esset in tormentis, &c. Notate quòd non dicit sanctum Euangelium: cùm esset in tormento, sed cùm esset in tormentis, quænam (inquam) lingua poterit explicare diuersitatem tormen
31 torum, quibus damnati in inferno cruciantur? Illic est ardentissimus ignis, intolerabile frigus, nix, glacies, ventus, & tempestas, nimium horribilis. Hæc autem omnia sunt minima quædam pars pœnarum damnatorum, vt affirmat Dauid, dicens. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum pars calicis eorum, quia inter has pœnas omnes, maxima est Deo carere. *Eleuans autem oculos, cùm esset in tormentis, &c.* O miserrime, nunc aperis oculos? Serò est iam: anteà oportuit te illos aperuisse, vt pauperem Lazarum, eiusque necessitatem intuereris, atque ad ea aspicienda, quę ad animam tuam spectabant. Fratres mei nunc nunc oculos ad bona opera facienda aperite, nisi enim eos in hoc seculo aperueritis, in inferno aperietis quando nihil penitus vobis proderit. *Psalm. 10.*

Albertus Magnus. proderit. Albertus Magnus arcanum quoddam naturæ scrib: scilicet, quòd cum fulmen aliquem percutit, si illum apertis ocu lis occupauit, clausis oculis illum relinquit. Consule tibi frate mi, attende hoc arcanum fulminis de te verificari. Si enim fulm mortis te clausis oculis ad pauperes aspiciendos, eaque quæ a animæ tuæ salutem pertinent facienda, occupauerit: faciet t apertis oculis ad inferni tormenta perferenda remanere. Si aut apertis oculis te inuenerit, clausis te relinquet ne æternam pœn aspicias, nec illam in te experiaris. Eccè exemplum est in hoc di uite, qui in inferno oculos aperuit, cùm tormentis torqueretu & proclamabat, dicens. *Pater Abraham, &c.* Mentiris miser. Neq enim tu eius es filius, neque ille tuus est pater. Nam Dominu
Ioan. 8. dixit: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: qui adeò mise cors erat, vt in feruore diei peregrinos expectaret, illosque hos
Gene. 18. tio exciperet, proprijsque manibus eorum pedes ablueret. Cu autem tu illum imitari nescieris, quare non te pudet, patrem ni eum appellare? Hoc autem quod illum rogas, dicens, Miserer
Prouer. 21. mei, iam non habet locum. Non enim hoc est tempus misericor diæ, quia scriptum est. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur.

Et dixit illi Abraham. Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Vi
Simile. detur mihi hoc esse sicut ludus, qui Hispanè dicitur, [*A trocar por fuerça.*] Habet quis bonas chartas, alter verò habet malas: dicit que prior, Domine non commutemus chartas: dicit verò alter: Non domine, quia hic est ludus, vt necessario commutemus. Prior nollet commutare, quia bonas chartas habet, veruntamen licet inuitus debet eas commutare, & sic charta vnius transit a alterum, & è contra. Sic accidit in hoc mundo, Deus est qui char tas voluit: ipse enim bona, & mala secundum voluntatem sua distribuit. Alijsque tres chartas tribuit, quæ sunt diuitiæ, hono & valetudo: alijs vero alias tres chartas diuidit, scilicet, pauper tatem, dedecus, & infirmitatem. Accedit tempus necessario com mutandi, qui est dies mortis: tunc qui habent diuitias, honore & valetudinem, nollent commutare: hìc vellent in æternum co morari his rebus perfruẽtes cum offensione Domini qui eas illi diuisit. Verum licèt inuitum oportet te illas commutare. Vt tu qui hanc abundantiam, prosperitatem, voluptatemque cum va

letudine

35 letudine in hoc seculo habuisti, habeas in futuro omnia vice versa.
Pauper verò, qui tanta rerũ inopia, ignominia, & infirmitate preme
batur, atq; hæc omnia patienter tolerauit, perpetuã nunc abũdantiã
salutẽ, ineffabilemq; honorem atq; æternam amplitudinem conse
quatur. Nec verò arbitremini me hoc ex me dicere: Deus enim hoc
dicit per Isaiam his verbis. Ecce serui mei comedẽt, & vos esurietis. *Isai.65.*
Ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur, &
vos cõfundemini. Ecce serui mei laudabũt præ exultatione cordis:
& vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlu-
labitis. Quid clariùs dici poterat? aut quid apertius, & magis ad lite-
ram vultis hoc adimpletũ videre, quam in his duobus, quos cõme-
morat sanctũ Euangeliũ? Euoluit Deus chartas, & diuiti illi epuloni
tres bonæ chartæ contigerunt, pauperi verò Lazaro paupertas, dede
36 cus, & infirmitas maxima accidit. Nunc autẽ (ait Abrahã diuiti) hic
cõsolatur, tu verò cruciaris. O quã amari nũcij sunt hi diuitibus, pro-
speris, & saturatis huius seculi. O quam bonum esset, vt has buccel-
las ab ore eijcerent, quas cum tam amaro salsamẽto deuoraturi sunt.
Nolite fratres charissimi his caducis, & transitorijs rebus cum pecca
tis & offensionibus Dei vestri perfrui: siquidẽ accessuri estis ad ho-
ram, in qua hæc necessariò debetis commutare. Viuite in timore
cognoscẽtes vos periculosissimum statum habere: quod si mihi nõ
vultis credere, videte quid scriptum sit. Iustũ deduxit Dominus per *Sapie.10.*
vias rectas, &c. & honestauit illum in laboribus, & compleuit labo
res illius. Laboribus (inquit) Deus iustũ, honestũ, ac sanctũ effecit.
Verùm labores tãdem finiti sunt. Compleuit labores illius. Dicitur
quòd deduxit eum per vias rectas: via recta est, quando mediũ con
37 uenit cum extremis. Duo extrema humanæ vitæ sunt ortus, & obi
tus: ortus est cum maxima paupertate & miseria: sic vt videmus fi-
lium Imperatoris, & pastoris lachrymantem, & horrida cute inuo-
lutum oriri, obitus etiam est cum dolore, & amaritudine. Illa igi-
tur vita est recta, quæ cum his duobus extremis conformatur. Nu-
dus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc, dixit *Iob.2.*
sanctus Iob. Inter hæc autem duo miserabilia extrema velle homi-
nem cum maxima voluptate, lætitia, & saturitate viuere, hoc est, à
rectitudine viæ declinare. Non ita faciebat sanctus Iob, cũ Deo di-
cebat. Dimitte me, & ad quid Iob longam vitam postulas? nũquid
vt voluptatibus fruaris, an vt primo genituram instituas? Non (in- *Iob.10.*
quit) sed vt plangam paululum dolorem meum. Ad hoc faciendũ

exoptanda est vita, non vero ad seculares vanitates. Si ergo Deus
stum deducit per vias rectas: viæ autem rectæ sunt, quæ cum
& obitu conformantur: tu, qui es diues, & potens, ac cũ fastu, &
fanitate maxima viuis, merito potes timere te non esse iustum,
à Deo per istas tam reflexas & deuias vias duci, sed tibi merito p
suadere potes te à diabolo istis voluptatibus implicatum, & dece
tum deduci: quousque te illic reponat, vbi hunc infœlicissim
epulonem constituit: hoc est, in tormentis inferni vbi ne mini
quidem refrigerationis gutta illi data est, & si illam ardentissime
stulauit. Quod cum ita sit fratres charissimi, nũc siquidem oppo
num tempus habetis, quæ in voluptatibus consumpturi eratis,
à modo incipite cum paupere Lazaro expendere, nam non vn
modo, sed plurimos passim reperietis, cum quibus opera miseric
diæ exercere valeatis, quibus peccata vestra redimetis: postea
corda vestra ad veram pœnitentiam redigetis, atque vobis grat
suam Dominus largiatur, qua sempiternam gloriam compar
Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

¶ Feria. VI. post Dñicã. II. In Quadrage

Homo quidam erat paterfamiliâs, qui plantauit
neam. &c. Matth. 12.

DIcatur tota parabola ad literam, vsq; ibi. Ideò dico vobis qu
auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur gẽti facienti fru
eius. Propter abominabilẽ illorũ ingratitudinẽ consummatãq; ma
litiã, qua in ipsummet Deũ suũ violentas manus intulerunt, illu
que acerbissima morte necauerũt: derelicti sunt à Domino vt v
Hiere. 7. mus, sicut prædixerat sanctus Hieremias dicens. Dormiemus in
fusione nostra, & operiet nos ignominia nostra quoniã Dño D
nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra
ad diem hãc. In omnibus supplicijs, quibus Deus homines pu
terminum in hac vita reperietis, quod plus durat, non progred
Exod. 34. vltra quartam generationem, sicut dixit Moyses Domino his v
bis, qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in tertiam
quartam progeniem. Hæc est praxis diuinæ curiæ. Cum hac
deratione prodeunt duriores, & seueriores commissiones, qua

2 ea fieri solent. Solum autem supplicium, quo puniuntur illi, qui in Deum manus intulerunt, non habet terminum, sed cum consummatione sæculi in infidelibus Hebræorum finiendum est, qui ad Deũ non conuertũtur, nec culpas suas cognoscẽtes sub eius potestatem rediguntur. Hoc est supplicium, & confusio quædam so porata & ideo dicit. Dormiemus in confusione nostra, &c. De confusione & captiuitate Babylonis, per quam hæc significabatur, dixit Oseas. Israel nunc factus est in nationibus, quasi vas immundum. Vas horridum, & obscœnum omnes execrantur, omnes illud proijciunt, & omnia, quæ ab eo exeunt, horrorem afferunt. Ita sunt hodie infideles filiorum Israel in omnibus nationibus facti quasi vas immundum, & obscœnum vniuersus orbis illos abominatur, non solũ Christianis, sed & hæreticis etiã Mauris, *Osea. 8*

3 ac Turcis, atque omni hominũ generi sunt abominabiles, & horridi. Quocũq; pergũt per vniuersas mũdi nationes illa macula Dei sanguinis, quem ipsi effuderunt, olent. Verùm ò Domine siquidẽ illos ita miseros, & afflictos trahis, nunquid hoc facis, vt eos propter odium condemnes? Non (inquit) sed vt illos lucrer, atque vt præ nimia cõfusione, & afflictione fatigati peccatum suũ cognoscant, & ad me conuertantur. Accidit aliquando concubinam amatore suo derelicto ad alios accedere. Quapropter amator tanta molestia afficitur, vt ad illam vlciscendam aliqua veneficia reperire vellet, quibus eam ita deformaret, & inficeret: vt nemo illam alloqui, aut intueri vellet. O Deus optime maxime, quantum pro vna anima laboras, quoties deformitates, & turpitudines eius detegis, eiusque defectus reuelari, ac cognosci ab omnibus permittis, *Simile.*

4 vt mundus illa non amplectatur, nec amet. Hoc autẽ interest Domine inter tuũ, & illius perditi amatoris zelũ, quod zelus tuus non est vlciscendi iniuriam tuam, sicut zelus illius cum amica sua, sed est zelus amoris, & charitatis, vt peccator ad te conuertatur. Ipse Dñs hoc dicit sub eadem similitudine, quam hic diximus, loquẽs de illa meretrice, quæ dicebat. Vadam post amatores meos, &c. Quapropter subdit statim dicẽs. Idcirco cõuertar, & assumã frumẽtum meum in tempore suo, & vinũ meũ in tẽpore suo, & liberabo lanã meã, & linum meũ, quæ operiebant ignominiã eius, & nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, & vir non eruet eam de manu mea. Hæc autẽ omnia faciebat, vt illa peccatum suũ cognosceret, & diceret. Vadã, & reuertar ad virum meum, priorẽ *Osea. 2*

quia bene mihi erat tunc magis, quã nunc. Hec est causa, ob quã ab illis vineam abstulit: atq; in soporata cõfusione vsque in hodiernum diẽ cõmorantur, quia culpam suã nolunt cognoscere.

Hæc vinea, quæ ab illis ablata est, quæ est hæc ecclesia tã aucta & renouata, mirabilibusq; sacramentis, ac suauissima lege, cælestique doctrina illustrata nobis tradita fuit, vt gratissimi essemus, & Dño illius debitũ fructum redderemus, nos autẽ si sumus peiores illis quid pro tanta ingratitudine speramus, nisi nos acrius, quam illos esse puniendos? Videte quid dicat Ecclesiasticus. Regnũ à gente in gentẽ transferetur propter iniustitias, & contumelias, & diuersos dolos. Quem arbitramini (inquit Spiritus sanctus) inimicos domũ vestrã intromittere, atque etiã vos ab illa expellere, vosque regno vestro eijcere, nisi iniustitias, & dolos, quos perpetratis, diuitias, quas illicite comparatis: iniuriasque ac contumelias, quibus diuites, & potentes pauperes afficiunt? Hi sunt domestici hominis inimici, qui extraneis hostibus ianuam aperiũt, atq; illis aditũ patefaciunt. Idcirco regna non habent firmitatẽ, sed de manu in manum & de gente in gentẽ transferuntur, neque vero hoc est maius malum. Verũ propter peccata etiã solent homines sæpenumero [...] amittere, & in pœnã scelerũ eorũ solet Deus ab illis ecclesiã suam [...]ferre, & alijs locare: sicut videmus Palæstinos, Ægyptios, Græcos, Germanos, & fere vniuersos Gallos ab eo derelictos esse. Quid [...]tur nos miseri speramus præcipue cũ tã turpiter, & flagitiose viuimus? sicut spiritu prophetico lamentabatur Isaias dicens. Et [...] Sabama Dñi gentiũ exciderunt, flagella eius., vsque ad Iazer [...] uenerunt. Errauerunt in deserto, propagines eis relictæ sunt [...]sierunt mare. Super hoc plorabo in fletu Iazer vineam Sabama. Hoc nomen Sabama, significat altitudinem, aut cõuersionem, [...] optime conuenit hoc nomen sanctæ Ecclesiæ. Nam quemadmodum ille, qui in sublimi loco commoratur plurima potest prospicere, quæ procul sunt, quæ quidem non cernuntur ab illis, qui inferiori loco sunt: sic etiam in hac ecclesia cum in fidei sublimitate cõmoremur, animæ nostræ oculis ea quæ ab intellectibus nostris lõge maxime distãt per eam possumus cõspicere qualia sunt: Deum esse trinum & vnum: verbum diuinum humanam carnem assumpsisse: vnã fœminã matrem: & virginem simul esse, & cætera omnia sanctisimorum sacramentorum mysteria. Hæc tam admirabilia non attinguntur ab illis, qui in hac sanctæ ecclesiæ celsitudine [...]

Marginalia: Eccle. 10. — Esai. 16 — simile.

8 non sunt, quantumuis humanarum scientiarum periti sint. Etiam qui in excelso loco est, omnia quæ inferius sunt minima esse iudicat: homines arbitratur esse formicas, &c. Ex eo quòd sancti in hac almæ ecclesiæ celsitudine constituti fuerint, proueniebat, vt virgines imperia, quæ sibi offerebantur, despicerent: martyriumque summa animi contentione amplecterentur: hinc nobiles matronæ amplissimis statibus suis desertis, in arctissima monasteria ingressæ sunt. Hinc plurimi sapientes & diuites, qui in seculo præstantissimi, atque honorificentissimi esse possunt, his omnibus derelictis asperas religiones quærunt, vbi corpora sua mortificantes viuum Deo sacrificium offerantur. Hinc denique prouenit, vt omnes iusti cum Beato Paulo dicant, Omnia arbitror, vt stercora, vt Christum lucrifaciam. O fratres charissimi per reuerentiam Dei *Philip. 3.*

9 vos rogo, vt quùm diabolus aliquid honoris, vtilitatis, aut denique voluptatis vobis obtulerit, illud claris ac perspicacibus oculis intueamini, & altitudinem Christiani status in quo viuitis, consideretis, & tunc omnia vobis lutum, & stercora videbuntur, vel saltem considerate finem, quem omnia habitura sunt. Omnia flumina intrant in mare. Cùm flumina sint aquarum dulcium, ac suauium, habent tamen fines amarissimos: Siquidem omnes in maris amaritudinem ingrediuntur. Mirabilis est visu prosperitas, & pulchritudo, quam capitales fluuij secum deferunt, quam decoræ, aspectuique delectabiles sunt arbores, prata, & amœnitates quæ in eorum ripis vtrobique aspiciuntur? vbi primum autem ad mare accedunt omnis eorum pompa, atque illæ aquæ dulcissimæ maris amaritudine submerguntur. Non est quid quæra- *Eccles. 1.* *Simile.*

10 tur in mari quis nam sit Tagus, aut Nilus, aut alius fluuius. Quid igitur sunt diuites, & prosperi huius seculi nisi fluuij, qui antequam ad mortem perueniant, videre est quam comitati, voluptatibusque pleni, ac quanta maiestate, & amplitudine illustrati defluunt. Cùm autem ad mortis mare accedunt, omnia illa in amaritudinem, & confusionem conuertuntur. Omnia flumina intrant in mare nec est quid illic Imperator, aut pastor perquiratur. Omnes sine vlla differentia in corruptionem, & putredinem quantum ad corpora conuertuntur: animæ verò Deus scit quò deueniant. O si hoc attentè consideraremus, quàm libenter seculares omnes vanitates abijceremus, cognoscentes illarum finem, & periculum maximum, quod secum afferunt, atque earum breuitatem attendentes.

Bis (vt refert sanctum Euangelium) fugit Christus Redem-
ptor noster homines, & ab eis absconditus est. Primùm quando co-
gnoscebat illos venturos esse, vt eum regem extollerent, secundò quan-
do illum lapidare voluerunt, quia nondum venerat hora eius.
Christe æterna patris sapiētia, quid est quod facis Domine, an
in hoc nos vis docere? Volo (ait sanctus redemptor) vos docere
dominia & honores seculares, sicut lapides, & multo etiam dilige-
tiùs vos fugere, & euitare oportere. Multò (inquam) magis, quia
des quo ad plurimum corporalem mortem vobis inferre poter-
dominium verò non vitam tantùm, sed & animam etiam v
perdet. Siquidem ergo fratres in vinea Sabama commoramini
est, in Euangelica celsitudine: omnes res seculares tanquam vile
paruas, atque animæ periculosas estimate. Significat etiam Saba
conuersionem. Itaque qui in hac Ecclesia militanti, quæ est con-
sionis vinea viuimus, de nulla alia re ex animo nisi de conuer-
agere deberemus, rationes inuestigantes quibus meliùs, & ci-
tiùs ad Deum conuerteremur. Ex hoc autem miseriam nost-
cognoscetis: cùm non agamus nisi de auersione, non cò actio
conuersationesque nostræ diriguntur, quomodo scilicet ad De
conuertemur, sed quomodo ab eo recedemus. Quibus rebus in
vir primariùs à mane vsque ad noctem? Ludit, deambulat, vi
& aspicit. Quid autē sunt hæc omnia, nisi rationes inuestigare q
modo à Deo recedat? Hæc filios suos docent, eosque suis dissi-
nibus, perpolitis vestibus, ac profanitatibus instruunt. Hoc
dominæ suis malis exemplis filias erudiunt. Quibus rebus oc
tur mercator, artifex, studiosus, clericus, monachus denique &
nialis? O maximam miseriam! ò rem sanguineis lachrymis la
tandam? Ac si ad cœlum creati non essemus, vnusquisq; cum
tensione sua nihil aliud videtur intendere, quàm quomodo a
recedet. Nullum ferè est maius religionis christianæ in nobis v
gium, quàm in barbaris & infidelibus nationibus, & hoc est q
deplorabat Isaias dicens: & vineam Sabama domini gentium ex
derunt. Domini gētium sunt idololatria, superbia, luxuria, cu
tas, & alia huius generis. Hæc Domini nostri Iesu Christi vin
dissipant. Huius vineæ euersionem lamentabatur etiam Hiere
Hiere. 48 dicens. De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propag
tuæ transierunt mare. O vinea sancta quomodo excisionem t
plorabo? Iazer erat pagus quidam vinearum grandis, & fœc

14 dus in terra Moab. Dicit igitur Propheta. Si miserabile esset exci-
sum videre grãdem illum, & fœcundum vinearum pagum, si eius
propagines abscinderentur, atque in aliam regionem vltra mare
deferrentur, quantò miserabilius, & lachrymatu dignius est fœcũ-
dissimam Dei vineam, id est, sanctissimam Ecclesiam dirutam, &
dissipatam videre? & quòd eius fideles, quę sunt illius propagines,
ad Turcas & barbaros trãsierunt, hoc est, quòd viuunt sicut illi? Cũ
Beatus Paulus adhuc in hoc seculo viueret, dicebat se iam in cæ-
lo habitare. Nostra autem conuersatio (inquit) in cælis est. Quem- *Phil. 3.*
admodum igitur Beatus Paulus adhuc in hoc seculo viuens iam
ad cęlũ per conuersationem transmigrauerat, ita plurimi Christia-
ni, qui in hac Ecclesia militanti sunt corpore transierunt mare, plu
rimorum enim illorum conuersatio est quasi Maurorum, & Tur-
15 carum, sic sunt omni scelerum genere delibuti. Quæ cùm ita sint
fratres charissimi, quare non veremur, ne nobis etiam Deus dicat,
Auferetur à vobis, &c. Quare non timemus ne hæreditatem no-
bis auferat, & illam alio deducat? Siquidem, vt paulò ante dice-
bamus, videmus plurima regna à Deo derelicta fuisse, quæ qui-
dem nuper catholica erant. Atque vt vobis verum fatear, pluri-
ma perditionis nostræ signa in dies reuelantur, & nisi nobis re-
medium adhibuerimus, iam propè peribimus. In regione quæ
dicitur Estremadura, solent prata, & pabula in æstate comburi: *simile.*
& eo tempore tot, tantíque sunt fumi, vt totum aërem perturbent,
obscurent, & inficiant: suntque tam densæ, nociuæ, fœtidæq; cani-
culæ vt visu etiam sint horribiles, hoc accidit illic vbi incendium
fit. Illinc autem vsque ad quadraginta, atque etiam octoginta mil-
16 lia passuũ horridus ille fœtor, & inquinamenta perueniũt. Et licet
illic incendium non fiat, magnam tamen impressionem ibi facere
videtur, quod in alia regione factum est. Illic in Germania, Bohe-
mia, & Vngaria cõcremata sunt prata & pabula Dñi: applicatꝰ est
ignis sanctarũ ouiũ pabulis: iam nõ sunt Ecclesiæ, monasteria, præ
lati, sacramẽta, nec confessiones, aut purgatoriũ: omnia hęc sunt in
illis regnis cõbusta & cõsumpta. Hic autẽ per misericordiã Dei nõ
sunt cõbusta hęc pabula. Benedicta sit diuina maiestas pro tãto be
neficio. Videtur tamẽ fœtor incẽdij, quod illic factũ est, huc perue
nisse: & illa miserabilis corruptio nostra regna iã infecisse, & corru
pisse. Nõ est hic cõcrematũ purgatoriũ: verè namq; credimus purga
torium esse: aliquid tamen illius fœtoris ad nos videtur peruenisse.

Iam enim non vidimus esse diligentissimā illam curam, quæ de animabus purgatorij habebatur, tot orationes, tot eleemosynæ tot oblationes, tot denique missæ, quę pro illis dicebantur, iam harum parū fieri perspicimus, cum cymbalis & vocibus prædicabatur noctu, vt fideles pro illis exorarent, nunc autem plurimæ harerū in terram procidere, ac dilabi videntur, cuius rei causam ego arbitror fœtorem, qui ex illis hæreticorū regionibus aduenit. Hæc missa non est combusta, verè enim & firmiter credimus ineffabile mysterium, quod in ea celebratur. Veruntamen infectio illa Germaniæ, Flandriæ, aliarumq́; prouinciarum ad nos videtur accessisse. Hoc autem perspicitur in pauca frequentia, qua hoc sanctissimo sacramento vtimur, in modicis missis, quæ iam commendantur: vix enim est qui missam commendet, nisi cum quisquā moritur, & iubet aliquot missas pro se dici. Perspicitur etiam in pauca reuerentia, qua diuinis officijs assistimus, loquentes, aspicientes, cogitantes, ac denique cupientes quæ non oportet, ac si in foro, aut in aliquo profano loco interessemus. Dixit Sathanas Deo loquens
Iob. 1. de Iob. Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi benedixerit tibi. Tange (inquit) illum Domine, & peream ego nisi in faciem tibi conspuerit. Veruntamē vt mendax mentitus est, sed non desunt modo plurimi, qui in faciem illius infinitæ maiestatis conspuunt. Homo etenim, qui credit Deū immortari esse, & se ab illo perspici, quique, si oporteret, pro huius veritatis defensione moreretur, & cùm hic in diuino eius conspectu sit, audet illum offendere: hic in faciem benedicit ei. Cū hic ita illum ferè tractamus, sicut qui illic commorantur, qui in illum non credunt. Nec verò hic incensæ sunt religiones, nec pœnitentia: sed video plurimos quondam optimos, doctissimos, nobilissimosq́; viros in acerrimas religiones ingredi non cessasse: nunc autem videtur fœtor ille huc accessisse. Iam non est hoc desiderium despiciendi mundū, nec fugiēdi occasiones, nec est hæc fames agēdi pœnitentiam. Iam non veniunt ad religiones multi sapientium, diuitum, ac potentium, sed pauci. Malunt enim cum diuitijs, honoribus, ac voluptatibus suis in maximo periculo procidendi in infernum viuere, quam cum paupertate, humilitate, & obediētia, cum maiori cælestis beatitudinis securitate vitā ducere. Nec vero apud nos cōcremati sunt prelati: firmiter enim credimus illos diuinā authoritatē habere. Verū vbi est pristina illa reuerentia, & obediētia quam

20 quam veteres quondã imperatores prælatis habebant? cùm reuertebatur imperator domum suam, nec ad Ecclesiam accedere audebat: verebatur enim Episcopum nõ permissurum esse propter sua demerita vt in templum ingrederetur. Nunc autem iam vix obediunt, nisi in illis rebus, quæ sibi videntur conuenire. Nec est iam prętor, nec executor, qui viros Ecclesiasticos apprehēdere, & vexare non audeat. Eccè fratres mei quantam in nobis illorum infœlicium regnorum calamitates, & infectiones impresionem fecerunt. Caueamus ergo per reuerentiam Dei, & timeamus ne propter peccata nostra nos Deus à sua manu dimittat, & deserat, sicut & illos dereliquit.

Dicit ergo Dominus in hac parabola quòd hãc vineam, quam Paterfamiliàs plantauit, & rebus necessarijs exornauit, ac muni-
21 uit, locauit illam agricolis. Non sartoribus quidem, aut sutoribus illam locauit, sed illis, quibus eius cultura ex officio competebat. Vos autem aliquando Ecclesiastica beneficia illis confertis, qui animarum culturam penitus ignorant. Dicetis tamen. Pater, est vir bonus ille, & hoc beneficio satis dignus est. Quid prodest hoc? nisi enim sciat diuina sacramenta administrare non sufficit quòd sit vir bonus. Si tu maximo morbo laborares, velles ab illo curari, *Simile.* qui non esset medicus, licèt esset optimus vir? Non pater (diceres) quia nescit medicinam, & interficeret me. Quare igitur animarũ curam committis viro imperito, & literarum ignaro? ò quantus est hic error, & quantum malum, omnia profectò damna, quæ ipse animabus intulerit, super te cadent. In Prouerbijs dicitur: si- *Prou. 26.* cut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insi-
22 pienti honorem. Et in Hebræo habetur: sicut qui ligat in funda lapidem, sic est qui dat stulto gloriam. Lapis ex sua naturali propen *Simile.* sione deorsum descendit, quòd si illũ in funda ponis per vim brachij sursum ascendit per aerem violente contra suam naturalem inclinationem, ac si esset auis. Ita insipiens & malus sicut lapis non nati sunt ad ascendendum, aut imperandum: tanta tamen est vis fauoris vt lapidem sursum faciat ascendere. Et efficiat vt ille qui natus fuerat, vt humiliaretur, & ab alijs regeretur, contra naturalem rationem alijs imperet, sursumq́ue ascendat, & illos gubernet. Quid irrationabilius, quàm videre lapidem durum superbum, & insipientem, quem tamen fauor erexit? Habuit fortia brachia in curia Regia, aut Romæ, & ideo ascendit. Sed væ illi,

 & etiam

& etiam brachio, quo elatus est, sicut enim qui funda lapidem i
ijcit, tenetur omnia damna resarcire, quæ lapis alijs intulerit, i
etiam tenetur ad persoluenda omnia damna, quæ ex illo pro
uerint, qui indigno animarum curam committit. Quot anima l
pis ille percusserit super animam conferentis illi beneficium c
dent. Et sicut non sufficit quẽquam esse bonum, nisi simul hab
sufficientem literarum eruditionem: ita non sufficit eruditio n
coniunctam habeat probitatem. Hoc significauit Deus dicẽs: e
Exod.31. vocaui ex nomine Beselcel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, &
impleui eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scienti
omni opere ad excogitandum quicquid fabrefieri potest ex au
& argento, & ære, marmore, & gemmis, & diuersitate lignor
Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. &
in corde hominis eruditi posui sapientiam, vt faciant cuncta, q
præcepi tibi, tabernaculum fœderis & arcam testimonij, &c. I
est mirabilis, quòd cùm hi duo homines in arte sua tam erudit
sent, eos Dominus spiritu, & sapientia impleuit. Si tam sapien
erant, quid illos amplius erudiebat? præcipuè cùm regulam
dedisset, qua omnia facturi erant? Dico quòd hoc sufficeret, vt
bernaculum ad hominum tantùm ministerium fieret: quia aut
tabernaculum ad ministerium & gloriam Dei construendũ
omnis humana scientia non sufficiebat; & ideo vltra humanam
pientiam opus etiam erat diuino spiritu, & cœlesti scientia. Si
gò ad materialis templi constructionem voluit Deus artifice
pientes, & plenos diuino spiritu, quantò magis necessari
erit ad animarum ædificationem? O quàm efficax argume
est hoc ad hanc rem, & quanta confusio est illis, qui sine dilige
tia, & harum rerum animaduersione spirituales, & temporales
ferunt dignitates, nihil aliud attendentes præter passionem, &
fectionem suam.

Est etiã hic valde notandum quod quantò peiores erant hi, q
vineã locatam habebãt; tanto maiora beneficia illis Dñs facie
dicit enim ꝙ cum priores nuncios interfecissent: iterum misit a
seruos plures prioribus, quò plures prophetas & Dei nuncios
dæi interficiebãt eò plures, & maiores prophetas Deus illis mitte
bat: quò peiores efficiebãtur, eò magis Dei beneficia accrescebat
quousq; illis vnigenitũ filiũ suum misit, quẽ illi crudelissima m
te occiderunt. O infinitã Dei probitatẽ in tam iniquos homine

26 execrabilem hominum iniquitatem in tam pium Deum. Eia fra-
tres siquis fortassè hic est tam durus, & ingratus, vt diuinis Dei
beneficijs, & suauissimis vocatibus obduretur. Animaduertite in
illis temporibus vnũ prophetã, & prædicatorẽ in vniuersum reg-
nũ, & tantũ regnum à Deo missum fuisse: nunc verò tot prædicato-
res, totq; eius serui in singulos vicos à diuina Maiestate mittun-
tur, qui vos admoneant, vt debitũ illi fructum persoluatis, & vos ad
immensam eius misericordiam inuitent. Nonne vobis singulare
hoc beneficium videtur? est vtique. Atque vt tale illud Deus pro-
miserat per Hieremiam dicens: ecce ego mittam piscatores mul- *Hiere.16.*
tos, & piscabuntur eos. Et post hæc mittam eis multos venatores,
& venabuntur eos. Piscatores, & venatores promittit Deus se Ec-
clesiæ suæ missurum esse; hoc est homines, qui cupiant, & sitiant
animas lucrari. O diuinam exaggerationem, maximæ est cupidi-
27 tatis, venatio, & piscatio. Piscator si sentiat piscem escam attinge-
re, tota die cum arundine sua illic commorabitur, vt eum pisce-
tur. Et venator per montes, & valles leporem insectans curret, &
illius capiendi cupiditate commotus non animaduertet se d.f.-
tigari. O quàm superna promissio diuinæ liberalitatis Dei pro-
mittentis se missurum Ecclesiæ suæ homines zelatores, & studio
sos boni, atq; vtilitatis animarum, quique de illis maximè soliciti
sint, illasque ad Deum attrahere summa animi contentione obni-
tantur. Atque ideò illos piscatores venatoresq; appellat. Si igitur
huic tam supremo beneficio grati non estis, quid speratis, nisi vt
vos derelinquat? Sicut illos dereliquit, quos antea tantoperè dile- *Hiere.31.*
xerat, vt dixerit per Hieremiã: factus sum Israeli pater, & Ephraim
28 primogenitus meus est: & propter illorum ingratitudinem de il- *Zacha. 11*
lis dixit postea per Zachariam: Non pascam vos, quod moritur,
moriatur, & quod succiditur, succidatur; & reliqui deuorent vnus-
quisq; carnem proximi sui. Quamobrem Apostolus Paulus dixit
gentes in hoc sæculo sine Deo viuere vt exaggeraret, quòd sicut *Ephes. 2.*
ille Deum, ita Deus illos relinquebat. Et ita dixit: Memores estote
quòd aliquando vos, qui gentes eratis in carne, &c. qui eratis illo
tempore sine Christo alienati à conuersatione, Israel. Et paucis
intermissis dicit: & sine Deo in hoc mundo. Quia (inquit) vos
Deum deserebatis, ideò ille vos relinquebat. Et sic. S. Propheta
Azarias diuino spiritu commotus, egressus in occursum regi Asa
reuertenti cum magna victoria ex Æthiopibus, dixit illi: Audi- *2. Para. 15*

te

te me Asa, & omnis Iuda, & Ben-iamin. Dominus vobiscu
quia fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, inuenietis, si autem der
liqueritis, derelinquet vos. Hæc est diuinæ æquitatis, & iusti
regula. O metuendum, ac durum verbum! quis est lapis, qui
audit, & præ nimio tremore non confringitur? O fratres mei h
terribilem Dei comminationem maximè pertimescite. Vid
Deut. 31. quid ipse Dominus Moysi dixerit: Eccè tu dormies cum
tribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post D
alienos in terra, ad quam ingredietur, vt habitet in ea: ibi de
linquet me, & irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo. Et
scetur furor meus contra eum in die illo: & abscondam fa
meam ab eo, & erit in deuorationem: inuenient eum omnia
la, & afflictiones, ita vt dicat: Verè quia non est Deus me
inuenerunt me hæc mala. O execrabilem ingratitudinem. In
ra (inquit Dominus) fertili, quam illis daturus sum, postqua
lam possederint: gratiæ, quas mihi acturi sunt, hæ erunt: sci
quòd derelinquent me, & post Deos alienos abibunt, lapides
ligna adorantes. Veruntamen ipsi mihi pœnas dabunt. Ego e
derelinquam eos. Nunquid arbitramini fratres alium esse De
lorum, alium verò nostrum? aut illum permutatum fuisse exsi
tis? Quare igitur non veremini cum sitis magis ingrati quam ill
maiori supplicio quàm ipsi afficiamini? O per charitatem De
semel, ac millies exoro, vt ad hæc attendatis, atque super vos
uertamini, debitumque fructum huic præpotentissimo D
persoluatis Quòd si quæratis quisnam sit hic fructus, qui illi
Roma. 11. dus est, cùm omnia sint eius, sicut dicit Beatus Paulus: Quo
ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, & ipse Deus dixit
esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terrarum? Dico
Psal. 49. ctum, quem hic optimus Dominus exposcit, esse prouent
& progressum nostrum. O immensam Dei probitatem ô in
bilem Domini pietatem, nostram enim fœlicitatem, & bea
dinem fructum suum esse ducit. Adeò nos hic supernus pater
git. Atque adeò Moyses postquam maxima Domini benefi
memorauerat, declarauit quid nam esset, quod diuina Maiest
Deut. 10. illis exposceret, dicens: Et nunc Israel quid Dominus Deus
petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules
eius, &c. vsque ibi: & benè sit tibi? Non vt benè sit illi, nó enim
boni habere potest: sed vt benè sit tibi. Hic est fructus, quem D
exp

32 exposcit: salus, via, sanctitas, ac denique foelicitas, & beatitudo tua. O benedictus sit talis Deus. O glorificata sit talis clemētia. O foelicissimos illos, qui tali Domino seruiūt, qui nihil aliud nisi eorū vtilitatem expetit. De hoc fructu loquens B. Paulus dixit. Nunc vero liberati à peccato, serui autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Hic est fructus (ait sanctus Apostolus) quem Deus à vobis sperat, videlicet vt in hoc sæculo sancti sitis, quo in futuro beatitudinem comparetis. O quanta est amentia nostra, nisi tam bono Deo seruire velimus. O Domine ineffabilis pietatis per tuam clementiam te deprecor, vt mētes nostrás illumines, cordaque nostra tui amore inflammes quo sæcularibus vanitatibus posthabitis vere, & ex animo tibi seruire incipiamus, vt cælesti gratia repleti, ad tuam tandem gloriam perueniamus. Amen. *Rom. 6*

33

Sabbatho post Dn̄icam. II. Quadrages.

Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionem substātiæ, quæ me contingit. Lucæ. 15.

MVrmurabant Pharisæi quoniam Christus Redēptor noster cum peccatoribus conuersabatur non attendentes piam intentionem: qua hoc Dominus faciebat, scilicet, vt illos ad se conuerteret. Vt autem illis probaret quam immerito illū propter hoc calumniabantur, tres parabolas illis proposuit: quarum prima fuit
1 pastoris inuestigantis perditam ouem: secunda mulieris euertentis domum suam, vt drachmam, quam amiserat inueniret: tertia vero & vltima fuit hæc filij prodigi, & prophani, qui cum ad patrem suum reuersus est, benignissimè, & suauissime ab illo exceptus est. Dicatur breuiter tota parabola.

In initio huius parabolæ proponitur fons, ex quo omnia animæ mala dimanant. Qui est, nos extra Deum omnibus bonis, quæ ab eius diuina liberalitate accepimus, scilicet vita, valetudine pulchritudine, & alijs huius generis velle perfrui. Nam secundum Beatum Augustinū super hunc locum, hoc significat dicere filium minorem, qui est peccator. Pater da mihi portionem substantiæ, quæ mihi contingit. Ego (inquit) in libertate mea, & vt mihi libue- *Augusti.*

rit,

rit, volo viuere. Hic est omnium malorum fons, & origo. Idcir- 5
sanctus Moyses loquens de ijs, quæ Hebræos in terra promis-
Deute. 12. nis facere oportebat, dixit. Non facietis ibi, quæ nos hic fa-
mus hodie, singuli quod sibi rectum videtur. Neque enim vsq.
in præsens tempus venistis ad requiem, & possesionem, quam
Dominus Deus vester daturus est vobis. Pensate diligenter ve-
bum illud: requiem, & illud etiam, possesionem, quam Dor
nus, &c. Vbi apparet quomodo inter bona illius promissæ terræ
& inter leges tranquillitatis, & quietis eius, annumerat: vnũquem-
que non facturum quod sibi libuerit, sed omnes secundũ Dei c-
stitutionem gubernandos esse. Licet enim hoc primo aspectu
priuitas esse videatur: animæ tamen est summa libertas. Et qui c-
trarium fecerit, perdet se sicut adolescens iste, qui cum substan-
suæ portione in peregrinas nationes perrexit, vbi extra omn- 6
subiectionem, & obedientiam vixit cum alijs sibi similibus c-
Simile uersans, qui eum penitus euerterunt. Speculum quantumc-
que mundum, lucidumq; sit, respiratione, & flatu, qui ex circ-
stantium ore prodit, obscuratur. Sic homo licet clarus, ac synce-
sit, malorum hominum persuasionibus inficitur. Et ita dixit E-
Eccles. 13 clesiasticus. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et qui co-
Simile. municauerit superbo, induet superbiam. Planeta quantumu-
lutifer sit, si forte cum alio nociuo astro concurrit, etiam ma-
influentiam immittit, vel saltem eius bona influentia non -
dest, sed corrumpitur. Hebræi ex idololatrarum conuersa-
Psal. 105. venerunt ad illorum idola adoranda: sicut dixit Dauid. C-
sti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruier- 7
sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Liberet-
Deus à tanto malo.

Ideò in his magnis ciuitatibus sunt tot dissolutiones, & p-
cata: quia cùm ex diuersis regionibus mali homines conuen-
alteri alteros inuicem contaminant, alijque aliorum Deos -
Eccles. 7 rant. Idcirco Spiritus sanctus dicit. Discede ab iniquo, & d-
cient mala abs te. O quam diuina sententia? in qua quantum
lum peruersa conuersatio hominibus afferat, aperte declaratur
quidem ad hoc, quod quis bonus sit remedium datur, à malis d-
dere. Ecce hunc à Deo segregatum, peruersis societatibus co-
mistum, plurimisque vilitatibus, ac turpitudinibus occupatum.
Hoc est, quod maxima exaggeratione, & affectu Dei nom-
H-

5 Hieremias dicit. Obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Perpendite super hæc verba, quomodo defert ad cælum sanctus propheta iniurias, quibus Deus affectus est, vbi optimè sentitur, & ponderatur quidnam sit quædam Dei iniuria, à terra illas aufert, quia non est hîc, qui intellectu suo penitus possit cognoscere quantum malum sit tantæ maiestatis offensio. Et ideò dicit. Obstupescite cæli. Et notate etiam præcipuum iniuriæ Dei punctum non esse in illo, quod dicit, Me dereliquerunt. Non est (inquam) in eo, quòd tu Deum derelinquas, sed in eo, quòd illum pro rebus vilissimis, & nullius entitatis deseras. Si aliquis esset Deus sibi æqualis, non ipse magnopere miraretur, si propter alium ipse à vobis relinqueretur: quòd autem illum pro tam vilibus rebus, & tam parui valoris, quæque tanto pretio persoluuntur, relinquatis: hoc est, quod magis obstupefacit. Foderunt sibi cisternas dissipatas. In omnibus rebus huius seculi posuit Deus secretas quasdam rimas, & foramina, per quæ omnes illarum voluptates colarentur. Dissipauit cisternas, vt illi, qui ad eas perrexerint inuenientes eas aridas ad viuum crucis fontem confugiant, & ad illos riuos qui ex diuino illo torculari defluunt, reuertantur, suasque animas sitientes cælesti aqua reficiant. Hierem. 2

6 (margin number beside line "seras.")

Ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Quid non faceret adolescens in libertate constitutus, tamque potenti hoste sicut
7 appetitui sensuali concussus, à quo paucissimi victoriam reportare consuescunt, Dicitur Dauid tres capitales hostes habuisse, quos etsi omnes vicit, vnos tamen difficilius, quam alios superauit. Quorum vnus fuit potentissimus ille gigas Goliath: quem tamen proprio illius gladio interfecit. Alius fuit Rex Saul, quē sua patientia vicit. Tertius autem hostis, qui fuit filius eius Absalom, quem ex suismet visceribus genuerat, hic regnum illi abstulit: hic eius canos dedecorauit, hic venerabilem eius senectutem persecutus est: hic denique eum per montes nudatis pedibus, plorantem, atque afflictum aufugere coegit. In quo significatum est, quòd quamuis honoris, diuitiarumque appetitus fortissimi sint multò tamen fortior & periculosior esse solet carnalium voluptatū cōcupiscētia, quæ ex

ipsamet

ipsamet carne proficiscitur. Et sic multi reperiuntur, qui alios ap- 11
petitus viriliter vincunt: ab hoc autem domestico hoste, & ip-
met carnis filio miserabiliter superantur. Ex quo colligitur qu-
toperè errant illi, qui corpora sua delicatè tractant: cum in hoc c-
delissimo huic hosti denuò vires addant. Quapropter illos sanc-
Iob.24. Iob reprehendit singulis peculiariter dicens, Pauit enim steril-
& quæ non parit: & viduæ bene non fecit. Hæc sterilis, quæ n-
parit, est caro nostra, quæ ex se nullam vnquam virtutem prof-
Quid? non sufficeret dicere sterilem? Sed addidit etiam, & quæ n-
parit? Aduertite quia hoc dixit vt eius sterilitatem magis exagge-
ret: si enim bonum aliquod opus facit, renuens, & inuita facit.
Simile. pis ex natura sua deorsum descendit, & ita si violenter illum f-
tis ascendere, vbi primum vis illa deficit, statim deorsum re-
titur. Talis est caro nostra, quam violenter, optimè quidem s- 12
sum ascendere, atque bonum aliquod opus operari facietis
cum primum illam dimiseritis, & illa prior animi contentio c-
cerit, illicò suam turpem propensionem sequitur. Vidua est pe-
toris anima, quæ sponsum suum Deum secum non habet. Cu-
habent peccatores (ait Iob) sustentandi, & saturandi sterile co-
miseræ vero animæ quasi desertæ viduæ obliuiscuntur. Quoad-
rimum quotannis eam semel reficiunt, atque vtinam tunc q-
modo oportet reficeretur. Quotannis semel tantummodo p-
ta sua confitentur, atque ad sanctissimum altaris sacramentum-
cedunt, & tunc Deus nouit quomodo, & propter quem fin-
faciunt. Sed dicet aliquis. Pater sum fastidiosus nec me p-
tum experior, vt crebrò peccata mea confitear, & sanctiss- 13
Domini nostri Iesu Christi corpus assumam. Quid? quand-
tua fastidit, non quæris mille salsamenta, vt possis mandu-
Quare igitur aliquod salsamentum ad animam non perquiris-
scis animæ salsamentum esse cum viris probis conuersari, de-
sermones audire, sanctorum volumina lectitare, iudicij d-
& mortis recordari? considerare quomodo alius perditus tibi-
lis mortuus est: qui tecum peccauit, quique fortasse nunc tor-
tis cruciatur propter peccatum, quod tua persuasione adm-
commisit? Hæc sunt animæ salsamenta. O si ex omnibus-
quas vanè, & otiosè in toto die consumis vnam manè, & aliam
speri in harum rerum consideratione consumeres: quam p-
animæ tuæ fastidium expelleres: quomodo faceres, vt res cæl-
ar-

11 ardentissimo desiderio, ac fame appeteret, & ex diuinis cibis gustum perciperet. Veruntamen hoc est malum: quòd pauit sterilem, & quæ non parit, & viduæ bene non fecit. O fratres mei attendite quod vobis dicit S. Paulus: carnis curam ne feceritis. Hoc enim est crudelissimo huic hosti vires addere, vt vos superet, atque in infernum detrudat. In hoc profanus hic iuuenis occupabatur, diuitias suas consumens in addendis viribus sensuali appetitui. Roma. 13.

Viuendo luxuriosè. O quot iuuenes huic similes fortasse in hac vrbe sunt, qui postquam cibis, potuque satiati sunt totum diem in ambulando, & cursandis vijs consumunt hanc, & illã fœminam aspiciẽtes: vnde turpitudines & abominationes oriuntur, quæ ne aer illorum prolatione corrũpatur, silentio prætermitti oportet. O Deus infinitæ maiestatis per clementiam tuã te rogo, vt tantæ dissolutioni,
12 & corruptioni remediũ adhibeas. Fratres charissimi aduertite quia vos perditis quærentes occasiones ad creatorem vestrum offendendum. Attendite quid Spiritus Sanctus singulis dicat: Ne respicias mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius. Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam; ne fortè pereas in efficacia illius. Virginem ne conspicias: ne fortè scandalizeris in decore illius. Ne des fornicarijs animam tuam in vllo: ne perdas te & hæreditatem tuã. Noli conspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Notate diligenter in hoc capite in omnibus fœminarum statibus pericula maxima hominibus inuenta fuisse à sapiente. Et sic ne ad aspiciẽdam quidem fœminam aliquam facultatem homini concedit: nec ad nuptam, nec ad virginem solutam, quæ est multiuola, quia omnes desiderat, nec ad saltatricem, nec ad virginem Eccles. 9.
13 honestam, & conclusam nec ad comptam, & exornatam, nec ad incomptã, & indecorã. Et deniq; conclusit dicens: ne circunspicias speciem alienam. Solas viduas in hoc capitulo prętermittit, nec de illis meminit. Cuius rei causam esse arbitror, quia viduæ illius temporis fortassis in perpetua clausura, & recollectione morabantur. Nec de monialibus loquitur. Verum est tunc non fuisse moniales sicut nunc: virgines autem, quæ sese in clausuram recipiebant cum magna obseruantia, & animaduersione viuebant. Vt apparet in virginibus, quæ erant inter gentes. Sanctior enim, & magis consecrata religio, quæ erat Romæ erat virginum Vestalium, quæ virginitatem vouebant, & ideò ab infantia illas in custodia maxima claudebant. Tãtus autẽ erat rigor, & seueritas, quæ cum illis in hoc seruabatur:

batur, vt quæ contra votum suum fecisse deprehenderetur, populo Romano inhumaretur; ille autem dies ater, & infelix haberetur. O quantùm erat hic dicendum, & plorandum, quod Moniales sponsæ Iesu Christi post septem parietes, & ferreos cellos custodiantur, illuc tamen vaditis, vt eas solicitetis, & ... betis. O maledicti profanatores diuini honoris; non contenti secularem honorem, pudicitiamque peruertere, sed religiosam etiam castitatem decorumque vultis destruere? Heû, heû q... acri supplicio pro tanto sacrilegio puniendi estis, nisi vos a ... ta turpitudine, & abominatione cohibueritis, acerrimamque ... nitentiam egeritis, verum est autem quod cum hi profani ... mines inueniant, quibuscum Deum offendant: deerit illis ... vbi turpitudines suas exerceant. O nequitiam atrocissimo supplicio dignissimam, etenim quid perniciosius, quodque ... rem reipublicæ desolationem afferat: quam esse personas, ... domicilia ad peccatrices recipiendas præparata habeant, in ... bus turpitudines suas exequantur? Heû heû, ò Deus quot ... sunt huiusmodi in hac ciuitate, tot domus, in quibus animæ ... duntur, & peccata grauissima celantur. Hîc verò, vbi tot ... ri, & iuuenes, qui non habent patres, à quibus gubernentur ... hic filius prodigus) talem occasionem ad suorum turpium ... tituum exequutionem reperientes, quid non facient? aut ... se flagitij genere cohibebunt. O quantum hoc lamentabatur ... ctus Propheta Esaias dicens: laquei iuuenum omnes: & ...

Esai. 42.

mnibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam: ... qui eruat in direptione, nec est, qui dicat redde. Sicut De... struit monasteria ad saluandas animas: ita etiam diabo... mos, & diuersoria erigit ad illas perdendas. Et notate qu... cat Sanctus Propheta has domos, carceres, in quibus sunt ... des, & cathenæ ad alligandos adolescentes vt in diaboli ser... deuincti maneant; & ferè publicè hoc iam fit, nec est, qui ... peruersitati remedium adhibeat. Nec est qui dicat: redde, ... qui dicat diabolo: dimitte animam istam, quam præ den... defers. Si videtis lupum transire ouemque in ore asportare ... mes proclamatis dicentes: dimitte, dimitte illam: cùm autem animas Sathanæ dentibus asportari videatis, ne minimam ... dem vocem proferetis ad tantæ calamitatis remedium? Qua... banitas, ac diligentia fuit olim inter Romanos, qua ministr...

17 tiæ vniuſcuiuſq; viuendi rationem inquirebant. Quòd autẽ inter Chriſtianos non ſit eadem cura, & ſolertia: miſerabile eſt. Cum fœminæ Moabitides iuuenes. Hebræos deciperent, eoſque ad idola ſua adoranda inducerent: iratus Dominus dixit ad Moyſen, Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis. Origenes ſuper hunc locum dicit quòd detinente ſe Moyſe nec principes punire audente, qui illius peccati maiorem habebant culpam, eo quòd illud ſimularent, ſacerdos, Phinees opus illud magni zeli fecit, ſcilicet duos, qui publice peccabant, interfecit: quod cùm alij vidiſſent, in diſſolutos illos adoleſcentes impetum fecerunt, & minimo temporis ſpacio viginti quatuor millia diſſolutorum adoleſcentium occiderunt. Quo ſupplicio ſumpto audita eſt vox de cælo, dicens. Phinees filius Elea- *Num. 25.* *Orige.*
18 zari filij Aaron ſacerdotis auertit iram meam à filijs Iſrael: quia zelo meo commotus eſt contra eos, vt non ipſe delerem filios Iſrael in zelo meo. O ſi Deus nobis iudices huius diuini zeli plenos largiretur, quot peccatis in rebuſpublicis obuiaretur. Quia enim hi iudices in republica non ſunt, iuuenes ſubſtantias ſuas in peccatis conſumunt, ſicut hic, de quo meminit Sanctum Euangelium, qui ſubſtantiam ſuam luxurioſe viuendo diſsipauit. Adeô turpe, & infame vitium eſt hoc, vt licet Plutarchus vir gentilis eſſet, dixerit: ſi te ab hoc vitio cohibere cupis, honores expete. Viſum eſt enim huic viro ſapienti, quòd ipſo facto, quo quis honores expeteret, hoc vitium fugiturus erat, ne in tantam infamiam deueniret. Et ſic Ariſtoteles in problematibus rationes *Plutar.* *Ariſt. in proble.*
19 reddẽs, quare hoc vitium tantopere hominem dedecorat, tandem hanc rationem aſsignat: quôd hoc vitium eſt beſtialius cæteris omnibus: & ita quando homini dicitur illum ſenſualem eſſe, beſtiam illum eſſe ſignificatur. Quapropter Dauid dicebat. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, Heù miſerum me! non ſolum (inquit Sanctus Propheta) turpe hoc vitium Deum mihi abſtulit, ſed & honore me priuauit: nam quando per vias tranſeo, omnes mihi ſuſurrant dicentes: ecce concubinarium. Ob hanc cauſam permittens Dominus Ieſus, vt in ſanctum diſcipulorum ſuorum collegium alia vitia ſicut ambitiones, contentiones, infidelitates, ac denique inuidiæ ingrederentur: nequaquam illos à lu curia pertingi permiſit. Alia peccata vnam hominis partem, ſcilicet, animam inficiunt, hoc autem vtranque, *Pſal. 17.*

1.Cor.6. corpus, scilicet, & animã contaminat. Et ita admonens nos [...]
lus, & dicens, Fugite fornicationem, huius rei rationem redd[...]
didit: quoniam enim peccatum quodcunque fecerit homo, ex[...]
corpus est: qui autem fornicatur in corpus suum peccat. An n[...]
tis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, q[...]
vobis est, & non estis vestri? O quam efficax ratio est hæc. Ne [...]
pora vestra (inquit) inficiatis, siquidem non vestri quidem, sed [...]
ritus sancti estis. Ne tantum latrocinium cõmittatis furantes q[...]
est Spiritus sancti, & dantes illud meretrici. Atque ad hoc [...]
fugite fornicationem. Ne cum hoc vitio colluctemini, sed q[...]
Simile. tum potueritis illud fugite. Insipientiæ enim est cum aliquo [...]
scœno, & fætido colluctari, quem etsi prostraueritis, ab illo tam[...]
inficieris, & lutaberis. Tam immundum est hoc vitium, vt am[...]
tia sit cum eo colluctari, quamuis enim illud superaueris vix [...] 2
men absque vlla macula remanebis. O fratres mei per charita[...]
Dei vos rogo, vt hæc sancti Apostoli verba in cordibus ve[...]
imprimatis, illaque accuratissime obseruetis. In hoc enim sa[...]
vestra ex magna parte consistit. Animaduertite quam corrup[...]
sit vniuersus orbis. Omne offendiculum, & occasionem quoad p[...]
teritis euitare curate.

Et postquam omnia consummasset, &c. Et ipse cœpit egere. Vbi De[...]
Esai.9 non est, totũ est fames, & ærumna. Vnde de peccatore dicit Esa[...]
declinabit ad dexteram, & esuriet: & comedet ad sinistrã, & n[...]
turabitur, id est, quocunq; pergat peccator sine Deo, licet de [...]
Simile. omnibus mũdi comedat, nõ saturabitur sed semper esuriet. [...]
admodũ enim velle herbis leonẽ, aut carnibus equũ pascere [...]
esset: hi enim cibi, istis animalibus nõ cõueniunt. Sic etiã & m[...]
etiam minus secularia animæ conueniunt. Sicuti chirothec[...]
nihil aliud prosunt, quàm ad operiendas manus, nec vagina [...]
aliud quàm ad tegendum ensem: sic humanus animus cum ad n[...]
hil aliud creatus fuerit, quàm ad solum Deum, in nulla re nisi [...]
Deo requiẽ, tranquillitatemq; reperit. Et comedet ad sinistram, [...]
Hiere.2 nõ saturabitur. Idcirco dicebat Deus: quid inuenerũt patres ve[...]
in me iniquitatis, quia elõgauerũt se à me, & ambulauerũt post [...]
Iudi. 9 nitatẽ, & vani facti sunt, id est, sine me vacui remanserũt. Vide[...]
mihi hic adimpleta esse parabola illa Ioatham, de arboribus, q[...]
regem eligere volebant: dixeruntque omnia ligna ad rhamnu[...]
veni, & impera super nos. Quæ respondit eis: si vere me regem
vob[...]

23 vobis constituitis venite, & sub vmbra mea requiescite. In his verbis acceptans rhamnus sceptrum ostendit quàm stultè, & insipienter à cæteris lignis fuerit electa dicens illis vt sub vmbra sua requiescerent. O quàm iucunda vmbra est rhamni! O homo insipiens quicquid præter Deum quæris est rhamnus, quæ te compunget, & percutiet, nec illius vmbra tibi aliquid proderit.

In se autem reuersus, &c. O quàm procul à se abest peccator, per Esaiam dicebat Deus: redite præuaricatores ad cor. Nihil longiùs à peccatore abest quam peccator à semetipso. Extra se incedit. Fame, & inopia coactus reuersus est hic iuuenis in se. Sic S. Moyses, postquàm populum varijs suppliciorum generibus comminatus est, addidit dicens: cum ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio, siue maledictio, quam proposui in conspectu tuo, & *Esai. 46.* *Deute. 30.*
24 ductus pœnitudine cordis tui reuersus fueris ad eum in toto corde tuo, &c. idest, labores te redire compellēt. Sic pijssimus pater cū hoc prodigo fecit mittens in regionem illā famem validam, vt labor, & necessitas illum in se facerent redire. O admirabile Dei artificium, quot inuentiones, & modos inuestigat, vt nobis succurrat? O quā meritò dicit Ecclesiasticus: Multiplicationem ingressus illius quis intellexit? Mille ingressus habet Deus ad animas conuertēdas; multasque secretas caueas quas præter ipsum intelligit nemo. Alios benè tractat diuitias illis largiens: alios verò malè, paupertate & afflictionibus illos opprimens. Nulla illi ianua clauditur, quin ipse aliā aperiat, multiplicat aditus ad ingrediendum, & peccatoris animum redigendum. Signum est quòd maximum habet animarum appetitum: siquidem tot aditus ad illas inuestigat In quo etiam adnota- *Eccles. 1.*
25 tur resistentia, quæ in nobis est, cū Deus, tot modos, & ingressus perquirat, vt volūtatem suam exequatur. Etiam per peccata, quæ sunt in peccatore, & per illorum confusionem ingreditur Deus in animam. Benedicant tibi Hierarchiæ Angelorum Deus infinitæ gloriæ, qui vilem terræ vermiculū tanti æstimas, tot rationes exquirēs, vt illum ad te conuertas. Verum heû fratres quàm digna lachryma tu est durities, rebellioq; nostra. Neq; enim labores, neq; indulgentiæ, neque pollicitationes, neque comminationes sufficiunt, vt nos ad tam pium Deum, ac Dominum faciant reuerti.

Imitemur igitur fratres charissimi hunc peccatorē: qui necessitate oppressus in se reuersus dixit: *Quanti mercenarij, &c. Surgā & ibo ad patrem meū, & dicā ei, &c.* Perpendite diligēter quod cognosces

miserias, ac scelera sua intra se cogitauit, quid, & quomodo p[...]
suo dicturus esset petens ab eo misericordiam. Sic oportet vn[...]
quemque vestrum intra se peccata sua euoluere, & ordine illa d[...]
nere, quomodo in confessione ea dicturus sit. Si subitò in dom[...]
lum introitis, cum ex solis splendore veniatis nihil prorsus [...]
tuemini, postquam autem paulum quiescitis, statim clare om[...]
Simile. quæ in eo sunt, videtis. Sic subito intra vos ingredientes, n[...]
lum penitus peccatum vobis in mentem venire videtur: sta[...]
paulisper vos collegeritis, & requieueritis, conscientiamque [...]
stram scrutati fueritis, statim videbitis miserias, quæ in ea sunt [...]
contenti sitis semel quomodocunque conscientiam scrutari, [...]
Simile. hoc semel, & sæpissimè vos facere oportet. Si suspicamini la[...]
nes domum vestram ingressos fuisse, non quiescitis quousque [...]
omnes forás expellatis: si enim intus vnus remaneret, vos in[...]
ceret. Quid prodest, peccata vestra confiteri si per negligenti[...]
vestram vnum mortale vobis remanet: cùm hoc tantum ve[...]
æternum perdere sufficiat? Non solum autem quando ad conf[...]
sionem accessuri estis hanc præparationem vos facere oportet [...]
etiam quando ad patrem vestrum confugitis, vt in oratione ab [...]
lo misericordiam postuletis, tunc prius vos præparari conuenit [...]
gitantes quomodo vaditis, vt cum Deo infinitæ maiestatis lo[...]
mini, & res vestras agatis, cum vos vilissimi vermiculi sitis. Si[...]
Eccles. 1. monet Ecclesiasticus dicens: Ante orationem præpara anim[...]
tuam & noli esse quasi homo, qui tentat Deum.

Et surgens venit ad patrem suum. Cùm primùm bonum in [...]
suo proposuit, statim illud opere compleuit. O quantæ confu[...]
nis est frater mi lasciuiam negligentiamque tuam inspicere. Q[...]
Prou. 26. ties proponis te ad Deum conuertendum esse, & sicut ant[...]
peccato remanes. Vide cui te comparat Spiritus Sanctus dice[...]
Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Si[...]
ostium, inquit in cardine se reuoluens stridet: ita etiam consci[...]
tia tua varijs peccatorum morsibus stridet, nec tamen co[...]
ab hoc maledicto lecto, in quo iaces existimans quod hodie [...]
factum fuerit, cras faciendum esse. O miser si scires quot pecca[...]
Eccles. 29 res cum ijsdem propositis, quæ tu habes perierunt. Quod si [...]
non vis credere vide quam apertè hoc dicit Ecclesiasticus his v[...]
bis: repromissio nequissima multos perdidit. Atque ita te perd[...]
qui nequissimè tibi vitæ longitudinem iterũ, atq; iterum promit[...]

29 Surrexit igitur porcarius sicut erat immundus & obscœnus, &
in domũ patris sui perrexit. *Vidit illũ pater ipsius, & misericordia mo* Psal. 58.
tus est. Deus illius cor cõmouit præueniente gratia sua, vt cõsurge-
ret, de qua dicit Dauid: Misericordia eius præueniet me. Et Iob, Iob. 23
Deus molliuit cor meũ, & omnipotens conturbauit me. Et quẽad-
modũ pia mater videns filium suum infantẽ tenerum elaborantẽ, Simile.
vt ad se accedat, ipsa ad illũ currit, vt eum adiuuet, maximiq; amo-
ris visceribus eum amplectitur. Ita Deus, qui per gratiam præue-
nientem peccatorẽ excitat, vt primũ eum per libertatẽ liberũq; ar-
bitriũ cõmotum intuetur, & volentem ad se venire animaduertit:
statim cum auxilio suo illi occurrit. Vt dicit Iob: operi manuum Iob. 14
tuarum porriges dexteram. Atque hoc significat quod dicit San-
ctum Euangelium quòd occurrens, *Cecidit super collũ eius, & oscu-*
30 *latus est eum. Dixitq́; ei filius, Pater peccaui &c.* O quã diligenter ad-
impleuit hic peccator quod Deus per Hieremiam maxima cum Hiere. 3
affectione postulat ab anima peccatrice dicens: tu autem fornicata
es cum amatoribus multis. Et paucis intermissis inquit: Frons mu-
lieris meretricis facta est tibi, & noluisti erubescere. Ergo saltem
amodò voca me: pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Nunc
saltem (inquit Dominus) suauia, & maximi amoris plena verba
mihi dic quibus cor meũ mollias, & viscera mea tenera reddas. O
Deus maiestatis infinitæ quãtopere delectaris Dñe quãdo anima
perdita, quæ fuerat absq; pudore te patrẽ suiq; primi amoris ducẽ
appellat. Quare potius non dedignaris tã malorũ filiorũ pater esse?
quare illis nõ dicis: ne me ore vestro assumatis, nec vos filios meos
nuncupetis, siquidẽ tam iniqui estis? O non recte dicis: Quis enim Simile.
31 est pater tanto furore concitatus propter iniquitates filij sui, qui si
cum illũ gladio vult percutere audiat illius vocem humiliter dicen
tis: me filium tuum ò pater tam crudeliter vis tractare? cor eius non
mollescat, eiusq; animus mitigetur, gladiũq; e à manibus absq; fi-
lij sui ictu dimittat? Hoc igitur est quod Deus hîc petit. Salte amo-
do, &c. salte (inquit) nũc quãm iam te volo percutere suauibus ver-
bis me alloquere, quibus cor meum mitiges, & ad misericordiam
prouoces. Hîc prosternentur ardentissimi Seraphim, atque omnes
cæli potestates, & pro nobis huic clementissimo Domino pro tam
singulari beneficio innumeras gratiarum referant actiones. O fœ-
licissimum tempus quibus te verbis exaggerabo? aut quomodo
fœlicitatem tuam satis digne potero recensere? Conticescat lin-

gua, & loquatur consideratio, hæc enim suauissima mysteria me- 35
lius sentiri, quàm dici possunt. Quondam soli summo sacerdo-
ad sancta sanctorum ingredi licebat, vt suorũ, populique pecc-
torum veniam postularet: atque hoc semel tantum in anno, quo-
que autem ipse exiret, nemini fas erat in tabernaculũ ad petend-
Leui. 16 beneficia introire: pręcipiebat, nãq; Deus nequis in sancta sancto-
Exo. 28 rũ ad loquẽdũ cum ipso, præterquã summus sacerdos vestibus p-
tificijs, ijsq; plurimis adamantibus, alijsq; pretiosissimis margar-
exornatis, indutus introiret. Postquã autem Deus pro nobis fact-
est homo, & inops, atq; cum hominibus conuersatus est, consen-
que vt secum homines loquerentur: non solùm se ab hoc perdit-
immundo, horrido, & obscœno peccatore non abscondit: veru-
etiam illi obuiã exijt, in brachijsq; suis illum recepit, suauissime-
Canti. 5 que eius faciem osculatus est, quando sponsus abijt, quia cùm a- 36
sponsæ ostium pulsaret, illique diceret, Aperi mihi soror mea: ip-
se excusauit dicens: Expoliaui me tunica mea, quomodo indu-
illa? quæ tamen posteà surrexit, & per totam ciuitatem perrex-
vbi custodes illam inuenerunt, & vt ipsa dicit: vulnerauerunt me
& tulerunt pallium meum. Et ita vulnerata, pallioque nudata a-
cessit ad hortum, vbi cognouit se illum inuenturam esse: ipse a-
non illi clausit ianuas, etsi ipsa noluerat illi aperire, quando ad e-
ostium sponsus pulsauerat: nec illi aspectũ suum denegauit, im-
tanta cum affabilitate, & benignitate illam excepit, illam (inq-
Cant. 6 ita vulneratam, pallioque denudatã venientem miserans, vt il-
cere cœperit: pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Hi-
lem: terribilis vt castrorum acies ordinata: acsi diceret, fortis- 1
es, & terribilis vt castrorũ acies ordinata, siquidem me ita supe-
sti. Ecce fortunatum tempus in quo viuimus, cùm iam non di-
Dominus vt vnus tantum ad loquendum cum ipso ingrediat-
atque vt hic sit sacerdos, & dum ille secũ locutus fuerit, nemo in-
bernaculum ingrediatur, sed dicit: Venite ad me omnes qui labo-
Matth. 11 tis, &c. Antea præcipiebat dicens: nequis appareret in conspe-
Exod. 23. suo vacuus. Nunc autẽ non solum expectat eum, qui ad se va-
manibus accedit, sed illi etiam obuiam exit. Etenim quid defe-
bat hic pauper præter nuditatem, famem, ac defatigationem? ec-
autẽ quomodo illũ recipit. Eia eia peccator animũ recupera. Po-
ge manum tuã: surge, & ad Deum cõfuge, qui si te solũ deduxe-
Roma. 12 ipse cõtẽtus est. Vide quid dicat B. Paulus, Obsecro vos fratres p-
mis-

35 miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuẽtem, ideſt, vt voſmetipſos offeratis. Dicis ô peccator te non habere quid ad Deum deferas, quia pauper es, ne te cum hoc excuſes: te enim ſolum Deus cupit: quapropter propera, nec ſis piger; vide quàm libenter, & humanè hunc pauperem recipit. Alter eſſet, qui diceret. O perdite, quare te nõ puduit ita coram me apparuiſſe? vbi eſt portio tua? vbi habes diuitias, quas ego tanto cum labore comparaui? Attende frater infinitam Dei clementiam, nihil enim horum dicit, nec illũ exaſperat, ſed amplectitur, & indui iubet atq; ſtatim illi cõuiuium præparat, & cum maximo gaudio eum ad menſam ſuam ſedere facit. In quibus omnibus ſignificatur, Deum non ſolum peccatori peccata dimittere, ſed ipſum virtutibus gratiaque ſua exornare, & ſpiritualiter reficere. Idcircò Beatus Paulus cum Deum pa- 2. Cor. 1.
36 trem miſericordiarum appellaſſet; addidit, dicens: Et Deus totius cõſolationis. In quibus verbis aliquid diuinæ miſericordiæ addidit, quo abũdantiſsimam Dei in homines pietatem explicauit. Miſericordæ namq; ſolum videtur peccatorum venia competere. Deus autem non hoc contentus eſt, ſed ex iudice dimiſſor, veniæq; largitor, conſolator, plurimorumq; donorum, ac gratiarum, & poſteà cæleſtis gloriæ largitor efficitur: ad quam nos perducat, Amen.

Dñica. III. in Quadrageſima.

1 *Erat Ieſus eijciens dæmonium, & illud erat mutum, &c.* Luc. 11,

DICITVR Hîc diabolus mutus ab effectu, quia reddit homines mutos. Sicut etiam dicere ſolemus *Simile.* diem aliquem eſſe triſtem, non quòd dies ſit triſtis, ſed quia nos triſtes reddit. Et ſic intelligitur illud Pauli dicentis: Spiritus poſtulat pro nobis gemiti- *Roma.* 8. bus inenarrabilibus. Quid? Spiritus ſanctus poſtulat? Nunquid alium ſuperiorem habet, à quo poſtulet, cum ipſe ſit Deus infinitus? & quomodo in ſumma, & perfectiſsima lætitia poteſt eſſe luctus, aut gemitus? Intelligitur ergo quod poſtulat, quia nos poſtu-

Matth. 9 lare facit: gemit, quia nos gemere facit. Beatus Matthæus di
Chrysosto. homi. 41 super Matthæ. hunc hominem dæmonium habentem cæcum etiam esse. Diu- 5
nus Chrysostomus dicit. Illum etiam esse surdum. Ecce hunc
ferum mutum, cæcum, surdum, & dæmonium habentem. Q
huiusce modi hominem nō misereretur? & tamen miserabilio
visu iuuenis pulcher, optime vidēs, audiens, atque eloquētis
si in peccato mortali commoratur. Ille enim sic cæcus, & cum
nibus infirmitatibus suis poterat esse iustus, & Deo gratus. I
autem est hominum cæcitas, vt illi ita corporali morbo labo
compatiantur: illius autem cuius anima mortua est, si corpor
beat valetudinē, nō misereantur. Permittit Deus, diabolum
hominis corpore hanc stragē edere, vt ex hoc quātopere anim
Psal. 73. destruat, cognoscatur. De diabolis dixit David. Superbia eo
Esai. 14. qui te oderunt ascendit semper. Et cū hac superbia, quæ semp 6
Sapi. 7 illis viget, cū qua dixit Sathanas. In cælū ascendā, super altu
exaltabo soliū meū, similis ero altissimo. Et cum sciat anima
sedem esse sapientiæ, pretiosioremque cælo empyreo magno
curat, siquidē se vno cælo expulsum videt, in aliud præstātius
scendere, quæ quidē est anima: vt inde Deū eijciens, in ea se
suū constituat, quod sit eleuatū super astra Dei hoc autē faci
stos in fraudem inducit, ac peruertit. Etenim astra Dei, qu
nostræ noctem illuminant, sunt naturalis ratio, fides infusa, &
quisita, & diuinæ legis lumen: & cum contempta ratione, fid
uinaq; lege homo diabolo obedit, tunc diabolus soliū suum
astra Dei exaltat. Et sicut Deus cùm in animam ingreditur,
illam vult possidere, nec vna parte contentus est, sed cor, me
riam intellectum, voluntatem, oculos, manus, pedes, omnesq 7
que hominis partes in sui seruitio vult occupari (hoc enim sig
Luc. 10 cat quod est apud Sanctū Lucam: Diliges Dominū Deum tu
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus
Gal. 2 & ex tota mente tua. Cuius præcepti, sicut diligentissimus exe
tor dixit B. Paulus, Viuo autem, iam non ego, viuit vero in
Christus. Ita diabolus quando alicuius hominis dominatur,
nem eius virtutem, & substantiam desiderat sugere: atque id
nō solum eum mutum, sed cæcum etiam, & surdū efficit, dom
super animam, & corpus illius (si potest) accipiens. Quod cum
sit fratres charissimi, vos ego Dei nomine exhortor, ne illi a
patefaciatis, quia adducit secū alios septē nequiores se: non so
ali

5 autem septem, sed si ipse posset, totum infernum in domos vestras
velle inducere. Vt primum Dauid adulterium commisit, statim *2.Reg. 11*
fideli seruo suo Vriæ infidelis fuit: ex infidelitate autem illa in *Gen. 4.*
homicidium deuenit. Sic Cain ex inuidia in perfidiam venit, do-
lose fratrem suum in agrum deducens, & postea illum interfecit,
nec in hoc permansit, quousque desperauit. Atque idem fecit Iu-
das, qui ex nimia cupiditate in latrocinium deuenit: de illo enim
dicit Beatus Ioannes: Fur erat, & loculos habens, ex latrocinio au- *Ioan. 12.*
tem in diuini Magistri sui proditionem venit, & tandem laqueo se
suspendit.

Ecce quare Deus permittit, vt diabolus hominem mutum &
surdum efficiat, vt ex hoc intelligamus, quot mala in illius anima
operatur, quam quidem surdam, mutam, cæcamque efficit. Qui *Simile.*
6 cum tranquillitate in quodam domicilio vult quiescere, iubet
omnes suos conticescere, & ianuas illius claudi, ne lux ingredia-
tur. Hoc ipsum curat Sathanas, scilicet, ne prædicatorum voces
audias, ne ad te lux ingrediatur, ne cum hominibus conuerseris,
qui tibi veritatem dicant, sed cum assentatoribus, & mendacibus
atque illis fidem habeas, vt dicebat Sanctus Hieremias Regi Se-
dechiæ: Vbi sunt Prophetæ vestri, qui prophetabant vobis, & *Hiere. 37.*
dicebant: Non veniet Rex Babylonis super vos, & super terram
hanc? O infœlix peccator, qui Dei nuncijs non credis, qui tibi
dicunt te cras moriturum, & peccatis tuis in infernum præci-
pitandum esse: alijs verò tibi similibus fidem adhibes, qui tibi
dicunt: longa est vita, satis temporis erit ad agendam pœniten-
tiam, non veniet ira Dei super te. Hæc omnia curat diabolus fa-
7 ciens te surdum ad omne bonum audiendum, vt in te quietissi-
mè requiescat. Et sic Sanctus Propheta Dauid lamentabatur, di- *Psal. 78.*
cens: Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Diuus Hie- *Hierony.*
ronymus hoc declarans dicit hoc significare, quod quemadmo- *Simile.*
dum domini, hortis in quibus pretiosi fructus sunt, verno tempo-
re, cum iam sunt maturi, custodes apponunt, ne quis illos fu-
retur; ita diabolus cum videat peccatorem esse quasi hortum
maturorum fructuum, qui disco, mensæque suæ sunt apti, il-
lum diligentissimè custodit, nequis eum sibi surripiat: custodit
autem plurima inconuenientia, & offendicula illi offerens, vt de
malis in deteriora progrediatur. Quòd si ad prædicationem vult
ire, aut cum aliquo seruo Dei conuersari, impedit illum quoni-
nùs

Simile. nis hoc faciat. Sicut qui arcem obsidione premit, curat vt nullu alimentorum genus ad obsessos ingrediatur, quo illos securio habeat. Hoc est hominem à diabolo surdum, cæcum, & mut reddi, vt nulla ianua salus ad eum ingrediatur. Quemadmod autem hic miser corporaliter afflictus in clementissimo Iesu medium inuenit, ita illud inueniet peccator quantumcunq ab ipso Sathana perditus, destructusque sit; si sicut debet ad h diuinum medicum accesserit. Hæc significauit hic optimus D

Isai.1. minus per Isaiam, dicens: Quiescite agere peruerse, discite nefacere, quærite iudicium, &cæt. Si fuerint peccata vestra coccinum, quasi nix dealbabuntur; & si fuerint rubra sicut miculus, velut lana alba erunt. Has duas similitudines harum rum rerum ponit, quarum vtraque difficillimè colorem am vt intelligatur quantumuis culpa inueterata sit, & quantum que altas radices in anima egerit, si verè, & ex animo ad h diuinum medicum confugiatur, omnibus peccatoris malis remedium adhibendum. Quapropter ô frater peccator confid ter accede, & graui peccatorum tuorum dolore percussus, pr nens te tam amplius tam bonum Deum non esse offensurum tende te esse mutum, & tempus iam esse, vt de te dicatur quo illo dictum est, scilicet: *Locutus est mutus*. Quot sunt dies, ex ad pedes auditoris pœnitentiarij non locutus es? Humiliter

August. li.2. de visitatiõe infirmorum Dominum exora, vt tibi spiritum largiatur, quò nunc loq sicut oportet, ad animæ tuæ salutem. Beatus Augustinus a bitrare quando coram sacerdote es, te coram Angelo esse, tibi Deus mittit, vt tibi medeatur, & sanet: quapropter tua illi reuela purè, ac syncerè cum illo loquens; & addit, di Non te pudeat coram vno dicere, quod non te puduit coram tis forsitan, & cum multis facere. Nam hominum est peccare, stianum à peccato desistere, diabolicum verò perseuerare. P sti (inquit) tanquam homo, surge igitur sicut Christianus, ne si diabolus in peccato perseueres: vt tibi cælum aperiatur, tu cor tuum. Dicit, nos à peccato surgere Christianum esse sine gratia, & auxilio Iesu Christi hoc fieri non potest. Vnu

Iob.31. illis, de quibus magnoperè gloriabatur Iob hoc erat: Si abs (inquit) quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu me

Psal. 94. quitatem meam. Vbi ponit dictionem; si, pro non: vt Psalm introibunt in requiem meam, id est, non introibunt. Diuus

11 gorius perpendens verba illa Iob dicit, quasi homo, id est, quasi debilis. Magna enim est debilitas hominem vulneribus suis non mederi, eo quòd illa non vult reuelare. Si in illo tempore hoc faciebat Sanctus Iob, reuelans peccata sua qui illis remedium adhiberet: quanto maior ratio nunc est, vt nos idem nunc faciamus, cum huius rei diuinum præceptum habeamus, & hoc in sancta confessione facere debeamus, quod est diuinum, salutique nostræ necessarium sacramentum? Perpendit etiam illic Beatus Gregorius Deum non maledixisse homini quum peccauit: sed quum se excusauit: si enim primi parentes statim se accusarent, statim illis peccatum dimitteretur. Quamobrem fratres mei diuinæ Maiestatis nomine vos rogo, vt debilitatem hanc procul eijciatis, & aduertatis tempus iam loquendi esse, præcipuè cùm iam simus in medio *Gregorius lib. 2. morali. c. 13 & 14.*
12 Quadragesimæ, & fere omnes estis muti, qui peccata vestra non estis confessi. Quando hoc facere speratis? confugite, confugite ad tam cæleste remedium, siquidem illo tantopere indigetis.

Quidam autem ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. O terribilem malitiam! ecce ingenium diaboli, qui cum opera Iob non posset vituperare, quando Dominus illa laudauit, intentionem, qua illa faciebat, vituperauit, dicens: Nunquid Iob frustra timet Deum? Nõne tu vallasti eum, ac domum eius? Hunc igitur maledictum patrem omnes eius filij sequuntur: sicut illi filij Amon, de quibus dicitur: quòd cùm nuncij Dauid venirent, vt eos de obitu patris sui consolarentur, ipsi dixerunt illos speculatores, & exploratores esse, qui ad explorandum regnum veniebant. Opus pietatis, opus iudicant crudelitatis. Ita hi miseri Pharisæi, *Iob. 1* *1. Reg. 10*
13 quasi filij talis patris semper (videri suo) quid in sanctissimis Saluatoris nostri operibus calumniarentur, inueniebant. Vice versa faciunt iusti, qui quando opus est manifeste malum, quod nequaquam excusari potest, intentionem saltem excusare curãt. Quid nequius, quàm Christum Dominum morti tradere? & tamen curat sanctissimus Dominus illorum intentionem excusare, dicens: Quia nesciunt quid faciunt. Sic Sanctus Ioseph malũ opus, quod fratres eius fecerant vendentes illum, excusabat, dicens: illud esse artificium, quo Deus vsus fuerat, vt inde tantum illud bonum eliceret. Nolite (inquit) pauere, neque vobis durum esse videatur, quòd vendideritis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos. Non sic impij non sic, nam sanctissima etiã *Lucæ. 23* *Gene. 45*

iustorum

iustorum opera calumniare curant. Pro magna maledictione di-
Hiere.8. xit Deus: Ecce, ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non
est incantatio, & mordebunt vos. Multo tamen maior maledic...
& supplicium Dei est permittere, vt sint homines serpentini,
venenosi, quasi basilisci, quibus nihil prædicator, nec prædica...
nec ipse Deus cum tot, tantisque miraculis prodest: sicut appa...
in his sceleratis Pharisæis. Liberet nos Deus fratres à tanto ma...
ne in similem peruersitatem deueniamus. Ne autem in hoc præ-
pitium incidatis, linguas vestras summopere cohibere curate. N...
appelleris susurro in via tua, & lingua tua ne capiaris, & confu-
Eccle.5. daris: super furem enim est confusio, ait Ecclesiasticus. Ne fa...
quare murmurator appelleris. Sunt quippe homines, qui viden-
tur hoc murmuratoris nomen velle comparare: quando autem
cognomen aliquod comparauit, plurima iam fecit. Et sic voca...
hic murmurator latro, quia rem tam pretiosam sicut famam fu...
tur, & dicitur quòd in confusione capietur. Et alia translatio h...
hîc, Insidiatorem enim sanguinis sequitur ignominia. Ponder...
quàm crudeli nomine murmuratorem appellat. Iustifica pu...
& magnũ similiter, id est, de omnibus, tam de minimo, quã de...
ximo oportet te benedicere. Eo quòd tantum latrociniũ sit, q...
lingua committitur, vocatum est à Dauid per antonomasiam
Psal.51 iustitia, & sic dixit, Quid gloriaris in malitia, qui potens es in i-
quitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nou...
la acuta fecisti dolum. Res est mirabilis quòd dicit Dauid, l...
Simile. iniustitiam cogitasse. Si vadis ad domum fabriferrarij, & c...
li, vt tibi calceos faciat, nescit illos facere, quod si facit, sunt...
simi. Si vadis ad domum sutoris, vt securim tibi faciat, idem...
sutor enim calceos, faber vero secures nouit conficere. Sic vol...
tas nescit intelligere, sed velle: intellectus vero nouit imagin...
& intelligere: non autem velle, & amare: sic lingua nescit cog...
re: sed loqui: & ideo quando lingua murmurat, & proximũ fu...
infamat, dicit Spiritus Sanctus illam talia loqui, quæ aperte c...
gnoscuntur, non ab intellectu quidem, sed ab ipsa lingua fu...
cogitata, cuius officium non est cogitare, sed loqui. Et dicit...
verba esse quasi calceos à fabriferrarij manu confectos, & q...
securim à sutore fabricatam, id est, illam verba contra omnem...
tionem, & iniustitia plena loqui: siquidem cum illis tam pre...
sam rem sicut famam proximo suo aufert. Cui quidem iniusti...

17 satis difficile remedium adhibetur. Nam sicut morsus canis rabiosi, & ictus sagittæ venenosæ raro bene curatur: ita murmuratio rabiosi hominis sicuti canis (de quo dicitur: Venenum aspidum sub labijs eorum) rarò, aut nunquam benè aufertur. Quamuis enim te retractes, semper tamen quoddam infamiæ vestigium in auditorum animis remanet. Atque vt huius talis mali grauitatem melius cognoscatis, notate metuenda quædam verba Ecclesiastici, dicentis: Multi ceciderunt in ore gladij; sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Et paulò post: Mors illius, mors nequissima, & vtilis potius infernus, quam illa. O sancte Deus quàm pestifera res est mala lingua, cum sit nequissima mors, quæ in anima causatur, sicut hîc dicit Spiritus sanctus, & est peior inferno, qui iustos non torquet; mala autē lingua magnopere illos cruciat. Quis
18 amodo linguam suam effrænatè audebit immittere, præcipuè cùm hæc intelligat? Optimè ea considerate fratres mei intra vestra Christiana pectora: nulla enim sunt verba, quibus hæc satis dignè exaggerari possint.

Simile.

Psalm. 13.

Eccle. 28.

Ipse autem; *Vt vidit cogitationes eorum, &c.* O si hoc peccator cōsideraret, quod non solum eius opera, verùm & cogitationes etiam à Deo perspiciuntur, quàm cautus viueret. Pro magna exaggeratione dixit Beatus Paulus: Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt. Effectus peccati est hominis intellectum à consideratione præsentiæ Dei segregare; huius enim rei obliuio plurimorum malorum causa est, sicut hîc dicit Sanctus Apostolus: Sicut, non probauerunt, id est, sicut nunquam in cognitione
19 sua Deū portare curauerunt, nec res interiores à Deo perspici crediderunt, nec ipsum illis adesse putauerunt, aut de Deo meminerunt, ac si non esset Deus: idcircò in pœnam tantæ negligentiæ, & inconsideratiōis tradidit illos Deus in reprobum sensum. Hoc etiam significat Dauid, dicens: Fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Illud: Et, significat, quia: in quo declarat Propheta illos nequaquam tyrannos futuros fuisse, si aduertissent se à Deo aspici. Alibi etiam dicit: Deus iniqui surrexerunt super me, & Synagoga potentiū quæsierūt animā meam; & non proposuerunt te in conspectu suo, id est, quia nō proposuerunt te in cōspectu suo. Et de illis maledictis senibus dicit Daniel ad tantum illud malum committendum tria notabilia fecisse: vide-

Roman. 1.

Psal. 53.

Psal. 85.

Daniel. 13.

Danie. 13. videlicet: Euerterunt (inquit) sensum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Primum quod fecerunt, fuit à summo vsque deorsum sensum suum euertere. Rationem infra vt conculcaretur, sensum vero supra, vt dominaretur, constituerunt, quæ sanè est euersio, & abusus lachrymatu dignissima. Secundò, declinauerunt oculos suos, & Vigentissimum enim remedium est ad nos à vitijs cohibendos animaduertere nos à Deo videri. Nec recordati sunt iustorum iudiciorum Dei, quibus punire solet eos, qui illum offendunt. In medio autem posuit oculos à Deo semouere, quasi significans hoc esse cæterorũ omnium malorum causam. Etenim quis esset tam
Simile. temerarius latro, qui videns iudicem iuxta se esse, eiusq; manus iniuri, furari auderet? Idcircò nos admonet Beatus Paulus, dicẽs: Siue vi-
1. Thess. 5. gilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus, id est, cum Iesu Christo. Non solum significat in hoc ne extra gratiam Iesu Christi cum peccato mortali recumbere audeamus, sed etiam vt semper simus viui cum eo in vigilijs, scilicet, cum illo, & in somnis cum illo, considerantes illum semper nostras etiam cogitationes intueri.
Psal. 118. dicebat Dauid: Et omnes viæ meæ in conspectu tuo. Sic in illo lo-
Iob. 7. co Iob vbi dicitur: Quare posuisti me cõtrarium tibi? Hebræus textus dicit: Quare posuisti me coram tibi? Ratio autem quare nos coram se ponit, hæc est: vt diligenter euigilemus, & pudeat nos vel minimam etiam aliquam cogitationem habere, qua tam sanctos oculos, sicut oculi Dei, offendamus.

Cognoscens igitur Deus iniquas cogitationes, quibus perfidi illi arbitrabantur se in nomine Beelzebub dæmonia eijcere, efficacissimis rationibus cœpit comprobare eorum cogitationes falsas esse. Quarum prima hęc est: *Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur*. O quàm diuina ęst hæc Domini sententia. Prius autem ex illa fructum percipiamus ad conseruationem regni, quod diuina Maiestas habet in terra. Omnes vnanimiter curemus conuenire, præsertim ij, qui hoc admodum necessarium negocium salutis animarum tractamus. Si enim in confessoribus, & prædicatoribus non fuerit amor, & concordia parum vtilitatis populo poterunt afferre. Et si ea, quæ vnus prædicator prædicat, & docet, alius dedocet, dicens illa non esse tam mala, & fieri posse. Et si peccatum quod vnus confessor non absoluit, quia non conuenit, alius ipsum absoluit: quomodo stabit regnum Dei? Atque cæteri Christiani

tanquam

23 tanquam canes se mordent, & deuorant: quid superest, nisi quod
dicit Beatus Paulus, his verbis: Quòd si ad inuicem mordetis, & Galat.5.
comeditis vos, videte ne ab inuicem consumamini. Si quum ani
malia in arca Noe commorabãtur, leo, tigris, lupus, & omnia fe-
rè alia animantia crudelitate sua vterentur, mitia à crudelibus co-
mederentur, & postea ipsa inter se consumerentur. Idcirco proui-
dit Deus, vt ad eorum conseruationem omnia illic essent mitia.
Hoc ipsum igitur ad huius cœlestis regni conseruationem requi- Psal.33.
ritur. Idcirco vnicuique nostrum dicit Spiritus sanctus: Inquire
pacem & persequere eam. Ne expectes vt ipsa domum tuam ve-
niat, seseque tibi offerat: sed tu illam inquire, & donec conse-
quaris, prosequere: tua mala propensione te exue, teque ipsum
supera. Vide quomodo venator leporem insectatur, non solùm Simile.
24 enim canis, sed & ipse etiam currit, & non solùm currit, sed voci-
feratur quousq; tandem illum assequitur. Efficacius igitur opor-
tet te pacem persequi, cum lepore sit pretiosior: & non solùm
cum diligentia tua debes currere, sed etiam vociferari, instantissi-
me illam à Deo exposcens. O fratres charissimi, si intelligeremus
quanti nostra hoc intersit, quã libenter aliquid de iure nostro per
deremus, ne cum fratribus nostris pacem amitteremus. Siquidem
ex eo tot peccata, rerumque publicarum dirutiones oriuntur: vt
apertè significauit Dauid, dicens: Conturbatæ sunt gentes, & in- Psal.45.
clinata sunt regna. Ex hominum discordijs, perturbationes re-
gnorũ & ruinæ dimanant. Et ita medium, quod Deus habuit ad
euertendum AEgyptum: fuit, efficere, vt inter eos discordia versa
retur. Vt in Isaia dicitur: Et concurrere faciam AEgyptios aduer Isai.
25 sus AEgyptios: & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra
amicum suum, &c. Quis hanc sanctam Ecclesiam tantoperè ful-
ciuit, aut quis effecit, vt à potentissimis tyrannis tot victorias re-
portaret, nisi charitas feruentissima? Qua (vt dicitur in Act.) Mul Act.4.
titudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et ideò de illa
dicitur: Quid videbis in Sunamite, idest, captiua diuinæ obedien Cant.7.
tiæ, nisi choros castrorum? Duo dicuntur: chori, scilicet, & castro
rum, exercituum militarium virorum. Chorus est quidam vocũ
concentus: in castris autem sunt arma ad præliandum, atque hæc
omnia largitur charitas, scilicet, cordium conformitatem, & ar-
ma, idest, virtutes ad præliandum. Et ideò dicitur: Quid videbis
in hac Ecclesia captiua obedientiæ Dei, nisi cordium consonan-

tiam, ex qua ad resistendum fortitudo dimanat? Vt hanc pacem [...]
haberemus, direxit Christus Redemptor noster omnia, quæ
in suo sancto Euangelio prædicauit: quod conuincitur ex eo,
Ioan. 16. quod dixit: Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis.
Hoc autem, vt ait glossa, intelligendum est, non solum de ijs, quę
Dominus Iesus in vltima cœna prædicauit, sed de omnibus etiã,
quæ antea docuerat. Quamobrem per reuerentiam huius superni Principis pacis, & per amorem, quo illam tantopere nobis commendauit, eius nomine vos adiuro, vt inuicem vos vnire, & conformare, cum magno amore, & charitate curetis, sufferentes vos inuicem, sicut Deus quotidie vos suffert: cùm illum sæpissimè offendatis.

Ex hoc vniuersali principio infert Dominus conclusionem illam, dicens: *Si autem Sathanas in seipsum diuisus est, &c.* Quod absque dubio sequeretur si ipse vnum diabolum in alterius diaboli virtute eijceret: & alij cõtra alios facerẽt. Secunda ratio hæc est: *Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri, &c.* Qui perpendit aurum, ne forte aliqua in põdere insit fraus postquã in vna statera pensauit, in altera illud iterũ perpẽdit: sic dicit hic Dñs his, qui de sanctissimis miraculis suis detrahebant. Pensate (inquit) illa in alia statera, pensate illa in filijs vestris, & animaduertetis vos à passione vestra excæcari, & decipi. Et siquidem filij vestri, qui sunt discipuli mei in nomine meo dæmonia eijciunt, vos autem dicitis, quòd eos nõ eijciunt in nomine Beelzebub? quare de me dicitis, quod de illis nõ dicitis? In hoc ergò videbitis, quòd prę malitia deliri, & insani estis. Tertia ratio est: *Cũ fortis armatus custodit atriũ suũ, &c.* Hic fortis est diabolus: & dicit B. Chrysostomus eũ fortẽ appellari, quia ignauia, & pusillanimitas nostra illi vires addit. Etenim quis Mauros fortes reddit, nisi Christianorum pusillanimitas? sic etiã vires accipit Sathanas, quia videt nos minima quaq; tentatione, quam nobis offert statim superari, & deuinctis manibus eius ministerio submitti. Si enim illi resistere vellemus, facillime eũ vinceremus. Dicitur autẽ armatus, vt dicit Theophylactus, quia habet septem peccata mortalia tanquã arma, quibus nobis bellũ infert. Etiam mali homines, & malæ mulieres, & famulus quem domi tuæ habes, qui est leno tuus, hi omnes sunt arma Sathanæ: quid enim est famulus ille, nisi ensis Sathanæ, quo alterius fœminæ, & tuam simul animam occidit? Et maledicta vetula, quæ de domo in domum

Simile.
Chrysost.
Theophil.

ximum ambulat quasi cymbalum Sancti Antonij, quid aliud est nisi armatura Sathanæ? Sunt ollæ veteres, quæ quia iam plurimas carnes coxerunt, confringuntur, postea verò aliarum sunt tegumenta. Ita hæ maledictæ vetulæ postquam plurimis turpitudinibus, quas in se exercuerunt, confractæ sunt, aliarum ollarum tegumenta sunt, & quasi testæ confractæ de domo in domum deferunt ignem, qui sunt nuncij, quibus animas comburunt. Væ miseris vobis, quam terribilibus tormentis peccata, quæ in diuinam Maiestatem committitis, soluturæ estis? Si pauper cicera manducaturus est, quia nō habet coclear, facit ex pane coclear, quo cicera sua manducat: quibus consumptis comedit etiam & coclear Sic diabolus cum sit pauper vtitur ijs tertijs, quasi coclearibus: vt cum illis alias plurimas animas deuoret, quos etiam postea man- *Simile.* *Similes.*
30 ducabit. O coclearia Sathanæ, quot damna rebuspublicis infertis quod enim dæmon per se solum non audet, nec potest facere, id vestro auxilio adiutus efficit. Dominus dixit: Quiscandalizauerit vnum de pusillis istis, &c. Expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. In quibus verbis videtur designare remedium, quod his talibus adhibendum est, ille, in cuius collo mola suspenditur, & immittitur in profundum maris, ita submergitur, vt nullo vnquam tempore amplius appareat. Sic ille qui occasionem præstat se seque offendiculum facit, quo fratres sui peccent, deberet à gubernatoribus illuc includi, vbi nunquam amplius videretur. His armis munitus Sathanas custodit atrium suum, quæ quidem est anima peccatrix, & custodit eam (sicut antea dicebamus) quasi qui immaturorum fructuū *Matth. 18.* *Simile.*
31 hortum ad mensam suam custodit.

Et in pace sunt omnia quæ possidet. O quàm miserabile est videre quam pacificè diabolus plurimos peccatores possidet. Hoc est enim quod ipse magis curat, videlicet, vt tu ò peccator cum tranquillitate maxima, & sine aliquo scrupulo in peccato commoreris, nec Deum timeas. Dicit Dauid: Quia illic interrogauerūt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum. Et dicit illos hæc sibi dixisse: Hymnū cantate nobis de cāticis Sion. Quemadmodū igitur illi Babylonici volebant, vt Hebræi in captiuitate concinerēt, & cū captiui essent, delectarētur: ita diabolus plurimis modis curat, vt peccator in miserrima hac seruitute sicut est peccatū, delectetur, & quiescat, vt illū sub sua potestate securius teneat. O in *Psal. 136.*

fœlix captiue quare non dicis idem, quod illi dixerunt? Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Ne rideas, sed potius lamentare, & cum lachrymis, & planctu a fortiore, qui est Iesus Christus filius Dei, auxilium deprecare. Nam aliter nunquam hac misera seruitute liberaberis. Hac etiam supradicta ratione ostendit Dominus se diabolo fortiorem esse, siquidem illi ab ea possessione expellebat, quã ille cũ trãquillitate possidebat.

Peractis his rationibus conuersus est Dominus ad hominem, quem sanauerat, & dixit illi: *Cum immundus spiritus exierit ab homine, &c.* In quibus verbis illum admonuit, tanquam diceret: Caue ne ad te reu..itatur. Etenim hæc est vna ex maximis hominis miserijs: quod vbi primùm Deum recipit, illum à se statim expellit, aditum patefa.iens, quo diabolus iterum ad se ingrediatur. Hoc significauit Ecclesiasticus, dicẽs: Quasi lapidis virtus probatio erit in illis: & non demorabũtur proijcere illã. Grauissimus est Deus homini mundano, non potest Deum sustinere. Si vnum diem illum in anima sua habet, statim defecilscitur, & illum à se proijcit. Sicuti, qui torcularis pondus humeris asportat, statim vt opportunum locũ reperit, illud à se eijcit. Ita peccator si aliquantisper Deum sustinet, tantum onus sibi videtur sustinere, vt locum & occasionem quærat, quò eum à se proijciat. Post quam autem illum proiecit, tam leuis, & hilaris manet, sicut qui grauissimum quoddam onus deposuit. Idcirco dicit: quasi lapidis virtus probatio, id est, quasi probatio lapidis. Sicuti qui probat vt se grauissimo lapide oneret: virtus erit in illis, & non demorabuntur proijcere illam, scilicet, virtutem: non enim norunt illam. Quibus autẽ cognita, permanet vsq; ad conspectum Dei. Qui semel Deum sapit, & in diuinis rebus gustum reperit, vitam potiùs deperdet, quam Deum relinquat. Atq; ideò subdit, dicens: Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abijcias consilium meum, inijce pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collũ tuũ: subijce humerum tuum, & porta illã, & ne acedieris vinculis eius. Si Deus (inquit) sua diuina lege pedibus tuis cõpedes immittit, collo torquem inijcit, humerosq; cathenis alligat: omnia illi libentissime humeros, pedes, & collum offer: hoc est enim amici consilium, & hæc est diuina quædam libertas. Habet Deus compedes, & cathenas, quibus iustos vincit, ne ab eo recedãt: quæ est sancti Euãgelij suauitas, qua illos in circuitu suo deuinctos tenet. O mirifica verba, &

Eccle. 6.

Simile.

35 & admirabile consilium. Beati illi, qui hoc sequuti fuerint fideliter in obedientia perseuerantes vsque ad conspectum Dei, quæ est gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

¶Feria. II. post Dñicã III. in Quadragesi.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hîc in patria tua, &c. Luc. 4.

DE Domino Deo nostro, quod est summum bonum, & per- *Dionysius de*
inde diffusiuum sui, dicit Beatus Iacobus: Qui dat omnibus *diuinis nomi*
affluenter, & non improperat. Atque ex hoc intelligunt iusti, *ni. c. 4.*
quòd etsi in hoc seculo homines vrbani, & sapientes ab his, à qui *Iacob. 1.*
1 bus plurima acceperunt beneficia, alia denuò recusant postulare: apud Deum tamen non sic fieri oportet, sed plurima à diuina Maiestate beneficia percepta debet esse causa principalis, quô plura etiam denuò postulentur. Quem quia clemẽtissimum, liberalissimumque experti sunt, illum semper eũdem futurum, nec vlla temporum diuturnitate commutandum sperant. Quod quia nõ fecit Asa Rex Iuda grauiter à Domino reprehensus est per Prophetam Ananiã. Cùm enim Deus illi cõcessisset insignem quan *2. Paral. 16.*
dam victoriam ex Æthiopibus; cumque paucis post diebus à Rege Israelis ad bellũ promotus esset, non à Deo quidem, sed à Rege Syriæ auxilium poposcit. Quamobrem non solùm asperrimè reprehensus, sed punitus, etiã, & infirmitate percussus fuit. Nõne (dixit ei Propheta) Æthiopes, & Lybies multò plures erãt qua
2 drigis & equitibus, & multitudine nimia, quos cum in Domino credidisses, tradidit in manu tua? oculi enim Domini contemplãtur vniuersam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfectò credunt in eum. Stultè igitur egisti, scilicet, quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, & propter hoc ex præsenti tempore aduersum te bella consurgent. Notate verbũ illud propter hoc: in quo significatur Deũ velle ne simus pusillanimes, sed ad eum confugiamus & beneficia maxima deposcamus. Melius fecit S. Iacob, qui cũ Deum rogaret, vt se à fratre suo Esau liberaret, priùs impetrata à Domino beneficia recẽset, dicens: Domine minor sum cunctis miserationibus tuis, & ve *Gene. 32.*
ritate, quam expleuisti seruo tuo. In baculo meo trãsiui Iordanẽ

istum, & nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei: quia valdè eum timeo. Cùm igitur Deus infinitæ liberalitatis, quique nunquam defecisciturbeneficia conferre, iniuria se affici dicit, quando homines ad eũ non confugiunt quare petentibus Nazarenis vt ea miracula quæ alibi operabatur in patria sua faceret: noluit hoc concedere? Præcipuè cum dicat Plato, hominem pro patria mori, non esse mori, sed soluere quod debet, non enim minus, quam vitam patriæ, in qua nati, & educati sumus nos debere affirmat. Cùmque semel Tullius interrogaretur, quare tantoperè patriam suam diligeret? respondit, dicens quia illi omnia, & vitam etiam debeo. Hæc (inquit) me aluit: hæc me honestè produxit ad hanc ætatem. Siquidem ergo filius Dei conceptus, conseruatus, educatusque fuit in Nazareth, quare illam saltem fidelitatem, & amorem patriæ suæ non præbuit, quam illi suis patrijs præstiterũt? quare ciuium suorum petitionem non cõcessit? Ex hoc cognoscetis fratres quales illi erant, & quàm graue peccatum sit ingratitudo, quandoquidem infinitam Dei liberalitatem impedit. Quia autem hi acceptis Dei beneficijs se ingratos præbuerunt, indigni redditi sunt alia denuò recipiendi. Maximum beneficium fuit verbum diuinum in eorum patria incarnatũ fuisse. Et illic tã sanctas personas sicut Beatam, Annam, Ioachim, & sanctissimam virginẽ Mariam Dominam nostram & super omnia sanctum sanctorum Iesum Christum filium Dei tandiu commoratum fuisse. Paruum beneficium esse arbitramini in loco in quo viuitis sanctos homines habitare? Ne illud parui faciatis: maximum est enim Dei beneficiũ. Et sic verba illa, quæ dixit Dauid: Credo videre bona Domini in terra viuentium, à nonnullis declarantur (& meritò quidem) de Iudæa intelligi. Sic enim illam vocauit Isaias, dicens: Quia abscissus est de terra viuentium. Sic etiam illam nuncupauit Ezechiel cum dixit: Dederunt enim terrorem suum in terra viuentium. Hoc autem nomine terra illa á sanctis Prophetis vocabatur, quia homines illic in Dei obedientia viuebant, multique Dei serui illic commorabantur, atque cæteris omnibus populis idola adorantibus in illa verus Dei cultus habebatur. Cùmque Dauid inter gentes exularet, sperabat se aliquando in illam terram venturum esse, in qua Deo vero seruiebatur: quod sanè sanctissimum erat desiderium, & quod inter omnia huius seculi bona desiderare deberemus,

Plato.
Tullius.
Psalm. 26.
Isai. 53.
Ezech. 32.

6 beremus. Singulare enim Dei beneficium est inter plurimos iustos habitare, quia optimum præbent pietatis exemplum, aliorumque bonorum causa sunt. Nazareni autem hoc tanto bono vti nesciuerunt, nec pro tam ineffabili beneficio se se Deo gratos præbuerunt, quod est maximum malum. Dicunt Medici pulmonem in humano corpore, & in cæteris animalibus esse quasi ventilabrum, quod maximum cordis calorem temperat, & refrigerat, ne nimio calore suffocetur: quod beneficium sapientissimus autor naturæ constituit, pulmonemque ita disposuit, vt cor illi hoc modo remuneraret, scilicet, vt pulmo communi venarum sanguine, quo cæteræ corporis partes aluntur, non sustentetur, sed purissimo quodam, & delicatissimo, qui est arterialis sanguis, qui in ipsius cordis sinu conficitur, & purificatur: vt qui propinquior Regis minister est, cibo regio sustente- *simile.*
7 tur. In quo nos Dominus diuinitus admonet, & docet, vt grati simus, siquidem decreuit, vt irrationales etiam partes gratitudine vterentur, significans irrationaliorem esse illum, qui benefactori suo fuerit ingratus. Quod si pro corporalibus beneficijs Deus nos gratos esse vult, sicut perpendit Dauid, qui referens *Psalm.* 104 corporalia beneficia quæ Deus in Hebræos contulit, sicut fuit quòd eduxit eos cum argento, & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus. Res mirabilis. Quando voluit Dñs Hebreos de Ægypto educere, ne quis propter infirmitatem in seruitute remaneret, omnium valetudini miraculosa quadam prouidētia (nam vt talem illam commemorat hic Propheta) consuluit, ita vt inter tantam hominum multitudinem, sicut duodecim tribus, nullus
8 ægrotaret, quòd beneficium postquam cum plurimis alijs retulit, dicit omnia illis facta fuisse, vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant. Si ergo pro terrestribus, & temporalibus beneficijs, quæ in comparatione cælestium donorum vilia sunt, hanc gratitudinem Dñs exposcit: quid pro spiritualibus postulabit? & quanto rigorosiùs illorum ingratitudinem puniet? Super quod notate mysterium, quod est in libro Numerorū, vbi dicitur: Interea ortum est murmur populi quasi dolentiū pro labore contra Dñm. Quod cùm audisset iratus est, & accensus in eos ignis Dñi deuorauit extremam castrorum partem. Super hunc locum (dicit quidā interpres) valdè pensandum esse, quòd antequam Dñs Hebreis legē præbuisset, eorum murmurationes non *Nume.* 11.

puniuit: postquam autem legem illis dedit, semper illos suppli-
cijs affecit, quotiescunque murmurabant. Ex quo apparet, quòd
quanquam antea maxima in illos beneficia contulerat, nõ tam
eos tam deuinctos sibi esse iudicabat, sicut postquã illos diuina
legem erudiuit, clarioremque sui cognitionem illis præbuit. Et
sicut magis deuinctos sibi eos tunc puniebat, quia grauius pecc-
2.Petr.2. bant, sicut dixit B. Petrus de quibusdam peccatoribus: Melius
enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitio-
nem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est, sancto mã-
dato. Et ita dicit hic sanctus Textus: Sed, & Moysi intoleranda
res visa est. Verè intolerabile est in populo Dei murmurationes
blasphemias, & ingratitudines audiri. Hoc autem non omnibus
quidem intolerabile videtur: mali nãque principes, & prælati
Dei offensiones non sentiunt. Moysi, & illis, qui ipsius spiritum
Nume.25. habent, peccata intolerabilia videntur. Sicut Phineæ, Mathat.
1. Mach.2. Et sicut Dauidi, qui ferre non poterat castra Domini à gigãte Go-
1. Reg.17. liath contumelijs affici. Et Heliæ, qui Pseudoprophetas non po-
3. Reg.18. tuit tolerare. Et sicut gloriosus Baptista non potuit iniquum He-
Marc.6. rodẽ perferre. Moysi intoleranda res visa est. Nomen illud Moy-
si, magnam habet emphasin. O fratres mei, quare hæc audientes
pudore non confundimur? & quare corda nostra timore non ope-
riuntur cum ineffabilia beneficia, quæ à Deo accepimus conside-
ramus, præsertim hoc profundè animaduertentes, nos ab æterno
hac sancta Ecclesia, tot tamque diuinis sacramentis exornata, san-
ctissimiq; Euangelij suauitate dulcorata constitutos fuisse: quæ
iure optimo potest terra viuentium nuncupari? Vbi sunt tot iu-
sti quorum exẽplo ad omnem pietatem possumus commoueri
nos verò omnibus his beneficijs ingratos nos ostendimus. Quæ
supplicia nobis præparata esse arbitramini pro tot sceleribus
quot quotidie, cũ Christiani simus, perpetramus nõ statuẽtes ocu-
los in maxima beneficia, quibus altissimæ Maiestati deuincti su-
mus: sed horum omnium immemores peiora opera, quam infide-
les fortè facimus? Quapropter seueriùs, quã illi in inferno punie-
mur, nisi nos ad pœnitentiam receperimus. Quod significauit B.
Roma.1. Paulus in illis grauissimis verbis quæ dixit ad Romanos. Reuela-
tur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem, & iniusti-
tiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent.
Reuelauit (inquit Sanctus Apostolus) mihi Deus iram, & suppli-
cium

12 cium suum descensurum esse super illos, qui veritatē eius in vin
culis, & carcere detinēt. Meritò profectò conqueritur veritas, &
fides Dei de omnibus hominibus huius sæculi. Tàm de Mauris,
quã de Gētibus, & Iudęis: multo autem maiori ratione de prauis
Christianis potest conqueri. Quod hac ratione cõprobatur. Si il *Simile.*
lustrissimus quidam, & maximæ autoritatis dominus domum
tuam accederet & illi ostiũ nolles aperire, magnam ei inferres in
iuriã. Si autem aperto ostio illum in domũ tuã includeres, & ad
stabulũ quoddã alligares dicēs ei: in hoc horrido, & obscęno loco
vinctus commoraberis, neq; hinc exibis. O quã maximã iniuriã
tanto viro inferres, multò quidem maiorem, quã si ei ostium nõ
aperuisses. O vtinam ex hoc scelerum nostrorũ grauitatem intel
ligeremus. Cogitate fratres Mauros, Iudæos, & Gētes cũ fidei ve
13 ritas nobilissima quædã res sit, illã ad se ingredi non sinere, sed ei
ostium claudere: Christiani autem aditum illi patefaciunt, verũ
tamen illam in intellectu vinctam retinent. Ibi eris (aiunt) com-
pedibus alligata, neque vsque ad voluntatem saltem exibis, vt
tui amore capiatur, nec ad oculos, aut os, manus, aut pedes, in nul
la quippe harum rerum nos Christianos esse demonstramus: sed
in visu, auditu, operibus, & deniq; gressibus multi ex nobis paga
ni apparemus. In nihil horum splendet fides nostra, non enim
ad hæc peruenit, quia est intus in intellectu alligata cathenis. O
sancte Deus quanta iniustitia crudelitas, & iniuria est fidei veri-
tatē, in horridi & immundi intellectus stabulo alligatam retine-
ri. O quàm seuerè descendet ira Dei super omnes talem iniustitiã
facientes. Quapropter fratres exoluite hanc veritatem, sinite illã
14 ad voluntatem prodire, vt voluntas rerum fidei amore capiatur,
& ad omnes corporis partes illam extendi sinite, vt in omnibus
sensibus, actionibusque nostris Christiani esse videamur. Loqui
mini, aspicite, ambulate, & operamini sicut illi, qui animæ im-
mortalitatē, gloriæque ac tormentorũ inferni æternitatē credũt.
Ne in hoc solummodo confidatis dicentes: Christiani sumus.

In hodierna enim Sancti Euangelij lectione nobis diuinus
Magister ostēdit parũ apud diuinã Maiestatē titulos valere, de
quibus homines gloriantur, quibusque cęlestē gloriã se consecu-
turos arbitrantur, cùm tamen sceleribus, miserijsque suis alligati
teneantur. Putabant Nazareni se ad sanctissimi Redemptoris
nostri opera ius maximũ habere, eo quòd filius esset ciuis illius

ciuitatis. Nec verò animaduertebant se propter ingratitudinem quam illi beneficio, cæterisque quæ à liberalissima Dñi manu ac ceperant, nō solū effectos fuisse indignos alia denuò recipiēdi, ve rùm etiam dignos, vt quæ acceperant in maiorē ipsorum condē nationem verterentur. Sic existimant Christiani quia sub Iesu Christi Euangelio viuunt, suum iam esse cælum, nec se in infer num mittendos esse arbitrantur. Fratres ne decipiamini. Si enim nihil præter solam fidem habueritis, propter istam tam grandem ingratitudinem ipsa fides in maiorem condemnationem vestri

Psalm. 14. conuertetur. Videte quid dixerit Dauid interrogans Deum: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Quid habituri sunt (inquit) qui in tua sancta aula habitaturi sunt? debent ne habere cōditiones, quas habent cōmendatores Maltæ? aut quas habere oportet illos, qui Salmanticę collegia expetunt? sufficiet ad habitādum in tabernaculo Domini, quòd quisquam sit vir primarius, & illustris? quòd sit dux, aut rex? an vero paupertas, & humilis ac abiectus status hoc impediet? Non profectò: nec prius illud concedit, nec posterius tollit. Quis igitur erit? respondet dicens: Qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam, qui loquitur veritatem in corde suo, nec facit proximo suo malū. Quatuor rebus cōstare debet interrogatorium, quo fit comprobatio. Prima est, ne maculā peccati habeat: qui ingreditur sine macula. Secunda quòd sit vir illustris heroicis operibus assuefactus. Qui operatur iustitiam. Qui autem magnanimi, & virilis sunt pectoris non contenti sunt hæc duo simpliciter habere, quæ hic dicit Dauid, sed adimplent quod dicit Beatus

Roma. 12. Paulus: odientes malum, adhærentes bono. In his verbis nos admonet, vt non solum nos à malo abstineamus, sed vt capitali etiam odio illud execremur. Multi enim sunt, qui se à malo cohibent aut propter timorem pœnæ, aut ne honorem amittant, aut propter alios respectus, non autem quòd malū odio habeant. Qui si respectus illi cessarent, id opere cōplerent. Apostolus autē hortatur vt capitali odio illud habeamus, tantamque inimicitiam & odiū in illud concipiamus vt quemadmodū cùm nostrum maximum inimicū audimus, aut videmus, in corpore nostro sanguis reuoluitur, & maximè conturbamur: sic etiā cum sese nobis peccatū ante oculos obtulerit, præ terrore & illius odio cōturbemur.

Chrysost. Et ita notat Beatus Chrysostomus verbo, quod illic est in cō...

18 tu Græco, non quodcũq; odium sed vehementissimum, & capitale significari. Vult enim spiritus sanctus nos atrocissimum, ac sanguinolentum bellum peccato inferre. Eadem ratione nobis persuadet Diuus Paulus, vt bono adhæreamus nõ solùm dicit vt benefaciamus, sed quòd virtutem maximè diligamus, bonúmq; ardentissimo animi affectu amplectamur. Nec contentus est admonens nos vt illud amemus, quod in consequentia præcedẽtis sententiæ dicturus fuisse videbatur: cùm enim dixisset, malum odio habete, videbatur consequenter dicturus: & bonũ diligite, nõ verò dicit, nisi vt bono adhæreamus. Sumit metaphoram secundũ Beatum Chrysostomum à conglutinando, qui dicit illud significare naturalem vim verbi Græci ibi positi, conglutinari scilicet, bono. Nam glutinum fortissimè rei, ad quam accedit, adhæret. *Chrysost.*

19 Exhortatur Dauid hominem dicens: Declina à malo, & fac bonũ. Atq; hic etiam in hoc Psalmo nõ dicit amplius, quàm qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Sed B. Paulus altiùs hoc attollit, illud quòd dicit Dauid à plurimis fit quia nõ est nimis difficile, quod autem dicit Apostolus paucissimi faciunt, perfectissimorum enim virorum est opus, vitia summoperè execrari, virtutes verò summa animi contentione amplexari. ℭ Tertia cõditio, quam habere oportet, qui in atria Dñi ingressurus est, hanc esse dicit: Qui loquitur veritatem in corde suo, idest, vt talis interiùs esse curet, qualis exteriùs desiderat apparere. O quã cœlestis doctrina. O vtinã hoc vnũ verbũ attenderetis: in hoc enim vno plurima includũtur. Cura frater mi, siquidem exteriùs nolles malus apparere (nullus est enim quãtumuis flagitiosus homi- *Psalm.36.*

20 cida, qui malus vellet iudicari) talis interiùs esse qualis exteriùs reputari velles. Et sic plurima bona animæ comparabis. Quarta conditio est quòd proximo suo non offecerit. Nec fecit (inquit) proximo suo malũ. Hoc modo paucissimi in cælũ ingredientur. Quis enim erit, qui aliquod incommodum proximo suo non intulerit? Attamen intelligendũ est, quòd si damnũ aliquod proximo intulit, quò melius potuerit, illud resarciuerit. Circa quod scitote maximam esse plurimorũ hominũ cęcitatẽ, qui se proximis suis malũ nõ fecisse arbitrantur, nisi diuitias, honorem, aut vitam illis abstulerint, aut corporale aliquod damnũ intulerint. Quòd si fratri tuo malum exemplum præbuisti, aut illũ aliquo modo ad peccatũ mortale prouocasti, tunc proximo tuo malum te non fecisse arbitraris. Ad huc sequidẽ leuius malũ esset, si homines

deoræ

deprędareris,eosq; in vijs,& montibus intersiceres. Ná si illic de prædareris,arriperes pecuniã, & si interficeres hominũ corpora interficeres:hic autem animas deprędaris & quod natura sua immortale est occidis,& esse suũ,gratięq; vitã, (quæ quidẽ sunt inæstimabilia & maioris pretij)vt ait D.Thomas(quã Bonũ naturæ totius vniuersi) facis amittere. Cura igitur frater charissime quoad poteris destructiones,& incõmoda quæ in animabus fecisti,resarcire,vt meritò de te dicatur: Nec fecit proximo suo malum. Vt sic cælestium bonorum particeps fieri merearis. Quin aliter diuino Dei conspectu nullo vnquam tempore perfruèris.

D.Tho. 1. 2. q.113.art.9. ad.2.

In veritate dico vobis:multæ viduæ erant in diebus Heliæ, &c. Hic ostendit Dominus se malle alienos humiles,& gratos, quã ciues suos superbos & ingratos. In illa maxima fame prouidit viduæ Sareptanæ: quia licet alienigena erat tantam charitatẽ in illa S. Propheta Helias inuenit,vt cum parum farinæ sibi filioq; suo haberet,non dubitauerit ex illa panẽ conficere,ad Dei prophetã cibandũ. Vt Dñs in eos liberalis cognoscatur,qui erga ipsum se in pauperibus suis liberales ostẽdũt. Eliseus etiã Naamã Syrũ lepra curauit,quia patriã suã relinquens humiliter cũ magnis donis in terrã Israel ad inquirendã salutẽ venit. Et ita spiritualẽ salutẽ non inuenient nisi illi,qui eam quæsierint sicut oportet. ¶ Notate maximè quod in his omnibus dicit Dñs Nazarenos illos,& viduas tẽporis Heliæ,leprososq; temporis Elisei ab illis sanctis auxilia,& fauores nõ accepisse propter parũ honoris, & reuerẽtiæ, quã illis præstabant. Hæc est valdè necessaria materia his tẽporibus,in quibus tanta sanctorũ honori est cõtradictio. Quamobrẽ si sanctorum auxilia volumus, impetrare illos curemus maximè honorare:siquidem videmus quam manifestè nos hoc Dñs in hodierna S. Euangelij lectione doceat. Tribus de causis inter alias plurimas maximũ honorẽ sanctis viris arbitror deberi,si autẽ viuis debetur,multo maiorẽ mortuis oportet exhiberi: qui sunt iã in gratia cõsummata,quę est gloria,cũ securitate, quod illã nunquã amplius amittẽt. ¶ Prima est quia sunt sancti,& optimi:honor enim est tributũ quoddã,quod virtuti debetur,& sic vnusquisq; est debitor,& tributarius viri sancti. Si honore afficis sanctũ non ideo beneficio aliquo illũ deuincis:soluisti enim quod illi iure debebas. Et ita pręcipit B.Paulus Dei nomine,cũ dicit:reddite ergo omnibus debita:cui tributũ,tributũ,cui vectigal,vectigal,cui timorem

3.Reg.17.

4.Reg.5.

Roma.13.

24 morē timorē: cui honorē, honorē: nemini quicquā debeatis. Hic
est honor solidus, quo nō diuitię quidē, nec nobilitas, nec officiū,
sed ipsamet persona virtute prædita, condecoratur. ¶ Secundo Sā
ctis honorē debemus exhibere propter beneficia, quę ab illis acce
pimus. Nā in Christo Iesu per Euangeliū ipsi nos genuerūt, vt di
xit S. Paulus se Corinthios per Euangeliū genuisse. Non solū autē 1. Cor. 4.
nos Christo genuerunt, sed dulcissimo doctrinæ suę lacte sustenta
rūt. Quis poterit sudores, & defatigationes recensere, quas S. Mar
tyres & cōfessores pertulerūt, vt hanc sanctissimā fidē, quæ est in
mūdo, seminarēt? Quādo illis satis dignos honores reddere poteri
mus, qui in initio regiones has ad catholicā fidē cōuerterūt, maio-
resq; nostros Dei cognitionē erudierūt: à quibus paulatim ad nos
peruenit? Quæ satis digna officia illis persoluemus, qui hāc fidē &
25 cognitionē Dei prę teritis his tēporibus integrā, incolumē q; susti
nuerūt, quo fœlicissima hęc sors nobis eueniret, ne in infidelitate
nasceremur? Quid autē illis debemus pro continuis precibus, qui-
bus apud Deū pro nobis intercedūt? Quot calamitates nobis eue-
nirēt, nisi illorū patrocinijs muniremur? ¶ Vt autē vobis verū fa-
tear his omnibus nō tantū ad eorū honorē cōmouēdi sumus, quā
tū, propter amicitiā, & gratiā, qua Deo vniti sunt, illos debemus
venerari. Hoc significāt verba illa Prophetæ dicētis: Mihi autē ni Psalm. 138.
mis honorificati sunt amici tui Deus, idest, quia amici tui, idest, vt
illos omni honore, & reuerentia colā, sufficit mihi scire, illos esse
amicos tuos, & tibi placere, teq; præcipere, vt illos diligamus, &
maxime veneremur. Diligit sponsa seruū non ob aliā causam, nisi
quia scit illū à sponso suo diligi, non verò ad serui merita attendit.
26 Hæc est charitas perfecta, & Deo grata, vt per eū, & in eo res dili
gantur. Quod si velitis cognoscere quātoperè Deus amicos suos
honorat, & diligit: ex hoc maximè cognoscetis, quòd illos Deos
mūdi cōstituit. Et ita dixit Moysi: ecce constitui te Deū Pharao- Exod. 7.
nis. Nō contētus fuit illis, quæ dicit D. Ioannes quòd dedit eis po Ioan. 1.
testatē filios Dei fieri: sed eos Deos etiā efficit per participationē
vt ipse Dñs dicit his verbis: si illos dixit Deos, ad quos sermo Dei Ioan. 11.
factus est: & non potest solui scriptura. Sicut dicitis vulgo de quo
dam qui plurimum valet apud regem. Est quasi rex in Castella,
ita sunt amici Dei. Ipsi vniuerso orbi dominantur, regnum Dei
illis obtemperat, aqua, ignis, serpentes, omnia animantia, atque
omnes insensibiles creaturæ. Animaduertite audaciam Sancti
Iosue

Iosue præcipientis soli vt sisteret. O admirabilē autoritatē, quid non poterit ille, qui potuit facere vt totum cœlum quindecim horas, & plus etiam sisteret? Hoc autem fecit quasi imperans sicut
Iosue. 10. Dominus, & Deus dicens: sol contra Gabaon ne mouearis: & plurima miracula legimus à sanctis facta fuisse, illisque creaturas ita obedisse, acsi ipsi essent illarum creatores. Quid autem dicam de familiari conuersatione illorum cum Deo, & de diuinorum arca-
Psal. 50. norum communicatione? sicut gloriabatur Dauid dicens: Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Et ipse Dominus
Gene. 18. dicebat: Nū celare potero Abraham, quæ gesturus sum? O diuinam amoris teneritudinem, tam vinctū amici sui amore se Deus inueniebat, vt aliter facere vix posset. Adeò vt arcana, quæ Angelis non detexit, illa noui testamenti patribus reuelarit: ex quibus
Ephe. 3. ea Angeli didicerunt, vt affirmat Sanctus Paulus dicens: vt innotescat principatibus, & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei &c. quam fecit in Christo Iesu Dño
Gene. 18. nostro, tanta erat hæc familiaritas, vt sancti Deo quasi consulere, sicut amicus alteri amico cōsuescerent sicut dicebat Abrahā: Nunquid perdes iustū cum impio? & paulo post: Absit à te Domine, vt hanc rem facias & postea: Non est hoc tuum, qui iudicas omnē terram. Moyses autem quam crebro Deo consilia dare consueuerat vt in Exodo: cur Dñe irascitur furor tuus contra populū tuū?
Exod. 32. Ne quæso dicant AEgyptij: callidè eduxit eos: quiescat ira tua, & esto placabilis. Dicent (inquit) AEgyptij te esse fallacē Deum. Et
Num. 14. alibi: vt audiant AEgyptij, de quorum medio eduxisti populum istum &c. & paucis intermissis. Et dicant: non poterat introducere populum in terram, pro qua iurauerat: idcircò occidit eos in solitudine. Hæc consilia, & alia huiuscemodi dat homo Deo, non quasi intelligendo Deum suo consilio indigere, sed vt per huiusmodi rationes ipsum flectat atque furorē eius auertat. O cœli, & stellæ obstupescite super hoc & portæ eius admiramini vehementer quòd vilis terræ vermiculus Deo consulit, & dicit quidnā fieri oporteat. Dñs autē infinitæ maiestatis non illi respondet dicens: quisnā es tu ò formica, vt mihi cōsulas? sed incredibili quadā clementia illū audit, & sicut qui eius consiliū recipit, illiq; obtēperat, dicit: dimisit iuxta verbum tuum, viuo ego, & implebitur gloria mea super vniuersa terra acsi diceret: Faciam quod mihi consulis vt amicus, ego illis ignosco sicut tu iubes. O benedictus sit talis

30 Deus. O glorificatus talis amor: quid hoc Dño benignius? quid tã diuino amatore amabilius? O quantũ oblector Dñe, & quantoperè exultat spiritus meus, quũ de te ò potentissime rerũ omnium Dñe hæc audio, & lego, quanto magis hæc tua beneuolentia illos ad tui amorẽ inuitat, quam singularium beneficiorũ, quibus eos alis innumera multitudo. Nec vero diuinus hic iustorum hominum amator contentus est illos dum in hoc sæculo viuunt maximi æstimare, ineffabilibusq́; honoribus honorare, verùm mirabile est visu quot miraculis eos post mortẽ condecorat. Non autem hoc solum, sed post plurimos annos eorum respectu plurima in alios homines confert beneficia postquam plurima sæcula transacta fuerãt, ex quo Dauid mortuus fuerat. Dixit Deus: protegam ciuitatem istam propter Dauid seruum meum. O perseue- *Esai. 37.*
31 rãtem Dei amorem, post mille annos, & multò plures transactos nunc respicit ad Dauid. Dauid in cinerẽ conuersus locũ, & regionem illam protexit. Et magis profuit mũdo vnius hominis mortui recordatio, quàm viuorum omnium iustitia. O maximam viri iusti commendationem. Quid autem admiramur quòd Deus amicos suos tanto honore afficiat: cùm corrigiam, calceum, tunicã, & denique baculum & quidcũque illorum fuit, tantopere honestet? Quot, quamq́ue innumerabilia miracula visa, & audita sunt fieri, cum quis sanctorum ornamenta pertingeret? Transibat Beatus Petrus per plateas Hierosolymæ, & in eis ægri collocabantur, vt saltem eius vmbra tangerentur, & sanarentur. Quid *Act. 5.* amplius huic honori addi potest? quòd tantoperè Deus Sanctũ Petrum honestaret, vt non solùm eius verbo, sed vmbra etiã om-
32 nis humana infirmitas sanaretur. O immensam Dei probitatem, qui ea, quæ ne sibi quidem voluit assumere, puro homini concessit, quid minus ad hominem spectat, quàm vana vmbra corporis? non solum autem hominem quasi omnipotentem effecit: sed ipsammet vmbræ tribuit potestatem. Nunquid verba erunt, quibus tantus honor satis dignè valeat recenseri? Quod si tanto honore vmbra afficitur, quo arbitramini ipsam personam condecorandã? si ita tunica sublimatur, quanto magis anima efferetur? O maledicti, cæci, atq; amentes hæretici qui nos irridetis quia sanctorũ ossa, vestes, calceos, & baculos honoramus, his instrumẽtis sanat Dñs infirmos, dæmones expellit, mortuos deniq; resuscitat quos cũ tãtoperè Deus honestet, nõne illos merito venerabimur.

Nun-

Nũquid cũ eos Deus tanti faciat,nõ ego illos maximi æstimabo?
Hæc omnia vobis dixi fratres,vt vos ad sanctorũ honorẽ & imita
tionẽ concitarẽ. Ad hoc eorũ virtutes,& præclara facta exaggera
mus,illorũq; honorẽ recensemus,vt vos inuitemus ad ipsorũ ve-
stigia sectãda,si verum honorẽ cupitis adipisci. Verũ heu dolor,
quomodo hoc dicens præ maximo animi dolore,me à lachrymis
potero cohibere?ꝙ cũ Deus tã magnificus ac liberalis amicus sit
tã paucos tamen in toto terrarum orbe amicos reperiat. O quãta
Malach. 3. cũ affectu Deus de hoc querebatur per Malachiã prophetã dicẽs
Inualuerũt super me verba vestra dicit Dñs:& dixistis: quid locu
ti sumus cõtra te? Dixistis:vanus est qui seruit Deo,& quod emo-
lumẽtum quia custodiuimus præcepta eius,& quia ambulauimus
tristes corã Dño exercituũ? O quàm male locuti estis, ineffabilia
enim sunt emolumẽta seruorum Dei. Et statim post pauca addit
propheta dicens:& erunt mihi,ait Dñs exercituũ, in die qua ego
facio,in peculium:& parcam eis sicut parcit vir filio suo seruiẽti
sibi:& conuertimini,& videbitis quid sit inter iustum, & imp.
inter seruientem Deo,& non seruientem ei. Etiam in hac vita ex
periuntur serui Dei,quid inter vnum,& alterum intersit, sicut ap
paret exijs,quæ supra diximus. Hæc autem omnia quid sunt,
cum illa futura gloria conferantur, quam Deus præparauit di-
gentibus se? quis autem illam poterit penitus explicare? Hoc ta
men vnum dicam quòd si tanta est in exilio sanctorum potestas,
quanta erit cùm in proprio regno cõmorentur? Quomodo fratres
charissimi cum hæc audiatis prę nimio desiderio imitandi hos san
ctos corda vestra in istis Christianis pectoribus non pullulant, &
quare non curatis tam grati,ac munifici Dei fidelissimi amici es
se? O per eius reuerentiam vos rogo vt his rebus,quæ hic Dei no
mine vobis dicta sunt ad eum magnopere diligendum incitemi
ni,& sanctos homines,tam viuos, quàm defunctos summopere
honoretis,siquidem Deus illos tanto honore veneratur. Et quan
doquidem videtis Dominum in hoc Euangelio nobis dicere, ra
tionem,quare viduæ temporis Heliæ,& leprosi temporis Helisæi
auxilia ab his sanctis non receperunt,neque Nazareni isti à clemẽ
tissimo Iesu beneficijs,quæ postulabant,affecti sunt,hanc esse: sci
licet,quòd debitum illis honorem, & reuerentiam non præstite
runt: vtinam diuina clementia virtutem nobis, & efficaciam lar
giatur ne in tantum malum deueniamus.

Solu-

36 Solummodo quia illis dixit Dominus Iesus, *Nemo propheta acceptus est in patria sua, Repleti sunt omnes in synagoga ira. Et surrexerũt & eiecerunt illũ extra ciuitatẽ, & deduxerunt illum vsque ad superciliũ montis, vt inde praecipitarẽt illũ.* Cùm autẽ Dominus ille esset, qui cũ ineffabili veritate dixit: potestatẽ habeo ponẽdi animã meã: cùm nondũ tẽpus sanctissimæ mortis suæ aduenisset, liberè per medium illorum transit. Eccè quam apertè ostenderunt verũ esse quod illis Dominus dixerat: scilicet in illis non esse dispositionem ad Dei beneficia recipienda: cum tam immerito & absq; vlla ratione illũ vellent præcipitare. O Diabolicã peruersorum hominũ ingratitudinẽ liberet nos Deus ne in tantam cæcitatem, & malitiam incidamus. Si verum est quod in bruto etiam animali hoc vitium pessimum apparet, quantò peius in homine videbitur? Si canis quẽ dominus eius
37 aluit, & sustentauit, postea contra ipsum conuerteretur pessimum *simile.*
& infidelissimum illum iudicaretis, & si possibile esset illum in ignem immitteretis: quanto igitur peius hoc vitium in homine iudicabitur? Caue frater mi ne sis ingratus, quia Deus à te recedet, sicut ab his recessit, si fueris ingratus. Et diligenter cura huius diuini Domini patientiam imitari: qui cum tanta mãsuetudine per medium illorum præterijt, qui ei mortem inferre cupiebant: ne minimum quidem impatientię verbum illis dicens. O Christe reparator vitę, summeq; mundi magister tu Domine nos doce contradictiones, & iniurias, quas proximi nostri nobis fecerint, patienti animo tolerare vt sic per medium aduersitatum transeuntes gratia tua adiuti ad cęlestem gloriam securi peruenire meramur. Amen.

1 Feria. III. post Dñicã. IIII. in Quadragesi.

Si peccauerit in te frater tuus, Vade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Matthæi. 18.

BAsilius magnus super Cantica canticorum maximam quandã considerationem adnotauit: scilicet quòd cùm Spiritus sanctus in toto illo libro egisset, quomodo anima in Dei ministerio progreditur, & melior, ac melior in dies efficitur: tandem in vltimo capite asignat diligentiam, quam ipsa anima sic in charitate radicata in proximorum suorum remedio adhibet, quod significatur in hoc quia quando sponsa in suauissima sponsi conuersatione com *Basilius super canti.*

Cant. 8. morabatur, dixit illi, Soror nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est? In his omnibus significat Spiritus Sanctus desiderium seruorum Dei, atq; vnum ex præcipuis illorum curis esse de prouentu, & remedio proximorum suorum, quos in spiritualibus defectibus commorari sentiunt. Aut quia à Dei gratia exciderunt, aut quia in ea parum proficiunt. Hic est agon, & afflictio, qua premebatur Diuus Paulus, cum quando

Galat. 4. ad Galatas dicebat. Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Sic anima quanto maiori Dei amore capta est in intimiori conuersatione diuinæ maiestatis cum Deo loquitur dicens: quid faciemus, vt proximo, & fratri meo remedium adhibeatur? & anima eius in tui diuini amoris connubio maneat collocata? cui respondet illic sponsus dicens. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est compingamus illud tabulis cedrinis. Duo sunt initia: & fundaměta, in quibus Christiana vita consistit: alterum est vt gratię Dei in animas nostras intrare volenti aditum patefaciamus: alterum verò vt postquam fuerit ingressa illam firmiter retineamus: licet plurimæ voluptatum, aut laborum tentationes nos ad aliud inuitent. Quapropter qui de proximorum suorum salute agit, curare debet, vt sint ostium, & murus. Ostiũ, vt diuina gratia ad illos ingrediatur: murus verò vt se ab atrocissimo hoste tuantur, acceptamque gratiam valeant conseruare. Et sic congruè secundũ sponsę desideriũ sponsus respondisse apparet dicens ad spiritualẽ proximorum ædificationem summopere curandum esse, vt à se peccata expellãt, quibus Dei gratia impeditur nimioq; ipsius gratiæ desiderio inflãmentur, & maximo animi robore fulciantur, vt vniuerso malo resistant, quò accepta dona conseruare, & augere possint. Hoc etiam apparet in sancto Moyse, in

Num. 10. quo dicitur: Dixitque Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ cognato suo: Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promisit Israeli. Principalis effectus charitatis Dei, est amor proximi: principalis autem amor proximi est illum ad Dei ministerium adducere. Atque ideò, vt diximus, vnum ex pręcipuis desideriis seruorum Dei est, proximos suos ad eius seruitium adducere, vt videmus hic in sancto Moyse: qui selectissimis verbis illum inuitat dicens: proficiscimur, &c. Veni nobiscum, &c. Quasi dicat: Ne deterrearis eo quòd nos in hac solitudine peregrinos aspicias: Nam ...

5 iter facimus, ſperantes non in vanum, ſed in promiſsionibus Dei ad abundantiſsimam quandam hæreditatem. Atque vt illum ab infidelitate, & gentilitate abſtrahat, ſtatim temporalia ei bona promittit. Carnales enim homines ſæpenumerò his bonis ſaginati, & attracti ad bonum accedunt: contra vero qui cõuertendi ſunt magnos labores aſpicientes deterrentur. Idcirco dixit Diuus Paulus Agrippæ: Opto apud Deum, & in modico, & in magno: non tantum te, ſed etiam omnes, qui audiũt hodie fieri tales, qualis ego ſum, exceptis vinculis his. Ne illos laboribus perterreret, dicit ſe *Act. 26* etiam ſi illos Chriſtianos videre cupiebat, ſicut & ipſe erat, non tamen optare illos in vinculis cernere, ſicut & ipſe commorabatur. Vnde maximum ſancti Pauli deſiderium cognoſcetis, ſiquidem dicit in modico, & in magno: ideſt, ſiue cum paruo, ſiue cum
6 magno labore ſuo omnes à maximo vſque ad minimum Chriſtianos fieri cupiebat.

Ex hoc intelligetis fratres chariſsimi, quàm graue malum ſit ad fidem conuerſos improperare, & iniurijs afficere, illoſque male tractare ſiquidem qui hoc faciunt, alios deterrent, & impediunt quominus ad catholicam fidem conuertantur. Videte quot rationes quæſiuit Moyſes, vt hominem illum ad Dei cognitionem attraheret, quod vt faceret nihil intentatum reliquit: priùs illum temporalibus bonis inuitat: cumque ille reſponderet dicens: Nõ vadam tecum, ſed reuertar in terram meam, in qua natus ſum. (Hoc eſt enim peccatoris ingenium, & duritas. Nec enim Dei *Num. 10.* promiſsionibus commouetur, nec videns alios plurimos virtute præditos maximo cum ſpiritus feruore ad cælum properantes, concitatur: ſed vult in idololatrijs, & ſceleribus ſuis remanere.)
7 Cumque iterum illum admonuiſſet Moyſes, reſpondit. Non vadam vobiſcum. Ne tantopere (inquit) contendas: non enim vadam per viam, per quam vos vaditis, nec ad terram, ad quam iter facitis. Mane igitur maledicte, aliquando enim hoc perſolues, & te pœnitebit, atque præ dolore barbas dilaniabis, nec tamen quicquam tibi proderit. Nunc illi dicit: Noli nos relinquere, tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus. Et eris ductor noſter. Cumque nobiſcum veneris quicquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis daturus eſt Dominus, dabimus tibi, Dicit ei ſibi ſocietate eius opus eſſe, & plurima alia dona illi promittit, conſiderans illum per temporis diſcurſum fidei

veritatem cogniturum esse, atque vt vnum verumque Deum cognosceret, esse illuminandum. Hæc est charitas, & zelus seruorum Dei: videlicet aliam, atque aliam viam inuestigare, vt proximi sui animæ medeantur, illamque ad Dei seruitium alliciant. Ad hoc etiam propositum aliud admirabile exemplum reperietis in libro Iosue. Vbi legitur quôd cùm Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidia tribus Manasse reuerterentur in regiones, quas illis dederat Moyses ante Iordanem, cumque venissent ad tumulos Iordanis in terram Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis, ad deprecandam Dei misericordiam, vt illis in sui amore perseuerantiam, pacisque conseruationem cum alijs tribubus Israelis largiretur. Quod cùm audissent cæteri filij Israel, qui in terra promissionis morabantur, conuenerunt omnes in Silo in tabernaculo Domini diuini honoris, & proximorum suorum salutis zelo inflammati, arbitrantes illud quod alij fecerant, superstitionem aliquam fuisse. Miseruntque ad illos nuncios suos, qui venerunt, dixeruntque illis. Hæc mandat omnis populus Domini, Quæ est ista transgressio? Cur reliquistis Dominum Deum Israel ædificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes? Videte (aiunt) qualem Deum reliqueritis: non quemcunque Deum ex mendacibus reliquistis, sed Deum Israel, qui solus verus est Deus, deseruistis. Quòd si putatis immundam esse terram possessionis vestræ, transite ad terram, in qua tabernaculum Domini est, & habitate inter nos, tantum vt à Domino, & à nostro consortio non recedatis ædificato altari præter altare Domini Dei vestri. Ac si diceret, Estote boni licet id cum expensis nostris. O incommutabilis Deus! si tam feruentem spiritum in his nostris tēporibus haberemus, quot homines à peccato abstraheremus: qui quidem se excusant dicentes, se necessitate coactos peccata committere, & eo quòd non sit, qui huic calamitati remedium adhibeat, in peccato multo tempore commorantur. O quot fœminæ pudicitiam, honoremque suum amittunt: & quot homines vilissimis, turpissimisque operibus intendunt, eo quòd nullum aliud necessitatibus suis remedium se inuenire posse arbitrantur. O quam pium opus faceretis ij, qui diuitiarum copiam habetis, quique hoc facere potestis, si huiuscemodi homines temporalibus bonis inuitaretis, quantumuis sit cum sumptu vestro, vt eos à peccatis, in quibus iacent, abstrahe-

Ios. 22

11 traheretis. Quid autem mirum, quòd hoc faceretis: cùm ministri Sathanæ donationes, & munera largiantur, vt homines ad diabo li seruitutem alliciant? sicut adnotauit sanctus Iudas in sua episto la, de quibusdam animarum euersoribus dicens: Væ illis, qui in via Cain abierunt, &c. Hi sunt in epulis suis maculæ: conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes: nubes sine aqua, quæ à ventis circunferuntur: arbores autumnales infructuosæ: bis mortuæ eradicatæ: fluctus feri maris despumantes suas confusiones: sidera errantia quibus procella tenebrarum conseruata est in æternum. Væ (inquit) illis qui vestigia Cain sequuntur, qui (vt Hebræi dicunt) nullam aliam vitam præter præsentem esse arbitratus est. Et hanc dicunt fuisse causam, quare fratrem suum occidit. Abel enim affirmabat aliam esse vitam: præmiumque bo- *Iudas*

12 nis, supplicia vero malis esse præparata. Et maledictus Cain illum in errorem suum volebat inducere, quia verò Abel illi noluit assentiri, illum interfecit. Et ideo illis, qui alios volunt peruertere dicitur: Væ illis, &c. Quod autem primum de hisce dicit, est: hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes, idest, quod se liberales præbent erga eos, quos volunt in errorem inducere, illisque munera largiuntur vt eos peruertant. Notate diligenter per charitatem quod referens hic sanctus Apostolus tot horũ scelera, quod prius dixit, fuit: maculæ conuiuantes. Itaque dicit de illis: hi sunt sine timore se ipsos pascentes, idest, quòd sine scrupulo præsumunt, se aliosque gubernare (hic enim pascere idem est quod regere, vt nonnulli doctorum Græcorum adnotant) appellatque illos nubes sine aqua, quæ à ventis circunferuntur. Nubes siccæ, cùm *Simile.*

13 non sint aqua oneratæ facilè à ventis, quocunque spirant, commouentur: & quà prætereunt, nõ irrigant, nec quicquã prosunt: sed aerem obscurant. Ita hi miseri à passionibus suis sine tranquillitate concussi, nullam alicui afferunt vtilitatem: imo proximos suos obscurant: & excæcant. Etiam de illis dicit quod sunt fluctus feri maris despumantes suas confusiones. Sumit metaphoram ex fluctibus maris, qui ex tempestatibus oriuntur. Quæ in mari concitantur, & fluctus in littus prorumpunt, & spumas suas foras emittunt cum immunditijs, quas ex interiori maris pelago deducunt. Ita hi ex cordium suorum tempestate, verba, & exteriores motus secundùm quod interiùs latet, emittunt. Ita tumidi, vani, iracundi, ac turpes exteriùs sunt, vt quàm deprauata sint illorum *Simile.*

corda satis manifestè demonstrent. Etiam illos vocat sidera errantia, assumens metaphoram à cometis, & inflammationibus ignis, quæ aliquando in aere apparent, & nullum habent regularem motum, sed modò huc, modo illuc diuagantur, (non sicut planetæ) & breuiter splendent, statimque iterum obscurantur. Tales sunt hi miseri inordinati in omnibus actionibus suis: quorum splendor, fastus, & autoritas in instanti euanescit. Quibus procella tenebrarum conseruata est in æternum, idest, quibus infernales tenebræ in æternum præparatæ sunt. De his igitur, quos sanctus Apostolus tot nominibus nuncupat, & tot rebus confert, vt eorum peruersitatem, diuersaque peccatorum genera, quibus infecti corruptique sunt, magis exaggeret, hoc primum dicit: videlicet, quòd tantoperè vitia sua diligunt, & ita illa in proximis suis imprimere desiderant, vt ad illos in hæc vitia inducendos, eorumque animos captandos, eis conuiuia faciant, atque etiam munera largiantur. Quare igitur nos tanto amore virtutes non diligemus, vt illas in omnium cordibus imprimere exoptemus? & si necesse esset illos donis, ac beneficijs ad virtutes deducere deberemus: siquidem serui Sathanæ hoc & multò etiam plura faciunt, vt homines ad malum alliciant. Hæc sanè omnia ex diuini amoris defectu proficiscuntur, quo si inflammati essemus, ex illo, proximi amor, & salutis eius desiderium, & cura dimanaret. Et sic in hoc sancto amore innititur quod Dominus in hodierna sancti Euangelij lectione nobis præcipit dicens.

Si peccauerit in te frater tuus. Idest, contra te. Durissimum est (dicetis vos) quòd mihi Deus præcipiat, vt si quis me iniuria affecerit ego ipse sim eius medicus, qui illi medicinã præstem, eumq; admoneam. Si Deus dixisset: si vicinus tuus peccauerit in fratrem tuum, tu esto intercessor, & inter eos pacem compone: tolerabile esset, sed quòd cùm sim ego offensus mihi præcipiatur, vt offensori meo consulam: cùmq; ego sim vulneratus, alijs medicinam præbeam: hoc equidem ò pater ego nequaquam intelligo. Optimè credo, hoc à vobis non intelligi: scitis autem quare hoc non intelligitis? huius rei causa est, quia in vobis vetus homo dominatur.
Ioan. 13. Hoc verò præceptum est nouum: est enim amoris præceptum, de quo dixit Dominus: mandatum nouum dedi vobis. Si igitur est nouum omnia, quæ ab illo exierint, noua erunt, & quia hoc fraternæ correctionis præceptum ex illo proficiscitur, nouum etiã erit.

17 Quia autem tu in peccato es vetus, ideò illud admiraris. B. Gregorius hęc verba dicit: Vt enim multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multæ virtutes ex vna charitate generantur. Si ergo radix noua est: omnia, quæ ab illa prodeunt, noua erũt. Nimis antiqua est charitas, præceptumq; quod ex ista radice proficiscitur: dicitur autem noua, quia ab antiquis male intellecta fuit, & idcirco illam diuinus hortulanus in lege gratiæ iterũ denuò plantauit. Ex hoc cognosces frater qualis sis, cùm dicas iniuriam vlcisci, mediũ vultum abscindere, sanguinemque effundere punctum esse honoris. Dic homo quisnã plus de honoribus intelligit, tunè, an Deus? certum est quod Deus. Si igitur Deus præcipit vt non solum fratri tuo ignoscas, sed etiam illum conuertas, quomodo dicis tu iniuriam vlcisci, honorem esse? Si duo viri nobiles inter se contende-
18 rent, vtrum quædam res esset honoris an dedecoris, & viderent regem summo studio illam apprehendentem, nunquid illam dedecoris esse iudicarent? non profectò, sed nimis honestam, & gloriosam esse dicerent. Non ergo vides ò peccator quoties Deum offendisti? dic, quando contra illum peccasti vsus est tecũ correptione fraterna, an vultum tibi mediũ abscidit? Optime posset Deus imperare vt viuus statim descenderes gehennalibus ignibus concremandus: sed noluit, nisi te fraternaliter corripere. Quorsum arbitraris tot prædicatores, tot auditores pœnitentiarios, tot stimulos, tot deniq; morsus cõsciẽtię tibi à Deo mitti, nisi vt te fraternaliter corrigãt? si igitur Deus te nõ punit, imò tibi remediũ adhibet atq; hoc tibi honestũ, & gloriosum dicit, quare tu fraterni sanguinis effusionẽ honorabilem esse tibi persuades? Confundere fra-
19 ter mi, & tã sancto præcepto caput submitte, sicut est hoc, quod tibi Deus præcipit, & ea clementia cum proximo tuo vtere, qua præpotẽtissimus Deus sæpenumero tecum vtitur. Quòd si cum proximus meus contra me peccauit, eius remediũ teneor curare: quid mirum quod hoc facere debeam quando in alium peccauit?

Declarat igitur Dominus quomodo hęc correptio faciẽda sit, & dicit in negotio secreto: *Inter te & ipsum solũ fieri oportere.* O ineffabilem Dei probitatem qui tanti peccatorẽ æstimat, eiusq; honore tantopere zelatur, vt secretum eius peccatũ nolit publice, sed secretò corrigi. Siquidẽ igitur tu vilis vermiculus cũ sis tantam honoris tui Deus curã habet: maximã etiã rationẽ oportet te honoris illius habere. O quãtũ hac cõsideratione cõmoueri deberemus

Gregori⁹ homil. 27. super euangel.

 vt

Simile. vt diuinũ honorem summopere zelaremus, siquidem Deus tãto studio honorem nostrũ curat. Sed quemadmodũ medicus si infirmũ dieta sanare potest: non præcipit illi, vt sanguinis effusionem patiatur, & si apostema eius lenibus, & suauibus vnguentis potest resoluere, non vtitur cauterio: & si vna pocima dulci illi mederi potest, non præcipit, vt potiones amaras sumat, videns autem his facilibus medicamentis se illius necessitati occurrere, eamque sublevare non posse alia laboriosa adhibere curat. Ita præcipit Dñs vt si frater tuus hac secreta correptione non fuerit emẽdatus: quæ quidẽ suauissima quædam medicina est: alia asperiora, & duriora adhibere cures. *Adhibe*(inquit)*tecum vnum aut duo.* Hos autẽ oportet esse homines maximi secreti, & charitatis. Præcipiebat Deus
Exod. 25. candelabrum in templo poni, in quo septem lucernæ in suo conspectu semper arderent: & quia lucernæ semper ardentes fungos producturæ erant, emunctoria quoque fieri iussit, & vbi quæ emuncta fuerant extinguenda erant ex auro purissimo confici præcepit, nec vero fungos illos qui emuncti fuerant in terram immitti iussit. Et ita dicit: emunctoria quoque & vbi ea, quæ emũcta sunt extinguãtur, fiãt ex auro purissimo. Nolebat Deus vt fungorum fumus in templo male oleret. Hæc omnia habent mysteria, & legis gratiæ statu aliud spiritualiter repræsentãt. Lucernæ inflammatæ debent esse omnes fideles, qui charitate ardeãt, & bono exemplo omnibus illucescant. Quia autẽ sumus miseri plerunq; fungos producimus, & peccatis splendorem nostrũ obscuramus: constituit diuina Maiestas vt emũctoria essent (hoc est proximos corrigentes) atq; hæc ex auro purissimo fabrefacta, & si tempus sit, in eis fœtor consumatur, vt alij peccata nostra nõ oleant, nec intelligãt. Reprehẽsionẽ enim ab homine charitatis studioso fieri oportet atq; secretò: quãdo autẽ fungus in emunctorijs extingui noluerit in aureum discum non autem in terram immittendus est. Hoc est quòd quando fratrem tuũ coram alijs reprehendis illi sint tales, qui eius famam non conculcent, sed qui charitatẽ habeant ad recipiendos, & tegẽdos illius defectus. ¶ Dicens etiam quòd emunctoria sint aurea: significat, verba debere esse mitissima, & ex charitate maxima profecta, quibus fraterna correctio facienda est. Ne perhorrescas frater mi aliena peccata, sed proximi tui imbecillitati compatere, caue ne Deus te à manu sua dimittat, & maiorem ruinam facias. Absalom maximè sensit, & in
2.Reg. 13. 16. & 18.

propria

23 propria manu peccatum fratris sui Amnon cũ Thamar puniuit,
Hic autẽ fratris sui peccatum ita horrens, vide in quot peccata po
stea inciderit. Publice enim in omniũ conspectu ingressus est in
tentorium vbi erant vxores patris sui Dauid, & dormiuit cum il-
lis, nec vero expectauit, vt ab aliquo suspenderetur, sed ipsiusmet
crines quercui adhæserunt, à qua suspensus remansit, vbi crudeli
morte occisus est. Ideo B. Paulus dicit, quando aliquem reprehen *Galat. 6.*
deris, sit in spiritu lenitatis considerans te ipsum ne & tu tenteris.
Quando vter est plenus aere, & illum vis euacuare non est bonus *Simile.*
modus si super illum ascendas, & pedibus conculces: sic enim vter
crepabit, & peribit, tu vero procides, & percutieris, sed solue funi
culum oris eius sapienter, & aer exibit. Sic à peccatore non cõcul
cando illũ, aer abstrahendus est, nam aliter impatientia crepabit:
24 & tu etiam propter hanc stultitiam peccabis. Sed solue funiculũ:
hoc est modum inuestiga quo prudenter vitium à peccatore ab-
strahas. Etiam charitas docet, vt fratrem tuum vnius vitij repre
hendens salubres admonitiones illi præstes quo nec in ipsum nec
in alia iterũ incidat. Super trigesimum primum caput Prouer-
biorum annotat Lira de matre Salomonis (& hoc dicũt docto- *Lira supra Prouer. 31.*
res Hebræi) quod vidit manè quodam filiũ suũ Regem multũ
dormisse, & vniuersum populũ sperare, quando Rex à somno
surrecturus erat, vt possent in templum ingredi ad matutinũ sa-
crificium offerendum: ipse enim Salomon templi claues secum
habebat, ne autem illũ excitarent non ingrediebantur in templũ.
Quam negligentiam filij sui animaduertens Bethsabee introiuit
ad illũ, vt eũ excitaret, & verba illa quæ sunt apud trigesimũ
primum caput Prouerbiorũ, dixit ei. Quid dilecte mi? quid di-
25 lecte vteri mei? quid dilecte votorũ meorũ. Quæ (inquit) fuit
hæc ignauia fili mi? Filiũ suum prudentissime reprehendit, ne
illũ exasperet: nam etsi illa eius mater erat, filius tamen erat Rex,
& vt talem illũ cũ maxima animaduersione, & prudentia corri-
git mitissimis verbis illum alloquens, vocans eũ filium viscе-
rum suorum, & in quo omnia eius desideria completa sunt, nec
plus ei dicit circa delictũ, quod commiserat quod forte fuerat lasc-
iuia: sed tantum ei dicit, quid? quomodo hoc fecisti? quomodo
tantopere voluptati te tradis, vt sacrificium, & diuinum cultũ im
pedias? & post hoc sumpsit occasionem docendi eũ plurima, &
saluberrima documenta dicens. Ne dederis mulieribus substãtiã

f 5 tuam:

tuam: & noli regibus dare vinum, & paulo post. Date siceră mœrentibus, & vinũ his, qui amaro sunt animo. Hoc igitur stylo oportet vos fratres mei cũ proximis vestris vti, salubriter, & charitatiue eos corrigentes, simulque aliquas sanctas admonitiones illis præstantes, vt vehementer Domino seruiant.

Quod si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. In quo significatur, quòd quum homo mortaliter peccat, perditus manet. Tantă autem oportet esse charitatem tuam, vt fratris tui salutem lucrũ tuũ esse arbitreris: licet enim nihil aliud vtilitatis esset, hoc vnum maximum esset lucrum, & vt tale debes illud habere, quãquam tibi nullum bonum redundet. Quanto magis quòd etiam maximæ vtilitatis opus est hoc animæ tuæ, vt expresse affirmat Diuus Iacobus, dicens. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: scire debet, quoniă, qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suę: saluabit animă eius à morte: & operiet multitudinē peccatorũ. Notate veritatem illic non pro sola propositionali veritate tantum assumi, sed, vt dicit Lira, pro veritate fidei, vel moris. Nam etiam in moribus est veritas, quæ est conformitas quædam vitæ cum regula, & lege diuina. Vnde vniuersa virtus est veritas, & omne vitium mendacium. Et sic intelligitur quod dicit Dauid. Mēdaces filij hominũ in stateris, quid? non sunt homines, qui stateră præ manibus nunquam acceperũt? Quare igitur homines in stateris mēdaces esse dicis? Stateram vocat rationē, quam tibi Dominus dedit, vt ea vniuersas res perpenderes. Malũ, ac bonũ coram te proposuit: tu verò in hac rationis statera debes perpendere quodnam sit grauius, & magis pendeat. Quod si in ratione tua malum magis appendet, quàm bonũ, & creatura apud te magis valet, quam creator, Deumque pro voluptate, honore, aut pro aliqua alia re commutas, mendax est statera tua, siquidem examen in eam partem, in quam non deberet, inclinatur. Et ita quotiescunque peccamus, mendaciter perpēdimus, quia in iudicio nostro magis appēdet illud, quod diligimus, quàm Deus. Hinc cognoscetis fratres charissimi, quid sit peccatum, & quantam iniuriam Deo inferatis, siquidem pro tunc nænias illas, voluptatē, aut honorem pluris, quam diuinam maiestatem æstimatis. Stateræ igitur, quæ tam mendaciter perpendunt, quid aliud merentur, nisi vt in inferni patibulo perpetuo cremădæ suspendătur? O quis tibi ad aurem loqueretur. O peccator, quando tam mendaciter

Iacobi. 5.

Lira.

Psal. 61.

29 daciter perpendis, Deum pro creatura commutans: & tibi cum ardentissimo spiritus feruore diceret. Habes animam peccator? habes animam infœlix? vbi est ratio, & iudicium tuum? quis te tantopere excæcauit? Quis te in tantam amentiam redegit, vt tantam creatori tuo iniuriam inferas? Ea propter dicit Dauid, omnes in stateris mendaces esse, quia omnes peccant, & hoc est à veritate errare. Et ideo dicimus verba illa: si quis errauerit à veritate, intelligi quod si quis errauerit à fidei vel moris veritate. Et notandum est: conuertere non in manu quidem iusti, sed in potestate Dei, & in volũtate eiusdẽ peccatoris conuersionem sitam esse. Idcirco verba illa & conuerterit quis eum: intelligenda sunt hoc modo, idest, si quis ex se fecerit quod ad peccatoris conuersionem requiritur. Nam vt dixit Aristoteles. Non in manu oratoris est *Arist. 2.*
30 persuadere, neque medici sanare, sed non prætermittere ea, *Topi. c. 2.* quæ sunt necessaria, sufficit ad bonitatem oratoris vel medici. Ita dicit hic Diuus Iacobus. Qui alium conuerterit, idest, qui ex se omnia quæ ad peccatorem conuertendum sunt necessaria fecerit, licet de facto illum non conuertat, coram Deo meritum non amittit, nec desinit esse misericordiæ opus. Defectus enim non in ipso quidem: sed in obstinato, & varijs sceleribus delibuto peccatore est: in quo reprehensio non magis imprimitur, quàm in lapide.

Quod si te non audierit, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiæ non audierit: sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Ecce quot rationes ad animam cõuertendam Deus inuestigat. Primum vt sit correctio per amorem. Deinde per verecundiam. Ideò dixit. Adhibe testes, vt coram illis
31 erubescat & confundatur. Tertiò per supplicium, & idcircò dicit, *Dic Ecclesiæ*. Vt autẽ huiuscemodi homines intelligãt quantoperè prælatorum, & Ecclesiæ supplicium sit timendum: addidit dicens. *Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, &c.* Si illos excõmunicaueritis apud Deum, etiam excõmunicati erunt. O quã graue flagellum est excommunicatio, ex bono, quo hominem priuat, perspici potest. Nunquid nostis quid significet verbum illud: sanctorum cõmunionem, quod in articulo fidei in symbolo, Apostolorũ recitatis? Dicet aliquis. Nescio pater. Fieri ne potest quòd cùm in hac ciuitate tanta sit eruditio, tu tamen hoc ignores? Hæc est vna ex miserijs lachrymatu dignissimis, quæ sunt in Ecclesia Dei: videre, scilicet, quib⁹ rebus prædicatores homines detinẽt.

Et

Et quod peius eſt homines primarij inuenientur, qui hos articulo non intelligant. Satis profectò digni ſunt, qui hoc ignorent, ſiquidem eos prædicatores audiunt, qui de rebus his tam eſſentialibus nunquam agunt. Intellige igitur articulum illum hoc ſignificare: ſcilicet, credo certam eſſe cõmunionem inter ſanctos quòd ij qui ſunt in gratia ex vno capite, qui eſt Ieſus Chriſtus, communicant, & propter eius merita plurimas gratias, & dona à Deo accipiunt. Etiam hoc ſignificat quod alij alijs inuicem nos communicamus, & fauemus, ſicut ſi quis orat, ieiunat, & eleemoſynam erogat pro me. Circa quod notate aliqua opera pia eſſe, quæ alijs applicare poſſumus, alia vero, quæ non poſſumus. Bonum opus in gratia factum quatuor effectus habere poteſt. Sicuti ſi ego die Dominica miſſam audio, primum ego gratiam acquiro. Secundo adimpleo præceptum. Tertio gratifico me, & bonũ virtutis habitum gigno. Quartò ſatisfactorium peccatorum meorũ opus efficio. Treſ illos effectus nequeo ego alijs applicare: quartum verò ſic. Et quomodo intelligitur illud. B. Auguſtini dicentis, quòd Eccleſia non haberet nunc diuinũ Paulũ niſi ſanctus Stephanus pro illo exoraſſet? Dico hoc eſſe, ſicut quando quis erogat eleemoſynam, quam aliquis acquiſiuit & ſibi dedit. Itaque quando æternus pater propter ſancti orationem gratiam in nos confert: huius beneficij gratificatio Ieſu Chriſto reddenda eſt, qui multo antea quam ſanctus illud ab æterno patre poſtulauit. Petiuit etiam, vt orationem hanc audiret, quando illam ſanctus faceret. Et ſic illud, quod fecit ſanctus Stephanus, quodque Beato Paulo promeruit, non fuit de iuſtitia, ſed de cõgruo. Nam Ieſus Chriſtus redemptor noſter illud de iuſtitia lucratus eſt. Et ita dicimus ſanctum orantem pro peccatore conuerſionem eius de congruo, non autem de iuſtitia promereri. Poſſumus tamen pro alijs ſatisfacere, & hoc ſignificat illud ſanctorum communionem. De quo videndus eſt Alexander de Ales, de officio Miſſæ, &. B. Auguſtinus ſuper verſum illum, Particeps ego ſum omnium timentium te. Ex hoc cognoſcetis fratres quam merito timendæ ſunt pœnæ quibus ſancta mater Eccleſia homines malos punit.

Auguſt.

Alexan. de Ales. 4. parte q. 37. Auguſt. ſuper pſa. 118.

Ex hac ſancti Euangelij doctrina ſequitur quantum prælati, patres familias, & prædicatores inferiorum ſuorum correptionem facere teneantur. Si enim vnicuique proximorum hoc à Deo præcipitur quanto magis illud præcipiet ijs, qui hoc ex officio facere tenen-

35 tenentur? Hic Sol materialis, quo tantopere fruimur, nunquam quieſcit. Quod ſi in ſui itineris progreſſu aliquos planetas virtuoſos inuenit, ſicut Iouem, aut Venerē, magnum cum illis facit temperamentum, ſi autem inuenit cometas, qui peſsimas afferunt influentias illorum malitiam temperat, atque etiam ſi poteſt omnino illam abſtrahit. Talem oportet eſſe iuſtum, de quo dicitur. Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut Sol. Non oportet iuſtum quieſcere: nam in via Dei ſtare, retrocedere eſt, vt dicit, B. Bernardus. Et inueniens viros probos debet cum illis operari ex ſancta eorum conuerſatione fructum percipiens, eoſque ad virtutem excitans. Si autem malos planetas inueniat, qui ſunt peccatores, debet curare, eorum malitias corrigere, conſcientiaſque reformare. Et quia peculiariter dixit Deus prædicatoribus, & prælatis. Vos eſtis lux mū- *Simile.* *Eccle. 27.* *Bernar. in ſerm. 2. de Purific. in fine.* *Matth. 5.*

36 di, ij multo magis cæleſtem hanc doctrinam adimplere tenentur. Quia etiam Seneca licet Gentilis dixit. Amici vitia ſi feras facis tua. Quantò magis Prælatus ſi ſubditi vitium diſsimulat. Obſtupendum eſt quod dicit Deus Ezechieli. Fili hominis ſpeculatorē dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me, ideſt, homuncio vide quod te erexi, ſeruorum meorum ſpeculatorem te feci. Et ibidem dicit quid iuſtum facere oporteat ne peccator fiat, quid ve peccatori facere conuenit, vt iuſtus efficiatur? Et ſtatim prophetam comminatur ne taceat, quòd ſi tacuerit, omnia ſoluturus eſt. Si dicente me (inquit) ad impium, Morte morieris: non annunciaueris ei, &c. Sanguinem autem eius de manu tua requiram. O metuendum verbum, quo duam eſt marmor, quod te audit, & præ timore non confringitur? quis eſt Præ- *Seneca.* *Ezechi. 3.*

37 latus, qui hæc ſciens tacet? Quiue eſt ſubditus, qui ei non obedit, cum vtriuſque ſalus in illo agatur? O miſeros vtroſque, miſeros Prælatos: quia non animaduertunt, quid ſubditis ſuis conueniat, quòd ſi animaduertunt: miſeros illos, quia tacēt, & illos non admonent, idcirco enim vitia quaſi atrociſsimi lupi in oues ſuas irruunt & magnā earum ſtragē edunt. Omnes beſtiæ agri venite ad deuorandum, vniuerſæ beſtiæ ſaltus, dixit Eſaias. Et huius rei rationem reddens dicit, Speculatores eius cæci omnes: neſcierunt vniuerſi, id eſt. Nam ſi ſpeculatores ſunt cæci, quomodo ſubditos admonebunt? Nō contentus eſſe debet Prælatus latrando, reprehendendo, & admonēdo in cōmuni, etſi hoc magnæ eſt vtilitatis. Sed quādo animaduerterit neceſsitatem offerri: peculiariter, & ſecretò debet *Eſai. 56.*

per-

persuadere, & admonere subditos suos, B. Paulus animarum zela-
Acta.20 tor non contentus erat Iesu Christi fidem, peccatorumque poeni-
tiam in cõmuni persuadere, vt ipse testatur, sed peculiariter de do-
mo in domum ambulabat docens, quæ fieri oportebat. Vos scitis
(inquit) à prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum
fuerim seruiens Domino cum omni humilitate, & lachrymis, &
quomodo nihil subtraxerim vobis vtiliũ, quominus annunciarem
2.Timo.4 vobis, & docerem vos publice. & per domos. Et ad Timotheum di-
cit. Testificor coram Deo, &c. Opportune, importune, id est,
Esa.56. omni tempore. Ad rem enim tam necessariam tractandam nõ est
quare temporis opportunitas perquiratur. Omne tempus ad hanc
rem opportunum est. Et illic, vbi Esaias bestias inuitat, vt veniant
ad deuorandum, etiam rationem hanc reddit dicens. Canes muti
non valentes latrare, idest, non solum Prælati, sed & prædicatores
etiam, quia virili pectore, & cum seueritate peccatores non repre-
hendunt, locum cedunt, vt vitia ingrediantur. Quapropter videte
quanti illorum referat rem hanc vere, & ex animo tractare, qui
si animum non habent ad ea patienda, quæ illis superuenerint, mu-
nus relinquãt, quod nequeunt gerere. O quàm constãtes prædica-
Hiere.43 tores habuit olim mundus, Quàm virili pectore perrexit Hiere-
mias, vt Dei nomine diceret Hebræis in Ægypto commorantib.
Nabuchodonosor mittendum esse à Deo qui homines partim ca-
ptiuos duceret: partim gladio interficeret, qui in delubris Deo-
rum Ægypti ignem succenderet, & vniuersam Ægyptum depræ-
daretur: eiusq; diuitias secum duceret, & hoc tam facile sicut pastor
pallio suo amicitur, & de vno in aliud ouile trãsmigrat. Et amicie-
tur (inquit) terra Ægypti sicut amicitur pastor pallio suo. Et egre-
dietur in pace. Propter hoc, quod illos sanctus Propheta, admo-
nuit, dicit Epiphanius Hebræos consurrexisse, illumq; lapidibus
obruisse. Hoc debet seruus Dei à mundo sperare, quod si ad to-
lerandum robustum, ac constans pectus non habet, ne hoc mu-
nus suscipiat. Videte quam præstantem, inuictumque animum ha-
bebat, S. Paulus: qui ad eos, qui illum propter veritatis prædicatio-
nem, & quòd eis vitia eorum annũciabat, odio habebant, tamen cu-
Galat.4. piebat reuerti, vt illos asperius reprehenderet. Quorum animos
tam beneuolos in se quodam tempore habuit, vt de illis diceret. Te-
stimonium enim perhibeo vobis, quoniã si fieri potuisset, idest,
liceret, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo ini-

41 cus vobis factus ſum, verum dicens vobis? quod vobis (inquit Beatus Apoſtolus) veritatem prædicauerint, tale in me odium concepiſtis? Sed non idcircò à debito officio meo deſiſtam. Vellem autem eſſe apud vos modo, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis. Deſidero (inquit) vobiſcũ eſſe, vt non ea mãſuetudine vobis loquar, qua vſq; adhuc loqui cõſueuerã: ſed vt ea acrimonia vos reprehendam, qua digna ſunt ſcelera veſtra. Nam paruo ſpirituali prouentu veſtro erubeſco. Hoc eſt prædicatoris pectus. Hoc animi robore oportet hoc munus geri. Vtinam diuina maieſtas ſpiritum ſuum nobis omnibus largiatur, quo ſicut tenemur, hoc diuinũ preceptum adimpleamus correctionemque fraternam mundo tã neceſſariam viriliter, & charitatiuè faciamus: vt ſic alteri alteris nobis inuicem fauentes in virtute proficiamus, & gratiæ augmentum per
42 cipiamus, qua ad cæleſtem gloriam peruenire valeamus. Amen.

¶Feria. IIII. poſt Dñicã. III. in Quadrageſ.

Acceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolymis ſcribæ, & Phariſæi, &c, Matthæi. 15.

IN hoc ſancto Euangelio detegitur quàm ex inſtituto improbi homines, iuſtorum perſecutionem, calumniamq́ue ſuſcipiunt. Et quam diligenter, quantaq; animi cõtentione viros ſanctos Deus à malorum calumnijs defendit. Magnum malũ eſt de quocũq; pro-
2 ximo murmuratio, adeò vt deſcribens. B. Paulus maximum quendam grauiſsimorum ſcelerum catalogum, in quæ deprauati homines, quique à Deo in deſideria cordium ſuorum traditi ſunt (in ſupplicium peccati quod commiſerant Deum non glorificantes, ſicut ipſum digniſsimum eſſe intellexerunt) inciderant: illis omnibus peculiariter addiderit dicens: detractores Deo odibiles. Itaque vocãs illos repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, plenos inuidia, homicidijs contentione, &c. nulli horum vitiorũ addidit verba illa: Deo odibiles, niſi cùm dixit, detractatores: quia etſi omnia peccata ſint Deo odibilia, illa tamẽ peculiariter diuinę maieſtati dicũtur odibilia, quę ita ſunt vnius peccata, vt ad plurimos extendãtur: ſicut peccatũ hæreſis de quo dicit. B. Paulus, ſermo eorum vt

Roman. 1.

2. *Tim. 2.*

vt cancer serpit. Atque huiuscemodi est etiam peccatum murmurationis. Nam illud, quòd hic dicit, tu alijs, & alijs, & plurimis dicis, & sic per primum infectum plurimi inficiuntur. Mirabile fuit,
Num.12. quod cum primũ Maria de fratre suo Moyse murmurauit, statim apparuit cadẽs lepra sicut nix. Quæ nam potuit esse causa quare in supplicium huius peccati hæc infirmitas potius quam alia illi aduenerit? Cuius rei mysterium fuit, quia inter morbos lepra est magis horrida & contagiosa, quęque citius alios inficit. Atque ad significandum nullum esse vitium, quòd tam cito, & velociter alijs hominibus adhæreat quam murmuratio: idcircò decreuit diuina maiestas, vt illius murmurationis pœna esset lepra. Quam crebo fieri solet quòd vbi primum quis ad murmuratiouem linguam emittit omnes circunstantes eum sequantur, nec fere hoc sentiunt. Idcirco
Hebr. 12. B. Paulus ad Hebræos admonebat dicens. Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. Amaritudinis radicem nuncupat proximo officere, ex qua peccata
Eccle. 11. proficiscitur qua plurimi contaminantur. Et Ecclesiasticus dicit. A scintilla enim vna augetur ignis: & ab vno doloso augetur sanguis, idest, peccatum. Dicunt plurimi. Domine hoc dico, Ego non illi hoc impono, sed si mentior, per os alterius, scilicet talis hominis mentior. O maledicte, fortasse in hoc tam graue peccatum, & grauius etiam, quam alter cõmittis. Apponit quispiam ignem domui, & nihil facit amplius, sed qui in illum insufflat, efficit vt citiùs domus ardeat. Et forsitan si ille non inflasset, domus non cremaretur, licet alius illi ignem applicuisset. Sic qui ignem proximo suo apponit, est qui prius infamiam dixit. Tu verò, qui iterum protulisti, atque repetijsti, es qui ignem istum insufflas. Et dicit hîc Spiritus sanctus quod sicut ex vna scintilla ignis...
simile.

mus inflammatur: ita ex deprauatis vnius hominis visceribus verbum prodit, quod ab alijs insufflatur, vt citius inflammetur & complura peccata committantur. Atque ideò vna ex rationibus quare hoc vitium tam execrabile Deo est: hæc est, quia omnibus statibus est communius, vniuersum hominum genus inficit. Et & agricola aratro nimium defessus de alijs detrahere non ... Et quanquam hoc vitium tam execrabile est Deo: quando tamen murmuratio est de seruis, discipulisque eius, & de Ecclesiasticis, tunc longè maxime diuinæ maiestati est odibilis. Adeo cum Hebræi murmurauerint de Moyse, & Aaron dicentes in...

5 induxistis nos in desertum istud? &c. Responderit Moyses dicẽs. Audiui enim murmur vestrũ contra Dñm, nos vero quid sumus quia mussitastis contra nos: & paulo post dicit. Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dñm. Ex quo apparet murmurationem, quæ fit contra Prælatos, qui loco Dei constituti sunt, non esse cõtra homines tantũ sed cõtra ipsum Deũ. Vt videatis quid facitis, aut quicum contenditis. Pater noster Sanctus Franciscus dixit se quatuor prærogationes ordini suo impetrasse, quas sibi Iesus Christus redemptor noster promisit, quãdo in eo sanctissima vulnera sua impressit. Quarum vna erat quòd qui ex malitia ordinem suum persequerẽtur, dies eorum Dñs abbreuiaturus erat. Satis vero credibile est sanctũ virum hoc á Dño nõ petijsse: sed persecutionem, qua scelerati homines seruos Dei insectãtur Christus *Exod. 16.*
6 redemptor noster sibi fieri iudicat. Hi miseri, quos refert sanctum Euangelium contra sanctos Dñi Apostolos, & multo furiosius cõtra ipsum innocẽtissimum Dominum linguas suas distringebãt, non conijciebant oculos in malitiam, cum qua accedebant, & in alia plurima vitiorũ genera, quibus ad summum vsq; repleti erãt: rem verò tam leuẽ, tamq́; paruæ entitatis animaduertebant, sicut erat, quòd discipuli Domini panẽ illotis manibus manducarẽt. Si quis vineam haberet graminibus, rubisq́; repletam, quam ex longo tempore non coluit: maxima tamen cum solicitudine per alienas vineas incederet euellens herbas quæ vitibus nihil officiũt: insanus iure optimo crederetur. Adhuc etiam amẽtior, & peior est, qui cum sit varijs vitiorum generibus repletus de aliorum defectibus agit. Liberet vos Deus, ó fratres à tanta miseria, quòd de con- *Simile.*
7 scientijs vestris non curantes alienarum rationem habeatis. Nihil aliud vult Sathanas, nisi vos extra vosmetipsos videre, sicut AEgyptianus, & latro quod magis exoptat est videre hominem extra domum suam, vt ipse securus ingrediatur, & omnia, quæ inuenerit, deprædetur. Sic vnum ex ijs, quæ magis expetit Sathanas, est vos à vobis ipsis extrahere: sic enim securus introibit, & quæ cunq́ue in animabus vestris inuenerit, diripiet. Ne illi fidem habeatis, est enim astutus nimis. Sed intra vosmetipsos commoramini, & in conscientias vestras oculos conijcite, vt earum ruinas, & defectus reficiatis. *Simile.*

Accedẽtes hi cum hac insulsa quęstione, videte qualiter à Domino tractentur, *Quare* (inquit) *vos trãsgredimini mandatum Dei pro*

pter traditionem vestram? Vbi non solum diuinæ legis trāsgressores & latrones, sed & hypocritas etiam, tinea plenos appellauit: quorū virtus omnis est in labijs, cor autem à diabolo possidetur. Hic nos docet diuinus magister qualiter cum illis, qui ad nos cum proximorū murmurationibus accedūt, gerere debeamus. Acerrimis verbis illos obiurgantes, & sic de iusto, qui ad cœlestem beatitudinem ingressurus est, dixit David. Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Et B. Hieronymus vertit ex Hebræo. Nec sustinuit opprobrium super vicino suo. Et Fœlix vertit clarius opprobrium non tulit aduersus proximū suum. Opprobriū accipit cōtra proximum suū qui contemptum, aut iniuriā videt irrogari contra proximū præsentem, vel absentē, quam acceptat, oblectatur, & sustinet cum debeat si possit impedire, silentium detrahentibus imponendo, aut si habeat authoritatem, illos reprehendendo: sicut hic fecit Dominus: aut saltem acerbum aspectum ostendendo, significans se illud audire nolle. Immanis etenim esset qui fratrem suum canibus lacerari perspiceret, & vocibus saltem illū non defenderet. Adhuc etiam immanior est, qui videns proximi sui famam à detractoribus confringi, & conculcari, nec eis silentium curat imponere: vel saltem si magis non possit, tristem vultum eis ostendit præcipue cūm in Prouerbijs dicatur. Ventus Aquilo dissipat pluuias: & facies tristis linguam detrahentem. Et ideo, dicit Diuus Hieronymus, si deesset auditor, non esset murmurator, nemo enim libenter aliquid illi narrat, qui narrantem grauiter, & molestè audit. Tu verò qui murmurationem libenter audis, facis sicut qui præbet salsamentum comedenti carnem proximi sui, quæ quidem est eius fama, & honor. O diabolicam crudelitatem non solum canes non deterrere, sed illos etiam concitare, vt fratribus suis maiores morsus infigāt. Discite fratres ex Iesu Christo sanctissimo magistro vestro, & attēdite quā acriter hoc reprehendit. O infœlix, qui fratrē tuū dedecorare, & infamare curas & propterea nimis fatigaris, sicut Pharisæi, qui ad hoc solum ex Hierosolymis cum tanto dispendio, & labore tot millia passuū ambulātes venerunt, vt proximis suis honorem auferrent & tandem inciderunt in foueam, quam fecerunt. Mirificè depingit Propheta, quantopere sibi officiant, qui in proximos suos iniquo sunt animo, dicens. Ecce parturit iniustitiā concepit dolorē, & peperit iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit

Psal.14. Prouer.25. Hierony. Simil. Psal.7.

11 in foueam, quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Dicit quòd peperit iniustitiam, & concepit dolorem. Qui modus loquendi est hic sancte David? peregrino, & inusitato sermone vti videris. Quādo enim visum est quod mulier prius pareret, quàm conciperet? ita passio hominem excæcat illumque tam subuersum amentemq; reddit, vt omnia peruertat. Conceperunt (inquit) dolorem ex operibus fratrum suorum, & præ rabie inquieti insaniunt. Et postquam quasi parturientis rabies dolores perpessi sunt quod in lucem prodijt, fuit maxima quædam malitia, & iniquitas. Ecquis fuit eorum finis? Lacum aperuit, & effodit eum, &c. ipsi calumniati, & ignominia affecti remanserunt, Dominus enim illis comprobauit eos esse latrones, hypocritas, & deprauatæ cōscientiæ. Caue
12 te fratres ne cuiquam malefaciatis: illa enim via, qua vicino vestro officere cogitatis, permittet Dominus, vt vos destruamini. Et qua ratione tu proximo tuo honorem adimere conaris eadem ratione permittet Deus, vt ipse altius efferatur: tu vero infamia quadam afficiaris sicut his miseris contigit.

Nunc probat illis Dominus eos latrones esse dicens. *Nam Deus dixit, honora patrem tuum, & matrem tuam*. Hunc autem honorem, & beneficium, quod Deus præcipit liberos parentibus præstare, vos illis aufertis, vt vobis præbeatur. Tam perspicua est hæc obligatio, vt Aristoteles dixerit, non minus stultum, aut superuacaneum esse de honore parentibus tribuendo, quàm de candore niuis disputare: quorum neutrum aliquem latet. Tam excellens autem est hoc præceptum, vt illud quasi caput iustitiæ proximi *Aristot. in Topicis.*
13 Dominus collocarit. Posset aliquis merito dubitare quare præcepta decalogi in duabus tabulis scripta fuerint, cū in vna tantum scribi potuerint? Et quandoquidem in duabus scripta fuerunt, quare cum sint decem, in singulis quinque scripta non fuerint, non autem in altera tria, in altera vero septem, quæ quidem disparitas maxima esse apparet.

Quis dubitat hoc non fortuito quidem, sed cum maxima sapiētia, & mysterio factū fuisse? Et prætermissis alijs rationibus, hæc habetur principalior, scilicet, cùm duæ præcipuæ sint partes, in quibus vniuersa iustitia consistit: altera videlicet, qua Deo: altera vero qua proximo debitum reddimus: ne iustitiæ partes confunderentur, voluit Dominus, vt in duabus tabulis scriberentur.

Noluit autem vt æqualiter diuiderentur, vt præceptorum ordo & excellentia perspiceretur, atq; vt cognoscerent homines hoc esse maius, & principalius præceptum in iustitia proximi. Et idcirco voluit hoc præceptum de honorandis parẽtibus esse prius, quod in secunda tabula scriberetur, sicut præceptum diuini amoris est primum in prima. Et animaduertendum est vbi nostra translatio dicit. Honora patrem tuum, & matrem tuam, In Hebræo est Chabad quod propriè significat onerare: quia præcipit Deus, parentes donis, ac muneribus à liberis onerari. Licet re vera idem sit honorare, quod onerare, eos enim, quos honorare volumus donis & beneficijs oneramus. Mirabile autem est visu quam plenæ sint sacræ literæ benedictionibus, illis qui sic parentes suos honorauerint: repletæ autem comminationibus, illis qui eos non coluerint. In Ecclesiastico dicitur. Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum iucundabitur in filijs, & in die orationis suæ exaudietur. Magnos thesauros promittit hic Dñs honorantibus parentes suos. Priùs hic loquitur de honore matris, quã patris. Pater enim necessario à filio videtur honorandus. Matri vero magis filius audet inobedire, quã patri, sicut viduarum filijs accidit: qui superbe, & contumeliose matres suas tractãt. Idcirco sanctus Tobias dixit filio suo. Cũ acceperit Deus animã meam, corpus meum sepeli, & honorẽ habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: memor enim esse debes quæ, & quãta pericula passa sit propter te in vtero suo. Atq; ideo dicit Dñs, qui honorat matrẽ thesaurizat. Et qui honorat patrẽ iucundabitur in filijs: & in die orationis suæ exaudietur. Iustum est equidem vt ille qui se in patres suos clementem præbuit, liberos etiam suos in se pios, ac benignos experiatur. Et siquidem propter Deũ parentibus obediuit: Deus eius precibus obtemperet. Itaque qualem te in parentes tuos præbueris, tales sese liberi tui in te præbebũt. Ideò Noe. Cùm filius suus Cham in eum peccaret, dixit. Maledictus Chanaan. Quid? Peccante filio maledicit nepoti? Id perinde est ac si diceret. Hoc sit suppliciũ tuũ Cham: quod sicut tu in patrem tuum te malum & impudicum ostendisti talis filius tuus Chanaan sit erga te. Etenim hoc supplicium est ex crebris, quibus Deus homines huiuscemodi punire consueuit. Et diligenter pensate primam seruitutem, quæ in vniuerso mundo audita est, fuisse hanc, quam Noe filio suo iniecit, addens inferius: seruus seruorum

Exod. 20. *Eccles. 3.* *Tobi. 4.* *Gene. 9.*

17 seruorum erit fratribus suis. Itaq; propter peccatū, nec vero propter quodcunque peccatum, sed propter peccatum contra honorem patris introducta est seruitus in mundum. Nam qui patrem non honorat non est dignus, qui vt filius, sed vt seruus tractetur. Nec verò contentus est dicere quod esset simpliciter seruus, sed dixit: seruus seruorum, quæ est miserrima seruitus. Bonus autem filius iucundabitur in filijs. Longum esset nunc benedictiones recensere, quibus Deus illos benedicit, qui parentes suos honorant, illisq; in corū necessitatibus succurrunt, sicut debent. Quod si quis tertium caput Eccles. 3.
Ecclesiastici legerit, in maximam admirationem rapietur, videns quid diuina maiestas circa hanc materiam dicat. In quo significauit quantopere velit, vt hoc præceptum impleatur: cum illud obseruanti tot, tantaque beneficia promittat. Vnum autem ex ijs quæ
18 à secularibus hominibus pluris æstimari solent, est quod dixit cum primum hoc præceptum statuit, dicens: vt sis longæuus super terram. Exod. 20.
O quot annos vixit Sem filius ille optimus qui patris sui pudenda pallio cooperuit: qui quidem sexcentos annos vixit: vt patet in Genesi. Et construxit Hierusalem, ibique fuit Rex vt ait Genes. 11.
Isidorus. Et erat trecentorum nonaginta annorum quando panem Isido. li 5.
& vinum obtulit Abrahæ, qui illic dicitur Melchisedech Sacerdos Dei altissimi. Etymolo. Genes. 14.
Super quo notari potest siquidem Deus pollicetur honoranti parentes suos vitam augendam esse: eum, qui parentes non honorauerit, magnopere debere timere, ne Deus dies eius abbreuiet, & coarctet.

Ex maledictionibus autem, quibus contra huius præcepti transgressores sacræ literæ fulminant: duas tantummodo volo recense-
19 re: quarum altera habetur in Deuteronomio, vbi dicitur. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire cōtempserit: apprehendent eum, &c. & lapidibus obruet eum populus ciuitatis: & morietur: vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat. Deute. 21.
O maximum diuinæ iræ indicium! neque enim contentus est Deus vt vnus carnifex illi mortem inferret: sed voluit vt vniuersus populus in eum irrueret, ad maiorem huius sceleris detestationem. O Deus si nunc hæc lex obseruanda esset quot filij in singulis oppidis lapidarentur. Audite igitur alteram, quæ fortasse vobis terribilior videbitur, & in maiorem stuporem vos inducet. In libro Prouerbiorum dicitur; Oculum, qui subsannat pa- Prouer. 30.

trem, & qui despicit partum matris suæ suffodiant eũ corui de tor-
rentibus, & comedant eum filiæ aquilæ. O sancte Deus, quàm tre-
menda res est hęc: idest, quod mala morte moriatur, vbi nullus eum
mori videat, sed aues sint cadaueris illius sepultura. Quã graue pec-
catum hoc esse arbitramini fratres, cum illud ipse misericordiarũ pa-
ter tanta maledictione puniat? Rem quandã vobis dicam, quę Va-
lentiæ contigit. Impositum est falsò crimen grauissimum cuidam
iuueni, & factum est patibulũ nouũ, in quo suspenderetur: cum
à carcere abstractus, in locum, vbi suspendẽdus erat duceretur v...
iuuenis illic vidit: obstupefactus proclamauit, & dixit: verè i...
morior: non pro falso crimine, quod mihi imponitur: sed qui...
hoc ipso loco in matrem meam violentas manus intuli, & tu...
tanto scelere, & impietate indignata hanc mihi malectionem in...
cit dicens: O vtinam in hoc ipso loco suspensus aspiciaris. Hoc ex...
plo commonemini, ò parentes ne filijs vestris maledicatis, licet...
maximam vobis occasionem præbeant. Plurimum enim vale...
parentum maledictiones erga Deum. Vos autem, ô liberi patres v...
stros veneramini, diuinorumq́ue suppliciorũ seueritatem pertim...
scite, quibus huius præcepti transgressores etiam in hoc seculo, m...
tò autem grauius in futuro puniri solent.

Addit amplius Dominus in istorũ Pharisæorũ reprehensioni
dicens. *Hypocritæ bene prophetauit de vobis Isaias, &c.* Dicet aliqu...
Quare toties hos homines redẽptor noster hyprocrisis reprehend...
nunquid non est minus malum esse quenquam hypocritã, quàm pro-
fanum populoq; ac proximis scandalum dare: sicut in hac tẽpesta-
te ferè omnes sunt: pauci enim hypocrisim præ se ferre curãt, sicut
veteres olim facere consueuerant: sed malunt profani, quàm hypo-
critæ apparere? Dico duplex esse hypocritarum genus, alij enim
sunt, qui in exterioribus operibus probitatem demonstant, licet
interius ambitione vanitateq; sint repleti: atque ij etsi in corde sibi
sunt mali (prauitatis suæ Deo rationem reddent) nobis saltem sunt
Simile. vtiles. Statua, quæ iuxta ficulneam posita est, prodest, ad deterren-
dos passeres, ne ficus comedant. Sic hypocrita, qui exterius bo-
na opera facit, est statua, quia exteriùs sanctus apparet, interius ve-
1. Reg. 16 ro plenus est paleis, & vanitatibus, & sicut dixit Deus Samueli:
Homo enim videt ea, quæ apparent: Dominus autem intuetur
cor. Cumq́ue homines nihil aliud quàm exteriora aspiciant, est
illis vtilis huiusmodi hypocrita, eius enim exemplo se à malis co-
hibent

23 hibent: itaque hic hypocrita si est malus, sibi soli officit. Alterum est genus hypocritarum profanorum, qui in nulla alia re, nisi in lingua, & verbis hypocrisim habent: opera autem peruersa faciūt. Iustitiam prædicant, & deprædantur: & malefacientes volunt significare id quod faciunt sanctissimum esse, & cum peccato honorem volunt acquirere: sicut illi Pharisæi, qui dicebant cæco. Da gloriam Deo. Quasi diuini honoris zelatores essent, quod quidem ipsi non intendebant, nec illud faciebant, vt inde altissimæ maiestati honor dimanaret, sed vt gloriam Christo redemptori nostro abstraherent. Ideò dicebant, Ne credas hominem istum tale opus fecisse, sed Deus hoc fecit, & illi da gloriam, non autem isti. Talis erat maledictus Rex Achaz, cui cùm Esaias diceret. Pe- *Ioan.9.* *Esai.7*
24 te tibi signum à Domino Deo tuo, &c. Respondit. Non petam, & non tentabo Dominum. Quæ responsio non ex humilitate quidem, & religione processit, aut ne faceret contra Domini præceptũ quod in Deuteronomio scriptum erat. Non tentabis Dominum Deum tuum: & tunc miraculum petere non erat Deum tentare: siquidem ipse Deus præcipiebat tunc, vt illud postularet. Noluit autem petere miraculum ne gloriam illã Deo daret, nolebat enim Dei omnipotentiam in miraculo perspici, erat enim idololatra, & fingebat se propter Dei reuerentiam nolle miraculum exposcere, liberet nos Deus à tali peruersitate, Hoc hycritarum genus multô peius est altero supradicto. *Deut.6.*

Tales erant hi miseri, qui vtilitates suas expetẽtes ordinationes in rapina fundatas decernebant, fingebant autẽ se propter sanctimoniam, atque vt maius Deo ministerium fieret, illas constituere,
25 Ideò tam acriter illos Dñs reprehendit vocans eos hypocritas, citansq; Esaiã. *Bene* (inquit) *prophetauit de vobis Esaias dicẽns*, *Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorũ longe est à me.* In nulla alia corporis parte habẽt sanctimoniam, præterquã in lingua. Super hæc verba notandũ est q̄ sicut vt aliquis sit perfectus homo oportet corpus, & animã habere: ita vt si quisquã perfectus fidelis debet habere internas & externas virtutes. Virtutes internæ sunt fides, spes, charitas, humilitas, &c. externæ sunt quæ corpore exercẽtur, vt eleemosynæ, abstinẽtia, mortificationes, &c. Et ideò de anima iusti dicitur. Quæsiuit lanã & linũ, & operata est cõsilio manuũ suarũ. Per hæc duo lanã videlicet, & linũ duplices virtutes designãtur. Vestis linea est interior, vestis autem lanea est exterior. Et anima sancta lineis, *Esai.29* *Prouer.31*

t 4 laneis-

laneisq; vestibus se curat exornare, idest virtutibus interioribus & exterioribus se conatur induere. Præterea animaduertẽdũ est q admodũ in homine ab anima corpus viuificatur: ita in iusto virtutes exteriores à virtutibus interioribus vitam & esse accipere. Ex quo manifeste apparet præcipuũ, quod seruus Dei curare debet, esse, vt animum perficiat: cuius perfectio in illis interioribus virtutibus consistit. Idcirco Dauid dixit. Cõfitebor tibi in directione cordis, in eo q didici iudicia iustitiæ tuæ, idest, cùm ego à te Dñe fuerim edoctus, & intellexerim finẽ, & intentionem legis tuæ esse, vt tibi seruiamus, teq; in cordis rectitudine diligamus: idcirco tibi in hac rectitudine seruire, in eoque omnes meas vires, & conatus adhibere decreui. Hinc cognoscetis quã longe errent, qui initiãtes in virtute instruũt, qui omnẽ diligentiã adhibẽt docendo eos, vt oculos exterius claudãt, & valde cõpositi modestiq; incedãt: cũ tamen interiorẽ rectitudinẽ illos non erudiant. Nã licet exteriora merito debeant cõmendari, nihil tamen absq; interiori virtutũ concentu prodest. Melior autẽ via vt quis exterius se componere, & mortificare norit, est prius interiora componere: corpus quippe nihil aliud est quã animæ vmbra, & sic faciet quidcũq; ipsa fecerit, illãq; sequetur sicut vmbra sequitur corpus. Et quẽadmodũ ex optima humorum proportione (in qua corporis salus cõsistit) optimus, & viuus faciei color resultat: ita composito spiritu facile componitur, & corpus.

Psal. 118.

Eccle. 8.

Ideò Ecclesiasticus dicit. Sapientia hominis lucet in vultu eius. Atque ipsa natura corporis constructionem à corde exorditur, vt ex illo in cætera omnia membra naturalis calor deriuetur. Nam sine illo calore quomodo cætera mẽbra accrescerent? Sic spiritualis fabricationem ab animæ interiori initium sumere oportet. Ad hæc autem permagni interest sanctorum librorũ crebra lectio: feruida oratio, diuinorum mysteriorũ assidua meditatio, cælestiumq; donorum, quæ à liberalissima Dei manu percipimus continua recordatio: diuinorum denique sacramẽtorum deuota frequentatio. O fratres charissimi si vobis penitus persuadere possem, vt his sanctis exercitationibus vos offerretis, earũque amore ardẽtissimo caperemini. Hæc est enim præcipua causa quare tam procul cor nostrum à Deo abest, scilicet, quia ab his sanctis exercitationib⁹ nimis remoti sumus. O Deus infinitę maiestatis per clementiã tuã te deprecor vt horũ fratrum meorũ volũtates inclines, ad hæc, quæ illis tuo nomine cõmendaui, opere complenda: siquidem illorũ tanti refert.

Vna

29 Vna ex sublimioribus, & pręstantioribus sententijs, quas Plato *Plato.*
protulit, propter quam hoc nomen diuinũ adeptus fuit, hęc est
Scilicet: Nemo vobis persuadeat esse maius aliquid ea virtute,
quæ dicitur pietas, qua videlicet diuinũ numen colimus, & ve
neramur. Quod quidẽ verum est, quapropter in hac maiorem
ardorẽ & efficaciam adhibere deberemus. Et ita nobis commẽ
dat sapiens dicens: Omni custodia serua cor tuũ, quia ex ipso vi *Prouer. 4.*
ta procedit. Notate quomodo dicit: omni custodia, quod sanctis
illis exercitationib⁹ cõficitur, quæ cor in diuino amore faciũt
viuere. Ex hoc sequitur quot, quantasq; diuinæ maiestati gra-
tias agere debeamus, quia tot dona, & præmia largiẽs homini
bus in ijs rebus diuinũ cultũ constituit, quæ magis in potestate
nostra sitæ sunt. Si illũ in eleemosyna erogãda collocaret, quid
30 facerẽt pauperes? Si in sacrosanctis locis visitãdis, quid facerẽt,
claudi? Si in ieiunijs, disciplinis, & cilicijs, quid facerẽt infirmi?
Ideo illũ in re, quam omnes possunt facere, constituit, qui est
amor. Hoc voluit Dñs significare cum pręcepit Moysi vt post *Exod. 30.*
quã populũ annumerasset (quod factũ est postea) vnusquisq; *Num. 1.*
solueret dimidium sicli ad conficiendum tabernaculũ. Et diues
(inquit) nõ addet ad dimidium sicli, & pauper nihil minuet.
Quid Dñe? Nonne bonũ esset, vt diues plus daret, quã pauper?
Dico in hoc Deũ significare voluisse, cum illa fuisset quædam
diuini cultus protestatio omnes pariter hanc cordis rectitudinẽ
synceritatẽq; & charitatẽ habere debere. Omnes enim nos in
amãdi facultate fecit æquales. Pauper propter inopiã suã non
hac obligatione liberabitur. Siquidẽ igitur fratres mei Dñs tã-
31 ta in omnes liberalitate vsus est: diligẽtissimè curemus nos præ
cipuè cordiũ nostrorũ reformationi tradere, vt illa interioribus,
& exterioribus virtutibus reficiamus. Diligẽter etiam laborc-
mus vt illas secũdũ corporales vires exerceamus, cũ (vt dictum
est) vtrũq; sit necessariũ. Hoc est, quod his pharisæis deerat: &
ideo ipsis dicit Dñs: Hypocritæ benè prophetauit de vobis. &c
Verũ heù heù quot hominibus hodie dici potest idẽ quod Ie
sus Christus illis miseris Pharisæis dixit: *Populus hic labijs me ho-
norat cor autẽ eorũ longè est à me.* Vereor ne de plurimis cantoribus
dici hoc possit, qui sæpenumerò magis curãtes auditorum auri
bus, quàm Deo placere, attentiùs vocum concẽtũ, quàm cordis
affectum, deuotionẽque animaduertũt. Quamobrem valdè ti

Amos. 5. mendum est ne eis dicatur illud Amos, Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam, Dicit Dominus. Notate quomodo has musicas, quas nos consentaneas iudicamus, tumultum, confusionemque appellat. Cæsarius. Refert Cæsarius cùm in quadam ecclesia presbyteri maximi musici solenniter decantarent: cumque suas dulces, & canoras voces suauissime duplicarent: vidisse seruum Dei, qui in eadem ecclesia erat, Diabolũ in sublimi stantem, saccũq; sinistra manu habẽtem, dextera vero voces illas, & concentus colligentẽ, quousq; saccũ repleuit. Peracto autẽ diuino officio illi inter se gloriabantur dicentes. O quàm optime decantauimus. Quibus dixit seruus Dei. Etiã. Optime concinuistis, quandoquidẽ saccũ repleuistis. Admiratique illi quare seruus Dei hæc dixisset, ipse reuelauit illis visionem, quam viderat. Eia patres mei attendite quando decantatis, ne diaboli saccũ vocibus repleatis, & cantus in luctũ, & confusionem vobis conuertatur. Canite, cantate vocibus, corda vestra quoad poteritis in Deo collocantes. Nec vobis dicatur. Populus hic labijs me honorat: cor autẽ eorum longe est à me. Ad vos autẽ me verto viri nobiles, qui cum plurimas orationes recitetis non facitis quod dicit B. Augustinus. August. Scilicet, cum oratis Deum, hoc versetur in corde quod profertur in ore. Sed ita recitatis, vt nullam aliam attentionem, nec intentionem habetis, nisi qualiter horas, & laborem recitandi finiatis. Vereor ne super vos illa Dauidis maledictio cadat, Psal. 108 Oratio eius fiat in peccatum. Nam, vt Theologi asserunt, licet homo non teneatur semper attendere ad Dominum, cum tamen orat oportet illum meminisse orare, esse cum Deo loqui, cum eo agere, sibique necessaria ab ipso postulare: ad quod requiruntur duo: attentio videlicet, & reuerentia Domino cum quo loquitur. Lege. D. Tho. 2. 2. q. 83. arti. 13. Quæ si per negligentiã nostram, quando oramus, nobis desunt, saltem à peccato veniali non excusamur. O terribilẽ infœlicium filiorum Adæ calamitatẽ! Ex hoc infœlicitas nostra maxime cognoscetur, quod plerumque vnde vtilitatem & spiritualem prouentum elicere deberemus: inde incommodum auferimus. Et peracta oratione fortasse potius habemus quare à Deo veniã, quàm præmiũ ex illa postulemus. ¶ Etiã est valde miserandũ, quod vniuersi fere homines plebei in maximis festiuitatibus ad ecclesias veniunt ad cantus, laudesque Dei audiendas, nihil vero ad illas plus attendunt, quam si essent statuæ. Nec aliud sentiunt quam quod corporaliter musicis illis, & vocum concentibus

35 delectantur, ac si ad theatra pergerent ad comœdias audiẽdas. Et ita alij dicunt: eamus in illud templum, quia illic solenne completoriũ cum musica celebratur, & nihil aliud volũt, quã sicut comœdijs delectari. Et sic ex ardẽtissimis Dñi laudibus quasi gelu frigidi exeũt. His contingit illud Iob dicentis: calcatis torcularibus sitiunt. De qui *Iob. 24.*
bus timendum est ne dicatur quod dixit Deus per Malachiam, his verbis: Dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarũ. O summe Deus quàm terribilia verba. Videte quàm turpi, *Malach. 2.*
& deformi nomine nuncupat Deus solennitates, quas ipse cõsecrauerat, vt exaggeraret quàm graue malum est illorũ, qui res tam sanctas sicut festiuitates ita contaminarunt, vt à Deo stercora nuncupẽtur. O fratres charissimi per clemẽtissima saluatoris nostri Iesu Christi viscera vos rogo, vt res diuini eius ministerij verè, & ex animo o-
36 peremini, atq; in orationibus, sacrosanctisq; officijs sitis sicut oportet cum maxima attentione, deuotione, & reuerẽtia, vt ex omnibus spiritualẽ prouentũ eliciatis: gratiãq; adipisci valeatis, qua cælestis gloria cõparatur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria. V. post Dñicam. III. in Quadragesi.

Surgens Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis. Luc. 4.

REfert sanctum Euangelium quòd prædicante Domino Capharnaum stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius. Peracta verò concione surrexit, & introiuit in domũ
1 Simonis. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* Atq; ideo illuc introiuit, vt cum illa misericordiam faceret, eiq; salutem cõferret: vt nos in hoc doceret, omnes doctores, & prædicatores oportere doctrinam suam operibus misericordiæ cõprobare. Idcircò B. Pau- *Roma. 11.*
lus ad Romanos dicebat. Vobis autem dico gentibus: quandiu quidem ego sum gentiũ Apostolus: ministeriũ meũ honorabo, si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Ille munus suum honorat, qui optimis vitæ suæ moribus illud comprobat. Et sic in Leuitico præcipiebat Deus, di- *Leuit. 19.*
cens: Agrum tuum non seres diuerso semine. In quo significabat in spirituali agro, qui sunt fideles non oportere bonam doctrinam cum malo exemplo seminari. Quùm enim prædicator aliter dicit,

& aliter

& aliter facit diuersum semen serit in agro Dei. Dabo operam (ait sanctus Apostolus) vt quandiu vixero ministerium meum bonis moribus, optimaque viuendi ratione honorem. Vt si fortasse cum Hebræi meum bonum exemplum aspiciant, meque tot pro Iesu Christo labores patientem intueantur, ita ad fidem amplectendam concitentur. Quia prędicatoris munus est, alios ad bonum prouocare, ideo dicit: prouocem, &c. Est valdè notandum B. Apostolum sibi tribuere illud quod proprium est Dei, scilicet, homines saluos facere. Vt saluos faciam inquit, &c. Hoc autem intelligitur se velle homines saluare, vt coadiutorem, ministrumque Dei, non autem vt causam principaliter efficientem. Quid igitur emolumenti inde haurietur? Ad hoc inferius respondet dicens: Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ assumptio nisi vita ex mortuis? id est si per Hebræorum ruinam gentes à Deo reconciliatæ sunt, vt saltem ipsi Iudæi cum viderent gentes idololatras in tam sublimi virtutis perfectione, cōstitutas: inuidia commoti ad Deum conuerterentur, si igitur ex illorum ruina tantam vtilitatem Deus abstraxit, quid ex ipsorum conuersione depromet, nisi mortuorum vitam? illis enim conuersis gentes in virtute magis inflammabuntur. Probat autem conuersionem hāc possibilem esse dicens: Quod si delibatio sancta est, & massa. Delibatio est minima quædam pars cuiuscunque rei. Sicuti parum panis, aut vini in comparatione ... ti, &cæt. Eiusdemque naturæ est pars, & totum. Quod si vna ... scintilla sursum ascendit, eandem etiam qualitatem ignis totus ... bet. Et si parum terræ deorsum descendit, tota etiam terra ... ter descendet. Cumque Iudæorum vniuersitas sit quasi massa magna, Apostoli autem, alijque discipuli cum reliquis, qui ex Iudaismo in initio ad catholicam Iesu Christi fidem conuersi sunt, omnes quasi particula sint in comparatione remanentium Iudæorum quemadmodum delibatio, (id est pauci illi, qui crediderunt) bona fuit, sic etiam potest esse vniuersa massa, hoc est omnes Iud... Circa quod, hoc maximè considerari necesse est: Beatum Paulum sibi persuasisse sufficientissimum medium omnium, quæ sub ... sunt ad tam admirabile opus conficiendum, sicut erat pertinaces illos Iudæorum animos ad Iesu Christi fidem conuertere ... se bonum exemplum. O admirabilem optimæ vitæ doce... efficaciam. Idcircò plurima bona opera & virtutes in prædicatore requiruntur, quarum vna est patientia sicut dixit Dauid. Be...

Psalm 91.

pau...

5 patientes erunt: vt annūcient. &c. Non dicit benè loquentes erūt
boni prædicatores: sed bene patientes alia virtus est, quod ab om-
ni seculari puluere, & palea immunes sint. Et sic Esaias dixit. Esai. 52.
Quā pulchri super mōtes pedes annūciantis, & prędicātis pacem
annunciantis bonum. Et quāquam illic in sensu historiali loquitur
de illis, qui Hebræis redemptionis suæ nuntios tulerunt: in sen-
su autem prophetico spirituali de prædicatoribus intelligitur. Et
sic quod primum in prædicatoribus animaduertit, prius quam os,
& verba, sunt pedes. Quam pulchri (inquit) sunt pedes. &c. Mira-
bile est quod veniat nuncius ab Hierosolymis Babylonē, & mun-
dis pedibus accedat. Maximum est, & valdè mirabile, quod ita in
prędicatione tua viuas, vt pedes tuos seculari vanitate, & vtilitate
nūquā inficias. Veruntamen super omnia requiritur, vt prædica-
6 tor charitatem, clementiamq; maximam erga pauperes habeat.
Admirabilis est consideratu charitas, & misericordia Beati Pauli,
singularisque diligentia, quam in subueniendo pauperibus adhi-
bebat, nō solum in spiritualibus, sed in corporalibus etiam neces-
sitatibus. Et quàm diligenter populis commendabat, vt eleemo-
synarum collectas facerēt, vt eas ipse ad pauperes deferret. Dicit
enim: Necessarium ergo existimaui rogare fratres vt præueniant 2. Cor. 9.
ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam
esse. Vt autem esset plurima eleemosyna addidit dicens: sic quasi
benedictionē, nō quasi auaritiā. Hoc autē dico: Qui parce seminat
parcè & metet. Et qui seminat in benedictionibus: de benedictio-
nibus & metet. Aduertite quomodo illos ad magnas eleemosy-
nas erogandas prouocat dicens: quanto plus dederint, tanto illos
7 plus collecturos esse. Tanta lætitia afficiebatur liberales illos, &
misericordes in pauperes animaduertens, vt inferiùs dixerit: quo-
niam ministerium huius oficij non solum supplet ea, quæ desunt
sanctis: sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Do-
mino, per probationem ministerij huius glorificantes Deum in
obedientia confessionis vestræ in euangelio Christi & simplicita-
te communicationis vestræ in illos, & in omnes, & in ipsorum ob
secratione pro vobis. O admirabilem tam sancti Apostoli pieta-
tē. Videte quid dicat: Ex hoc (inquit) ministerio meo, quod facio
eleemosynas quærens non solum sanctorum pauperum reme-
dium, sed maxima etiam vtilitas dimanat, scilicet, quòd nón ces-
so Deo gratias agere propter hoc quod hoc ministerio meo de

obedien-

obedientia fideque vestra in Euangelio Iesu Christi experiori vi-
dens simplicitatem, qua bona vestra sanctis illis, omnibusq; ali-
pauperibus communicatis: & simul pauperum illorum gratitudi-
nem animaduertens, qui cum maximo spiritus feruore pro vob.
Deum exorant. O quis linguam, & spiritum haberet: vt verba h.
charitatemque, quam hic sanctus Apostolus manifestat: gaudiu-
que, quod ex vnorum largitate, & misericordia, atque aliorum
gratitudine percipiebat: satis dignè posset exaggerare. Super om-
nia autem vellem, vt magnopere pensetis, quod dicit hic sanctu
Apostolus, scilicet singularem fidei, & obedientiæ sancti Euan-
lij probationem esse, bona, quæ à Deo accepistis cum omnib.
egenis cum simplicitate communicare. Hoc igitur docet diuin.
Magister, cum peracta concione ad visendam infirmam perg.
Hæc autem doctrina non prædicatoribus tantum, sed & patrib.
etiam familias, & longè maxime prælatis conuenit. Parum e.
vtrorumque admonitiones proficient, si eorum subditi illos cr.
deles, & sine misericordia perspiciunt.

*Et rogauerunt illum pro ea: & stans super illam imperauit febri, &
misit illam.* Optimum pietatis exemplum nobis hic B. Petrus, ei.
que socij præbuere cùm intelligentes omnes quanto amore, & r.
uerentia sanctus Petrus socrum suam coleret, illi fauere volue.
simul cum illo Dominum pro infirma exorantes, vt illi salute.
conferret, sicut realiter contulit. Ex quo apparet quāti referat.
num generum habere, filiamque optimo viro locare: ideò.
hæc bona vetula socrus sancti Petri tantum bonum à Dom.
adepta est. Et si in hac re nō temporalem vtilitatē præcipue op.
tet intēdi, sed illud potius, quod ad Dei ministeriū spectat, &.
filiæ vestræ salutem pertinet. Idcirco summoperè tenemini, c.
gētissime aduertere, cui viro eā locatis, illamq; viro optimo d.
1. Cor. 7. tis tradere: siquidē illā locare vobis incūbit. Quod adnotauit
Paulus, his verbis: Qui iudicauit in corde suo seruare virgin.
benefacit. Igitur, & qui matrimonio cōiūgit virginē suā, bene.
cit, & qui nō coniungit, meliùs facit. In quibus verbis docet be.
facere locando, aut nō locando filias, vtrūq; esse in potestate.
tū. Quia verò tā arduæ rei cura parētibus à Deo cōmissa est, op.
tet illos diligētissime animaduertere quomodo hoc faciāt, vt a.
liarū suarū spiritualē salutē faciāt. Et sic vbi nos legim9 quid fa.
Cant. 8. mus sorori nostrę in die quādo alloquēda est? in Hebræo habet.
quan.

11 quando de ea multũ, & sæpe loquendũ est. Quando enim virgo viro tradenda est, oportet hoc sæpe numerò loqui, & animaduerti vt in re tã necessaria, & ardua nõ erretur, & necesse est magis attẽdi quæ ad Dei gloriã, animæq; illius salutẽ spectant, quàm diuitias, temporalesq; vtilitates. Philosophus Themistocles, (vt refert Valerius Maximus, & Tullius) habebat filiam, quam duo viri in vxorem petebant, quorum alter erat diues, & stultus, alter verò sapiens, sed pauperrimus. Tunc dixit Philosophus: Malo filiam meam locare viro indigenti pecunia, quàm pecuniæ indigenti viro. Sententia est tanto Philosopho dignissima. Super quo notate mysterium, scilicet, quod in cãticis spõsa dicitur habere defectum, quod ipsa fatetur dicẽs: Nigra sum. Et inferiùs dicit: Nolite me cõsiderare, q fusca sim, quia decolorauit me sol: de sponso autẽ

Vale. Max. lib. 7. c. 2.

Tullius de officijs.

Cant. 16.

12 non dicitur quod habeat defectum. Imò, de ipso dicitur: Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. Et paulò post: totus desiderabilis. In quo docet Spiritus sanctus æquius esse virum in matrimonio fœminæ, quàm fœminam viro excedere, id est, conuenientius esse, quod vir fœminam excellentia superet, quàm q ab illa superetur. Cùm enim mulier affectione potius, quàm ratione moueatur, nisi in viro suo bonas qualitates fuerit experta, in eius odium deueniet. Vir autẽ, qui magis ratione, quã passione ducitur meliùs vxoris suæ disparitatem dissimulat. Itaq; ad matrimonij concordiam requiritur quòd semper vir vxorem excedat, non autem vxor viro suo præstet: virũ enim oportet esse caput fœminæ. Pro quo facit quòd Abraham prius vocabatur

Cant. 5.

13 Abrã: & Sara: vocabatur Sarai: dixit autem Deus: Abrahæ addamus vnam literam, Sarai autem cõminuamus, & sic auctum fuit nomen viri, cõminutum verò nomen vxoris remansit. Nunquam vxor debet viro suo iudicio, sapientia, aut alia re præstare. Nam ex hoc statim oritur contemptus, ex contemptu autem aliæ plurimæ calamitates dimanãt. Idcirco oportet vos aduertere, vt talem tam bonum, tamque prudentem virum filiæ vestræ eligatis, vt illa nunquam ad illum negligendum deueniat. O quantum est circa hoc lachrymandum: tam crudeles enim sunt patres in animas filiarum suarum, vt nunquam attendant, quomodo ipsæ meliùs Deo possint seruire, sed quomodo ditiores, potentioresque erũt. Et aliquando permittit Deus, vt quandoquidẽ filiã tuam viro improbo matrimonio cõiũxisti, non ob aliam causam, nisi eo quòd

Genes. 17.

diues

diues erat post paucos dies vniuersam substantiam suam, dotemque, quam illi dedisti, ludendo consumat: & sic omnia dissipata manent.

Imperauit febri, & dimisit illam. Statim in illo instanti obediit febris Domino, & ab illa muliere recessit. O quam maxima confusio est hominibus, videre quomodo creaturæ omnes absque vlla repugnantia creatori suo obtemperant, solus autē homo non obedit. Quod autem peius est, si huius rei causa quæratur, nihil aliud respondere possum, nisi hanc esse huius inobedientiæ causam, scilicet, quia maiora, & præstantiora beneficia, quàm aliæ creaturæ Deo accepit, idest, quia illi Deus liberum arbitrium concessit, quod inferioribus creaturis non tribuit. Cumque se in voluntate liberum experiatur, præ nimia arrogantia effertur, quasi Lucifer qui ex fauore, occasionem accepit, vt esset, qualis nunc est. V[illegible] iis tibi ò frater dignas gratias Deo referre? qui quia ab eo rationalem spiritum accepisti, id propter illum non vis facere, quod [illegible]ta animalia, lapidesque, ac cæteræ omnes insensibiles creaturæ [illegible]ciunt? quare pudore non confunderis, cum hoc de te dicatur? Christe superne mundi Magister quam optimum nobis [illegible]nus homo perfectissimæ obedientiæ exemplum præstitisti, [illegible]

Isai. 61. cum celebrem illam prophetiam Isaiæ, dicentis: Spiritus Domini super me diuinus hic Dominus legeret, ipse dixit illam de se intelligi, affirmans se Spiritum sanctum quasi gubernatorem, & do-

Luc. 4. minatorem, quatenus hominem habuisse: in quo maximam obedientiam, qua Spiritui sancto, in quantum homo, obediuit, [illegible]tauit, docens nos qualem obedientiam Deo habere deberemus, [illegible] essemus quales nos esse oporteret. Veruntamen ij sumus qui [illegible] super nos quidem sed sub pedibus nostris Spiritum sanctum [illegible]rimus, eius inspirationes, & præcepta negligentes. Quo su[illegible]cio arbitramini tantam malitiam satis dignè puniri posse? Q[illegible] Domini furorem non pertimescitis? Notate quoddā exemplum [illegible] quo vos faciā obmutescere: ita vt non habeatis quid mihi possitis

Simile. respōdere. Quando quis tōdetur debet esse nimis quietus. Si [di]cit tonsor: eleua caput, statim eleuat, si declinare iubet, cōtinuò illud declinat, si iubet aperire os, aperit: denique si illi huc, aut [illuc] verti iubet, omnia libentissimè adimplet. Quod si illū interrogatis quare illo homine gubernetur? respondebit: quia habet in [ma]nu nouaculā, & super caput meū illā vibrat, & iuxta fauces [illegible] po[illegible]

17 ponit, & in magno discrimine constitutus sum, ne aliquod vulnus mihi infligat. Attendite nunc. Nunquid omnia in ditione Dei non sunt posita? sic dicitur: quia in ditione tua cuncta sunt posita. Nunquid Deus non habet in manu sua ancipitem nouaculam? sic certe: sic enim dicitur, nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit. Nunquid super vos manum suam non habet positam? talem autem manum, quã magnoperè pertimescens Iob dicebat; Manum tuam longe fac à me. Siquidẽ igitur hic Dominus vobis dicit: caput extollite: hoc est cælestia contemplamini, &c. caput reclinate per humilitatem vultũ cõuertite, & proximis vestris loquimini, inimicisq; vestris ignoscite. Aperite os, idest, laudate me quare huic potentissimo Dño non obtemperatis? obeditis tonsori timentes ne vos percutiat: quare igitur nõ timetis, ne à Deo percu- *Esth. 13.* *Psalm. 7.* *Iob. 13.*
18 tiamini? cauete ne ancipiti illo gladio vos abscindat, qui quidem corpus occidit, animam verò in infernum perpetuis ignibus concremandam detrudit. O vtinam æterna Dei Maiestas oculos vestros aperiat, vt hæc tam necessaria penitus cognoscatis.

Sequitur in textu: *Et continuo surgens ministrabat illis.* Eccè quare Dominus vobis salutẽ cõfert, vt scilicet, cum primũ à morbo surrexeritis, illi seruiatis sicut hæc bona mulier fecit, quæ statim valetudinem viresq́ue suas in illius ministerio occupauit, qui sibi salutem concesserat. Non equidem vos ita facitis: sed ad nihil aliud valetudinem accipere videmini, quam vt illa quasi armatura contra Deum vestrum muniamini. Vide miser quid dixeris quando in lecto ægrotus tenebaris: & vide quid feceris postquam valetudinem recuperasti. In quot turpitudines, cupiditates, ambi-
19 tiones postea immissus es. O cælum, ò terra super tanta iniquitate obstupescite. O quoties bonus Dauid Sauli seruiuit, quã ingratus autẽ huc, atq; illuc maledictus Saul tãta solicitudine fatigatus incedebat, illumq; persequebatur, vt occideret: cùmq; tam maledicta solicitudine premeretur, illum Dauid in potestate sua habuit, eiq́ue mortem potuit inferre, quandò partem pallij eius abscidit: quòd cùm cognosceret Saul dixit illi: iustior tu es quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et statim post parum temporis illum insectatus est iterum, & conatus est eum occidere. Sic tu facis cum Deo: animaduerte ò peccator te à Deo in lecto iuxta mortem teneri, tu verò dicis: O Domine iustior tu es quàm ego. Tu enim tribuisti *1. Reg. 24.*

&c. ego emendabor, ego tibi seruiam vt primum autẽ à lecto surgis statim illũ offendis. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit? Aduertite etiam Ezechiã, quàm ingratus ab infirmitate quadam exit, cùm tantum illi Dominus beneficium fecisset, vt propter vnam lachrymam, quam effudit, quando Esaias illum comminatus est vt ad mortem præpararetur: quindecim annos vitæ eius addiderit, dederitq; signum vt sol decem gradus regrederetur, Angelumque miserit, qui complures ex hostibus eius interimeret, cùm ille in maximas angustias ab eis esset redactus. Postquam autem valetudinem, tantumq́ue bonum perceperat, cum tanta ingratitudine exit vt de illo dicatur: sed non iuxta beneficia, quæ acceperat, retribuit, quia elatum est cor eius, & cum superbia thesauros suos Babylonicis ostendit, & facta est contra eum ira Dei, & contra Iudam, & Israelem. Propter peccatum enim Regis solet Deus vniuersum regnum punire. Eccè ad quid ab infirmitate surrexit, vt scilicet valetudine sua illum offenderet, qui eã sibi concesꝭit. Idcircò ego dico continuã quandã orationem fieri oportere. Et vnumquemq́ue Deum sic debere exorare: O Dñe concede mihi quæso gratitudinem cum bonis, quæ mihi largiris. Nolo bona sine gratitudine, sine qua omnia sunt aconitũ, & venenum. Homini ingrato plus officit bonum, quàm vniuersa mundi mala; siquidem bonis superbus exurgit: malis autem humiliatur. Rogate igitur Deũ fratres charissimi, vt vos gratos faciat. Et quando à morbis exurgitis incipite illi ex animo seruire. Et cauete ne sicut ira Dei contra Ezechiam, eiusq́ue regnum facta fuit, sic etiam cõtra vos exurgat. Nõ enim vnum vobis, alijs verò alijs Deum esse oportet.

Rom. 2. *Isai. 38.* *2. Par. 32.*

Cùm autem sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos. &c. Post solis occasum infirmos ad Dominũ tulerunt, quia dies festus erat nec verò antea illos deferre audebant, festũ enim violare sibi videbantur si infirmos ante solis occasum deferrent, vt illis manus imponeret, salutemq́ue conferret. Sic enim illos falsi prædicatores docebant: cùm tamen res sit, qua festũ summoperè sanctificatur, quod peractis diuinis officijs infirmis subueniatur. Sani deferebant ægros diuersis infirmitatibus ad Dominum, vt illis valetudinẽ impertiret. Et sic modo fieri oportet: quod sani moribus debent omnibus possibilibus vijs, & rationib⁹ infirmos, (hoc est peccatores)

23 ad verum medicum Ieſum Chriſtum ſpiritualiter ſanandos deducere. Maius, & præſtanti⁹ factum, quod homo in toto hoc orbe poteſt gerere, eſt vnam animam lucrari. Hæc eſt enim pretioſior, & melior res, quæ in vniuerſo mundo eſt. Quibus modis, & ſtratagematis vteretur homo ſi induſtria ſua ſe imperium poſſe cōparare cognoſceret. Has igitur, & multò plures rationes, & diligentiam oportet nos ad animam lucrandam adhibere. Idcircò Beatus Paulus dicebat, omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur. Nullo labore, aut difficultate nos ab hoc charitatis opere extrahere deberemus. O fœlicem, & beatum illum, qui hæc intelligit, & omni poſsibilitate ſua exercet. *2.Tim.2.*

Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicētia, quia tu es filius Dei. Quæritur inter ſanctos doctores vtrum cum diaboli hæc dice- *D.Tho.3.pa. q.41.art.1.*
24 rent, Chriſtum Ieſum filium eſſe Dei cognoſcerent? Reſpondent autem quod non. Quare igitur illum Dei filium nuncupabāt, niſi illum talem eſſe exiſtimabant? Hoc faciebant ſuſpicantes ex multis ſignis, quæ in illo animaduertebant, illum eſſe filium Dei, & affirmabant quod neſciebant, ſed quod tantūmodo ſuſpicabātur. Talis es tu ò peccator fili diaboli, & ei⁹ imitator, qui multoties dicis, non quod ſcis, ſed quod opinaris. Atque etiā in hoc es peior diabolo: qui etſi quod neſciebat, affirmabat, illud tamen, quod dicebat, erat in honorem Ieſu Chriſti filij Dei, ſiquidem illum filiū eius appellabat. Quod autē tu dicis eſt plerumq; in fratris tui vituperium, & ignominia. Vide ergo quàm graue ſit malū iſtud cum in hoc ſis peior diabolo. Hoc autem peccatū malè de proximis iudicādi peioribus hominibus eſt cōmunius. Vt dicitur in Eccleſia- *ad.1.et Caie. ibi & q.47. ar.5.in.Cor.* *Eccleſ. 10.*
25 ſtico: In via ſtultus ambulans cùm ipſe inſipiēs ſit, omnes ſtultos æſtimat. Quia duos dies à turpitudinibus tuis non potes abſtinere arbitraris, ne religioſos quidem viros ab ipſis abſtinere poſſe. Ita ille Vagao Holophernis oſtiarius, cùm ipſe eſſet carnalis & turpis ſuſpicabatur Holophernem cum Iudith dormire; & vice verſa erat: quoniam ſancta Fœmina crebrò ſe Deo commendauerat. Etiam Iob de impio dicit, cùm pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur. Non credit quod reuerti poſsit de tenebris circūſpectans vndiq; gladiū. Quia impius vidit hominem aliquando malum fuiſſe, arbitratur eum ſemper eſſe malum. Impoſsibile eſſe iudicat quenquam de culpæ tenebris ad ſanctæ vitæ lucem conuerti. O quàm magnum malum, & quàm diabolica eſt hæc deceptio, vide infœ- *Iudith. 14.* *Iob. 15.*

lix quod dicit Ecclesiasticus: facile est enim in oculis Dei subitò
Eccles.11. honestare pauperem, idest, peccatorem. Et alibi: A mane vsq; ad
Eccles.18. vesperā mutabitur tēpus, & hæc omnia citata in oculis Dei. Quā breuiter solet Deus peccatorē conuertere. Hoc autem non intelligunt filij perditionis. Quā vice versa faciūt serui Dei, qui de nemine malū suspicātur sicut dicit B. Paulus: charitas non cogitat ma-
1.Cor.13. lum, idest, vbi charitas commoratur, ipsa de omnibus bene cogitare docet. In Exodo legitur quod quando Pharao dixit Moysi,
Exod.8. & Aarō: orate Dñm, vt auferat ranas à me, & à populo meo, & dimittā populū: vt sacrificet Dño, illi libentissime hoc fecerunt, & dicit ibidem sanctus textus quod egressi sunt Moyses, & Aaron à Pharaone: egressi sunt (inquam) cōtenti, & valde læti, sicut perpendit in hoc loco interpres quidam, arbitrantes regem iam esse mitem, & sperantes populum statim dimittēdum esse. Cùm ipsi boni essent, nullum malum de rege suspicabantur. Non cogitabant humanum cor tantam malitiam posse concipere. Et postquam Moyses in cacumine montis Sinai certior factus est de idolo-
Exod.32. latria, quā Hebræi cōmiserant, quia Deus illi dixit: vade, descēde: peccauit populus tuus &c. feceruntq; sibi vitulū conflatilē, & adorauerunt. Descendit vir sanctus de monte cum Iosue, quibus descendentibus dixit Iosue Moysi. Vlulatus pugnæ auditur in castris. Ex quo colligitur Iosue non fuisse in cacumine montis, nec audiuisse Deum cum Moyse de peccato illo agentem. Etiam apertè apparet Moysem nihil de illo scelere reuelasse Iosue: quia iusti non delectantur de proximorū peccatis loquēdo. Hic etiā synceritas, & innocentia Iosue detegitur, qui quodcunq; aliud infortuniū de tumultu illo suspicaretur; potiùs quam illos in Idololatriā incidisse iudicaret. Cui Moyses respondit: Non est clamor adhortātium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam: sed vocem cantantium ego audio. Quasi diceret: vtinam clamor ille esset pugnæ, vt haberent occasionem proclamandi ad Deum, & ab illo auxilium postulandi. Hæc autem non est proclamatio, sed gaudiū, quia Deū offenderūt. Non solū autē qui à Deo illuminati, charitatiq; pleni sunt ab his suspicionibus cauent: verū deus etiam, qui naturali tantum ratione ducebantur, vobis dicam exē-
Gene. 26. plum, quod est in libro Genesis, vbi dicitur cum esset Sanctus Patriarcha Isaac in terra Abimelech regis Palæstinorum, cumque dixisset Rebeccam sororem suam esse, prospiciens rex per-

fene-

29 fenestram vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. Et accersito eo ait: perspicuum est quòd vxor tua sit. Aduertite nūc per charitatem, gentilis regis probitatem, qui vidēs Isaac ludentem cum Rebecca noluit illum cum sorore sua incastum iudicare; sed rem hanc in meliorem partem vertit dicens: absque dubio hæc est vxor eius, siquidem cum ea iocatur. Nos verò cum Christiani simus, cumque maiori ratione ab hoc malo nos abstinere debeamus statim nos temerè præcipitamus & quod peius est, illa, quæ temerè, & insipienter iudicamus, statim alijs reuelamus occasionem illis præbentes, vt etiam & ipsi ita iudicent. Et aliquando ea dicimus, sicut certa, & iam deliberata, non verò sub suspicione constituta, sicuti hi dæmones, qui id quod suspicabantur, absolutè affirmabant. O terribilem miseriam, & æternis tormentis dignissi-
30 mam, cauete fratres per reuerentiam Dei à tam perniciosa peste, sicut est hæc: ex qua tantum proximis vestris prouenit detrimentum, vobis autem tam graue remanet peccatum. Tu quis es (dicebat Beatus Paulus) qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem. Potens enim Deus est statuere illum. *Rom. 14.*

Sequitur in textu. *Et increpans non sinebat ea loqui.* Noluit Dominus à dæmonijs laudari docens nos, etiā in hoc nos debere erubescere cū à malis laudamur. Etiam Seneca dixit. Sit tibi tam triste laudari à turpibus, quàm si lauderis ob turpia. Homines prudentes debent verba æstimare secundum qualitatem eorum, qui ea loquuntur, & siquidem homines diabolici te laudant, signum est, te illis esse similem. Cùm tales homines res bonas non soleant commendare. ¶ *Facta autem die, egressus ibat in desertum locum.* O di- *Seneca.*
31 uinum, & admirabile exemplum, nunquam Dominus erat otiosus: nec mane, nec vesperi cessabat benefacere. Manè in Synagoga prędicabat, & statim illinc exibat, vt opera pietatis faceret, vesperi autem ægris manus imponebat, illisq; valetudinem conferebat: & vbi primum dies illucescit, in desertum pergit ad orādum, contemplandum, & pro nostris sceleribus lamentandum. Discite fratres mei ab hoc diuino Magistro, vt in virtutis via non deficiatis, sed semper vlteriùs progrediamini & in sanctis exercitationibus, quas cœpistis proficiatis. Et ad hoc vtimini consilio quod S. Propheta Dauid nos admonet dicēs: iacta super Dominū curam tuam, & ipse te enutriet. Et nō dabit in æternū fluctuationē iusto. Quod Beatus Hieronymus ex Hebreo vertit dicēs: iacta super Do- *Psal. 54.*

minũ tuũ amorem & tuã charitatẽ, & ipse te enutriet. Ipse te enutriet, & saginabit vt anima tua sit fortis, & cõstans ne quolibet ventorũ flatu sicut arundo moueatur. Non dabit (inquit) in æternum fluctuationẽ iusto. Hanc autẽ perseuerantiã ad huius cœlestis Dñi imitationem esse oportet, in operũ pietatis exercitatione & in recollectione sanctæ orationis, diuinarumq; rerũ contẽplationis simul. Plurimi enim sunt, qui quia in diuinæ orationis, & contẽplationis studium diligenter incũbunt, maxima à Domino beneficia consequuntur, feruoremque in operibus pietatis comparant. Postea verò adeo his exterioribus exercitationibus assuefiunt, vt interiorum, vnde bonum, quod habent abstraxerunt, fere obliuiscantur. Hos reprehendit Dominus prælati Ephesi nomine dicẽs:
Apoc. 2. scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos, &c. sed habeo aduersum te pauca: quod charitatẽ tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiã, & prima opera fac. Sin autẽ venio tibi: & mouebo candelabrum tuũ de loco suo, nisi pœnitentiã egeris. Dico fratres mei eos, qui feruorẽ orationis, & deuotionis, quã in principio suæ conuersionis habuerunt, propter negligentiam perdiderunt: oportere his verbis magnoperè deterreri: & sic vos Dei nomine admoneo, eos qui ab incepta orationis exercitatione destitistis, super vos reuertamini curãtes suauissimi Iesu Christi filij Dei vestigia sectari: qui post tot exteriores exercitationes misericordiæ egressus ibat in desertũ locum. Ex interiori domus, & cubiculi vestri angulo desertum tranquillum efficite vbi diuino amore curetis inflammari: interiorumq; atq; exteriorum potentiarum defectus & ruinas, quæ plerumque ex corporalibus exercitationibus solent prouenire, diligentissime reficere laborate. Et sic in diuina gratia proficietis, qua cælestis beatitudo recipitur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

¶ Feria. VI. post Dñicam. III. In Quadragesima.

Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar.

Ioannis. 4.

REFERT Gloriosus Euangelista Sanctus Ioannes Dominum propter Pharisæorũ malitiam Iudæã reliquisse, & Galilæam

1. læam perrexisse. Vt autem de vna in aliam prouinciam migraretur, neccessario per mediam Samariam prætereũdum erat, & dicit Sanctum Euangelium Dominum ex itinere fatigatum ad agrũ qui iuxta ciuitatẽ Sichar erat, accesisse: quẽ Iacob filio suo Ioseph quõdã reliquerat. Et in hoc agro erat puteus, ad quẽ accedẽs Dñs, *Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontẽ*. Iter faciebat optimus Iesus non equitans, sed nudis pedibus. O quanta confusio est hæc Christianis huius tẽporis, præsertim Ecclesiasticis viris. Tantus est fastus, & apparatus, quem superbia nostra nobis attulit, vt iam non Christiani quidem, sed gentiles esse videamur, atque illis etiã excedamus. In libro Iosue dicitur quòd oppugnãtibus filijs Israel terram promissionis dixit Deus Iosue, se illi reges qui in eum consurrexerant, traditurum esse; præcepitque ei vt eorum spolia sibi *Iosue.11.*
2 suisque acciperet, & peculiariter illi iussit, vt equos eorum subneruaret, currusq; triumphales igne combureret. Et dicitur ibidẽ fecitq; sicut præceperat ei Dñs: equos eorum subneruauit, currusque combussit igni. Mysteriosum fuit profecto preceptum hoc ne Hebræi, qui erant populus Dei, & amici eius in equis & curribus incedere assuefierent. Hi enim fasti maximam secum amentiam & arrogantiam afferunt. Sufficit homini vt rebus necessarijs moderatè vtatur. Hinc est quòd non iussit Deus Iosue, vt iumenta, & humilia animalia subneruaret. Quòd gentes triumphalibus curribus vtantur, tolerabile esse videtur: quòd autem Christiani his etiam vanitatibus delectentur, satis magnum malum est. Hoc autem peius est, quod nunc gentiles, Turcæ, & Mauri equos, & currus non habent, Christiani autem ijs abundant.
3 Quod autem longè pessimum est. Ecclesiastici viri, qui redditus habeat Ecclesiæ, vix iam domo sua in templum vadũt nisi in mulis magnæ pompæ, & autoritatis. Oculos igitur in summum sacerdotem Iesum Christum conijciant, & per eius reuerentiam, & imitationem de istis nimijs, & superfluis pompis circuncidant.

Veniebat dulcissimus hominũ amator fatigatus post vnã animam. O quam parũ huius charitatis, & solicitudinis est hodie in orbe terrarũ. Hoc est quod Beatus Paulus dicebat: vix enim pro iusto quis moritur, id est, pro virtute, pro zelo, pro honore Dei, pro animarũ deniq; conuersione. Hoc enim significat hic iusto, pro his rebus vix est qui moriatur, vel minimũ queq; laborẽ patiatur, pro malo satis multi sunt, qui moriantur: ô quot pro hono- *Roma.5.*

re, pro vtilitate, pro voluptate, pro amici sui defensione, quando vadit, vt turpitudinem aliquam cõmittat, moriũtur. Pro his iniustitijs non desunt qui vitam suam periculo abijciant, atque etiam moriantur. Pro iusto autem, idest, pro boni operis executione quis moritur? nemo quidem præter iustos imitatores Magistri totius iustitiæ, qui vt vnam animam conuertat tanto cum labore, & defatigatione iter facit. Et sic parabolam proposuit pastoris qui reliquit nonaginta nouem oues & venit vt vnam tantum quæreret: significans in hoc: etsi nulla alia anima præter vnam in vniuerso mundo perdita esset: hanc tamen venturum fuisse Dominum, vt quæreret sicut & omnes simul quæsiuit. Et ita beneficia sanctissimæ incarnationis, vitæ, & passionis eius non sunt considerãda quasi generalia omnibus (etsi realiter vniuerso mundo vniuersalia sunt & vtilia ijs omnibus, qui ex illis fructum percipere voluerint.) Sed vt singularia & propria vniuscuiusque. Amor enim, quo diuinus Redemptor beneficia hæc in homines contulit, illa propria, & singularia efficit quantum est ex parte sui. Celeriter ibat vt hanc mulierem iuxta puteum inueniret, ne hanc occasionem prætermitteret, sed iam ipse iuxta puteum esset, cum illa ad hauriendam aquam accederet, vt ad bonum faciendum occasiones quærere discamus, sicut nos admonet Ecclesiasticus dicens: fili conserua tempus. Et alia translatio dicit: occasionem obserua. Obserua (inquit) occasionem benefaciendi, vt illam arripias. Dicit hoc, quia statim præterit, nisi illam manibus arripiamus. Vide Spiritus Sanctum, vt quasi in specula occasionem expectemus, vt cum primum obreperit, illam apprehendamus, & ea vtamur. Occasiones mali, et si illas non quæramus, ipsæ sese nobis offerunt, occasiones autem boni, non tam cito reperiuntur. De maledicto Iuda dicit Beatus Lucas & quærebat opportunitatem, vt traderet eum sine turbis. Ad tantum insultum, tamque nefariam proditionem opportunitatem, & occasionem inquirebat. Quare ergo, ò Christiane opportunitatem non inuestigabis ad ea faciẽda, quæ ad animæ tuæ salutem sunt conducibilia?

Luc. 15. *Eccle. 4.* *Luc. 22.*

Cùm Dominus esset delicatissimus, iterque longum confecisset, & hora esset quasi sexta, & in illa regione vbi in meridie tantus est calor, & æstus, vt ignis à cœlo pluere videatur, atque etiã quia nihil illa die comederat: his omnibus de causis erat optimus lector nimium fatigatus. Et sic cum hac defatigatione ad ostium putei sedit,

7 sedit, vt vapor ille, qui exibat à puteo aliquid caloris, quo æstuabat, refrigeraret. O dulcissime Redēptor animæ meæ, ô potētissime cæli, & terræ imperator, quare ibi sub tanto solis ardore commoraris? Nunquid non est aliqua arbor, quę te vmbra sua recreet? *Ioan.4.* hederam illam, quam Ionæ præparasti, vt eum à solis calore tueretur: quare etiā tibi præparare noluisti? Aquilam illam, quam B. Seruatio tribuisti, vt altera ala quasi ventilabro illum refrigeraret: altera verò, quasi conopœo eum à sole protegeret: quare tibi non assumis? vbi sunt Deus meus Angeli tui, quia tibi nō ministrant? O admirabilem optimi Dei nostri charitatē: qua suorum necessitatibus occurrit, ipse autem quatenus homo omnes labores sine vllo refrigerio, & consolatione perpeti voluit, quo suum erga nos amorem maximum clarius reuelaret,

8 *Sedebat sic super fontem.* Sic fatigatus vt nobis opus erat: sedente corpore anima non quiescebat, sed defatigationis suæ causam cogitabat. Et quomodo labores, ac defatigationes suæ tam paucis (eorum culpa) profuturæ erant: atq́ue hoc eius pœnam, ac dolorē magis adaugebat. Hoc adnotauit Beatus Ioannes, dicens: Cùm *Ioan.12.* autem tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum. Et D. Marcus dicit; Et mirabatur propter incredulitatem illorum. O *Marc.6.* admirabilem exaggerationem: quòd ipse Deus admiratur in quem non cadit admiratio. Magis defatigatur mercenarius, quando illi merces denegatur, quàm defatigatus est labore, quem in illa promerenda tulit. Merces Iesu Christi Dei nostri est vtilitas, & prouentus noster spiritualis, quòd autem ex laboribus suis fructum nō percipiamus: hoc illi maiorem dolorem, & pœnam attulit, quàm labores corporales.

9 *Venit mulier de Samaria.* Et inopinatam, quamq́ue nō quærebat vitam, inuenit. O ineffabilia iudicia Dei. Et quam meritò dixit Beatus Paulus: Igitur non volentis, neq́ue currentis, sed miserentis est Dei. *Rom.9.* Hæc mulier, nec volebat, nec quærebat, nec currebat, & tamen misericordiam impetrauit. Ecce illam idololatram, peccatricem, quæ quinque viros habuerat, nunc autem lenonem habebat: in quamcunq́ue partem eius oculos conijciatis vilissimam illam esse iudicabitis. Ex mala patria, ex mala generatione, infamem, diuitijs egentem, & multo magis virtutibus carentē. Quidcunque in illa reperiri potest Dei donis est indignum. Accedens autem ad fontem, quod minus cogitabat, cuiusque magis imme-

mor erat, animæ suæ salus erat: in quam tamen diuina probitas suos clementissimos oculos coniecit. Sicque illam nobilem, & honestam reddidit, vt ex infami peccatrice in minimo temporis spatio quodammodo Apostolam, & Euangelizantem illam effecerit. Magnopere gaudeamus fratres mei, eo quôd tam clementé Deum, ac Dominum habeamus: qui cùm tam misericors & liberalis sit in eos, qui illum non quærunt; qualis erit in illos, qui eum diligentissimè quæsierint, illumq; ex toto corde suo dilexerint: si hoc facit cum ijs, qui sui obliuiscuntur: quid faciet cum illis, qui ipsius sunt memores?

Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Cui illa respondit, dicens: Quomodo tu Iudæus cum sis, &c. Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Tanta inter illos erat inimicitia, vt ne parum quidem aquæ Samaritana Iesu Christo dare auderet, eo quòd Iudæus esset. Illorum autem dissensionem non miror: sed hoc summopere admiror, quòd cùm Christiani simus, legemque amoris profiteamur maximæ sint inter nos simultates, & odia. Quòd si linguarum discordia admirabile illud opus Babylonicæ turris cōturbauit, & destruxit: quāto magis cordium disparitas: & discordia nos omnes poterit euertere? Quapropter cum tā parū pacis inter nos versetur, minimè debemus admirari, si tam abiectos, atque humi prostratos nos experiamur. Ad rerum omnium naturalium generationem omnia elementa oportet conuenire, & ablata vniuersa discordia, & repugnantia, quæ inter illa est in vna concordia, & necessitudine coniungantur. Ex hac autem elementorum concordia pretiosæ margaritæ generantur, aurum, argentum, cæteraque decora omnia metalla producuntur: in quibus summoperè Dei sapientia illucescit. Quid verô vniuersæ medicinæ regulæ docēt, nisi ex humorum concordia valetudinē oriri, ipsorumq; discordia innumeros morbos, & mortem procedere? Suauis autem musica, in quo nisi in conformi vocum concentu consistit? Atque hoc voluit natura docere in lapide Thirreo, qui si integer in aquas immittitur, non submergitur: si autem confractus, & diuisus conijcitur, statim demergitur in profundum. Sic Respublica, Monasterium, & Senatus in amore, & concordia mirabiliter conseruantur; diuisione verò omnia consumuntur, & diluūtur. Quapropter fratres charissimi vos rogo, sanctissimæq; Trinitatis nomine adiuro, vt passiones omnes, & odia deponatis. Attendite totum malū, quod proximus

Gene. 11.

13 ximis vestris facere potestis minimũ esse, si cum incómodo, quòd vobis infertis, cõparetur. Ideò Dauid dixit: Circundederunt me sicut apes. Meritò equidẽ inimicos apibus comparauit, quæ parũ damni afferunt illi, quẽ compungunt: ipsæ verò moriũtur. Vt autem discordias istas euitetis, quæ sæpenumerò ex nęnijs, punctis, & leuissimis verbis oriuntur, quæ nullam habent vim, nisi quam tu imaginatione tua illis tribuis, optima vtimini prudẽtia: & consilio, quod vos docet Spiritus sanctus, dicens: Bonus sensus vsque in tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius. Magna est hominum amentia, quod si ignominiosum illis verbum dicatur, aut quod illis molestiam attulit: maximè fatigantur illud ante oculos ferentes, & crebrò consideratione ruminantes. Est ne (aiunt) possibile hominem illum hoc mihi di- Psal. 117. Eccle. 1.
14 xisse? hic profectò est defectus prudentiæ. Homo prudens abscõdit verbum, quod illi molestiam allaturum est, nec illud in cogitationem suam patitur venire. Et idcircò dignus est, qui vt prudens, sapiensque laudetur.

Hæc Samaritana habebat concubinarium, & fortasse non faciebat scrupulũ de hoc, maximũ verô scrupulum esse ducit proximo indigenti parũ aquæ præbere. O quot homines huiuscemodi reperientur, qui res grauissimas parui faciunt, in rebus verò minimis se scrupulosos ostẽdunt, sicut dixit Dñs: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, duces cæci excolantes culicem, camelũ autẽ glutiẽtes. Vt Dauid adulteriũ cõmitteret, interrogabat, an mulier esset sanctificata ab immunditia sua. Vidistis nũc scrupulũ? nõ habebat scrupulũ, quod mulier illa nupta esset, & quòd ipse adulte- Matt. 23. 2. Reg. 12.
15 riũ committeret, & scrupulũ habebat glutiendi culicem. Acsi granius peccatum esset ad illã accedere, quæ lege immũda erat, quàm ad illam, quæ viro tradita erat. Fratres bonum est vos de paruis peccatis scrupulum habere: nam idcircò dixit Dominus illis Pharisæis: Hæc oportuit facere, & illa nõ omittere; sed oportet vos multo maiorem de magnis rebus scrupulum habere, siquidem in illis magis saluatio nostra periclitatur.

Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, &c. Horum verborũ optimus quidem sensus est hic. O mulier si intelligeres quantũ beneficiũ Deus in te conferat, cum ego à te quicquã petã. Si cognosceres quã vtile est homini aliquid Deo dare: siquidem vnũ petit, vt pro illo centũ retribuat, & prius nobis donat quod à nobis exposcit:

poſcit: prius alterã manũ ad largiendũ, quam alteram ad recipiendũ porrigit. Et ſicut dicit Eccleſiaſticus: Ad locum vnde exeũt flumina reuertuntur, vt iterum fluant: Quòd mare ſecretis quibuſdam venis, fontibus, ac fluminibus aquas ſuppeditat, quas ab illis palam recipit: ſic etiam Deus ea omnia, quæ illi damus, ſecretò nobis reſtituit. O mulier, ſi ſcires quàm liberalis eſt Deus: qui eſt hic, qui modo à te petit: tu forſitã petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. Notate quod quando dicit ipſam à ſe petituram eſſe addidit hoc aduerbium, forſitan. In quo liberum arbitrium deſignauit, quod quidem Dei cognitione non tollitur. Et ſic multi eum cognoſcunt, qui tamen ab eo nihil petunt. Quando vero dixit, dediſſet tibi, non addidit, forſitan. Nam vt dicit D. Paulus: Ille, ſcilicet, Deus fidelis permanet, negare ſeipſum nõ poteſt. Nõ ponit ſub dubio ſe aquam viuam tibi cõceſſurum eſſe, ſi illam ab eo petieris, ſicut, & quomodo oportet. O infinitam Dei probitatem, quot ſuæ immẽſæ miſericordiæ nobis pignora largitur. Nos verò ex illa fructum nolumus percipere. Aquam viuam appellat gratiam, quæ animas viuificat, & ſic qui illa carent, mortui nũcupantur. Idcircò Deus alloquens, & conſolans Iſaiam, quod peccatores populi ſui ad gratiam redituri erant; dicit: Viuent mortui tui: Et conſiderans Propheta maximum hoc eſſe beneficium, cũ admiratione replicat, dicens: Interfecti mei reſurgent; ac ſi diceret: O ineffabile Dei beneficium, quòd peccatores populi mei reſurrecturi, & vitam gratiæ recuperaturi ſunt.

Eccle. 10. *2. Tim. 2.* *Iſai. 26.*

Cùmq; illa diceret: *Puteus altus eſt:* *Vnde ergo habes aquam* viuam? Reſpondit Ieſus: *Omnis qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum, &c.* Vbi; ibi: *Non ſitiet in æternum.* Ad aquam ex ſecularibus puteis hauriendam plurimis funibus opus eſt. Vt aliquid ex hoc mundo eliciatur tanto ingenio, & negotiatione opus eſt, vt illud procurãtes homines faciat inſanire. Acceditis ad regium tribunal ad efflagitandam iuſtitiam. Vt autem illam hauriatis, tandiu cõmoraturi eſtis, totque funes, & patrocinia quæſituri, & munera oblaturi eſtis, vt defatigemini, & quando iam tandem pro vobis fertur ſententia, plura ſunt diſpendia, quæ feciſtis, quàm præcipuum, quod ex lite querebatur. Qui verò poſtulant beneficia, tam cara illa alliciũt ac ſi ea emerent. Qui cathedram expetit, quot ambituum funes prius inijcit, quàm illam hauriat: vt beneficium aliquod cõſequamini, quot annos illis prius ſeruitis, à quibus illa ſperatis adipiſci: & quot

Simile.

19 & quot illos largitionibus corrumpitis? quot pecunias consumi-
tis? nec aduertitis istā esse simoniā, Deumq; grauissimè offendi.
O Pater ego non largior munera, nec pecunias præbeo pro bene
ficio sed pro eius redditibus. Dic igitur mihi frater, si videns pre- *Simile.*
tiosam margaritam, & tibi splendor magnoperè placeret, diceres,
Domine accipe cētum aureos, & illius margaritæ splendorem mi
hi vende: hic est enim qui mihi placet, oculisque meis est delecta
bilis. Nunquid si tale diceres stultus non credereris? Nunquid ig-
noras accidens sine subiecto vendi nō posse? & nescis margaritam
simul emendam esse, si eius splendorem vis emere? sic profectò est
in beneficijs, de quibus loquimur. Dicis duo illa, aut tria millia au
reorum, qui illius beneficij sunt redditus quotannis, coram oculis
tuis maximè rutilare, & hæc te velle emere affirmas. Hoc autem
20 fieri non potest; aurei enim illi sunt accidens, quod subiecto abhæ
ret: & si redditus emis, beneficium simul emis, & maximam Deo
infers iniuriam, nec tamen istud animaduertis propter nimiam
sitim ardentissimumque desiderium quo teneris bibendi aquam
putei huius mundi. Hæc igitur aqua, quæ tanto cum labore hauri
tur, bibenti illam non extinguit sitim, sed sitiet iterum. Nam verè
potiùs aquæ vmbra, quā ipsa aqua dici potest. Nec verò quisquis
vnquam aliquid quæsiuit, contentus est eius vmbram adipisci.
Quod omnes naturaliter desiderant, est voluptas. Vera autem vo-
luptas in solis diuinis rebus est, cætera enim temporalia huius se-
culi sunt quædam vmbra sicutì mali in inferno fatentur dicentes
Transierunt omnia illa tanquam vmbra. Vnde infertur quàm *Sap. 5.*
insensati sint seculares homines, qui his rebus terrestribus de-
21 lectantur. Sicut cati, qui suamet vmbra lasciuiunt, & infans, *Simile.*
qui vmbram suam amplecti curat, verum aliquod corpus esse ar-
bitrans. De quibus Ecclesiasticus: Quasi qui apprehendit vmbrā, *Eccles. 34.*
& persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia. Ecce
quomodo Spiritus sanctus res huius seculi appellat mendacia. *Simile.*
Magi artibus suis efficiunt, vt appareat hic hortus amœnissimus
cum arboribus fructibus oneratis: sed quando acceditis ad colli-
gendos fructus, nihil inuenitis, & cognoscitis nihil esse præter
solam apparentiam. Tales sunt omnes res huius mundi, vnde er-
go prouenit, quòd cùm res seculares sint vmbræ, non verò aqua
vera, quæ sitim extinguat, illas tantopere diligamus, tantaque
solicitudine perquiramus? Ego vobis hoc dicam: quando homo *Simile.*
habet

habet solem ante oculos, tunc vmbra est post terga, quando autem sol est à tergo, vmbra hominem præcedit. Ita etiam quando Deum ante oculos gerimus, attentéq; atq; affectuose eius gloriam contemplamur, à tergo gerimus præsentis vitæ vmbram, & quicquid in illa est pro nihilo ducimus. O fratres charissimi, si assuesceretis quotidie aliquot horas coram diuina Maiestate vos offerre, & veres atque ex animo res vestras cum illo tractare, atq; etiam gloriam quam bonis præparatam habet, tormentaque quibus malos puniendos esse decreuit, assidua animi cogitatione volueretis: quàm à tergo omnes huius mundi nænias gereretis, & illas quasi vmbras nequaquam apprehendere curaretis. Quando Dauid dicebat: Diuitiæ si affluant: nolite cor apponere: optimè credo eum ab omnibus secularibus rebus longè cor suum euulsisse. Nec verò istud admiror, ipse enim dixit: Prouidebam Dominum in cõspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne cõmouear. Cumque solem ante oculos suos ferret, apertè sequitur illum à tergo gesturum esse vmbram. Verum væ væ nobis, quantoperè in hoc deficimus: O Deus infinitæ Maiestatis quisnunc verba haberet, quibus hoc satis dignè posset ampliare: Tu Deus meus mihi efficaciam largire, quò his fratribus meis tam necessariam hanc rem sciam persuadere. Ecce malorum vestrorum fontem. Solem à tergo geritis: ita Dei obliti inceditis, tam à tergo illum defertis, vt hinc proueniat quòd vmbram corã oculis feratis. Hinc est quòd secularia tantoperè diligatis, tantoque studio, ac solicitudine perquiratis. Sin minus dicite quæso, ex quotquot horis sunt in die, quot in Dei cogitatione, & in maximis eius erga vos beneficijs, atque in arctissima ratione, quam illi de his omnibus reddituri estis, consumitis? O cæci, quare non pudore confundimini, scientes plurimos dies præterire, in quibus non magis de Deo cogitis, acsi Deus non esset, nec aliam vitam esse crederetis? Cùm igitur tantoperè Dei obliuiscamini, illumque ita contemptum post terga deferatis, potiùs admiror quæ non facitis mala, quàm ea quæ facitis. Pudeat vos fratres mei quasi gentes viuere, hæc secularia tanto studio inuestigantes; siquidem postquam illa consequuti fueritis, tam aridi ac sitientes remansuri estis, sicut antea. Quapropter diuinam gratiam, quæ ex diuinæ probitatis puteo hauritur, adipisci curate: ad quam hauriendam non opus est his funibus, negotijs, & solicitudinibus: & postquam hausta, & bibita

Psalm. 15.

25 bita eſt:ſecularium ſitim extinguit; ſicut hic ſumma Veritas aſſirmat, dicens: Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: & quamuis temporalium rerum ſitim extinguit, quò tamen plus ex illa bibit eo maiorem Dei habet ſitim, ardentiuſque illum videre deſiderat.

Et dicit amplius: *Sed aqua, quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ ſalietis in vitam æternam.* Toties gratiā appellat aquā, vt ſignificet admirabilē efficaciam, quā habet ad animas, ab immunditijs ſuis abluendas. Et ita intelligitur illud, quod dixit per Ezechielem: Effundā ſuper vos aquā mundā, & mundabimini ab omnibus inquinamētis veſtris, quæ quidem diuina eſt eius gratia. O ſi nobis hæc aqua plueret, cū tā immundi, & obſcœni ſimus, quā mūdi, & decori maneremus. Sic dicit Dauid, vbi pro eo quod nos legimus: Si dor- *Ezec. 36.* *Pſal. 67.*
26 miatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Alij pro verbo: cleros, cacabos, & ollas verterunt, id eſt, ſi tam immūdi, & obſcœni peccatis veſtris commoramini, ſicut qui inter immūdas ollas cōmoratur, & quaſi carbones effecti eſtis: poſtquā abluti fueritis pulchri & decori eritis ſicut columba, in quā ſolis radij reuerberant, quæ deargēntata, & inaurata eſſe videtur. Sic abluit, & exornat gratia; & fit in eo, qui biberit illā fons aquæ ſalientis in vitam ęternā, ideſt, animas, in quibus cōmoratur tanto cæli deſiderio inflāmat, vt omnes eius cogitationes, verba, actioneſq;, & vniuerſi motus illuc dirigātur, & in hoc totus occupetur. Quod ſi hoc vobis incredibile videtur: *Simile.* magnetis virtutē contēplamini, miraculoſum enim quid videtur ꝙ acus illum attingens talem virtutem recipit, vt vbicunq; illam
27 colloces, ſtatim motu ſuo verſus Septentrionalem plagantem dat & quouſq; illuc perueniat, nō ſiſtat. Et cùm tot ſydera, & planetæ in cælo ſint, omnes tamē deſerit, & ad ſydus illud pergit, quod Hiſpanê dicitur (*Norte*). Si ergo magnes tā admirabilem illā virtutē acui præbet, quid mirū quod diuina gratia hunc motum verſus cęlum animæ tribuat, & quòd in eius corde proſiliat præ deſiderio iam illic commorandi? Tactus erat hac gratia Diuus Paulus & illi, de quibus loquebatur, cùm dixit: Cōuerſatio noſtra in cęlis eſt. *Philip. 3.* Ex his Saluatoris noſtri verbis triſtitiam, & timorē maximū concipere deberemus: quia ſiquidem dicit gratiam ſuam vſq; ad vitā æternam proſilire ab effectu, quia animam proſilire facit: ſignum eſt diuinam hanc gratiam in plurimis noſtrum forſitan non eſſe,

quando-

quandoquidem quietissimi sumus, & ad vitam æternam minime prosilimus.

Sequitur in textu. *Dixit ad eum mulier: Domine da mihi hanc aquam &c. Voca virum tuum ait ei Dominus.* Quid? Domine Deus meus nó potes illi aquam dare absque facultate viri eius? Mulier hæc aqua talis est, quæ coram viro tuo dari possit. Non sunt bona dona, quę fœminis dantur, nec tamen coram earum viris eis dari possunt: signum est enim, omnia esse ad malum, &c. *Non habeo virum, respondit mulier:* habebat enim concubinarium. O quantum est hoc malum, & quam vniuersale in Ecclesia Dei. Miserabilis est visu imbecillitas, quę est circa hoc: quôd tam fortem & magnanimum te præbes, vt quaternos hostes aggrediaris, nec tela, nec Turcas immittentes illa pertimescis: oculus autem fœminæ te deijcit, humique prostrat, nec animum habes ad tam debile iaculum superandum? O pusillanimis, qui tam misere superatus es & decidisti, atque tandiu cũ ista mala familiaritate humi prostratus iaces: Ideo

Augusti. dicit Beatus Augustinus: Inter omnia Christianorum certamina duriora sunt prælia castitatis, vbi continua pugna, & rara victoria. Hoc autem est propter imbecillitatem, pusillanimitatemque nostram. Et ratio quare homines in huius vitij cœno tandiu commorantur; hęc est: quia alia vitia aliquam hominis partem liberam relinquere videntur; nec ratio remanet tam submersa, quin postea errorem suum posſit cognoscere: hoc verò turpissimum vitium totum hominem penitus videtur occupare, atque illum amentem relinquere, sicut affirmat Sanctus Propheta Oseas cùm

Ose. c. 5. dicit: Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Deum suum: quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum

Luc. 14. non cognouerunt. Quod si ille qui ad nuptias inuitatus est, se excusauit, quia vxorem duxerat, quid faciet concubinarius? O quantum hæc duo vos deberent deterrere, vos (inquam) qui in isto misero, & maledicto statu commoramini. Maximè autem verbum illud Oseæ, quôd dicit: Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Dominum, id est, quod hi peccatores ne quidem ad Dominum reuerti cogitabunt. O terribilem exaggerationem quis est qui illam audiens non obstupescit? Ne autem in hoc tantum malum deueniatis, cauete ab omni illius occasione. Videte quid

Eccle. 25. dicat Spiritus sanctus: Commorari leoni, & draconi, placebit quàm habitare cum muliere nequam.

Non

31 *Non habeo virum. Dixit ei Iesus: Bene dixisti.* Vt hoc illa fateretur, dixerat illi Dominus: Voca virum tuum, vt ex eius responsione occasionem acciperet, reuelandi se illi. Et ita factum est: nam animaduertens mulieres suas à Domino cognosci, dixit: Domine, vt video, Propheta es tu. Videte quid faciat animus malitiæ, & passionis immunis, Pharisæi postquã Christum Redemptorem nostrum tot, tantáque miracula facere perspexerant: appellant illum dæmonium habentem: Samaritana autem mulier, cum vnũ verbum fuerit locutus, illum Prophetam esse credit, & incipit statim eum orationis res interrogare, dicens: *Patres nostri in monte hoc adorauerunt, &c.* Dominus autem mitissimè illam erudiuit quænam sit adoratio, & oratio diuinæ Maiestati acceptabilis, hæc verò est quæ fit in spiritu, id est, Deũ intimo quodam affectu, & cha *Ioan. 10.*
32 ritatis feruore diligendo, & in veritate credendo, & sine aliquo intellectus errore de diuina Maiestate sentiendo. Res est maxima cõsideratione digna: quòd in initio conuersionis huius mulieris tam prolixè Dominus cum illa de rebus his tam spiritualibus, scilicet, de adoratione, cultu, amore, ac fidelitate Deo debita loquatur. In quo nos docet in virtutis exercitationibus semper à facilioribus & suauioribus esse incipiendum, ne fortè natura terreatur. Atque hoc manifestauit diuinus Magister mirabilibus quibusdam comparationibus. Dicunt Sancti Euangelistæ Matthæus, & Lucas, *Matth. 9* cùm à Domino quæreretur, quare discipuli eius non ieiunarent, *Luc. 5.* ipsum respondisse. Nũquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cũ illis est spõsus? Veniẽt autẽ dies cùm auferetur ab eis spõsus, & tũc ieiunabũt. Nemo autẽ immittit cõmissurã panni rudis in ve-
33 stimentum vetus. Tollit enim plenitudinẽ eius à vestimẽto, & peior scissura fit. Neque mittunt vinũ nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt, sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conseruantur. O quàm diuinæ similitudines: optimè apparet cuius sunt, cùm sint Dei. In his omnibus significat Dominus prudentis hominis esse, onus imponere secundum vires illius, cui imponendum est: debilibus, scilicet, parum, fortibus autem multum. Quia autem carnẽ plurimis ieiunijs mortificare, difficillimum est: si hoc nũc in principio hominibus, qui non assuefacti sunt ieiunare, quousque nuper ex nauibus, in quibus piscabantur, abstraxi & super eos hoc onus imposuero; graue & nimis molestum illis esse videbitur.

Volo autẽ nunc alijs facilioribus rebus illos instruere, quibus magnopere quasi charissimi filij sponsi, quem coram se habent eius amore capiantur: quo amore ita fulcientur, vt postea quã sponsus discesserit, ieiunẽt, atq; alia difficiliora patiãtur. Sicut dixit Ecclesiast. Omnia tẽpus habent. Et paulò post: Tẽpus amplexandi, & tẽpus lõgè fieri ab amplexib⁹. Nũc (inquit) volo, vt in his diuinis amplexibus occupẽtur. Velle enim eos in initio nimiũ onerare, esset idem quod velle pãnum veterẽ panni noui commissura resarcire: & vinum nouũ in vtres veteres immittere, vt vtrumq; periret. Hoc est cõsiliũ, quod oportet obseruari ab illis, qui cũ peccatoribus denuò cõuersis cõuersantur: docere debent eos, vt in initio cõuersionis suæ sanctorũ librorũ lectioni, diuinarũ rerũ contéplationi, gloriæ atq; inferni meditationi: orationi deniq; ac crebrę sacrosancti Dñi nostri Iesu Christi corporis cõmunioni se toto conatu tradant: hisque sanctis exercitationibus assuefiant? quę omnes sunt faciles, ac suaues, & animã ad cæteras pœnales exercitationes maximè adiuuãt, & inflãmant? vnde prouenit, vt postea facillimè illas exequãtur. De quo apertè patet quid voluit dicere B. Paulus in illis verbis: Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Ex quibus malè intellectis, & reflexis occasionẽ sumpserũt hæretici quidam, vt maximum quendã errorem asseuerarent, affirmantes iustos non teneri diuinam legem obseruare, Quid autem voluerit dicere Apostolus hoc exemplo intelligetur. Mater, quæ habet filium plurimis virtutibus exornatum, & elegantissimum, hæc diligit filium suum propter legis obligationẽ? Dico etsi nulla esset lex, quæ tale præciperet, attamen hanc matrem eodem amoris ardore filium suum esse dilecturam, quo illum præcipiente lege diligit. Hoc profectò est in viris iustis, in quos Deus misit spiritum filij sui clamantem. Abba Pater. Quosque adeò Dei amor, diuinusque Spiritus Sancti commouet impulsus, vt licet nulla lege diligere, & bene operari tenerentur: hoc tamen diligentissimè exequerẽtur. Idcirco permagni interest in initijs illis exercitationibus occupari, quæ animum amore, & charitate inflammant. Nam sicut ignis in densa nube inclusus nequit requiescere, sed huc atque illuc cursitans tonitrua concitat, quousque foras erumpat: sic amor in pectore inclusus, vbi primum vigorem percipit, non sistit, quousque per opera reueletur. Ecce causam, ob quam diuinus Magister de his rebus in principio conuersionis huius

Ecclesi. 3. *Galat. 5.* *Simile.* *Simile.*

37 huius mulieris loquitur, & tandem se se illi manifestè declarauit,
dicens: *Ego sum qui loquor tecum.* Ego sum (inquit) iste Messias, quē
tu expectas. O fœlicissimas aures, quæ tale verbum audierunt.
Dicens hæc verba eius intellectum Dominus illuminauit, eius-
que voluntatem diuino amore inflammauit. Et ita illuminata, &
cælesti charitate captiuata cantharum, funemque dimisit, & per-
git bonos nuncios ciuibus suis relatura, vt omnes ad Domino ser
uiendum properarent. Dominus tamen nobis efficaciam conce-
dat, vt inuicem nos ad Deum maximo animi affectu glorifican-
dum confortemus, & semper in ipsius gratia commorari diligen-
tissimè curemus, qua cœlestis gloria comparatur. ad quam nos per
ducat Iesus Mariæ filius. Amen.

1 ¶Sabbatho post Dñicam. III. In Quadragesima.

Perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum. Ioannis. 8.

DEFATIGATVS Diuinus Redemptor prædicando in
templo in montis asperitatem perrexit, vt inter duras rupes
noctem duceret: & diluculo iterum venit in templum. Maxima
confusio est hæc illis, qui se Christianos esse iactāt, & in voluptati
bus viuunt, atque in mollibus lectis vsque ad meridiem requie-
scunt. O carnales homines quid ibi speratis? quid ex tanta relaxa
tione nisi sensualis turpitudo poterit dimanare? videtur hæc vo-
bis bona via, qua ad cœlum ascendatis? Nonne meministis diuinū
2 Magistrum vestrum Iesum Christum dixisse: Si quis vult ve *Matt.16.*
nire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suam, & sequa-
tur me? Videtur vobis ista bona crux, & bona cælestis ducis secta
tio? O cæci, & quā deceptos vos in morte reperietis: Quādo Deus *Exod.3.*
apparuit Moysi dixit illi se velle Hebræos liberare de manibus
AEgyptiorum, & educere illos de terra illa in terram bonam, &
spaciosam, in terram, quæ fluit lacte, & melle. Non comperitur
terra promissionis lacte, & melle fluxisse, sed fuit hæc quædam
exaggeratio ad regionis illius vbertatem significandam. Sed est
dubium: siquidē Dn̄s volebat dicere terrā illam vberrimam esse,
quare hoc non specificauit panis, viniqueac carnis abundantia,
quæ humano victui sunt magis necessaria, non verò lacte, & mel

le, quæ non sunt tam necessaria? Hoc est mysterium: quod cũ terra
illa promissionis cælestis gloriæ figura esset, melle & lacte voluit
Dominus eius abundantiam, & feracitatem declarare, vt significa-
ret quemadmodum lac priusquam sit candidum, & suaue sub san-
guinis forma est, & sicut mel antequam sit dulce, & sapidum, sub
spina, & apis aculeo generatur: ita etiam ante quam dulcissimæ fru-
tionis Dei suauitatem percipiamus oportere nos per Martyrij san-
guinem (si opus esset) & per spinas & aculeos tribulationum, ac la-
borum pertransire. Sicut B. Paulus docebat cùm socio suo Barnaba,
Acto. 14. de quibus dicitur: Confirmantes animas discipulorum exhortantes-
que vt permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes
oportet nos intrare in regnum Dei. Quomodo ergo arbitramini
vos fratres, cum per sanguinem, & aculeum non transieritis introire
in regnum Dei? præcipuè cùm in tanta prophanitate & abundan-
tia voluptatum viuatis? longè profecto opinione fallimini. Conii-
cite fratres charissimi oculos in illum delicatissimum omniũ filio-
Adæ, & attendite quam fatigatus in montis asperitatem abijt, non
Ioan. 18. solùm autem semel, sed sæpissime: sicut affirmat Diuus Ioannes
loquens de Iuda, & dicens: Sciebat autem & Iudas qui tradebat
eum, locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipu-
lis suis. Illuc proficiscebatur etiam noctu optimus magister, vt
in solitudine, & tranquillitate oraret. Vbique poterat Dominus
orare, ipse enim nulla re conturbabatur, quia eius anima erat ca-
ta, hoc autem fecit, vt nos erudiret solitudinem quærere ad oratio-
nes nostras, & hoc crebro facere debemus, quia dicit Dominus:
Luc. 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Quid ad hoc dice-
mus illi, qui dies, noctesque absque vlla Dei recordatione præter-
mittimus, quique nec eius in nos beneficijs commoti illum lauda-
mus pro illis ei gratias agentes, nec laboribus oppressi ab ipso au-
xilium postulamus. O viri, in quorum pectoribus mysteria, &
magnitudines Dei sepultæ sunt, erubescite videntes homines, qui
sicut & vos ex ossibus & carne consistunt in diuina conuersatione
dies, ac noctes consumentes, vobis autem ad hoc faciendum, ne vna
quidem hora est. Quod si aliquando, Pater noster recitatis, tanta
cogitationum confusione conturbati estis, vt vosmetipsi quid
faciatis, penitus ignoretis. Et vix incipitis, cum iam defatigami-
ni. Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus perseuerauit
Moyses in cacumine montis, in magna solitudine orans ad legem
conce-

6 conſequendam: poſtea verò alijs quadraginta, vt à Deo veniam populo impetraret. Sic dixit ipſe his verbis, Et procidi ante Dominum ſicut priùs quadraginta diebus, & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra, quæ geſsiſtis ante Dominum. Et paucis intermiſsis dicit: Et exaudiuit me Dominus etiam hac vice. Tu autem arbitraris, quia ſuſpirium vnũ protuliſti, nihil amplius opus eſſe ad veniam conſequendam, cùm tamen Sãctus Moyſes quadraginta dies, & quadraginta noctes in oratione & ſuſpirijs ad Dominum pro peccatoribus exorauerit. Et Sanctus Propheta Daniel de ſe dicit: Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus. Adeò Sancti illi in ſolitudine, oratione, & lachrymis perſeuerabant, vt à Deo quicquid peterent, impetrarent.

Deut. 9.

Dan. 10.

7 *Et diluculo venit in templum.* Nullo vnquam tempore tam diligẽs & cõmunis boni ſolicitus prædicator viſus eſt. Videte quomodo diluculo ſurrexit, non eſt piger ad ea conficienda, quæ ad ſalutem noſtram ſpectant; etſi nos negligẽtiſsimi ſumus ad ei ſeruiendum *Et omnis populus venit ad eũ.* Dignus eſt laude populi feruor, qui etiã diluculo ſurgebat ad prædicationem audiendam. Iucundiſsimum eſt Deo miniſterium cum feruore, & diligentia exhibitum. Pluris æſtimat Dominus vnam horam, qua illi cum ſpiritus feruore ſeruis, quàm plurimas tepidè, & remiſsè in eius miniſterio conſumptas. Beatus Ludouicus ordinis noſtri obijt cũ vigeſimũ tertium, & dimidium annum cõfeciſſet, & duodecim mortuos ſuſcitauit. Non potuit ille tam breui tempore multa miniſteria Deo exhibere: neque enim cẽtum annos, ſicut ſanctus Paulus primus
8 Eremita ieiunauit. Veruntamen hos paucos annos quos vixit tãto ſpiritus feruore Deo ſeruiuit, vt breui tempore plurimum meruerit. Sic vellem ego fratres mei vos hoc ſpiritu, & feruore Deo ſeruire, & diluculo exurgere ad audiendum verbũ Dei. Sic admonebat D. Paulus diſcipulum ſuum Timotheum, dicens: Solicitè autem cura te ipſum probabilem exhibere Deo operariũ inconfuſibilem. In quo ſignificat dignum eſſe confuſione, & ignominia illum, qui tã bono Domino remiſſe, & negligenter inſeruit. Sequitur in textu. *Et ſedens docebat eos.* Eo autem ſic prædicante, populoque eius cæleſtem doctrinam attentiſsimè audiente: *Adducunt Scribæ & phariſæi mulierem, &c.* O maledicti, neq; enim parum reſpectus habuerunt, ne rem tam neceſſariam ſicut vnigeniti

2. Tim. 2.

filij Dei prædicationem perturbarent. Aliter equidem fecit sanctissima virgo Maria Domina nostra, quæ accedens semel cum consanguineis suis ad ostium templi Domino prædicante, foris stetit, neque intro ingressa fuit, sicut refert Beatus Matthęus, quòd accessit ad Dominum quidam & dixit ei: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant. Satis credibile est sanctissimam Virginem maximè velle sacratissimi filij sui concionem audire, ne autem sermonem perturbaret, maluit se illa spirituali consolatione priuare. Hi impudici nullum bonum respectum habuerunt, sed petulāter per mediam concionem ingrediuntur, & dicunt: *Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio.* O terribilē miseriam quòd cum vniuersus populus prædicationē & tāti prædicatoris prædicationem audiret: misera illa tantum contra Deum crimen, & contra virum suum perfidiam committebat. O quàm crebro fortasse hoc in nostra misera tempestate agitur, quòd cum alij Deum glorificant, alij plurimas turpitudines, & scelera exercēt. De hac materia vix loqui, aut cogitare licet seruo Dei, ab vtroque se deberet cohibere: sic admonet Sanctus Paulus, dicens: Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquium aut scurrilitas, &c. Refert Plato in suo conuiuio, cum Socrates de vano, & sensuali homine vellet agere, vt eius discipuli intelligerent, quam inuitus de illa materia loqueretur, atque vt significaret, se sola necessitate ad agendum de illa compelli, caput, & faciem operire consueuisse, ostendens quàm molestè viros graues, & virtute præditos de illa materia oporteat loqui. Cum igitur de hoc peccato agere necessitas nos cogat, diligentissime curabo, vt quanta potuero modestia id faciam. Est hoc vitium ignis quidam, quo debiles, & delicati, voluptatibusque assuefacti homines concremantur. Nam de iustis dicit Isaias. Cùm ambulaueris, in igne nō combureris, & flamma non ardebit in te. Notandum est Prophetam dicere: Cùm ambulaueris. Mali enim non ambulant in igne: sed dæmon illos in eo vinctos tenet. Iusti autem in igne ambulant. Quia etsi à carnis concupiscentia tentantur, non tamen cessant orare, & ieiunare, disciplinisque ac cilicijs corpora sua mortificare, atque ad Dominum in maiori tempestate & tribulatione accedere, cognoscentes sicut dicit Diuus Bernardus, ignem luxuriæ prolixum quoddam esse martyrium. De his autem quia

Marginal notes: *Matt. 12.* — *Ephes. 5.* — *Plato.* — *Isai. 43.* — *Bernardus*

22 ita in igne ambulant dicit Isaias, quôd licet fatigentur, non tamen comburentur. De hoc sensualitatis vitio loquebatur Isaias, sicut illic declarat glossa, dicens: Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara, & Lyra, & Tympanum, & Tibia, & vinum in conuiuijs vestris, & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino. Væ vobis (inquit) ò carnales, qui cibis, potibusque vos nimis traditis, vt ad peccandum plures vires habeatis, & pulsatis, musicasque inuestigatis, quibus ad turpem amorem corda vestra excitentur: sicut declarat ibidem glossa interlinearis. Et opus Domini non respicitis, id est, vos ipsos quare creati estis, non respicitis, neque opera, &c. Tantoperè desideratis isti vestræ carni placere, vt terribilia supplicia, quibus Dñs homines propter peccatum istud in diluuio & in Sodoma, &c. puniuerit, non consideretis. Propterea captiuus, &c. Ad literam contigit tempore Sedechiæ Iudæos propter hoc vitium Babylonem captiuos ductos fuisse, illicque nobiles, & ignobiles fame, & siti perijsse; eo quòd sapientiam non habuerint, vt à supplicijs, quæ Deus à peccatoribus propter hoc vitium sumpserat, sibi præcauerent. Itaque propter hoc peccatum dicit Propheta Deum tyrannos mittere qui nobis bellum inferant, fameque & sterilitate nos opprimit. Nec verô in hoc mundo solùm nos punit, sed in alio etiam. Et idcircò addit Propheta, dicens: Propterea dilatauit infernus, &c. Propter hoc vitiũ ampliat infernus animam suam. Est quidam exaggerationis modus: nam infernus non habet animam: sed vult dicere, infernum hoc sensualitatis vitio adimpleri, & videri aperto ore sensuales homines deuorandos expectare, & licet plurimos absorbeat, nunquam satiari. Et ideò addit, dicens: Et aperuit os suum absque vllo termino, id est, insatiabiliter. O quàm metuendum est hoc, quòd cum hoc vitium in vtroque seculo tam acriter puniatur: vix tamen vllo fræno ab eo valeant homines cohiberi? Et sic arbitror plures homines propter hoc vnum vitium, quàm propter omnia alia simul condemnari; præcipuè inter illos qui fidem, tantæque synceritatis legem habemus. Peccatum verò

Isai. 5. *Gene. 19* *4. Reg. 25.*

23 (margin, at "declarat ibidem glossa interlinearis")
24 (margin, at "pheta, dicens")

rò adulterij, eo quòd simplici fornicatione sit grauius, vobis lon-
gè maximè execrabilius esse oportet: à quo multò maiori diligen-
Iob.24. tia cauere debetis. Et sic Iob de illo agens dicit: Oculus adulter.
obseruat caliginē. Et paulò post: Maledicta sit pars eius in terra,
&c. Ad nimium calorem trāsijt ab aquis niuium, & vsque ad infe
ros peccatum illius. Obliuiscatur eius misericordia. O valdè ter-
ribilia verba: in quibus significat Spiritus sanctus eos, qui huic tur
pitudini assuefiunt, serò emendari, cùm dicat: Vsq; ad inferos pec
catum illius. Aquas niuium appellat hîc sanctus Iob carnales vo-
luptates, quia sicut niues facilè liquefiūt: ita carnales voluptates
sunt momentaneæ. Dicuntur etiā aquæ niuium, quia homo car-
nalis in diuinis rebus est niue frigidior, molestum est illi prædica
Grego. in moralibus. tionem, aut missam audire, &c. Beatus Gregorius per has aquas
niuium intelligit adulterium. Dicit igitur Iob carnales homines
ab his aquis niuium ad nimiū calorem, gehennalesque flammas
quæ sunt in inferno, esse transituros, vbi diuina misericordia eo-
rum obliuiscetur. Vt autem noueritis, quomodo ab hoc vitio ca-
uere debeatis quasdam Spiritus sancti normas vos erudire volo:
Eccles.7. quarum prima illa sit, quam docet Ecclesiasticus, dicens: Mulier
si est tibi secundum animam tuam, non proijcias illā. Vna ex præ
cipuis fœlicitatibus coniugalium est, quòd alterius ingenium al-
teri consonet, & quod sit vna vtriusq; voluntas. Et sicut sunt duo
in carne vna, ita sint duo in vno spiritu. Et ita commendabat bea
Tit.2. tus Paulus discipulo suo Tito, dicens: Tu autem loquere quæ de-
cent sanam doctrinam. Et paulò post: Adolescentulas vt viros
suos ament. Execramini adolescentulā nuptam, quę virum suum
ardentissimo amore non diligit, quem si nō amat, ostium habet
per quod pereat. Tepidus amor, quo virum suum diligit, est ost.
ad offendendum Deum. Ideò in lege veteri præcipiebatur, vt pri
mo anno coniugij vir nullo publico munere fungeretur, scilicet
nec esset gubernator, aut dux, &c. Derelinquite omnia (dicebat
Deus) vt amor radices agat. Et hoc apparet in Deutero. vbi dici-
Deut.24. tur: Cùm acceperit homo nuper vxorem non procedet ad bellū:
neque ei quicquam necessitatis iniungetur publicé: sed vacabit
absque culpa domui suæ, vt anno vno lætetur cū vxore sua. Opor
tet matrimonium fortissimis fundamentis inniti; & necesse est
vt vno anno se se ad amorem inuicem inuitent, & in eo confor-
tentur, vt postea in debita vterque fidelitate conseruentur. Et id-
circò

18 circò volebat Deus, vt qui nuper vxorem duxisset domi suæ maneret, nec ad bellũ proficisceretur. Dicit vlterius B. Paulus. vt nuptas admoneret: sobrias esse, id est, vt in cibis, & vestibus moderatæ essent. Et sic dixit: Mulieres in habitu ornato cum verecundia, & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per bona opera. Et alibi præcipit mulieres coopertis capitibus incedere, & dicit: Nam si non velatur mulier, tõdeatur. O quàm diuinũ verbum: Mulierem coopertam, honestam, & recollectã esse oportet. Pater non vult, tonde igitur illam: est ignominiosum. Cooperi ergo te, siquidem illud ignominiosum ducis. Si vero turpe est mulieri tonderi, aut decaluari: velet caput suum. O quot peccatis obuiaretur si hoc ita ageretur. Dicit vlterius Beatus Apostolus Timo. Admone etiam illas, vt sint domus curã habentes. Vt abluendo, resarciendo, ea deniq; faciẽdo, quæ ad familias suas spectãt, occupatissimæ sint. Et tantopere debet gaudere mulier domi suæ inclusa cõmorari, vt necesse sit virum suum illi dicere, idem quod dicebat sponsus sponsæ: Surge, propera amica mea. Et paulo post: Columba mea in foraminibus petræ. Et superius dixerat: Iã enim hyems transijt, imber abijt, & recessit, flores apparuerunt in terra. Hoc significat virũ debere vxorem suã admonere vt exeat: non verò vice versa vt non exeat. Tam recollectã oportet esse mulierem, vt vir eius desideret iam illã foris videre, & dicat illi. Nunquã exitura es foras, vt paululũ recreeris? exi iam, & animũ relaxa. Ipsa verò talis esse debet, vt dicat: Dilectus meus mihi, & ego illi: Nullum est aliud tantum solatium, & oble-
20 ctatio, quæ animum meum lætificet, omnesque meas molestias releuet præter te ô vir amantissime. Huc spectat quod in Genesi dicitur, videlicet quòd cum Angli ab Abrahã fuerunt excepti, cùm iam ad mensam asciderent, dixerit: Vbi est Sara vxor tua? id est, domina huius domus vbi est? in quo ostenditur mulierem ne coram hospitibus quidem debere comparere. Et licèt nimis de illa quæsierint, nunquam tamen sancta Sara prodijt; sed vt ibidẽ apparet promittentibus illis, Saram concepturam esse: hoc audito, Sara risit post ostium tabernaculi. Quòd si cùm tãta ætate iam esset prouecta, coram hospitibus noluit apparere, quid faceret cũ iuuenis esset? vt sanctimoniam, & collectionem fœminarũ temporum illorum cognoscatis.

1. Tim. 2.

1. Cor. 11.

Cant. 2.

Gene. 18.

Eccle. 9. Secunda regula Spiritus sancti hæc est: Non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. Et alia translatio dicit: vxorem, quam complectaris, ne prosequaris zelotipia ne vere compleatur id, quod suspicaris. Attende fœminarum esse debilitatem, & prauum ingenium id quod illis prohibetur, facere, solummodo quia illis hoc prohibetur. ¶ Tertia, & vltima regula sit quod dicit Ecclesiasticus his verbis: Noli esse sicut

Eccle. 4. leo in domo tua euertens domesticos tuos, & opprimēs subiectos tibi. Nonnulli homines sunt, qui ingressi domum suam, sensum, & humanitatem omnem in ostio reliquisse videntur. Et quasi essent leones in leonaria inclusi ita rugiunt, atque ictibus, & rugitibus omnia volunt efficere: qui ne bonam quidem responsionē aut humanum verbum sciunt loqui: ex quo prouenit, vt ab vxoribus: famulisque suis odio habeantur. Quapropter vxores cum alijs extraneis amicitiam ineuntes, ad omnia in familiaribus suis auxilium reperiunt, vt heri sui furias vlciscantur. Quapropter fratres mei, vos qui matrimonio alligati estis mites, & suaues domi vestræ vos præbete, vt ab omnibus diligamini.

His sanctis admonitionibus huic grauissimo malo remedium adhibebitur, ne in eandem miseriam & confusionem incidatis, in quam hæc mulier de qua loquitur sanctum Euangeliū, lapsa est. Quæ cùm coram clementissimo Domino delata esset, illi, qui eam deferebant, instantissime Domino dicebant: tu ergo quid dicis? pijssimus autem Dominus inclinans se deorsum, *Digito scribebat in terram*. Quid Domine Deus meus, nimium te isti solicitant, tu verò lenter in terra scribendo commoraris? O iudices huius ciuitatis. N. attendite quid vos hîc totius veritatis Magister doceat: qui quantūcunque à partibus soliciternini, non tamē tranquillitatem, grauitatemq; vestrā amittentes, perturbemini. Delinquentis causam diligentissime pensate, Deumque exorate, vt illi vires, animumque concedat, quo pœnam sibi à vobis impositam patienter valeat tolerare. Dominus versus terram se inclinat. Tu etiam ad sententiam ferendam aspice in terram: & considera illam omniū esse matrem, teque & delinquentem ex eisdem terræ visceribus prodijsse, in eādemque vtrumque domum, quæ est terra esse deuenturum animaduerte. Et sic quid facias pensabis, &

Simile. cum compassione, mitem proferes sententiam. Mos est, cum aliquis delinquens iudicem fugiens ad alicuius viri nobilis domum

24 mum confugit, diligentiſsimê curare, illum in tuto loco recondere. Tũc exit Dominus ille ad oſtiũ, & magnæ vrbanitatis ſermone iudicem, & eius miniſtros detinet, & intereà delinquentem per aliquod foramen dimittit. Nemo vnquam ita ſuccurrit homini ad ſe cõfugienti, ſicut Chriſtus Redẽptor noſter huic mulieri ſubuenit: quam vt à iudicum manibus eximeret, duos parietes diſrupit. Cui facto nullum vnquam ſimile in mundo auditum eſt. Huius autem rei vna cauſa fuit quia hæc mulier etſi vincta ducebatur ſummoperè confidebat, ſiquidem coram perenni pietatis fonte apparitura erat, guttam miſericordiæ ad ſibi ſubueniendum non eſſe defuturam. Et tanto dolore ac pœnitentia afficiebatur, tamq́ue firmiter emendam propoſuerat, vt bona illius diſpoſitio aliqua cauſa fuerit, vt illi Dominus faueret, atq́; vt vir nobiliſsimus duos parie

25 tes dirupit, qui in mundo rũpi non ſolent: quroum primus hic eſt: *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus, in illam lapidem mittat*. Non enim in mũdo à iudice hoc peti ſolet, & dici: ſi ſine peccato es delinquentem hunc condemna. Etſi iudices meliores, & ſanctiores alijs popularibus hominibus eſſe oportet. Secũdus paries fuit: eorum peccata coram ipſis ſcribere, ſuppliciumq́ue ac iudicium Dei, quod propter illa merebãtur, demonſtrare. Quod cũ ipſi intellexiſſent, vnus poſt vnum exibant incipientes à ſenioribus. O felix mulier, quæ in tam clementis Domini manus deueniſti: ſolent monachi *Simile.* quando aliquis delinquens ad monaſterium confugit, vt illum à iudicum poteſtate liberent: monaſtica veſte illum induere, coronamq́; in modum monachi illi efficere, eumque adeò permutare, vt licet iudex illũ intueatur, non eum cognoſcat, & eum foras de-

26 ducunt, & in tutiſsimo loco conſtituunt. Sic fecit hîc Dominus: hanc enim mulierem ita immutauit, vt illi vetus culpæ indumentum ademerit, nouaque gratiæ veſte eam induerit, & ſic permutata remanſit: vt iam Sathanas illã ſuã eſſe non cognoſceret. Illãque deduxit, quouſque collocaret in cãpo, qui eſt, *Noli amplius peccare*: In quo ſi ipſa perſeueraret, tam ſecura eſſet, vt nullus Sathanæ miniſter illam poſſet apprehendere. Si enim illa amplius nõ peccaret, totus infernus ſimul illi nequiret officere. O admirabile fiduciæ exemplum miſeris peccatoribus, ſiquidem cum hæc mulier ante Domini pedes inuita duceretur, ex neceſsitate virtutem nouit efficere, & ſic animæ, corporique ſuo ſalutem inuenit: rationi conſentaneum erit, vt quandoquidem illam in

peccato

peccato imitamur, in pœnitentia etiam ipsam imitemur. Vnaquæq; Christianarum animarum est sponsa Dei, eius pretiosissimis donis exornata. Et cum peccat mortaliter adulterium com-
Ose.2. mittit. Quòd anima eius sponsa sit, ipse Deus promisit per Oseã dicens: sponsabo te mihi in fide; & scies quia ego Dominus. Quæ
Bern. Ser. 2. supr. Cant. 7. sponsalia considerans Beatus Bernardus dicebat: non me capio præ lætitia, quòd illa maiestas tam familiari, dulcique consortio nostræ se inclinari infirmitati minimè dedignatur. O anima mea quot beneficijs Deo tuo deuincta es, qui non solũ te creauit & redemit, verum adeò te dilexit, vt te in sponsam accipere decreuerit. Quòd cum ita sit animaduerte qualem tam superno sponso fidelitatem debeas. Ideò quamuis omnia mundi tormenta, cunctique inferni cruciatus contra te conuenirent, deberes malle illos omnes perpeti, quàm suauissimum hunc sponsum tuum
Cant. 7, vel minima cogitatione offendere. Quas cõditiones habere oporteat sponsam, assignat sponsus in canticis dicens: statura tua similata est palmæ: comæ capitis tui sicut purpura regis, oculi tui sicut piscinæ in Esebon, &c. vsque vẽter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. O altissimam mysteriorũ profunditatem: ecquis illa intelligere, ac declarare poterit? Palma contra cæterarum omnium arborum naturam quo magis accrescit & in sublime ascendit, eò eius stirps crassior est. In alijs arboribus est vice versa; incipit enim stirps nimis crassa, & quò altius ascendit arbor, eò magis attenuatur. Habere igitur staturam sicut palma, est significare, animam, quæ cum maximo spiritus feruore Deo seruire incipit, & postea paulatim, in virtute frigescit ac deficit, & sic in peccatũ incidit nõ esse dignam, quæ Iesu Christi sponsa sit: sed illam potius, quæ est quasi palma hoc est, quæ cum spiritus feruore, & affectu incipit, & postea magis ac magis in illo indies proficit. Secunda sponsæ conditio hæc est: comæ capitis tui sicut purpura regis. Comæ sunt cogitationes, quas oportet esse rubras quasi purpuram, tinctas scilicet in canalibus; quæ sunt sanctissimi Redemptoris nostri vulnera. Quod eius cogitationes illa consideratione crebro perfundẽdę sunt. Atq; hinc illi prouenit quod magnos, & descissos habeat oculos sicut piscinę in Esebõ. Quasi gemini lachrymarũ lacus, qui ex assidua vulnerũ D̃ni cõtẽplatione dimanant dicit etiã spõsus: Nasus tuus sicut turris Libani. Nasus qui est odoratus instrumentũ, significat spẽ; quia sicut naso ea quę sunt lõge perci-

30 percipimus, ita spe cæleste beatitudine, quæ à nobis lõgissime distat, odoramus. Quã quasi firmissimã turrim esse oportet; in optimaque vita innitentem. Sicut vitta coccinea labia tua, idest, labia tua sunt nimium rubicũda, quæ sanguinem videntur effundere: quæ significant verba ardentissima charitate inflammata: quibus omnium animos diuino amore cõnectis; sicut vitta fœminæ capillos alligat. Dentes tui sicut greges tonsarũ, quæ ascendunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis nõ est in eis. O quã mirifica similitudo per dentes proposita designantur, dentes enim adeò fortes sunt vt dicat Plinius, etsi in ignem immittantur non cõburi, & esse quasi impassibiles. Talia oportet esse animæ sanctæ proposita tam firma, vt nullo labore impediantur; sed omnia opere compleãtur, & nullum sit sterile quod scilicet opere (si facultas ad *Cant.4.* *Cant.5.* *Plin. lib. 7. nat. hist.*
31 sit) non compleatur. Collum tuũ sicut turris eburnea, hoc est fides, quæ quidem est collum per quod spes & charitas ingreditur. Hæc autẽ debet esse sicut ebur, quod prę nimia vetustate rubicũdũ efficitur. Sic fides charitate formata martyrij cupida esse solet. Duo vbera tua sicut duo hinnuli gemelli capræ. Hæc vbera sunt pietas, & misericordia. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. Hęc est animæ capacitas, quæ esse debet sicut aceruus tritici: qui plurima meritorũ virtutũq; , ac bonorũ operũ, nõ siccorũ quidẽ, sed florentium & pulchrorũ habet grana. Hæc sunt conditiones, quibus ornanda est anima, quæ tã superni Dñi, sicut Dei sponsa est. Ipse pro sua infinita clemẽtia nobis faueat quo omnes illas exactissimè possidere diligẽtissimè curemus. Si autẽ aliqua harũ sponsarum mortaliter fortassè peccauerit, intelligat se tunc adulteriũ perpe-
32 trare. Nam adulteriũ est perfidia quædã, & proditio, quã vxor cõmittit cõtra fidelitatẽ suo viro debitã. Cùmq; satis vsitatũ sit in sacris literis amicitiã quã Deus cum hominibus cõtraxit matrimonium nuncupari: sic peccatũ quod facit animam contra hanc amicitiam operari, legitimo elegantiq; loquendi modo fornicatio, & adulteriũ appellatur. Veruntamen homo cùm sit arctissimi cordis non habet patientiam, ad tantam iniuriam perferendam. Deus autem hominum amator cum infinitam habeat pietatem, postquam iniuria affectus est, offensores suos ad pacem, & misericordiam, veniamque inuitat, vt apparet in Hieremia: tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me dicit Dominus, O benedictus, & glorificatus sit talis Deus. Quæ *Hierem.3.*

est

est infœlix anima, quæ talem, ac tantam misericordiam contemnit? Non solùm autem hæc misericordia ad veniam peccatores inuitat: sed etiam inuentiones, & varios modos inuestigat, quibus illos ad se alliciat. Et sic narrans Oseas quomodo anima à Deo recedit, dicit: vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, &c. & dicit Deus: propter hoc eccè ego sepiam viam tuam spinis. Et paucis intermissis: & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & dicet: vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia benè mihi erat tunc magis quàm nunc. Sumit hîc metaphoram ab homine, qui maximo vxoris suæ amore captus est, ipsa verò post alios abire cupit. Quid faciet hic amator? nunquid occidet illam? Non: si enim illam interfecerit, idem sentiet ac si seipsum interficiat: quid igitur faciet? Ipse scit illam media nocte surrecturam esse vt dilectum suum quærat. Serit viam, quà transitura est, tribulis, & spinis. Tunc ipsa præteriens percutitur, & dicit: volo reuerti ad virum meum. Hoc facit Deus ardentissimo tu amore captus, tu verò ô anima es ingrata, & inordinata affectione creaturas prosequeris. Anima igitur Christiana si hanc proditionem contra Deum tuum commisisti, conuertere ad eum: prosterne te ante pedes eius: ab illo misericordiam implora, deijce te ad pedes auditoris pœnitentiarij, qui eius loco constitutus est: & ibi pure, ac syncerè peccata tua confitenti adulteriaq; tua manifestanti eius nomine tibi dicetur: ego te absoluo. Vade, & amplius noli peccare. Hæc est enim vna ex rebus magis necessarijs in hoc negotio, firmissimum, scilicet propositum millies potius moriendi, quàm tam supremam Maiestatem iterũ offendendi, quod multis deest. Quando taurus quenquam insequitur relinquit illi pallium, & illud in eius cornua immittit: postquam autem taurus præterijt accipit pallium suum, & cum tranquillitate quiescit: quasi nihil vnquam sibi tale contigisset. O quot peccatores videntes se in grauissimi morbi angustijs constitutos, aut in sancto quadragesimæ tempore pallium immittunt, id est, malum statum relinquunt: malè partas diuitias restituunt: inimicis suis ignoscunt, quia se tauri cornibus oppressos animaduertebant. Transacto autem morbo, afflictione, aut sancto tempore, pallium suum sicut anteà recuperant, & eadem mala, quæ antea exercebant, iam denuò exequuntur: hæc verò facientes tam securi, & tranquilli stant, acsi nunquam tale actum fuisset. O maximam filiorum

Ose.2.

simile.

36 rum Adæ miſeriam quo rigore, & ſeueritate contemptus iſtos, & proditiones arbitramini eſſe puniēdos? pudeat vos fratres mei promiſſam Deo fidelitatem, quaſi pueros toties violare. Faciat vnuſquiſq; quod dicit propheta Nahum: intra in lutum, & calca, ſubigens tene laterem. In his verbis te admonet Sanctus Propheta, vt intres in cor tuum, quod redditum eſt lutum, quia diligit lutum, & in illa, quæ diligit, transformatum eſt; & dicit vt illud dolore, ac pœnitentia conculces, pede (vt aiunt) collum eius comprime, contere illud, eius alas confringe ne amplius poſt turpes & immūdas voluptates reuertatur, & te deſerat. Et ſic cor iſtud, quod quaſi later effectū eſt, quod eſt lutum coctum, per quod ſignificatur cor maximo ſeculariū rerū amore inflāmatum, obduratumq; atq; illis nimium adhærens, ſubigēs tene illud nec abire ſinas. In his om *Nahū. 3.*
37 nibus Spiritus Sāctus nobis perſeuerantiam cōmendat. Ad quam retinendam dicit neceſſe eſſe cordis paſsiones vitæ aſperitate mortificare. Nam hoc modo vſq; ad vitæ conſummationem in ſuſcepta gratia firmiter perſeuerantes ſaluationem cæleſtis gloriæ conſequemur. Ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

Dominica. IIII. In Quadrag.

Abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis. Ioannis. 6.

1 HAEC Verba dependent ex illis quæ præcepit Dominus paralytico, quem ſanauit, & dixit, Tolle grabatū tuū. Cum phariſæi in Dominum Ieſum furore cōcitati remanerent, quia iuſsit illi in Sabbatho lectū aſportare, vociferationibus conclamantes, & dicentes, Sabbathum illa lecti aſportatione violari, atque vt Dñs eos erudiret quibus rebus Sabbatum obſeruaretur, & has malitias ab eorum animis euelleret ſupremam quandam concionem ad eos habuit, in qua illis manifeſtè comprobauit in illo nequaquam Sabbathum violari. Videns autem nihil horum prodeſſe, illos in malitia ſua obduratos atque excæcatos deſeruit, & abijt trans mare Galilææ. Liberet nos Deus à tam terribili ſupplicio, *Ioann. 5.*

quod

quòd propter ſcelera noſtra nos diuina Maieſtas deſerat, & à nobis recedat, ſicut ab illis Phariſæis, & Iudæis receſsit relinquens illos ſicut ipſe merebantur. Hoc ſupplicio comminatus eſt Deus peccatores per Ezechielem dicens: & requieſcet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te & quieſcam, nec iraſcar amplius, eo quòd non fueris recordata dierum adoleſcentiæ tuæ: & prouocaſti me in omnibus his. Hæc dixit poſtquam maxima, & grauiſsima ſcelera commemorauerat, quibus illum homines offendunt. Eo quòd (ait Dominus) minimam animarum gratitudinem, & conſiderationem, quam habent acceptarum miſericordiarum animaduerto; & quia ex omnibus beneficijs quæ à me acceperunt, contra me ſagittas efficiunt. Ideo (inquit Dominus) ex inſtituto volo vt indignatio mea ſuper illas requieſcat, & contra eas ſummoperè iraſci. Hoc autem ſupplicium erit: auferetur zelus meus à te, ideſt, relinquam te quaſi rem perditam, ita vt ſi idola adoraueris, ſi in varios errores incideris: ſi deniq; alia grauiſsima ſcelera perpetraueris, omnibus his taceam, nec vllam de te rationem habeam. Et tunc manebit Chriſtianus, (ſicut dicit Eſaias) de Synagoga. Et derelinquetur filia Sion ſicut vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario: in quæ ingrediuntur colubri, & lacerti, aliaq; immunda animalia: nec eſt qui eis ingreſſum impediat, aut qui poſtquam ingreſſa ſunt illa deterreat, & foras expellat. Timete fratres chariſsimi magnoperè hoc ſupplicium Dei: eſt enim valde ſeuerum. Quòd ſi quis dicat; filium Dei à Iudæa exire, & in Galilæam pergere, ſupplicium appellas? Nihil aliud Iudæi deſiderabant, hoc ipſi ſummoperè expetebant, ne Ieſus Chriſtus cum illis commoraretur, nec illum vllo vnquam tempore viderent. Hoc igitur eſt maximũ Dei ſupplicium, & ſummoperè metuendum, quando Deus peccatorem punit permittendo, vt propria eius voluntas adimpleatur; pati Deum vt peccatoris voluntas adimpleatur, maximum eſt illius ſupplicium. Hoc dixit David pro magna maledictione, tanquam prophetans quod peccatoribus accidit: fiant cõtra Dominum ſemper. Non dixiſſes potiùs ò Sancte Propheta: fiat Dominus contra illos ſemper? non: quia nunquam Dominus fieret contra illos, niſi ipſi prius fierent contra Dñm & eſſe contra Dominũ eſt cauſa perditionis eorũ. Et ſic cùm ipſi contra Deum ſint, ipſimet ſibi bellum inferunt, ſuos appetitus contra Dei voluntatem adimplentes. Acſi diceret. Nunquam

Ezech. 16. *Eſai. 1.* *Pſal. 108.* *Sapient. 11.*

5 quam à peccatis exeant. Quæ igitur grauior est pœna, & maior infœlicitas? Talem illam esse dicit B.Paulus cùm dicit. Tradidit *Roma.* 1.
illos Deus in desideria cordis eorum. O admirabile Dei iudiciũ, quòd hominem puniat permittens, vt suis desiderijs satisfaciat, nec illi in re aliqua resistat. Et ita dicit per Oseam. Particeps ido- *Osea.* 4.
lorum Ephraim dimitte eum. Desine (inquit) illum vt voluntati suæ in re tam iniqua satisfaciat. Et ibidem dicit ipse Dominus: Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ. Satis effrænatè possunt voluptatibus perfrui, neque enim vereamini me illis esse restiturum. Hoc supplicio dignus est ille, qui ex suauissimis Dei admonitionibus, & reprehensionibus fructum non vult percipere: dignus est (inquam) vt relinquatur, neque sit, qui eius peccatis resistat ad maiorem ipsius confusionem, ac condemna-
6 tionem.

Præterijt Dominus mare, & turba plurima sequebatur illum. Et subijt in montem: atque illic summa cum tranquillitate, cum sua humili, & deuota societate sedebat, Et postquam cum illis cælesti sermone, & conuersatione locutus est: sanctissimos oculos suos eleuauit: atque vt maximam illam hominum multitudinem aspexit, quæ ad eum venerat, de illorum remedio cœpit agere. In hoc singularem nos doctrinam, erudiuit: vt priusquam bonum aliquod opus faciamus, oculos subleuemus, eosque in Deo constituamus: atque eius amore concitati quicquid facimus, faciamus. Nec vero bona opera tantummodo, sed illa etiam, quæ dicuntur indifferentia oportet nos ad diuinam gloriam dirigere. Sic enim nos docet Beatus Paulus dicens: si- 1. *Cor.* 10.
7 ue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. Atque etiam si gloriam exoptatis non debet esse solummodo, vt vos quiescatis, sed vt cum magis Deo vniti sitis, illum meliùs laudare valeatis. Et Christus Redemptor noster suum æternum Patrem exorans dicebat: Clarifica *Ioan.* 17.
filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Sic debes tu desiderare glorificari, vt Deum magis glorifices. Ad hoc etiam gloriam cupiebat Regius Psaltes cùm diceret: Educ de custodia animam *Psal.* 141.
meam ad confitẽdum nomini tuo, idest, vt te melius possim glorificare. Sanctus Thomas ait iustum in omnibus operibus bonis *D.Th.* 2.2.
moraliter, mereri: quia virtualiter sunt relata ad Deum opera mo *q.* 44. *arti.*
raliter bona. Sed securius, & vtilius est vt crebro intentiones ve- 4.

ſtras renouetis omnia opera veſtra bona ad Dei gloriam referentes: illaſque quo ad fieri poterit purificantes ita vt opera bona, abſque vlla vtilitatis propriæ cupiditatis commiſtione faciatis. Et peculiariter Dominum imitantes, qui volens egenis illis in eorum neceſsitate ſubuenire, oculos ſubleuauit: idem vos oportet facere quando pauper à vobis poſtulat, vt ſibi ſuccurratis: ne ad eius repeciata veſtimenta attendatis, ſed ſolum ſuſpicite: vbi Ieſus Chriſtus commoratur, cuius cauſa vos vitam dare oportet, quanto magis id quod à vobis mēdicus efflagitat, quod quidem ſatis parum eſt.

Sequitur in textu. *Dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi?* O admirabilem Domini prouidentiam! quod quo tempore homines illi ſui ipſorum magis obliuiſcebantur: tunc curat diuina Maieſtas eorum neceſsitatibus ſubuenire. Super hunc igitur cum vellem fratres chariſsimi vt diligenter animaduertatis hanc temporalium bonorum ſolicitudinem, & nimium curare, quid comedemus, & quibus veſtimentis operiemur, &c. maximum quoddam eſſe malum. Quod ex eo comprobatur, quòd quādo Spiritus ſanctus in ſacris literis grauia peccata vult exaggerare, fidei defectui illa attribuit: aut illa gentium peccata nuncupat. Et
Ioan. 15. ſic loquēs Dominus Ieſus de crudelitatibus, & iniurijs, quas Tyranni ſeruis ſuis facturi erant dixit: Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia neſciunt eum qui miſit me. Et alibi.
Ioan. 16. Hæc facient vobis: quia non nouerunt patrem, neque me. Atque
Matt. 20. vt ipſe Dominus Apoſtolorum ſuorum ambitionē magnopere exaggeraret, dixit: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, &c. Nō ita erit inter vos. Quaſi dicat. Hæc dominandi cupiditas eſt paganorum. Atque etiam quum in ſanctiſsima cœna
Luca. 22. facta eſt inter eos contentio quis eorum videretur eſſe maior. Dixit eis: Reges gentium dominantur eorum. &c. Vos autem non ſic.

Ex hoc igitur conſiderare poteritis quam graue malū ſit temporalis ſolicitudo, & diuinæ pouidentiæ diffidentia. Cùm illud etiam Dominus gentium peccatum appellarit ipſe enim dixit:
Matth. 6. Nolite ergò ſoliciti eſſe dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Hoc autem malum aliorum multorum eſt cauſa: hinc enim latrocinia, atque damna, quæ ſibi homines inuicem faciunt

26 ciunt, dimanant. Videns igitur diuinus Magiſter ſolicitudinem hanc ad ſibi ſeruiendum impedimento eſſe conatus eſt hominibus tam verbo, quàm opere perſuadere, vt nos in ſuas manus coniiceremus vniuerſas ſolicitudines noſtras illi committentes. Plurimaſque rationes attulit, quibus hoc hominibus ſuaderet, dicens: Nonne anima plus eſt quàm eſca: & corpus plus quàm veſtimentum. Reſpicite volatilia cæli, quæ non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea. Et paulò poſt: Et de veſtimentis quid ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. Et poſt: Si enim fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei? Et concludit, dicens: Nolite ergo ſoliciti eſſe, &c. Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indi- *Matth. 6.* *Simile.*
27 getis. O quàm efficaces rationes ſicut à tali ore, & pectore prolatæ. Habe tu (inquit) curam ſeruiendi mihi, & ego habebo curam ſuppeditandi tibi neceſſaria. Quando habes filium, qui quantum poteſt ſibi acquirit, tu illius curam deponis. Si autem vides illum totum tempus conſumere in miniſtrando tibi, & ferè ſui ipſius obliuiſci: tunc tu ipſe ſolicitudinem geris inquirendi illi omnia neceſſaria. Multò maiori fidelitate Deus hoc facit.

Poſtquam diuinus Magiſter hominibus ſermone ſuaſerat, vt in ipſo ſperarent: nunc idem opere perſuadet. Illam enim maximam hominum multitudinem, quæ diuini eius conſpectus deſiderio, abſque alimentis illum ſequebantur, ipſe mirabiliter cibauit. Sed quid miramur Dominum eis prouidiſſe, qui il-
28 lum ſequebantur: cùm illis, qui eum offendunt abundantiſsimè prouideat, cum eum actualiter offendunt? Ineffabilis eſt Dei prouidentia, curaque, quam de creaturis ſuis habet. Et ſic vbi nos legimus. Menſam quoque propoſitionis inuoluent hyacinthino pallio. Et paucis intermiſsis, paneſque ſemper in ea erunt. *Num. 4.* Eſt in Hebræo contextu: Panes facierum, ideſt, faciei. Hoc eſt vultus Dei. Et ſic panes propoſitionis, ideſt, panes, qui ſemper apponi debent ante faciem Dei. Hoc autem non quia Deus manducaturus eſſet illos, ſed vt ſuam erga nos prouidentiam declararet: ſignificans ſuſtentationem noſtram ſemper eſſe coram Deo: ipſumque victus noſtri ſolicitam curam gerere: ſicut mater, quæ multos habet pueros, ſemper apud ſe panem habet.

O si hoc consideraremus, quot mala euitaremus, & quot bona, 14
quæ propter hanc nimiam, & maledictam solicitudinem nõ facimus, diligentissimè faceremus! Omnibus vobis compertũ est fratres charissimi cuncta, quæ Deus creauit, officia sua in mundo habere, atq; in illis occupata esse, nihilque in vniuerso esse otiosum. Cæli voluuntur, & reuoluuntur: planetæ influunt, & illuminant: terra fructificat: plantæ accrescunt, suosque fructus ferunt. Aqua etiã producit quicquid potest: animalia diuersis muneribus funguntur ad hominis seruitutem. Et ipse homo inter animalia officia diuidit, secundũ dispositionem, & aptitudinem, quam illis natura præbuit. Et dicit: hic canis aptus est ad custodiendam domũ, & hic ad seruandum pecus, hic verò ad venandum. Equus & mula apti sunt ad deambulandũ in illis: mulus & asinus ad onera asportanda: bos deniq; ad colendos agros conducit, &c. Nõ igitur est rationi consentaneum, vt sciat homo quodnam sit eius officium?

Psal. 88. Nũquid solus ille otiosus, & sine officio erit? Nunquid vanè constituisti omnes filios hominum? dixit Dauid. Absit, ꝙ solum hominem, cui nihil eorum, quæ in vniuerso existunt, vanũ est, inaniter, & vanè creatũ esse dicamus. Dicet aliquis: Non vides quàm intenti sint omnes in diuitijs moliẽdis, acquirendis, ac lucrandis? Omnes profectò istæ sunt curæ vanæ: sicut si plurimos homines videretis maximè laborantes, & insudantes in lapidibus ex vna in aliam partem in campo maximo traducẽdis, & hoc ob nullam aliam causam facerẽt, nisi vt in aliqua re occuparentur. Quis tam malè occupatos homines non miseraretur. An non de illis, quasi de insensatis murmuraret. Quid est fratres mei elaborare, vt diuitiæ, quas alij possident, in manus vestras deueniant? in quem finem omnes hominum negotiationes, contractus, & actiones diriguntur: nisi vt illius, & illius, & alterius ac denique singulorũ minuta ad me veniant? Ad hoc emo, vendo, & conuentiones facio. Quid igitur aliud est hoc, nisi laborare in terra, & lapidibꝰ ex vna in aliam partem transferendis? Non ergo ad rem tam vanam, tãque inutilem homines creati sunt. Nam acquirere, arare, plãtare, ac domũ construere omnia sunt propter hominẽ, nõ verò homo propter illa. Nec verò homo ad edendũ, bibendũ, & se delectandum creatus est, quia etiam Seneca etsi gentilis dixit: Maior sum, & ad maiora natus, quàm vt vile mancipiũ sim sensuum meorũ.

Seneca.

Quisnam igitur erit proprius hominis finis? cũ ipse omnibus animantibus

17 mantibus fines constituat: iustius est vt qui sit suus finis cogno-
scat, & quale eius officium, vt illud exerceat. Ad hoc respondet
B. Augustinus dicens: Creauit Deus hominem, vt summum bo- *August.*
num intelligeret: intelligendo amaret: amando possideret: possi-
dendo frueretur. O quãta confusio est nobis hæc verba audire quod
proprium hominis munus est ineffabilem Dei pulchritudinem,
infinitam potentiam, inaccessibilem probitatem, æternam de-
niqúe ipsius sapientiam contemplari. Vt ex hac cælesti con-
templatione intimus illi Dei amor in visceribus oriatur. Quid
igitur miserabilius esse potest, quàm quòd in illo, ad quod crea-
ti sunt, minus homines occupentur? Itaque quod homo minùs
facit, est proprium eius munus. Sin minus dicite: quot horas
in die, aut in hebdomada, aut in mense, aut deniqúe in anno in
18 excelsa Dei probitate contemplanda consumitis? O cæcos vos!
quantoperè à diabolo fallimini: quomodo enim Deum dilige-
re potestis, si raò, aut nunquam illum contemplamini? Sine
amore autem Dei quomodo salui fieri potestis? Præterea dicit
Beatus Paulus, de prædestinatis: In quo etiam nos sortè vocati *Ephes. 1.*
sumus prædestinati secundum propositum eius, qui operatur
omnia secundum consilium voluntatis suæ, vt simus in laudem
gloriæ eius. Idest vt cognoscentes eum, noctes diesque in eo
laudando, & glorificando consumamus: & vt hic in terra id fa-
cere amodo incipiamus, quod in cælo in æternum sumus factu-
ri: hoc est enim opus, in quo cælestes spiritus occupantur. Illuc
enim ascenderunt tribus, tribus Domini testimonium Israel ad
confitendum nomini Domini. Tu igitur ò infelix, qui ne vnam
19 quidem horam in Dei laudibus consumis meritò timere potes *Psal. 121.*
quòd non es ex prædestinatis. Ad propositum redeamus. Quor-
sum nobis hæc dicis modò ò Pater? Scilicet vt vos interrogem,
quænam sit causa, quare cum hoc sit proprium munus ve-
strum cumqúe homines sitis rationis capaces, & consilij, illud
tam parum exercetis? Et quare cum tot horæ sint ad secularia
negotia tractanda, ne vna quidem sit ad hoc negotium agen-
dum, ex quo salus vestra magna ex parte dependet? Quod si
vera dicatis, omnes fere respondebitis nimiam curam, & soli-
citudinem rerum, quæ ad humanum victum attinent vos ita su-
spensos, & inquietos trahere: Et si pluribus horis dies constaret,
omnes tamen vobis paucas videndas esse, ad hæc secularia ne-

gotia pertractanda. Atque si vnam horam manè, & aliam nocturno in his, quæ ad animarum vestrarum salutem spectant, consumeretis: statim arbitraturos esse, vobis necessaria esse defutura. Huius autem rei causa est, quia omnem fiduciam in manibus, negotiationibusque vestris sitam habetis. O homines diffidentes, homines cæci, atque totius boni indigni! Et non recordamini vos Patrem vestrum cælestem habere, qui terræ vermes alit, quique herbas pulcherrimis coloribus induit: quare diuinæ eius prouidétiæ non confiditis, & quare non creditis propter tempus, quod in illius ministerio consumpseritis, diuitias vestras non esse minuendas? nec vobis res necessarias esse defuturas? Ecce fratres quare vobis quod sit mun⟨d⟩us vestrum ostẽderim. Atque vt vnam ex præcipuis causis intelligatis, quare hoc non exercetis. Perrexit Esau ad venationem, & per montes & colles peragrauit, ac fatigatus est, nec tamen patris sui benedictionem, primitiasque consecutus est: sed illas comparauit sanctus Iacob, etsi illis laboribus defatigatus non fuit. O quot frustra fatigãtur. Melius est enim illi, quem Deus adiuuat, quàm qui nimis diluculo surgit. Nõ quòd nimis negotiatus fueris, plurimasque fraudes perpetraris; filios tuos ditiores relinques. Ne sis ò frater sicut ille, de quo dicit Habacuc: Immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo, quia in

Habac. 1. ipsis incrassata est pars eius, & cibus electus eius. O miserũ illum, qui solis suis viribus, & industria se locupletandum, & plurimos cibos præparaturũ esse arbitratur. Et negotiorũ verriculum tendit quo illud, quod expetit expiscetur. Væ homini illi. Hic enim reti suo sacrificat, atque negotiationibus, dolosisq; conuentionibus suis immolat: illis enim eorum, quæ habet gratias agit in eisq; omnẽ suam fiduciam constituit, tu vero ò homo, in nullo alio ponas fiduciam tuã, nisi in patre misericordiarũ eius ministeriũ ex animo suscipiẽs: ipse enim tibi succurret. O fratres charissimi vos & semel, & millies ante singulorũ pedes prostrat⁹ exoro, vt deinceps diligẽtissimè officiũ, ad quod à Deo creati estis, exerceatis, atque in eo parum temporis manè, & parum vesperi consumatis sperantes non idcircò vobis temporalia bona esse defutura. Imò vero hac ratione vos illa meliùs consecuturos esse confidentes. Oculos conijcite in optimum Iesum attendite quomodo in hac necessitate illos consulit, qui illam non poterant subleuare.

Vnde ememus panes vt manducent hi? Quare igitur vos illũ nõ consuletis,

23 suletis, qui minimo quoque oculorum nutu omnibus necessitatibus vestris potest subuenire? Confugite, confugite ad Deum in oratione, atq; illum laborum, miseriarumq; vestrarum certiorem facite: respicite hoc sidus aquilonis: ipsum est enim, quod in nocte tribulationis nauigantes gubernat. Nunquid ad præceptum tuũ eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suũ? In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atq; inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt: ait Iob. O rem admirabilẽ, quòd irrationales aues doctrices nostras Deus esse voluit. Attendite aquilam, quæ à Deo edocta per naturalem instinctum, qui ab eo illi datus est, in rupes sublimes conscendit, atq; inde prospicit escas, quas manducatura est. Fac tu ita ô frater, & in sublimes diuinarum rerum contemplationis rupes *Iob. 39.*
24 conscende: illic enim te Deus illuminabit non solum quomodo saluandus sis, sed etiam tibi licitas vias, & rationes aperiet, quibus tibi necessarium victum acquiras. Vade, &c. Et ingredere, & claude ostium tuum (dixit sanctus Eliseus viduæ) atq; ibi vasa tua omnia oleo replebuntur, quo necessitati tuæ succurras. O frater si scires in angulo domus tuæ includi, atq; ibi verè, & ex animo cum Deo ageres, quàm libenter verbum suum ipse adimpleret, quod dixit: Et hæc omnia adijcientur vobis: hoc est quod diuina Maiestas dixit, quod non aduertimus, etsi illud ferè quotidie legimus. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Domi tuæ habes salutis fontem, illic ab eo, tanquam à patre exposce, & licet illum non videas, ipse tamen tibi *4. Reg. 4.* *Matth. 6.*
25 subueniet. Idcircò dicit Beatus Chrysostomus: quando aliqua necessitate premimur oportere nos fiduciæ anchoram non in mare quidem, sed in cælum immittere. Sic faciebat Dauid cum dicebat: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cęlis. Sicut pueri, qui bus cum primùm aliquid lætum, aut triste offertur, statim in genitricis suæ sinu absconduntur: sic iusti in vniuersis euentibus ad Deum confugiunt. Et sic vbi nos legimus: Sicut ablactatus est super matrem suam, alia translatio dicit: Qualis ablactatus est super matrem suam talis in me anima mea, idest, quemadmodum infans in matris suæ sinu protectus cessat plorare, neque alicuius rei curam habet, quia ætas eius non patitur illum de aliqua re solicitudinem gerere; sic iustus omnes curas suas in Deo constituit. *Chrysost.* *Psal. 122.* *Simile.* *Psal. 130.*

Sequitur in textu. *Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum, &c.* Quem subsequitur Andræas, dicens: *Est puer vnus hic, &c. quid inter tantos?* Vnus dicit magnam pecuniarum copiam non sufficere, ad emendos tot panes, vt modicum quisque accipiat: alter vero dicit non esse panes ad incipiendum manducare. Ab omnibus pauperes, qui famé fatigati veniebant, expediũtur. Pronosticum fuit hoc modicę charitatis qua hodie diuites in pauperes vtuntur. Vadit pauper à viro nobili eleemosynam petiturus; at ille dicit: ne minutum quidem dare possum: Deus te adiuuet. Satis magnam familiam alendam habeo. Accedit ad magnates, & singuli dicunt: Deus tibi faueat frater, quia debeo plusquam habeo. Dicit pauper: Domine si tu mihi eleemosynam non porrigis, quis largietur? Ito (ait) ad mercatores, qui sunt locupletissimi. Pergit ad mercatorem, & dicit ei: Domine propter Deum, da mihi eleemosynam: qui statim respondet. Ne minutum quidem habeo: nam viri nobiles non soluunt quæ mihi debent. Vadit ad canonicum, & ad beneficiarium, dicitque illi. O Domine succurre mihi in hac necessitate. At ille respondet, dicens: profecto frater loculos mecum afferre non assuesco, sed illos domi relinquo: Deus tibi auxilietur. Quid vobis videtur de hac Ecclesiastici viri responsione, in quo omnem pietatem oporteret habitare? qui Ecclesiasticos redditus nulli alij nisi sibi, & cui ipse scit, habere vult. Propheta

Baruch. 6. Baruch prædixit Hebręis maximam quandam abominationem, quam Babylone aspecturi erant. Coronas certè (inquit) aureas habent super capita sua dij illorum. Vnde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum, & argentum: & erogant illud in semetipsis, dant autẽ ex ipso prostitutis, & meretrices ornant. Non mirum erat quod idolorum auro maledicti illi sacerdotes meretrices suas exornarent, aliaq; mille turpitudinũ genera perpetrarent, siquidem idololatræ erant. Quòd autem Christiani sacerdotes aurum Domini in prophanitatibus, ludis, conuiuijsq; consumant, & illo propinquos suos locupletare velint, & quod peius est si quis eorum in tantum malum deueniret, vt aurum Dei in concubina sua exornanda consumeret: hoc profectò est sanguineis lachrymis lachrymandum. O terribilem abominationem! quàm terribiliter à diuina iustitia punietur! Ecce quomodo omnes pauperem expellunt, dicentes: Dominus te adiuuet. Idcircò optimè dicit Dauid:

Psal. 9. Tibi derelictus est pauper. Tibi Domine pauperis cura incũbit.

Omnes

29 Omnes illum deserunt, & tibi remittunt. O pater clementissime tu pauperibus auxiliare, illisq; patientiam largire, quò has crudeles diuitum responsiones patienter valeant tolerare.

Diligenter etiam modicam illorum sanctorum Apostolorum fiduciam animaduertite. Cum Dominum tot tantaque miracula facientem vidissent, nondum de illius potentia fiduciam conceperant, quòd posset hominibus illis occurrere. Nunquam hæc caro se totam penitus Deo committit, illique omnino confidit: licet diuinæ maiestatis promissionibus fulta sit, semper tamē trepidans incedit. Quando Hebræi Iordanem transierunt, etsi securū transitum illis Dominus promiserat: dicit tamen sacratus textus. Festinauitque populus, & transijt. properabant Hebræi timētes ne illos aqua absorberet, ac si Deus non haberet potentiam ad il- *Iosue.4.*
30 lam multo tempore retinendam. Quod autem in hac re magis admiror est quod dixit Moyses. Cùm ei Angelus Dei nomine dixisset, sanctificamini, cras comedetis carnes, atque illas per inte- *Num. 11.* grum mensem ei abundantissime promisit ait Moyses. Sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis, dabo ei esum carnis mense integro? Nunquid ouium, & boum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum? Attendite diffidentiam: cuius autem diffidentiam nisi Moysis, qui tot Dei mirabilia perspexerat, & per cuius manus illa Deus fuerat operatus? Et tamē tot illis carnes à Deo concedi sibi impossibile videbatur. Cui respondit Dominus. Nunquid manus Domini inualida est? iam nunc videbis, vtrùm meus sermo opere compleatur. O quam rara virtus est fiducia! Has iustorum diffidentias vobis hîc retuli, non vt illis diffi-
31 dentias vestras excusetis, sed vt à Domino singulare hoc fiduciæ donum instantissimè postuletis: siquidem omne datum optimū, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum, vt dicit Beatus Iacobus. *Iacobi.1.*

Videns illos Dominus ita diffidentes dixit eis. *Facite homines discumbere.* Quod ipsi confestim diligentissimè fecerunt, in quo apparet, quod licet in initio illam habuerint diffidentiam: si tamen quādo illis Dominus præcepit, vt facerent homines discumbere, replicarēt, aut pertinaces essent, dicētes: quorsum sedebunt cum non sit quid manducent? Illos seuere (credo) reprehenderet: primos enim defectus, & fragilitates nō debemus admirari tantum, quantū illas, quæ continuantur. Quapropter ô homo si peccasti,

celeriter ad Deum tuum cõuertere, ne expectes, vt in peccato ve-terascas. O quot sunt hodie in hac miseria submersi, quibus quidem merito dicere possemus verba illa, quæ dixit Propheta Baruch, (etsi ad aliud propositum.) Quid est (inquit) Israel, quòd in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in infernum. De-reliquisti fontem sapientiæ. Quid est hoc, ô homo habens fidem, quòd adeò in morte, & in culpa inueteratus es, acsi esses vnus ex damnatis, qui iam in impiorum sedibus commorantur. Reuertere, reuertere ad te siquidem habes opportunitatem, & tempus, vt tibi remediũ adhibeas. Vide quàm celeriter restaurant serui Dei, & reficiunt ruinas, quas fecerunt.

Baruch. 8.

Facite homines discumbere, &c. Et mulieres stabunt, nec debent etiam discũbere? quid præcipis Dñe, vt soli homines discumbant? Si nũc istud præciperet, diceremus: Attẽde Dñe mulieres magis defatigatas accedere, quàm homines, cùm enim (*Enchapinadas*) veniant laboriosius est illis iter facere. Inuentionem istam fortasse Sathanas inuenit, illamq́ue in Hispaniam introduxit [*De vnos chapines de vna vara.*] Et quia in periculo versatur procidẽdi, & cõfringendi caput mulier illa, quæ hæc calciamẽta defert opus est illi famulo, qui eã manu ducat quod non est nimis honestum, nec occasio alicuius boni: imò verò mali, atq́; vt vestis cũ illis adæquet necesse est alium cubitum panni illi addere, quo quidem melius esset pauperẽ operiri. Quã arbitramini esse causam, cur nec in Gallia, nec in Germania, nec alibi, nisi in sola Hispania hoc calciamẽti genere mulieres vtuntur? Hæc est profectò huiusce rei causa: quia tantummodò Hispanæ fœminæ sunt magis superbæ, & inuidæ. Et quia sunt aliquæ quæ vident alias altiores esse quam ipsas, inuidia discerpuntur. Quod igitur erit remedium ad hoc euitandum? quòd sint omnes æquales, & quæ est nana afferat calciamẽta vnius cubiti, & alteri altiori se par efficiatur. In illis temporibus fortassè non erant vanitates hæ: sed ipsę mulieres pedites, & cum planis calciamentis iter faciebant, & sic non propter hoc magis defatigatæ, quàm homines accesserunt.

Atque etsi sanctus Euangelista dicit Dominum iussisse homines discũbere, sub hominis nomine mulieres etiam intelligũtur. Omnes per ordinem recubuerunt. Nam in diuinis conuiuijs non sunt digni, qui comedãt nisi homines bene ordinati. Quæ autem sunt

35 sunt à Deo ordinata sunt: ait. B. Paulus. Iam orbis propter pecca *Roma. 13.*
ta nostra effectus est effigies quædam inferni, de quo dicit Iob.
Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Quando
Deus Hebræis dedit Manna, totus campus illo plenus erat, & po
sitæ erant illic mensuræ quædam, & qui multos liberos habebat, *Exodi. 16.*
multas mensuras deferebat, qui vero paucos, paucas etiam colli-
gebat. Omnes per mensuram deferebant Manna, non quòd de-
esset: siquidem (vt dixi) vniuersus campus erat repletus, & ad om
nes satiandos supererat: sed quia vult Deus in omnibus mensu-
ram, ordinem, ac moderationem esse. Quæ si fuerint, erit abun-
dantia, sin minus fames ac miseria non deerit.

Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, &c. Antiqua nimis
consuetudo semper fuit, mensam, & ea quæ comedenda sunt
36 benedicendi, Dominoque gratias agendi, qui illa sua diuina pro-
uidentia administrat. Et sic interrogauit Saul puellas Hebræas, *1. Reg. 9.*
quæ egrediebantur ad hauriendam aquam, & dixit eis. Nunc hic
est videns? Quæ respondentes dixerunt illi, illum expectari in
ciuitate. Neque enim (inquiunt) comesturus est populus, do-
nec ille veniat: quia ipse benedicet hostiæ, & deinceps come-
dent qui vocati sunt. Prius venturus erat videns, & omnia bene-
dicturus, & postea vniuersus populus comesturus. Modo verò
quasi immanes belluæ plurimi vestrum ad mensam sedetis, nec
dicitis. Benedictus Dominus Deus noster, qui hæc largitus est
nobis. Cœpit Dominus suis sacratissimis manibus panem fran-
gere. Considerandum nunc est qua lætitia, & gustu cõuiuæ man
ducarent, per quas manus præteribat, vt maximam cibus ille nõ
37 afferret voluptatem. Videbitis vetulam fragmentum panis man
ducare, & cum tanta suauitate illud comedit, acsi gallinas, aut pre
tiosos cibos manducaret: quia cibus ille per manus Domini sibi
venit. Contra vero diues quidam splendide comedit, nihil tamẽ
illi sapit, nec proficit, quia pauperum sanguinem manducat, sicut
Balthasar, qui comedens cum concubinis suis prospexit digitos
destructionẽ suam in pariete describentes. Túc facies regis cõmu
tata est. Ec sic cibus illi non profecit. O diues cũ ad mẽsam sedes, *Dani. 5.*
quàm amaræ tibi buccellæ istæ viderentur, si iram Dei contẽpla-
reris. Beati qui de manu Dei comedunt: hi enim cum alacritate
manducant, & repleti manẽt: atque etiã plurimum illis superest,
sicut superfuit his hodie. In sola nanque mensa Dei est saturitas,
& abun-

& abundantia, in mundi autem mensa, vniuersa sunt fames, & inopia. quasi cibus insomnij, ex quo expergiscens homo deceptus manet. Sic dicit Isaias. Sicut somniat esuriens, & comedit: cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius. Et sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium. Nunc vobis hæ videntur magnæ esse existentiæ, quia soporati inceditis: cito expergiscemini, quod erit in hora mortis, & deceptos vos experiemini. Præcepit Deus Ezechieli, & dixit. Sume tibi laterem, & pones eũ corã te, & describes in eo ciuitatẽ Hierusalem. Quid Domine? tam diuitem, atque populosam ciuitatem in re tam vili, & fragili sicut latere iubes describi? Etiam (ait Dominus) vt videatis quam parum permanentiæ pictura, & pulchritudo illa secum habeat, quã si duæ guttæ aquæ super laterem incidant, vniuersam inficient, & delebunt. Hæc est igitur stabilitas Hierosolymæ, atque omnium mundi ciuitatum, cæterarumque rerum, quæ in eo sunt, quas minima quæq; gutta aquæ, & tenuissimus quisque flatus omnes oblinit, & cõsumit: possessoresq; earũ famelici, vacuiq; remanent. Quę cùm ita sint fratres charissimi, omnes Dei conuiuæ esse diligentissime curemus, vt cùm eius hospites hic per gratiam fuerimus, postea per gloriã in cælesti aula conuiuemur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Isaia.29. *Ezech.5.*

¶ Feria.II. post Dñicam. IIII. In Quadrag.

Prope erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo vendentes, &c. Ioan. 2.

IN hoc Euangelio: dilectissimi fratres, admirabile quoddam & valde notandũ factũ refertur quod Dominus Iesus ingrediens in templum fecit. Videlicet quod pecus quod in eo erat, foras eiecit, flagellisque venditores à templo expulit: mensasq; cum nummis in terram subuertit: atque illos reprehendit quod domum patris sui domum negotiationis efficerent. Et tunc dicit sanctũ Euangelium adimpletum fuisse quod de illo prophetauerat David dicens, Zelus dom⁹ tuę comedit me. Hoc zelo diuini honoris op-

Psalm.68.

2 tet prælatum prędicatorem Euangelicum,& omnes,qui Eccleſia
ſticam gubernationem habent,aut ſeculari dominatione fungun
tur,comedi:& diligēter notate verbum hoc:Zelus domus tuę comedit me.Nam quemadmodū ille,qui aliquid comedit,illius dominatur, conſumensque illud in ſe conuertit.Sic hoc zelo oportet ſeruū Dei deuorari,& conſumi,atque in illum conuerti.Ita vt honor,diuitiæ,& vita,omnia à Dei zelo conſumātur: & zelus debet viuus,& potens remanere.Verum heû, non eſt hæc inteſtina charitas,vt homines ſe à diuino zelo comedi patiātur.Nam vt minimam quanq; voluptatem nō amittant,aut leuiſsimam quanq; difficultatem non patiantur:nullus eſt qui diuinum honorem(vt debet)zelare velit.Aſpicite patres ac Domini mei cæleſtem magiſtrum veſtrum Ieſum Chriſtum, in quo non ſolum adimpleta
3 ſunt verba illa:Zelus domus tuæ comedit me,ſed etiam quod ibi ſequitur.Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Zelus(inquit)domus tuæ pater mi vitam meam conſumpſit, & comedit,& opprobria ac contumelia dedecorātium te ceciderūt ſuper terga mea,quia ipſa ſummopere dolui,& pro illis mortuus fui.Quot iniurias perpeſsi fuiſtis ij,qui in Ieſu Chriſti filij Dei loco conſtituti eſtis,aut quot opprobria pro honore ęterni eius patris pertuliſtis?Miſerabile eſt profectò. Quomodo erit zelus ad offerendū honorē,ac vitam etiam pro hac re:cùm in Prælato,aut prædicatore vix reperiatur zelus ad verbū cum ſpiritu & efficacia loquendum,vt proximi in diuino amore inflammentur? Hos admonet B.Paulus,dicēs:Finis præcepti eſt charitas de corde puro,& conſciētia bona,& fide non ficta, ideſt finis, quem expetit *1. Tim. 1.*
4 lex,eſt,vt charitas Dei,&amor proximi dominetur in nobis atq; hunc dicit oportere eſſe finem prædicationis,gubernationis,omniumque ſolicitudinum noſtrarum,qui eſt finis legis Domini:& dicit ibidem quod hodie agitur ad literam,ſcilicet,à quibus quidē aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquiū. Dicit plurimos ab ſcopo diuinæ legis aberrare factos loquaces vanarū rerū, nec ex animo loqui,atque cum efficacia ſciunt reprehendere : quorum quidem vita,& doctrina vana eſt.Dicit B. Chryſoſtomus ſuper hunc locum Apoſtolum hîc metaphoram ſumere ab illis qui cum in ſcopum ſagittas directuri eſſent,huc atq; illuc aberrant. Per Prophetam Hieremiam dicit Deus:Propheta , qui habet ſomniū,narret ſomniū:& qui habet ſermonem meum,loquatur ſermonē meum *Chryſoſt.* *Hier.23.*

verè,

ve è Quid paleis ad triticum dicit Dominus? Nunquid nō verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus: Et quasi malleus conterens petram? Propheta (inquit Deus) qui habet doctrinam, quam somniauit, loquatur illam, quasi somnium suum. Siquidem autē doctrina mea non est eius in somnium, quare illam vere, & cum maxima animi constantia non loquitur? Quare tam excellenti tritico vanæ rhetoricæ paleas commiscet? Verba quidem mea ignis, & malleus sunt, si prædicatores illa sicut oportet, & cum debito
2. Tim. 4. vitæ exemplo loquerentur. Ideò sanctus Paulus dicebat: Opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple, sobrius esto. Fac (inquit) opera Euangelistæ, viue sicut prædicas: ita vt si quidem doctrina est Euangelica, vita etiā sit Euangelica. Atq; totam rem cōprehendit, dicens: Sobrius esto. Denotans sobrietatem maximā esse ad Euangelicā vitam dispositionem. Eo quòd hic zelus de... cit est hodie domus Dei, quæ est vniuersalis Ecclesia sicut est.

Dicit igitur sanctum Euangeliū, quòd, *Inuenit in templo vendentes, &c. Et cum fecisset quasi flagellum.* Res est obstupenda videre hic
Matth. 11. Dominum, qui dicit: Discite à me quia mitis sum. De quo dixit gloriosus Baptista: Ecce agnus Dei, nunc homines illos tāta cum seueritate flagellare. Quis vnquam vidit agnum lupos insectan-
Apoca. 5. tem? ne hoc admiremini fratres. Hunc enim mitissimum agnum vocauit Beatus Ioannes leonem, dicens: Vicit Leo de tribu Iuda. Nam erga peccatores pęnitentiam agentes est agnus: in peccatores vero duros, & proteruos est leo fortissimus. Depone duritiem tuam, & mitissimum, suauissimumque illum inuenies. Hoc est autem maximè pensandum, quòd ipsi flagellati capita submiserunt, nec legitur de illis quòd dixerint Dominum malefacere puniendo illos, etsi ipsum interrogarunt, qua cum potestate hoc faceret. Vt cognoscatis quot peccata, & publicæ abusiones poterant impediri, atque illis remedium posset adhiberi, si rectores, & gubernatores vrbium (cum iam satis notam, omnibusque perspectam habeant potestatem) ad hoc faciendum disponi vellent. Prætor autem vt viro nobili cōplaceat, eius peccata dissimulat, vt quando aliquid ab eo petierit, libenter faciat. Si semel ei cum vrbanitate loqueretur, & quantopere Deus publicis ludis, quæ in illius domo exercentur, offendatur, illi optimis verbis significaret: illumque ne talē permitteret, rogaret: atque si secundò rogatus nollet hoc facere, mensas illi cōcremaret. Et contra lusores per

8 per terminos iuris cum rigore procederet, non ex ludis tot mala, totque diuortia coniugalium sequerentur: quæ quidem fiunt eo quod viri vxorum suarum patrimonia ludendo cõsumunt. Et sci tote nullum malum hominem esse adeò malum, cui malum bonum esse videatur. Sed si quis ꝓpter demerita sua se puniri aduertit, tacet, & supplicium suffert, quia intelligit se propter honorem Dei, bonumque publicum supplicio affici. Verum tanta est gubernatorum ignauia, & pusillanimitas, vt ne ad hoc faciendum virile pectus habeant. Idcirco dictũ fuit Moysi. Prouide autem de omni plebe viros potentes: & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, &c. Mirabile profectò, non annumerauit Iethro inter conditiones iudicum, ꝙ essent sapientes: sed dixit illos oportere esse fortes: Deum *Exodi.* 18.
9 timentes, non diuitiarum cupidos. Ad denotandum non tam necessariam esse iudicis scientiam, quam inuictum animi robur, & vt sit mundus auaritiæ, etsi vtrumq; iudicibus maxime necessarium est. Vnum autẽ ex illis, quæ longè maximè necessaria sunt, est præstans animi magnitudo: quam quidem constantissimus ille zelator domus Domini Dauid habebat, qui dicebat. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Ad hoc propositum notabilis quædam res reperitur in libro Numerorum, vbi legitur ꝙ cùm Chananæi cum populo Israel præliati fuissent, & ab eo victoriam reportassent: Israel voto se Domino obligãs ait: si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. Exaudiuitque Dominus preces Israel, & tradidit Chananæum, *Psal.* 100. *Num.* 21.
10 quem ille interfecit subuersis vrbibus eius. Plurimi sunt, qui iniqua quadam pietate commoti malos punire nolunt, cum supplicium, quod de illis sumitur nimis gratum sit Deo. Sicut apparet ex præmio, quo hic Hebræi affecti sunt, quibus propter solum votum, quod vouerant destruendi malos, gloriosam Dominus concessit victoriam, & voluit, vt diuitias Chananæorum possiderent. Sic igitur oportet facere ministros iustitiæ, qui debent proponere malos punire, atq; hoc propositum diligentissimè executuri sunt, & gratissimum Deo ministerium exhibebunt. Hoc autem æque fieri debet, omnes à maximo vsque ad minimũ æquali virga puniendo, sicut fecit Dominus, de quo refert sanctum Euangelium: Et cum fecisset, &c.

Omnes eiecit de templo, nemini pepercit. Non sic agitur mo-
do propter peccata nostra: sed si est seueritas, & suppliciũ, in pau-
Dan. 2. peribus tantummodo exercetur. Statua illa, quã vidit Nabucho-
donosor habebat caput ex auro optimo: pectus autẽ & brachia
de argento erant: porrò venter, & fœmora ex ære: tibiæ autẽ fer-
reæ: pedum pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Et cum ceci-
disset lapis, non aurum quidem, argentum, aut metallum vel fer-
rum, sed fictiles pedes percussit: hoc nũc ad literam agitur. Non
est enim ictus, ad aureum caput, qui sunt Prælati, nec ad argentea
pectora, qui sunt principes, nec ad æreum ventrẽ, qui sunt iuris-
periti, qui lites deuorant, sicut venter cibos. Nec denique ad fer-
rea fœmora confringẽda, qui sunt viri primarij tyrãni, qui omnia
lacerãt. In solos fictiles pedes ictus immittitur, qui sunt homines
plebei, pauperes, & abiecti. Hos audent iudices punire. Adhuc &
etiam & auditor pœnitentiarius, quando confessiones audit hos
tantũmodo reprehendit, viris enim magnatibus, & potẽtibus, ne
minimum quidem verbum audẽt loqui. O maximam debilium
atque fœmineorum hominum miseriam! O quam melius vobis
esset trieris remigio esse alligatos, quàm cum tanta animi fragili-
tate, & inconstantia reipublicæ dominari.

Ait illis Dominus, Auferte ista hinc: & nolite facere, &c. In quo
ostendit q̃ seuerũ illud suppliciũ, quod de eis sumebat, erat, quia
sub specie sanctitatis tẽplum profanabãt dicentes, quia erant res
necessariæ ad sacrificia. Ideo illic vendi posse: atque affirmãtes se
illud facere ne deesset quid Deo offerretur. Ipsi autẽ nihil aliud,
quam suammet vtilitatem expetebant: & idcirco hac cupiditate
concitati domũ Dei domum negotiationis faciebant. Hęc est vna
ex maximis mundi peruersitatibus, velle quenquam sub sancti-
tis, & religionis specie malum esse, & peccatum committẽtem &
Sapi. 14. virtutẽ facere simulare. Hoc est quod Deus exaggerat, & de quo
summoperè cõqueritur, dicens: & nõ suffecerat errasse eos circa
Dei scientiam: sed & in magno viuẽtes inscitiæ bello, tot & tam
magna mala pacem appellant. Agit illic Spiritus sanctus quomo-
do inuenta est idololatria, & quomodo homines nõ cõtenti sunt
tantis illis erroribus, sicut erant alios homines tanquã Deos ado-
rare: sed quòd tot tantaque mala, ac spiritualia bella, pacẽ, ac tran-
quillitatem maximam nuncupabant. Atque ex hoc sequutũ est
quod vlterius d...t. Omnia commista sunt, sanguis, homicidium,
furtum,

14 furtum, & fictio. Tot tantiſque malis non erant illi contenti, ſed fictionem inſuper illis admiſcebant, liberet nos Deus à tanto malo, quod in talem fictionem homo deueniat, vt Deum offendens velit ſimulare ſe virtuté operari. In libro Iudicum legitur, quòd *Iudicũ. 8.* poſtquam Gedeon glorioſam illam victoriam de Madianitis reportauit in ſignum gratitudinis Deo voluit offerre ſacrificiũ, noluit autem illud in Silo offerre, quiquidem erat locus offerendis ſacrificijs conſecratus (vt patet in Ioſue.) Deprecatus eſt autem milites ſuos, dicens. Date mihi inaures ex præda veſtra, quas ab *Ioſue. 20.* Iſmaelitis, & Madianitis acceperant (quod idem eſt) & reſponderunt: libentiſsime dabimus. Et fuit poſtulatarum inaurium mille ſeptingenti auri ſicli, abſque ornamentis, monilibus, &c, Fecitque ex eo locupletiſsimum oratorium, & poſuit illud in ci-
15 uitate ſua Ephra. Et quanquam magno affectu, & deuotione motus eſt: adeò hac nouitate Deum offendit, vt dicat ſanctus textus: & factum eſt Gedeoni, & omni domui eius in ruinam. Et propter hoc peccatum permiſit Deus vt ex ſeptuaginta & vno filijs, quos poſt mortem ſuam reliquit, vnus ſeptuaginta interfecerit, & poſtea ille deſperans mortuus fuerit. Vt videatis quantum damni ſibi vniuerſæque familiæ ſuæ deuotione ſua inſipienti attulerit. Si igitur eo quod contra Domini præceptum fecerit, & magnam domui Domini, quæ erat in Silo iniuriam intulerit, etſi hoc cum bona intentione fecit, maximam ſibi illatam iniuriam Dominus iudicauit, atque illum acerrimè puniuit: quid erit pro irreuerentijs, quæ non cum bona quidem, ſed cum peſſima intentione ſacris locis fiunt? Tantam contumeliam hanc
16 Deus eſſe iudicat, vt ſtatim illam punire velit: ſicut apparet, in illo, cùm bis vendentes, & ementes è templo magna cum ſeueritate eiecit: atque in alio terribili ſupplicio, quod refertur in ſecundo Machabæorum, vbi dicitur veniſſe Hieroſolymam Du- *2. Mac. 3.* cem Seleuci Regis Aſiæ, nomine Heliodorum, theſauroſque, qui in templo Domini erant deferre voluiſſe. Et (dicit ſanctus textus) tunc ſummus Sacerdos oſtẽdit depoſita eſſe hæc victualia viduarum, & pupillorum. Quapropter (inquit Sacerdos) rogo te ne has pecunias tranſportes, erit enim huius templi contumelia, præcipuè, quod per totum terrarum orbem tanto honori habetur: quod res, quæ in eo depoſita eſt ſic ab illo per violentiam abſtrahatur. Cui Dux Regium mandatum oſtendit, dixit-

que se illi contradicere non posse. Porrò summus Sacerdos, alijq; que simul Sacerdotes ad Dominum pro illa iniuria templo illata deprecabantur, simulque vniuersus populus, & mulieres cilicijs succinctæ pectoribus, inclusæque virgines publice deprecantes, ad templum concurrebant à Domino remedium postulantes. Dux autem nihil illorum æstimans cum satellitibus ad ærarium ingressus est. Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis euidentiam, ita vt omnes, qui ausi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute in dissolutionem, & formidinem conuerterentur. Apparuerunt enim illis duo iuuenes qui circumsteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant sine intermissione multis plagis verberantes. Subitò autem Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circunfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt, iam quidem fere mortuum. Vt videatis quod supplicium sumit Deus de profanatoribus domus suæ. Et super hunc euentum magnoperè consideranda est æstimatio, & reuerentia, qua homines, atque mulieres illę templum venerabantur, cum omnes vnanimiter concurrerint exoraturi Deum ne illud tanta iniuria affici pateretur. O quam maxima est hæc nobis cōfusio, qui tam parui æstimamus irreuerentias, & iniurias, quæ nunc passim diuinæ maiestati in nostris Ecclesijs fiunt, vbi sacrosanctum missæ mysterium celebratur, in quibus plerunque ineffabile altaris sacramentum custoditur: in quo realiter, & vere Christus Redemptor noster continetur. Quid arbitramini facturum fuisse Dauid, aliosque Sanctos Patriarchas, & Prophetas veteris testamenti, si Dei maiestatem in suis sacrificijs, & templo haberent, sicuti nos modo habemus: Quanta cum religione, & reuerentia illum colerent? Si tantopere vmbram honorabant, quantomagis illud, quod per vmbram significabatur, honorarent?

In tabernaculum Moysi tantummodo Sacerdotes ingrediebantur: ingrediebantur autem nudatis pedibus, & nimis ablutis, ac cum maximo silentio, & veneratione: & hebdomada qua ingressuri erant, non bibebant vinum nec siceram, atque ipsimet Moysi ante tabernaculi constructionem dictum est. Solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. Eia Moyses attende quomodo ingrediaris, nam hæc terra sancta est. *Exod. 3.*

O Do-

20 O Domine non ita Chriſtiani modo in Eccleſiam tuam ingrediuntur, ſed cum tanta pompa, & maieſtate, ac ſi in foro, aut in plateis deambularent. O Chriſtiani, nunquid hîc Deum eſſe non creditis? Profectò ſi tales eſſemus, quales nos eſſe oporteret, humum, lateres, lapideſque iſtos venerari, & deoſculari deberemus, eo quod ſint in domo Domini. Illic enim vbi præcipiebatur Moyſi, vt calciamenta de pedibus ſolueret, nemo præter Angelum erat, qui Dei authoritatem miniſterialiter repræſentabat. Hìc autem ipſe Deus, & homo verus commoratur. Prætermitto modicam puritatem, & munditiam altarium, corporaliumque quæ in plurimis Chriſtianorum Eccleſijs eſt. Quæ fides, qui affectus, qui ſenſus, aut quæ deuotio eſt in viris Eccleſiaſticis? quòd Deum illum, in cuius conſpectu Angeli, & Archangeli, Cheru-
21 bim quoque, & Seraphim, vniuerſæque cæli poteſtates admirati proſternuntur: tanta cum immunditia tractent? Mappas, in quibus ipſi comedunt, volunt eſſe nimis mundas, ſin minus famulos ſuos acerrimè reprehendunt: altarium autem linteamina munda eſſe minimè curant: & licet immunda ſint quaſi tabernæ mantilia, nihil ſibi intereſſe arbitrantur, nec illis horrorem afferunt. O ingrati homines, pro tam ſupremo beneficio has gratias Deo agitis, quia in manibus veſtris collocatur, atque hic ſocius veſter commoratur? O fratres chariſsimi, per amorem illum, quo nobis tam ſingularia beneficia facere voluit, vos deprecor, ne deinceps ita ſit. Verum ſiquidem illi debitum honorem non poſſumus exhibere, ſaltem ſecundum vires noſtras, illum honoremus.

22 Diligenter animaduertamus Deum voluiſſe vt in templum boues, oueſque, ac columbæ immolandæ, nō autem vendendę afferentur. Sic faciebat Dauid, ſiquidem dixit: Introibo in domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea. Si adducis frater ſenſuales, beſtialeſque appetitus tuos *Pſal. 65.* in templum, vt eos in holocauſtum Deo offeras, mortificationis cultro illos truncans, diuiniq́ue amoris igne inflammans, libenter ſacrificium hoc Deus accipiet. Sin autem illos emendos, & vendendos affers aſpiciens, & cupiens aſpici, cupiens, & deſiderans cupi, peccans, & alios ad peccandum inducens, etſi Deus nunc pro ſua pietate diſsimulat: non tamen hoc impune feret, ſiquidem domi ſuæ, quæ eſt domus orationis, tam abominabiles

emptiones,& venditiones exerces: quibus bina templa coinquinas, quorum alterum est hoc materiale, alterum verò est spirituale, qui es tu. Et idcircò Apostolus postquam dixerat. Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Subdidit conuenientissime, dicens: Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. O asperum verbum! ô terribilē comminationem, quare non contremiscitis filij Adæ: siquidem passim: & pro qualibet nænia, quæ se se vobis offert, mortaliter peccatis, animamque vestram inficitis? Cauete ne vos Deus in æternum destruat. Sic enim vos hîc comminatur. Dicite, si quis tam impudens, & temerarius esset, vt in hoc materiale templum porcos, asinos, bouesque adduceret, domumque Dei iumentorum stabulum, & porcorum haram efficeret, quàm sacrilegus haberetur? Et si sacrosanctis imaginibus abrosis prophana vinolenti Bacchi, aut turpissimæ Veneris, aliorumque idolorum delubris constitueret: quo igne, aut quo tormentorum genere puniretur? Quid igitur minus facis tu, ô peccator, qui à te Dei effigiem oblitteras, nis nolens cum illo conformari, & in tabula cordis tui turpia vitia, cupiditates, atque alia pleraque scelera insculpis: quo igitur supplicio dignus est, qui talia sacrilegia committit? Quod si ita est, quare animaduertens te tot, tantisque criminibus coram Deo alligatum, non trepidas? O cæce, & demens, siquidem cum in tanto periculo constitutus sis toto corpore non contremiscis? Deus tibi sensum, ac prudentiam concedat, ô frater: vt à via tua mala resipiscas.

1.Cor.3.

Ex his verbis Beati Pauli elicitur alia consideratio tanti, & pluris etiam doloris, sicut est præterita, quæ quidem talis est. Siquidem Christianus est templum Dei, vbi ipse habitat: toto tempore, quo virum aliquem, aut fœminam persequeris, nihil aliud facis, nisi templum obsidione premere, vt videas si foramen aliquod inuenias, per quod Deum ab illius anima expellas, curans vt illum offendat. Attende igitur, ô infelix prætorem etiam delinquentes in Ecclesia tutos pati commorari. Quare vis tu, & diligenter laboras vt Deum à loco sacro eijcias omnibus possibilibus rationibus pauperculam fœminam, aut alium proximum tuum ad peccandum solicitans? Quod si iniquitas tua iam ad effectum peruenit, Deumque à templo eiecit, restitue, restitue illum templo, quia est Summus Pontifex, (sicut

26 (sicut dicit Diuus Paulus: Christus assistens Pontifex futurorum honorum) quem Angeli reuerētur, & timent. Dicet aliquis. Quo modo igitur illum restituturus sum? Faciens pœnitentiam, & ex animo culpam tuam cum maximo animi dolore cōfitens, & omnibus rationibus, quibus poteris, curans vt idem faciat ille, quem tu ad peccandum induxisti. Eo quod omnia hæc mala in Ecclesia Dei sunt, ideò nos tam crebro Deus flagellat, atq; alijs durioribus quidem flagellis, quam hos puniuit, de quibus loquitur sanctum Euangelium.

Quod si attente consideremus, quid sanctus Euāgelista dicat, inueniemus Dominum flagella non detulisse, sed ex funibus, quibus illi animalia sua alligata deduxerant, illa confecisse. Dicit enim, *Cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, &c.* Atque idem no-
27 biscum nunc agit: nam ex nostrismet negotijs, & ex rebus, quibus intendimus, elicit Deus flagella, quibus nos verberet. Flagellis trium brachiorum nos flagellat, quorum vnum brachium est sterilitas fructuum, quam abstrahit Deus à nostris agriculturis, & laboribus, qua nos tam crebró punit. Sic affirmat Dauid, dicens, Qui conuertit terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea. *Psal. 106.* Efficit Deus, vt ager, & vinea fertilis efficiatur sterilis, & sicca sine humore. Hoc autem nō quia sic illi libuit, sed propter malitiam commorātium in ea. Idem exaggerat Propheta Ioel denotans, quomodo Deus propter hominum peccata fructus adimit. *Ioel. 1.* Luxit (inquit) humus quoniam deuastatum est triticum, confusum est vinum, confusi sunt agricolæ super frumento, & oleo, quia perijt messis agri. In his verbis significat san-
28 ctus Propheta, fructus terræ pudore confusos esse, & quasi præ pudore, & cōfusione, quia tam malis hominibus seruiunt, tamq; ingratis, atq; etiam tam inimicis creatoris sui apparere non audere. O quam magna est hæc exaggeratio, dicere scilicet vinū confundi, & non audere apparere in mundo: tu verò non confunderis, quòd tam turpiter viuere ab omnibus videaris! ¶Secundum brachium flagelli, quo nos crebrò Deus punit, sunt bella, quibus quotidie opprimimur, & affligimur. Mos enim Dei est quosdam peccatores per alios punire, sicut dicit Zacharias. Hoc dicit Dominus. Pasce pecora occisionis: qui possederant, occidebāt, & nō dolebant, & vendebant ea dicētes. Benedictus Dominus: diuites facti sumus: & pastores corū non parcebant eis, & ego nō parcā *Zach. 11.*

vltra super habitantes terram, dicit Dominus. Ecce ego tradam homines vnumquēq; in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concident terram, & non eruam de manu eorum. Sumit elegātem metaphoram à domino pecoris, qui ad occidendū illa custodit, & pascit: & statim explicat metaphoram dicens Deum esse Dominum pecoris, oues autem potentes, pingues, & malos ciuitatis, qui sicut diuitijs pinguescunt, ita etiam sceleribus incrassantur, & hoc ad maiorem illorum condemnationem, quia ad inferni carnificinam impinguantur. Atq; etiam in hac vita illos Deus incipit punire, eosq; desinit, vt immaniter sibi inuicem officiant: atque vt reges etiam eorum male parțas diuitias illis adimant. Et ita dicit Deus exponens metaphoram: Ecce ego tradam homines, &c. Et alij alios inuicē insectantes terram schismis diuidentes consurgens Rex contra subditos, & subditi contra Regem, & alio contra alios præliabuntur, illosq; deseram, vt se percutiant, nec vnos de aliorū potestate liberabo. Nec verò vnos vnius ciuitatis per alios ipsius ciuitatis ciues tantum punit: sed vnos etiam Reges per alios punire consuescit: sicut dicit per Hieremiam. Pro

Hiere. 25. eo quòd non audistis verba mea. Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cogitationes aquilonis: ait Dominus, & Nabuchodonosor Regem Babylonis seruū meum: & adducam eos super terram istam, idest, vt sit executor iustitiæ meæ. Tali ratione, & ordine disponit Deus hominum negotia, illorumque furores permittit, vt efficiat alios aliorum esse carnifices, vt constat ex prophetis. Nam Assyrios Hebræorū fecit carnifices, Chaldæos, Assyriorum: Persas autem & Medos Chaldæorum fecit esse punitores. At verò per Macedones, Persas, & Medos flagellauit, Macedonum autem Romanos fecit carnifices, & per eos etiam Iudæos puniuit. Nunc verò permittit, vt Turcæ, & Mauri propter scelera nostra Christianorum sint carnifices, vt vitas nostras corrigamus. Et sic permittit inter Reges ambitiones esse, & desideria ampliandi regna, & dominationes suas, & ob hanc causam inter illos bella esse. Et licèt eorum finis sit ea quæ expetunt, comparare: veruntamen Deus hoc ita disponit, vt alij per alios puniantur, ad iustitiam suam exercendam, suamq́ue diuinam prouidentiam magnificandam. Et quę homines propter malos fines faciunt, ipse ad suæ iustitiæ, & diuinæ voluntatis executionem, absque eo quod hoc homines intelligant, disponit. Sic affirmat

prophetia

32 Propheta Michæas, dicens: Ipsi autem non cognouerunt cogita- *Mich.4.*
tiones Domini, & non intellexerunt consilium eius, quia congre
gauit eos quasi fœnũ areæ. Quòd gentes, quas Deus ad Hebræo
rum supplicium adduxerat, Domini cogitationes non intellexe
runt, qui illos quasi manipulos in aream deduxit, vt postquam
Israelis area punita, & purgata esset, illos Israel contereret, & eo-
rum spolijs vteretur. Quod si Deus Nabuchodonosor Regem ser
uum suum appellat, non est quod in persecutione Hebræorũ nõ
peccaret: sed vt significaret se bonam voluntatem suam adimple
re per iniquam tyranni illius intentionem, suamq; diuinam iusti-
tiam per iniustam illius ambitionem exercere. Deus enim tam sa
piens, potensq; est, vt per reflexam regulam rectum nouerit scri-
bere. Atq; etiam aliquando ipsum peccatorem suimetipsius car-
33 nificem facit: sicut apparet in Iuda, qui ipsemet fuit carnifex, & di
uinæ iustitiæ executor, vt in temporale supplicium peccatiq; sui
exemplarem pœnam præter atrocissima futuri seculi tormenta,
se ipse suspenderet.

¶ Tertium & vltimum brachium flagelli, quo Deus nos percutit
propter scelera nostra, sunt morbi sicuti dixit Moyses Hebræis:
Nisi custodieris, & feceris omnia verba legis huius, &c. Augebit *Deut. 28.*
Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas, & per
seuerantes, infirmitates pessimas, & perpetuas, &c. donec te cõte
rat. Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cæli
præ multitudine: quoniam non audisti vocem Domini Dei tui.
Et siquidẽ nunc tot pestes, totq; infirmitates in nos immittit, me
ritò credere possumus propter peccata nostra esse. Ecce tria bra-
34 chia flagelli Dei, vt sic puniti, à nostris vijs malis resipiscamus, ne
æternis verberibus flagellandi in infernum detrudamur. Quam-
obrem fratres charissimi hæc Dei templa mundare diligentissi-
mè curemus, omniaque ab illo peccata eijciamus, præcipuè verò
auaritiam expellamus, quàm peculiariter illo flagello Dominus
è templo expulit. Est autem hoc malum, quod quasi in omnibus
vniuersaliter dominatur, sicut dicit Deus per Prophetam Amos,
his verbis: Auaritia enim in capite omnium. In oculis tuis affers *Amos.9.*
auaritiam, semper enim pecunias velles videre, in auribus defers
cupiditatem, quia semper audire desideras res lucri. In naribus
& olfactu illam portas, quia à longe oles emporia, & negotia:
in manibus etiam illam geris, semper enim illas plenas nummis

habere velles.In ore deniq; illam vsurpas,semper enim de illa lo qui,& agere desideras. Quid ergo remedij est? Aduerte quid fa ciat Episcopus cum materiale templum purificat. Vadit per totũ templum cum hyssopo,& vniuersos angulos inuestigare videtur hîc atq; illic aquam benedictam effundit,& vbiq; illam dispergit, nisi hoc modo animæ tuæ templum purificaueris absq; dubio pe ribis.Inquire,inquire per istos animæ tuæ angulos, scrutare quæ peccata sint ibi.O quam diligenter scrutabatur angulos ille, qui dicebat:Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine ani mæ meæ.Veniat aqua benedicta,veniant lachrymæ.O quam be nedicta aqua sunt lachrymę cordis,effunde,ô frater hanc aquam benedictam hîc atq; illic,& vbiq; lachrymare adulterium, quod commisisti,lamentare ieiunium,quod fregisti,lamentare temp quod frustra consumpsisti,deplora damnũ,quod proximo in listi,conscientiã tuam accuratissime percurre,& immũditiæ ... per ostiũ quod est os per purã confessionẽ prodeãt.Et firmissi propone diuinã maiestatẽ à te non amplius esse offendendam, sic gratiam suam tibi Deus largietur,qua sempiterna gloria com paratur:ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius,Amen.

Isai.2.

Feria.III. post Dñicam.IIII.in Quadrage.

In die festo mediante ascendit Iesus in templum, & doce bat,& admirabantur Iudæi. Ioan.7.

REfert sanctũ Euangelium quòd celebrabatur Hierosolymis festũ Scœnopegiæ,quod erat in memoriã, quòd patres anti qui tot annos in deserto peragrarunt,antequam promissionis ter ram ingrederentur.Hoc autem festum celebrabatur septem dies, & in medio eius,hoc est,die quarto ingressus est Dominus in tẽ plum vt doceret, populumque suam cęlestem doctrinam erudi ret. Noluit illuc primis tribus diebus ascendere, quia vniuersi in legis ceremonijs magnopere occupati erant:& sic minor erat op portunitas,vt eos erudire posset. Diligenter considerandum est hîc fratres charissimi,quomodo quærebat Christus Redemptor noster opportunius tempus, in quo posset de animarum salute

& con-

2 & conuersione agere, cuius quidem insatiabili quadam siti æstuabat. Nullus vnquam fuit mercator quantumuis diuitiarum cupidus, qui tum tanto lucrandi studio in emporia properaret: quanto ardore pergebat optimus Iesus quocunque esset opportunitas vnius animæ lucrandæ, hoc aũt non propter vtilitatem suam, sed propter maximum suum erga nos amorem. Quis igitur hunc ardentissimum amatorem non diliget? Et quis omnem bonam opportunitatem seruiendi illi non inquiret: siquidem ipse tam diligenter eam inuestigat ad benefaciendum nobis? O quàm accuratam diligentiam circa hoc veteres illi Patres habuere, quamq́; diligenter opportunitatem quærebant ad benefaciendum sicut apparet in Abraham qui sedebat in ostio tabernaculi sui, in ipso feruore diei. In meridie peregrinos expectabat, vt eos reficeret: il- *Genes.* 18.
3 lud enim erat opportunum tempus, quando viatores ab itinere suo requiescere consuescunt. Et sanctus Loth inuentus est à duobus illis Angelis, qui in forma peregrinorum veniebant, vesperè *Gene.* 19.
sedens in foribus ciuitatis. Vesperi expectabat hospites, quia illa hora solent peregrini ad domos, & diuersoria concurrere. Et sic Ecclesiasticus dicit: Omni enim negotio tempus est, & opportunitas. Et amicus Dei hanc temporis opportunitatem ad benefaciendum semper inquirit: sicuti viceuersa faciunt mali ad malefaciendum. Sicut patet de maledicto Cain, de quo dicitur: Dixitq́; Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cùmq́; essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum. Videte quã opportunitatem quæsierit ad tantũ illum insultum perpetrandum. Exiuit enim ad agrum, vt illic à parentibus *Eccle.* 8. *Gene.* 4.
4 suis non aspiceretur, ne eius mortem possent impedire. O sancte Deus, quàm obstupenda est visu vigilantia, qua iniqui homines opportunitatem perquirunt ad suas malas intentiones exequendas. Sic exaggerat Deus conquerens per Hieremiam his verbis: In vijs sedebas expectans eos, (scilicet amatores tuos) quasi latro in solitudine. Sicut latro (inquit) ad vias exit, & illic insidiatur viatores, & in promptu est, ne fortè occasio deprædãdi prætereat: sic tu o peccator (ait Dominus) ad vias exis & es auscultans in promptu ne occasionẽ prætermittas committendi omnia peccata, quę potes. Es latro peccatorum, deprædatorq; offensionum Dei, qui illis in vijs occurris, vt eas depræderis, præ nimio peccandi desiderio, quo flagras. Deprecor ergo vos fratres mei per clementis- *Hier.* 3.

ſima Dei noſtri viſcera, vt efficaciſsimè curetis in hoc diuinæ maieſtati reſpondere. & ſiquidem tam diligenter occaſiones quærit ad nobis beneficia facienda, illas nos etiam verè, & ex animo inueſtigemus ad illi accuratiſsimè ſeruiendum, & quando illas præ manibus habuerimus, ne fruſtra eas prætermittamus.

Docente Domino in tēplo talia, & tam ſublimia myſteria dicit ſanctus Euangeliſta: *Mirabantur Iudæi dicentes: quomodo hic literas ſcit cum non didicerit?* Cum deberent conuerti, magis peruertebantur. Et dicebāt fortaſsè Chriſtum Redemptorem noſtrum literas illas à diabolo didiciſſe, cum illas humanitus non didiciſſet. O terribilem peruerſitatem! quòd ex tali concione, & ex tam diuino concionatore, & ex tam ardenti ſpiritu tantā malitiam homines eliciant. Ne miremur ſi nūc populos prędicationibus noſtris meliores effectos non viderimus. Nam hoc malū ſatis antiquum est

Rom. 10. in orbe terrarū. Sicut ſignificauit B. Paulus, qui poſt quā dixerat: quam ſpecioſi pedes euangelizantiū pacem, euangelizātium bona: ſtatim ſubdidit dicens: Sed non omnes obediunt Euāgelio. Et

Iſai. 53. citat Iſaiam, dicens; Iſaias enim dicit: Domine quis credidit auditui noſtro? pauci profectò, ſaltem qui viuam habeant fidem, & ſecundum ardentiſsimam charitatem operentur. Hæc eſt maxima exaggeratio B. Pauli quòd cùm prædicatores ſancti ſint, eorumq; pedes valde pulchri, qui quidem ſunt eorum paſſus, viæ, feruores, zelus, & ſancta intentio omnia hæc pulcherrima, quales prędicatores nunquā in Eccleſia Dei defuerunt, præcipueq; in illis tēporibus maximè abundarunt: & tamē tam pauci ſint, qui ex ſancta illorū doctrina fructum percipiant, quid magis obſtupendū eſſe

Ioan. 12. poteſt? D. Ioannes hoc magis exaggerauit, dicens: Cùm autē tanta ſigna feciſſet (ſcilicet Ieſus) coram eis, non credebant in eum. Et hunc ipſum Iſaiæ locum refert. Domine quis credidit, &c. Atque aliam difficiliorem rem addidit, dicens: Propterea non poterant credere: ſcilicet, propter deprauatū affectum ad propriam gloriā,

Pſal. 67. & ad alia vitia. Dauid verba illa valde notabilia dicit: Si dormiatis inter medios cleros pennæ colūbæ deargentatæ & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Sortes appellant Hebræi hæreditates, quia illis ſortibus datæ ſunt. Dicit igitur Propheta ſecundū quod interpres quidā exponit. Si Prælatus ſederit, & requieuerit ſicut qui dormit inter hęreditates ſuas, hoc eſt, in medio ſubditorū ſuorum vnuſquiſque illorū erit quaſi colūba ſine felle, doctrinæ eius ſapientia

8 sapientia deargentatus,& ardentissima charitate inauratus. Si igitur hoc ita est: quomodo cùm summus mūdi prælatus Iesus Christus filius Dei tanta cum tranquillitate inter homines requieuerit, illisque maxima cum efficacia prædicauerit plures illorum duriores, ac proteruiores redditi sunt, sicut apparet in hodierna sancti Euangelij lectione? Ad hoc respondeo, illud quod dicit Dauid intelligendum esse: ex parte sua illam diligentiam sufficientē esse ad istum admirabilem effectum producēdum. Quantò autē potentior,& efficacior erat Domini prædicatio? Quod si effectū non faciebat, erat propter audientiū peruersitatem,& obstinationem, quæ quidem impedit quominus prædicationes, nec miracula etiā proficiāt. Pauci sunt anni, ex quò frater Andreas de Espoleto ordinis fratrum minorum in medio ignis commoratus est,
9 in quē ter à Mauris immissus est,& toties indemnis euasit. Quod miraculum cōpluribus Lusitanis viris spectantibus factū est, quorū fortasse nonnulli adhuc viuunt. Videntes autem Mauri tantū miraculum non modò non conuersi sunt, verùm & sanctū etiam lapidibus obruerunt, illumq; atrocissima morte necauerūt. Tanta est illius peruersæ gentis obstinatio. Sex mille, & plures anni sunt, ex quo dulcia flumina in mare ingredi non cessant: mare tamen semper salsum remanet, & amarū. Sic postquam Deus optimus Maximus hunc orbem creauit, magna flumina in illum mittere non cessauit: qui quidem sunt plurimi sancti, qui sanctam doctrinam, optimæque vitæ, exempla mirifica præseferunt. Et super omnia venit capitalis ille fluuius Iesus Christus filius Dei, maxima cum dulcedine, ac suauitate. Nō solum autem sicut fluuius *Simile.*
10 sed de illo dixit Isaias: Repleta est terra scientia Domini sicut aqua maris operientis. Hic autem infœlix mundus, cum infinitæ dulcedinis mare in se receperit, amarus tamen, peccatisque plenus remansit. *Isaia. 11.*

Respondit eis Iesus, & dixit: mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Cōsiderate fratres charissimi quàm plena humilitatis sint hęc verba, quia cùm verū sit omnia quæcunq; Pater æternus habet filij esse, verūtamē omnia ad Patrē refert, quia illa ab eo acceperat. O quàm mirifica doctrina. Beati qui ex illa sciunt fructū percipere,& omnia, quæ habent ad Dñm, qui ea sibi cōcesit, referūt. Sic faciebat B. Paulus, qui passim affirmabat se gratiā, quā habebat à Dño accepisse. Præcipuè autē verba quædam vobis referre volo

quæ

Roma. 15. quæ circa hoc dicit Beatus Apostolus: quia maximam omnibus habent doctrinam. Quæ talia sunt: Audaciùs autem scripsi vobis fratres ex parte: tanquam in memoriã vos reducens propter gratiam, quæ data est mihi à Deo: vt sim minister Christi Iesu in gentibus sanctificans Euangeliũ Dei, vt fiat oblatio gentiũ accepta, & sanctificata in Spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. Circa quod primum notandum est, quomodo recognoscit gratiam, quam habet à Deo sibi datam esse: officiũque ac sufficientiam etiam se à Deo accepisse: & gloriam, atq; honorem, quem coram Deo habet, per Christũ Iesum, idest per merita Christi sibi venisse. Et dicit se hac gratia, & ministerio Apostolatus sui vtentem ad Romanos aliqua scripsisse, quæ ipsi iam intelligebant: dicit tamẽ se hoc fecisse vt illa in eorum memorias reuocaret atque ex hoc cognoscerent, quãtoperè desiderabat sanct. Apostolus, vt illa opere complerent, cùm toties eadem illis rep. ret. Vnde apparet valdè vtile esse prædicatorem non vereri vn. & eandem doctrinam sæpenumero referre, quando illa est valde vtilis, & necessaria, licèt intelligat iam auditores illam scire. Et idcircò dicit: Audacius &c. Idest, audacter ad vos scribo ea, quæ à vobis intelligi non dubito. Quòd verò dicit: Ex parte, vult dicere se ad illos non scribere omnia, quæ posset, sed illa tantummodo, quę eis magis necessaria esse cognoscebat. Sic oportet prædicatorem facere, ne auditorum animis tædium afferat. *Dicitq;* finem, ob quẽ illos docebat, esse, vt illi propter suum ministeriũ Deo offerrẽtur tales, vt diuinę Maiestati grati, & acceptabiles essent. Hoc autem est super hæc verba maximè pensandum. Dicit enim: sanctificans Euangelium Dei. O admirabile verbum. Quid vobis videtur fratres de B. Pauli audacia? dicit enim Euangelium Dei à se suo ministerio sanctificari. Et verum equidem dicebat. Nam sanctificans, hoc est demonstrans sanctum Euangeliũ, propter illius prædicationẽ, atq; expositionem, & propter vitæ suæ puritatem & integritatem, qua sanctum esse Euangelium apertè demonstrabatur siquidem eius obseruatores tales efficit. Per hãc viã oportet iter facere illos: qui in officijs suis Deo placere volũt, præsertimq; euangelicos prædicatores, qui super omnes debent recognoscere doctrinã, gratiamq; atq; omnia, quæ habẽt à Deo sibi dimanasse. Cauete autem patres mei ne sitis sicut illi, de quibus dicitur: Qui dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, la

Psal. 11. (margin note beside the line "sibi dimanasse. Cauete autem patres mei ne sitis sicut illi, de qui-")

14 bia nostra à nobis sunt. O infoelices illos, qui tale cogitāt. Et quā-
uis sic non cogitetis, non tamen hoc sufficit, nisi gratia ista, quam
habetis ad illum finem, ad quem Deus illam cōcedit, vtamini. Si-
cuti faciebat hìc B. Paulus. In libro Numerorū dicitur, quòd eun- *Num.* 23.
ti Prophetæ Balaam cum augurijs, & incantationibus suis male-
dicturo populum Israel occurrit illi Deus, & posuit verbū in ore
eius, vt inijceret benedictiones, quas postea illi populo suo inie-
cit. In quo est valdè notādum sacram Scripturam non dicere, Do
minum posuisse verbū in corde eius, sed solùm in ore eius. Et ita
non aliter prophetauit Balaam, quàm eius asina, quorum neuter
in corde verba habuit, (licèt Balaā cùm esset rationalis, intellige-
ret quid diceret) sed tantum in ore. O quot sunt hodie, qui etsi do
ctrinam à Deo acceperunt, in lingua tantum illam habent, sicuti
15 Balaam & eius asina habuerunt. Et quia illam in corde non ha-
bent, ideò eam ex corde non proferūt, sed lingua tantum, ac ver-
bis, vanisque rhetoricis illam pronunciant. Verè autem serui Dei
cæli doctrinam percipiunt, illamq; in lingua, & corde habent, &
ita illam ex corde, & spiritus feruore loquuntur. Et hoc significa *Ezech.* 2.
uit quod Deus dixit Ezechieli: Aperi os tuum, & comede quæ-
cunq; ego do tibi. Et vidi: Et ecce manus missa ad me, in qua erat
inuolutus liber. Et sequenti capite: Dixit ad me, &c. Comede vo-
lumen istud. Et vadens loquere ad filios Israel. Ecce quomodo do *Ezech.* 3.
ctrinam in ore, & in corde eius Deus collocat. O Deus infinitæ
maiestatis, per clementiam tuam te rogo, vt tales nobis prædica-
tores largiaris. Hoc oportet vos fratres charissimi Deum frequen
ter exorare, sicut vnigenitus filius eius nos docuit, dicens: Rogate
16 Dominū messis, vt mittat operarios in messem suam. Etsi sanctus *Luc.* 10.
Paulus tam insignis prædicator, & tam sanctus erat, Ephesios ta-
men rogabat, dicens: Orantes omni tēpore in spiritu, & in ipso vi
gilantes in omni instātia, & obsecratione pro omnibus sanctis, & *Ephe.* 6.
pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia no
tum facere mysterium Euangelij. Et paucis intermissis: Ita vt in
ipso audeā pro vt oportet me loqui. O quàm obstupēda sunt hęc
verba vndique. Nam ex vna parte nos docent tantam nobis fidu
ciam ab oratione prouenire, vt nō pudeat nos pro tāto sancto si-
cut Paulo, si nūc viuus in mundo prædicaret, & pro alio quocun-
que illius ęquali deprecari. Quis esset miles, qui pro suo generali
duce Regem auderet exorare? Veruntamē licet nullus vnquam

fuerit

fuerit dux tam dilectus à Rege suo, sicut Beatus Paulus Deo gratus fuit, adeò tamen oratio animum extollit, vt pro sancto Paulo in eius tempore posset exorari. Ex alia parte nobis admirationẽ maximam affert profunda sancti Apostoli humilitas, qui fatetur se omnium orationibus ad verbum Dei audacter prædicandum indigere. O quanta est hæc confusio illis, qui nunc rem hanc tractamus! quantoperè obliuiscimur nos crebrò populorum orationibus commendare. Atq; forsitan hæc est causa, quare cum tanta animi frigiditate, & relaxatione prędicamus. Dicite igitur omnes ô patres mei, dicite (inquam) cum Domino: Doctrina mea non est mea. Et cum B. Paulo instanter omnes rogate, vt pro vobis diuinam Maiestatem exorent, vt vobis efficacia verba ardentemq; ac feruidum spiritum concedat, quò ministerium hoc dignè & sicut oportet, exerceatis.

Dicit vlterius Dominus: *Sed eius, qui misit me.* O quàm potens est verbum hoc ad arripiendum corda nostra, illaq; extollendũ, vt summa cum attentione, affectione, ac reuerentia cœlestem doctrinam percipiant. Si magna hominum multitudine in quodam campo commorante cæli coram illis repentè aperirentur, & ab illis vsq; ad terram epistolam descendere conspicerent, quanta cũ cupiditate homines exoptarent legere, & intelligere quid in ea scriptum esset, aut qui de cælo hominibus nuncij mitterentur. Quid igitur aliud est Euangelium, nisi epistola quædam à cælo missa, atq; illinc ab ipso filio Dei ad homines erudiẽdos allata: Sic dicit B. Ioannes gloriosum Baptistam his verbis dixisse: Vnigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Quanta ergo cum affectione, attentione, & reuerẽtia oportet nos desiderare hanc epistolam audire, & expositionem literaturæ eius intelligere? Et quillam hoc modo audit, & ab Spiritu sancto clementer præuentus est, qui dicit, ad quem respiciam? siue vt alij vertunt: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & mansuetum, & trementem sermones meos? Non solum etenim necesse est verbũ Dei attentè, sed reuerenter etiam, & cum tremore, ac trepidatione audire, ac si Deus audiretur.

Simile.

Ioan. 1.

Esai. 66.

Sequitur in textu: *Si quis voluerit volũtatem eius facere, cognoscet de doctrina mea, vtrùm ex Deo sit.* Id est, separate à vobis malitiã vestrã, intestinumque odium, quo me prosequimini, & tunc doctrinam meam à Deo esse cognoscetis. O quoties nos à malitia, & passione

20 ne excæcamur,& sic cæci ea cōdemnamus,quæ summoperè lau-
dare deberemus. Et id quod iustum sanctumque est,crebrò vitio
vertimus.Liberet nos Deus ab omni passione, vniuersę enim pas
siones hunc effectum in anima operantur,illamque excæcant,vt
ea quæ intellectura est,nō intelligat. Quando autem hæ cordi af-
figuntur quis illas euellere sufficiet? Diuina potentia opus est ad
illas euellendas. Videte quid fecerit Deus ad euellendam passio-
nem effrænatæ cupiditatis à Pharaonis corde, vt Hebręis liberta Exod. 5.
tem pristinam restitueret,quos tanquā seruos contra vniuersam
iustitiam sub suo imperio comprimebat: & nimium sibi perdere
videbatur,si tot seruos amitteret. Atque vt ab eo cupiditatem illā
auferret,videte quot strages fecerit in Ægypto:auferēs illis aquas,
lucemque & animalia eorum interficiebat, filiosque occidebat,
21 agros eorum destruebat,vniuersamque Ægyptum cōminuebat:
ipse vero Pharao semper in sua duritie, ac proteruitate pertinax
remanebat.O alienæ diuitiæ, & illarum cupiditas quantam duri
tiem,& cæcitatē humano cordi affers! Vnde infertur ò patres au
ditores pœnitentiarij necessaria quædā doctrina,quæ talis est:si-
quis pœnitēs ad vos accesserit, dixeritq́; se duos, aut tres aureos
alicui debere & pollicetur se cū primū illinc exierit, & domū ac-
cesserit illos restiturū esse, pro prima vice si fuerit modica quā-
titas absoluite illum,si autem est magnæ quātitatis debitum, etsi
promittat se soluturum esse,& licèt sit prima vice, non debetis il
lum absoluere. Non tibi credo frater te restiturū esse, & quan-
quam tibi credo,non tamen tantæ quātitati credo. Attēdite Pha
raonē,qui cum multum restituturus esset, nimis dura illi restitu-
22 tio videbatur, & tantam seruorum multitudinem dimittere recu
sabat:quāquā cùm se in angustias redactum animaduerteret,sta-
tim se illos esse dimissurum affirmabat,veruntamē ab illa necessi
tate liberatus,auarus, ac proteruus sicut antea reddebatur. Tales
sunt multorum confessiones,ideò nullam illis fidē habeatis, quā
tumcunque iurent, & plorent. Potuit autem maior esse cæcitas,
quam hæc Ægyptiorum,qui cum mare per admirabilem Dei po
tentiam apertum intuerentur,& Hebræos indemnes, ac liberos
à fluctibus per illud transire, aquasque consistere, nec deorsum
defluere conspicerent,quanuis nullum aliud miraculum perspe-
xissent illud magnopere timere debuissent, & iniustitiam qua il-
los persequebantur cognoscere. Et tamen dicit sacratus textus ꝙ Exod. 14.

cùm

cùm Hebræi per medium mare ingrederentur erat aqua quasi murus à dextera eorũ, & læua. Persequentesq́; Ægyptij ingressi sunt post eos omnis equitatus Pharaonis, currus eius, & equites per mediũ maris. Quid huic cæcitati, & pertinaciæ superaddi potest tam cæci enim erant vt de industria in perditionẽ suã se immittere viderentur. Mirabile etiã fuit inter tot Ægyptios ne vnũ quidem extitisse, qui diceret, ne ingrediamur in mare, nã hoc est cum Deo debellare, & aquæ istæ, quæ Hebræos muniũt, nos ab-
Isaiæ.3. sorbebunt. Terribile iudicium Dei, grauissimumq́; peccatorũ illorum suppliciũ hoc fuit. Et ita dicit Deus per Isaiam de alijs peccatoribus: Auferet Dominus ab Hierusalem consiliarium, & sapientẽ, &c. O peccator, qui tam audacter, & temerariè inter montes aquæ incedis, nec quid pertimescis, considera Dei potentiam: Animaduerte qualem finẽ habuerint illi, propter cupiditatis suæ cæcitatem. Et notandum est vbi nos hîc legimus: interfecit ex-
Iosue.10. citum eorum, in Hebręo esse: turbauit castra eorum. Aut quia ex nubibus fulgura, & tonitrua, & grandines ceciderunt, sicut contigit in tempore Iosue: aut quia illos ita conturbauit, vt nequaquam sibi remedium potuerint adhibere. Eundem effectum efficit passio iræ, vt apparet in Saule, qui furore concitatus contra Dauid montes & valles obsidebat, vt illum interficeret. Cumq́; vidisset se illum interficere conantem bis sub ipsius potestate fuisse, cumque Dauid illum posset occidere, liberum dimisisse, dicebat: iu-
1.Reg.24 stior tu es quàm ego: proponebatq́; ac promittebat dicẽs: Pecca-
1.Reg.26 ui. Reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltra tibi malefaciam, eò q̃ preciosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie (idest vita mea.) Apparet enim q̃ stultè egerim. Statim autem eadẽ passione excęcatus contra illum iterũ arma præparat, illumq́; nouo furore persequitur, Quid? tu non promisisti te non amplius illi malefacturum? Quare ergo nunc illum tanta animi concitatione persequeris? Est hæc profectò passio iræ, quæ eius animo infixa est, & sic vniuersorum, quæ promisit, obliuiscitur. Quid verò de inuidiæ passione dicam? Qualis erat illa, quam infœlices hi Pharisæi aduersus Christum redemptorem nostrum habebãt. O quot miracula operatus est bonus Iesus in vita, & in morte sua, vt inuidiam illam ab eorum animis euelleret? Terra cõtremiscit: sol obscuratur: lapides sese inuicem concutiunt, velum templi à summo vsque deorsum scinditur: omnes denique insensibiles creaturæ

26 turæ Deum cognoscunt, atque omnes sese in frusta diuidere videtur: eorum autem corda lapides ipsos duritate superabant. Ita vt postquam hæc omnia perspexerant ad Pilatũ perrexerint: eique dixerint: recordati sumus, quod seductor ille, &c. Videte quomodo conuersi fuerint, cum illum seductorẽ appellent. O incõmutabilis Deus quàm mala res est passio, postquã cuiusdam animi dominatur! totus mundus commutabitur, & conteretur ipsa verò in illo affixa remanebit. Ideò illis dicit Dominus, auferte passiones ab animis vestris, & si à passionibus vestris liberi Dei voluntatem feceritis, statim doctrinam meam cœlestem, non verò diabolicã esse cognoscetis. Hæc est causa fratres mei, quare diuina doctrina nobis obscura videtur: & quare ea, quę nobis dicũtur penitus non intelligimus: quia vsq; ad oculos (vt aiũt) passionibus no-
27 stris sumus repleti, in omnibus appetitibus nostris obedientes. Quo circa Dei nomine vos rogo, vt diligentissimè curetis passiones vestrasque malas affectiones ab animis euellere: in omnibus facientes tanquam fideles serui diuinæ voluntatis, vt animarum vestrarum oculi clarificentur. Hæc est enim certa, & secura salutionis vestræ via. Beatus Augustinus exponens illa verba Psalmi, rectos decet collaudatio, dicit illos esse rectos corde, qui vo- *Augu st. su*
luntatem suam ad diuini beneplaciti conformitatem eleuant. Ex *per Psalm.*
32.
his erat Iob, qui dicebat. Vestigia eius secutus est pes meus, viam *Iob. 23.*
eius custodiui, & nõ declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non recessi; & in sinu meo abscondi verba oris eius. O mirifica verba, & valdè digna, vt maximè ponderentur, diligentissimaq́; animi consideratione ruminẽtur. Vestigia, quæ Deus animæ im-
28 pressa relinquit, sunt sancta proposita. Est metaphora sumpta ab illis, qui alij post alios iter faciunt. Sancta igitur proposita, diuinæq́; legis viam omnia dicebat S. Iob se opere cõplere, & ad hoc faciendũ diuina verba abscondita, & inclusa in corde suo deferebat. Et sic sapiẽs maximè, & cum exaggerationis verbis nobis di- *Prouer. 6.*
uinæ volũtatis executionem commendat dicens: cõserua fili mi præcepta patris tui, idest, Dei. Et ne dimittas legem matris tuæ: hoc est Ecclesiæ. Liga ea in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. Hoc dicit, vt nec per cogitationem, nec per verbum in peccatum incidat. Dicit vlterius: cùm ambulaueris gradiantur tecum: cũ dormieris, custodiant te (scilicet, ne pecces) & vigilans, loquere cum eis. Videte quàm magnas exaggerationes afferat

Spiritus Sanctus,vt nos exhortetur,ne die,aut noctu, & nullibi a
2.Reg.15. diuina volũtate recedamus. Et Sanctus Samuel summoperè ex-
aggerauit Sauli quàm graue malum eſſet diuinam Dei volunta-
tem non adimplere, dicens: quaſi peccatum ariolandi eſt repu-
gnare,& quaſi ſcelus Idololatriæ nolle acquieſcere. O quàm terri-
bile eſt hoc quòd inobedientia hîc, necromãtiæ peccato cõpara-
tur,atque etiã peccato Idololatriæ confertur. Similitudo autem
Simile. hoc eſt: q quemadmodũ necromanticus, & augur à diabolo gu-
bernatur in futuris rebus prædicẽdis: & ſicut Idololatra diaboli-
co ſpiritu Idolis immolat ſacrificia: ſic inobediens à diabolo com-
mouetur, & exagitatur vt diuinæ voluntati non obtemperet.
Toſtatus in Ioã.c.7. Quanquam (ſicut hîc notat Abulẽſis) illa peccata grauiora ſunt,
quam inobedientia. Quòd ſi in illo tempore tam graue malum
erat Deo reſiſtere diuinamque eius voluntatem nolle adimplere,
grauius peccatum erit nunc, quando maioribus Dei beneficijs de-
uincti ſumus. Sic affirmat D. Paulus ad Hebręos dicẽs: propterea
Hebr.2. abundantiùs opòrtet obſeruare nos ea, quæ audiuimus ne forte
perfluamus. Aduerbiũ illud: abundantius idẽ ſignificat, quod cum
maiori promptitudine,& amore,& ſicut magis deuincti, & adiu-
Pſal.67. ti. Et ita exponens interpres quidam verba illa Pſalmi pluuiam
voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, dicit verba illa cæ-
li deſtillauerũt, intelligi de lege veteri quando Deus homini
gratiã quaſi per ſublimatorium deſtillatam guttatim cõmuni...
Pluuiam autem voluntariã ſignificare pluuiam ingẽtium gratia-
rum,ac beneficiorum huic hæreditati, hoc eſt huic Eccleſiæ Chri-
ſtianæ,& tẽpori legis gratię à Domino obſeruari. Et dicit B. Pau-
lus: ne fortè perfluamus, tanquam fluuius, qui præ nimio ...
impetu non ſiſtit vſque ad mare, quaſi dicat: caue ne te diuinæ
Deus, vt paſsionum tuarum impetu declines, vſq; ad infernalem
ritudinem in pœnam ſceleris, quod committis, quia legem ...
cuſtodis diligentiùs, quàm Hebræi ſuam cuſtodierunt. Pro...
autem Dominus illos legem Moyſi, quam illis Deus de...
non obſeruare, dicens. Quid me quæritis interficere? ...
tam immerito, & ſine vlla iuſtitia. Peccatum homicidij eſt graui-
ſimum: Sit vnus ex locis, in quibus eius grauitas probatur, ...
Ioſue.20. apud Ioſue vbi dicit Deus: ſeparate vrbes fugitiuorum,&c. vt ...
fugiat ad eas quicunq; animam percuſſerit neſcius, vt poſsit eua-
dere iram proximi ſui, qui vltor eſt ſanguinis. Et paucis interm...
ſis

32 sis:cùmq́ue vltor sanguinis eum fuerit persecutus, non tradent in manus eius:quia ignorans percussit proximum eius,&c.&habitabit in ciuitate illa donec,&c.moriatur sacerdos magnus, qui fuerit in tempore illo. O quàm pium innocentium protectorē Deus se ostendit,culpatos verò non sic protegit,nam alibi illos acerrime puniri præcipit. Ex his verbis apparet quàm graue peccatum sit homicidium. Nam si homicidium fortuitum, quod ignorāter factum fuit tam longo exilio punitur: quid erit pro voluntario. Et si innocens in fugitiuorum vrbe,vsq; ad summi sacerdotis obitum exulaturus erat, quid esset si culpam aliquā haberet? Huius etiam grauitas peccati apparet ex illis verbis, quæ Deus dixit ad Cain:Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Et secundum Hebræos dixit:vox sanguinū clamat ad me;quia homicida non vnū
33 tantùm,sed virtualiter etiam omnes,quos mortuos ille generare posset,interficit. Quapropter nō solùm sanguis Abel, sed sanguis etiam filiorum,ac nepotum,quos gigneret, nisi à Cain fratre suo interficeretur,vindictam à Domino postulabat. Quod si priuatū quemquam occidere tantum malum est: quàm graue peccatum fuit velle tantum,tamq́; sanctum virum sicut Iesum Christum interimere,qui homo cùm esset:verus erat Deus.

Iosue. 35. *Deut.* 19. *Gene.* 4.

Respondent illi: dæmonium habes,quis te quærit interficere? Et tanta iniuria affectus patientissimus agnus,& verus totius māsuetudinis Magister non ideò destitit prædicare,ac si nunquā sibi tale dictū fuisset,docens eos immeritò illū velle interficere tāquā Sabbathi transgressorē,cùm verè illud non violauerit. Nam si non violatur festum per circuncisionē,& per consequēs curando vulnus,quod
34 in ea fit,quare non licebit solo verbo totū hominē curare in Sabbatho,sicuti cū Paralytico Dn̄s fecit?quo circa illū interficere cupiebāt. O benedicta sit patiētia tua,& benedictus amor tuus, Redēptor pijssime animæ meæ,qui pro tāta iniuria tibi illata tā cælestem doctrinā illos erudis,docens eos diem festum amando Deū, proximosq; diligendo,atq; illis benefaciēdo obseruandū esse. O fratres charissimi conijcite oculos in hunc diuinū Magistrū,atq; ex illo discite in persecutionibus, & aduersitatibus patientiam habere. Patientia est sicut pretiosissima margarita, quæ dicitur carbunculus, qui die splendorem suum abscondit, noctu verò tanta est eius claritas vt à leucæ distantia prospiciatur. Tantus est eius splendor. Noctu videtur ignis, die verò colorem habet pal-

 lidum,

lidum, quasi aurum. Sic est cordis patientia, quæ in die prosperitatis non apparet, sicut optimi militis constantia, & animi magnitudo non in pacis quidem tempore, sed in bello perspicitur: sic etiam patientia qualis sit in tribulationis nocte reuelatur. Tunc ostendit ignis colorem splendentem in diuino amore: in die vero prosperitatis, est pallida sicut aurum, nam timorem quendam in corde gignit. Etenim iusti in aduersitate incedunt effecti luminaria diuino amore inflammata: in prosperitate autem summopere timent, ne cum illa diuinã maiestatem offendant. Talis erat Dauid, qui dicebat: Ab altitudine diei timebo quod est à tranquillitate, & prosperitate. Idcircò dicebat Diuus Iacobus: Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis, scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti, & integri in nullo deficientes. Quemadmodum miles bello delectatur ad ostendendam animi sui magnitudinem, atq; ad locupletandum se hostium spolijs, sic quacunq; aduersitate & contradictione vos oportet gaudere. Et est valdè notandum Sanctũ Apostolum dicere, vt simus perfecti, & nihil nobis desit, necessariam esse patientiam. Inter aues sunt aliquæ, quas aucupes maximi ęstimant, ad alias illarum cantibus aucupandas. Et ita duobus respectibus sunt pretiosæ: tum quia ipsæ in se optimæ sunt ad manducandum sicuti perdices, tum etiam quia ipsę alias acquirunt, & aucupantur. Sic etiam inter virtutes aliæ sunt alijs pretiosiores, ob duas causas: & quia ipsæ in se multum prosunt, & magni sunt pretij, & etiam quia per eas aliæ acquiruntur: qualis est charitas, de qua dicit D. Paulus: Charitas benigna est, charitas non æmulatur, &c. non cogitat malum, &c. Huiusmodi est etiam patientia. Nam ad castitatem, humilitatem, temperantiam, cæterasq; alias virtutes conseruandas opus est patientia. Et illa plurimæ virtutes comparantur, sicuti experientia quotidie comperitur, & affirmat hic gloriosus Apostolus Iacobus. Quod cùm ita sit fratres charissimi, assiduis orationibus, lachrymis, & plurimis actibus patientiæ tam sanctam virtutem impetrare obnitamur: siquidem per illam in hoc sæculo gratia, & in futuro cœlestis gloria comparatur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Psal. 55.
Iacobi. 1.
Simile.
1. Cor. 13.

Feria

1 Feria.IIII. poſt Dñicam.IIII.in Quadrag.

Præteriens Ieſus vidit hominem cæcum à Natiuitate. &c. Ioan. 9.

ASPEXIT Clementiſsimus Dominus cæcum illum cum attentione,& oculis miſericordiæ, vt illi remedium præſtaret. Vnum ex ſaluberrimis conſilijs, quæ Spiritus Sanctus nos admonet eſt hoc: Fili,oculos tuos ne trãſuertas à paupere. Nouit *Eccleſ. 4.* enim Dominus quàm celeriter,& per tranſennam pauperum neceſsitates intuemur, & quàm parum in illis aſpiciendis commoramur. Vt primum egenum oculis aſpicimus ſtatim ab eo faciem auertimus,acſi ne pallij quidem noſtri filũ eius neceſsitas attingeret. Idcirco fratrum noſtrorũ neceſsitates, & miſeriæ per vias publicas remedium efflagitant, nec tamen illud inueniunt. Quia cum primùm ſeſe oculis noſtris obijciunt; ſtatim aliò aſpicimus, & vlteriùs progredimur, acſi nihil vidiſſemus. Hinc oritur vt tanta ſiccitate, & parcitate cum illis vtamur. Vix enim eſſet poſsibile quin ſi proximi tui neceſsitatem lenter aſpiceres, eamque prolixa animi conſideratione cogitares: illius miſeriam pro viribus tuis ſubleuares. Et quia hæc eſt res, quæ permagni intereſt,illam ſæpè Spiritus ſanctus illic repetit dicens: rogationem cõtribulati ne abijcias:ne auertas faciẽ tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter irã: & non relinquas quærẽtibus tibi,retrò maledicere.Maledicentis enim tibi in amaritudine ani-

3 mæ exaudietur deprecatio illius, exaudiet autẽ eũ, qui fecit illũ. O quàm metuẽda verba ſunt hæc illis,qui ſunt in pauperes duri, & abſq; miſericordia Quando pauper ſine oculis,aut ſine manibus,aut pedibus ſe videt, & cognoſcit te illius miſerijs non cõmoueri,ſed per illum celeriter præterire,fortaſsè manebit dicens: O maledicta ſint viſcera tam crudelia,indignus eſt vitæ, qui tot tantiſque ęrumnis non commouetur. Videte autem quid dicat Dominus:neque enim ego ex meipſo hoc dico: exaudiet autẽ eum, qui fecit illum. Quid ergo erit tibi ò dure ſi Deus maledictionibus, quas tibi pauper inijcit reſponderit, & ſecundum illas te punierit? O quàm bonum eſt, vt quacunque homo prætereat Chriſtianam religionem redoleat,non verò leoninam crudelita-

tē sapiat. Qui videret domū suā excidere, teq; vno lapide illi subuenire posse cognosceret: si tñ nolles, meritò de te conqueri posset. Aspicit Deus illas suas ędificationes (qui sunt pauperes) quę prę nimia rerū inopia dilabūtur, teq; qui facilè illis posses succurrere, & tamen non vis, sed celeriter præteris simulans te cæcum, ac surdum esse: considera quāto iure Deus poterit de te cōqueri.

Præteriens Iesus vidit hominem cæcum. Exiens à templo relinquēsque maledictos illos religiosos, legisq; scribas, ad pauperculū accedit, vt in illū maxima cōferat beneficia, & hoc ad illorū confusionem, qui sese illa recipiendi indignos reddiderunt. Dixit Deus

1. Reg. 2. per quendā seruum suum sacerdoti Eli. Videbis æmulū tuum in templo in vniuersis prosperis Israel, & hic fuit puer Samuel. Relinquit Deus maximum sacerdotem, & beneficia puero confert. O quā optima cōsideratio est hæc: ꝙ relinquat Deus virū eruditissimū, & maximum prælatum, & accedat ad pauperculū quendam. Maximum suppliciū est diuinæ Maiestatis, quod gustus, & delectationes spirituales simplex & paruulus habeat: prælatus verò, & vir eruditus quasi lapis durus, & aridus remaneat, & absq; Christianæ religionis sensu, & affectu: hoc autem propter illius ingratitudinem. Et quòd sit monachus quidam multos annos in domo Dñi, & veniat quidam nouitius denuò, & cælestes sapores, & delectationes abundantiùs habeat, quàm ille qui plurimos annos fuerat in ea commoratus: quia ex religionis exercitationibus noluit fructum percipere. Quapropter domini mei viri Ecclesiastici, & scientiarum periti, vosque ò religiosi animaduertite quomodo Iesum Christum filium Dei tractetis: ne illi occasionem præbeatis, vt vos deserat, atque ad vestram confusionem ad paruulos, & simplices decedat.

Cùm discipuli Dominum sistentem, & in pauperem illum oculos conijcientem cōspicerent: interrogauerūt eum: *Rabbi, quis peccauit, &c.* Hæc est vna ex miserijs filiorum Adæ: quod nullum laborē, aut morbū in fratribus nostris cōspicimus, quin illū eorum sceleribus tribuamus. Amici Iob cū illū à Deo ita flagellatum animaduerterēt, dicebāt illū propter peccata sua illos labores perpeti: vnus ex illis dicebat: propter malitiā tuā plurimā, & infinitas iniquitates tuas, &c. propterea circūdatus es laqueis, & perturbat te formido subita. Videte qualiter iudicarent illi, de homine, de

Iob. 22. quo dixit Deus diabolo: Nunquid cōsiderasti seruū meum Iob, quòd

7 quòd nõ sit ei similis in terra; homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedẽs à malo? Attendite quomodo alterum cũ altero congruit. Vnusquisq; secundũ quod ipse est, alios iudicat. Est trũ cus in via, & præteriens quisquã dicit: O quam bonum lignũ est hoc ad comburendũ. Præteriensq; architectus dicit: O quàm optimam mensam ex hoc ligno conficerẽ. Prçteriens autẽ exculptor ait: O quam pulchram statuam ego ex illo trunco excuderem. Vnusquisque de trunco loquitur secundum quod in cogitatione habet, sic qualis tu es taliter de proximo tuo iudicas. Verum est aliquãdo Deum propter peccata labores hominibus immittere. In secundo Regum legitur: cum Absalom patri suo propter necẽ Amnon infestus esset summoperè desiderasse amicũ suũ Ioab videre, illumq́; accersiri iussisse. Cùmq́; sponte sua venire nollet cõ

Simile.

2. Reg. 14.

8 stituisse, illũ etiam inuitum ad se attrahere. Ad hoc autẽ efficiendum dixit seruis suis: scitis agrum Ioab iuxta agrum meum habẽtem messem hordei: ite igitur, & succendite eum igni. Quo audito surrexit Ioab & licèt antea venire noluisset, tũc tamen illo incommodo cóncitatus in domũ Absalõ venit: vt de damno sibi illato conquereretur: cùm priùs sæpenumerò accersitus fuisset, vltrò venire noluerat, tũc licèt inuitus ad eũ venit. Ita se habet De⁹ nobiscũ, vocat enim nos plurimis inspirationibus, ac cõcionibus: quando autem horum nihil prodest, bonam valetudinem, honorem, vniuersaque nostra igni succendit. Et his laboribus oppressi, afflictionibusq́; compulsi ad eum oculos eleuamus Latomus, qui solenne aliquod ædificium construit, priusquàm lapides in pariete collocet, illos polit, malleisq; perficit, & postquam perfe-

Simile.

9 cti, perpoliti, quadratiq́; sunt, illos in ædificatione constituit. Sic facit Deus supernus artifex, qui ingentẽ, ac perpetuo permansurã illam gloriæ ciuitatẽ construit, de qua dixit Dauid: Hierusalẽ, quæ ædificatur vt ciuitas: lapides aũt huius ędificationis sunt lapides viui, sicut canit Ecclesia: Vrbs beata Hierusalẽ dicta pacis visio, quę cõstruitur in cęlis viuis ex lapidibus. Et lapicidina est hic orbis. Hinc oportet proficisci lapides quadros & perpolitos sicut ducebantur in templũ Salomonis. Illic enim nullus audietur laboris, aut tribulationis ictus, aut strepit⁹. Hìc oportet lapides istos morborũ, iniuriarũ, calamitatũque malleis perpoliri, vt his ictibus iniquitates eorum, ac imperfectiones auferantur, & virtutibus quadrati maneant. Sic dicitur in Apocalypsi. Absterget

Psal. 121.

Apoc. 2.

Deus omnẽ lachrymã ab oculis eorũ & mors vltra non erit, neq; luct⁹, neq; clamor, neq; dolor erit vltra, quæ prima abierũt. O dulcissima verba, & dignissima, quæ maximi amoris visceribus recipiãtur. Attendite quid dicat, vox cęlestis absterget, &c. sicut mater videns infantem suum lachrymantem venire, & cum maximo amore illi obuiam exit, manibusq; suis eius lachrymas abstergit. Verũtamen notate illam dicere, quæ prima abierunt: quia iã omnia hæc in hoc sæculo perpessi sunt. Quapropter fratres mei cum vos sceleribus oneratos videtis, & Deum vobis labores non immittere animaduertitis, magnoperè timete ne sit illud condemnationis vestræ pronosticũ. Videtur enim Deus vos non excudere, vt vos in sua ædificatione cõstituat. Et sicut curiosus, & perfectus artifex incomptos, & rudes lapides inter quadros non collocat, minùs Deus quenquam inter sanctos collocabit in cælo, qui non sit excussus, & perpolitus, omniq́ue imperfectione purgatus. labores, quibus hîc Deus peccatores affligit ex duabus rebus alteram efficiunt, aut enim peccatorẽ purificant, aut sunt ni si à sceleribus suis non vult resipiscere, initium sunt amodò inferni. Quando piratæ per mare nauigantes, nauem aliquam à se remotam longè prospiciunt, vt illam possint capere, & depredari, incipiunt tela sua ignea immittere, & iaculum in illã conijciunt quod procul illam excidat, vt eam perterreat, & iaculũ conijcientes proclamant, & dicũt, siste, siste, hoc est [*amayna amayna.*] Quod si nõ vult sistere, aliud iaculũ immittunt quod propius illam procidat, & iterum proclamant, & dicunt: expectate, expectate: si tamen non acquiescit, aliud immittunt, quod illam proximè attingat. Et tertiò clamãt. Quando tamẽ aduertunt illã nec clamoribus, nec ictibus acquiescere, quasi in rẽ perditam iaculũ quoddã vltimò intus conijciunt, quod illã mediam dirumpit, atq; in profundum maris demergit. O quam insignis, & præclarus pirata est Deus, & quam studiose curat corda nostra deprædari. Et quum videt hominem quasi nauem immissam in medio mari, & huius seculi fluctibus nauigare, vt illũ ad se conuerti faciat (quia per vitia aufugit) conijcit in illum iaculum, quod procul ab illo cadat, permittit diuitiarum eius incommodum illi accidere, & prædicatoribus, inspirationibusque ad eum proclamat. Comprime, comprime (inquit) vela ô homo peccator, expecta, nam per viam perditionis pergis: reuertere ad me. Hoc significauit Dauid, dicens: Intonuit de cœlo Dominus

Simile. Simile. Simile. Psal. 17.

13 Dominus, & altissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis. Ac si dicat: quandoquidem amore nolunt conuerti lapidibus, atque igni tribulentur. Quòd si hoc non prodest, aliud iaculum in peccatorem immittit, quod illum propiùs attingat; filiũ, videlicet, aut vxorem eius occidit, & tamen proclamat inspirationibus, vt peccator expectet, & ad Dominũ conuertatur. Et quando hoc non sufficit, aliud iaculum in eum conijcit, quod iam proximè illum percutit, terribili eum morbo opprimẽs. Quòd si nihil horum prodest, mortis iaculo illum destruit, atque in profundum inferni pelagus detrudit. Et ita præteriti labores, siquidẽ ex illis fructum noluit percipere, fuerunt illi, quasi principium tormentorum, ac condemnationis eius. O infœlicissimum hominẽ, qui per temporales cruciatus ad ęterna tormenta vult iter facere.

14 Noli ò peccator adeò contra Deum pertinax esse: nam omnia incommoda super te cadent: scito, ex his diuinis vocationibus fructum percipere, siquidem omnes illas ad vtilitatem, salutemque tuam Deus facit. Quando publicos peccatores tribulari viderimus, tunc non male iudicamus, dicentes illos propter peccata puniri: hoc enim est diuinam misericordiã confiteri. Hieremiæ præcepit Deus, vt diceret Sedechiæ Regi Iuda, nisi ipse, suique emendari vellẽt, à Deo esse grauissimè puniendos. Et sanctificabo (inquit) super te interficientem virum, & arma eius: & succidẽt electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignẽ, & pertransibunt gentes multę per ciuitatem hanc, & dicet vnusquisque proximo suo: Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grandi? & respondebunt: Eo quod dereliquerint pactum Domini Dei sui, & adorauerint *Hier. 22.*

15 Deos alienos. Notate quomodo dicit: Sanctificabo, &c. Ad significandum supplicium, quod de malis sumitur etiam in hoc mundo sanctissimum diuinæ Dei iustitiæ esse effectum. Et cedri altæ erant magnates viri, & qui apud Regem plurimum valebant: significans in hoc magnates non posse excusari malorum, quę fiũt, dicentes sic à Rege factum fuisse. Nam idcircò erant illi viri primarij, & qui apud eum plurimum valebant, vt illius sceleribus, impijsq; ac iniustis statutis obuiarent, bonis, ac iustis rationibus illum ab omni iniustitia cohibentes. Dicitque adeò iustum in malis fore supplicium, vt etiam & gentes infideles, ac sine Dei cognitione eius iustitiam cognoscant. Alios autem punit Deus, non propter illorum peccata; sed vt manifestentur opera Dei in illis.

Vt patiẽtia,& mansuetudo,quam Deus in illis collocauit,perspiciatur,atq; vt ipsi afflicti maiores in diuino eius conspectu coronas mereantur.Huic autem cæco dedit cęcitatem,quemadmodũ Lazaro mortem intulit, vt admirabilem potentiam suam visum, & vitam illis concedens,hominibus reuelaret.

Et ita dicit statim: *Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est.*Hominibus benefacere appellat hic per antonomasiã opera Patris sui:sicut etiam animarũ salutẽ opus Dei, cibumq; suum nuncupat,dicẽs:Meus cibus est,vt faciã voluntatẽ eius, qui misit me,vt perficiã opus eius.O ineffabilẽ Dei clementiã! Ecquis erit tã marmoreus, qui tãta pietate non mollefiat? Si tu ô homo pręcipientis tibi maiestate non cõmoueris, si maximis illius pollicitationibus nõ incitaris,si terribilibus eius cõminationibus non perturbaris,si atrocissimæ pœnæ,quæ in inferno impijs præparatæ sunt,te non deterrent,æternaq; præmia,quæ in cælo iustos expectant, nõ inflãmant: saltem hæc tanta Dei in nos charitas te accẽdat,cùm mihi,tibiq; atq; omnibus nobis benefacere peculiariter opera sua nũcupet,vt si amare pigeat,redamare non pigeat. ¶ *Donec dies est.*Quandiu eius vita durarit,dicit optimus Iesus sibi conuenire in ijs occupari,quæ ad animarũ nostrarũ salutem spectãt. O quãtoperè his verbis incitari deberemus,vt totum vitæ nostrę tempus in ipsius ministerio cõsumeremus,cum Deus tam bonus sit,eique tot,ac tantis beneficijs deuincti simus. Verum,proh dolor! quàm vice versa omnes facimus,ad nihil aliud enim videmur dies desiderare,nisi ad ipsum offendendum. Et ideò S Hieremias dixit,loquens cum Deo: Diem hominis non desideraui, tu scis. Vidẽtur homines nullos iam habere dies,nisi illos,quos in sceleribus consumunt:illos iudicant dies bene cõsumptos,& fœlices, quos Dei offensionibus applicant: dies verò quibus, in his rebus non occupantur, illos se vixisse non iudicant.Et sic infœlices sibi alij alijs inuicem de his turpibus diebus, maleq; consumptis gratulantur,dicentes: Domine hodie bonum diem duxisti, hodie bene tecum actum est. De his igitur diebus dicebat Sanctus Hieremias:Diem hominis non desideraui, tu scis. Quando Saul diuino præcepto inobediuit circa euersionem Amalec, Deus statim dixit Prophetæ Samueli:Pœnitet me,quòd constituerim Saul Regem,quia dereliquit me,& verba mea opere non impleuit. Et vt ibidem dicitur, eadem die venit Saul in Carmelum,

Ioan.4.

Hier.17.

1.Reg.15.

19 melum, & erexit ibi fornicem triumphalē. Eodem die, quo Saul Deo inobedierat, & quo Deus in cōdēnationē illū præscripserat, triūphales ipse arcus erigit. Hæc est mundanorū hominū cæcitas. Diem, quo homo libidinosus alienam fœminam impetrat, hunc triumphalem fortunatumq; diem esse ducit. Diem ò peccator, in quo iniuriam vlcisceris, & in quo liberè, & sine impedimento pec catum perpetrasti, hunc diem tuū esse iudicas. De his dicit B. Petrus: voluptatē existimantes diei delicias coinquinationis, & ma culæ. *2. Petr. 2.* Nullū aliū diem mali homines magni æstimant nisi illum, quē in turpibus, & sensualibus voluptatibus consumunt. Huiusmodi autē dies à viro iusto non desiderantur. O miseri sic persoluitis labores, quos optimus Iesus toto tēpore vitæ suæ pro vobis perpessus est? Hoc præmio digna erat sedulitas illa, atq; admira-
20 bilis diligentia, qua remediū animarum vestrarū, donec vitæ eius dies durauit, operatus est? Pudeat igitur nunc vos fratres charissimi tam ingratos esse. Et super vos reuertimini, atq; opera ministerij Dei diligentissimè incipite operari donec dies est.

Videte quid vlterius addidit ne fortè arbitraremur sibi soli cōuenire operari donec dies est: dicens: *Venit nox quando nemo potest operari.* Nox in qua nemo potest operari, est mors. Et hoc significat illa nimis metuenda sententia: Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. *Eccles. 11.* Omnes sumus arbores in huius orbis nemore plantatæ: vnaquæque harum arborum in mortis tempore abscinditur, aliæ ca dunt versus Austrum, aliæ verò versus Aquilonem. Auster calidus, & humidus gratiā Dei significat, & qui ad hūc locum cadūt
21 fœliciter cadūt. Aquilone autē qui omnia exsiccat, peccatū designatur, ad hanc malā partē excidit peccator. Et ex hac similitudine, quā hìc Spiritus sanctus adducit conijcere probabiliter possūmus quinam in bono, qui verò in malo statu moriantur, siquidē arboribus comparamur. Certum est illum, qui arbores abscindit probabiliter cognoscere, versus quam partem erit casus earū, antequam illas abscindat. *Simile.* Nam si arbor versus dexteram propensa est, versus illam partem procidet. Et similiter si versus sinistram propensa est, versus illā cadet. Sic etiā est in hominibus: nā si quis in vita ad dexterā, quæ est virtus propensus est, credibile est illū in morte versus illam partem cadere debere, quod si in vita sua in sinistram, quod est vitiū ita propēsus est, & in malitiā ita pronus,

& illi

& illi applicatus, vt ab ea neſciat recedere timendū eſt, fore, vt, in morte verſus illam partē procidat: nā vt in plurimū qualis eſt vita, talis eſt etiā & mors. Ex tela tenui, & delicata fimbria etiam tenuis ſolet exire, & ex rudi & craſſa tela etiam rudis, & inepta fimbria depromitur. Dicit ergo Spiritus ſanctus: Vbicunque ceciderit lignum, ibi erit, ideſt, in quocunq; ſtatu cōmorantē hominem mors occupauerit, in eodē in ſempiterna ſecula remanebit: quia venit nox, quādo nemo poteſt operari. In hoc ſeculo animæ ſalus inquirēda eſt, in futuro enim iam nō erit tempus. Pater ille familiàs, qui operarios cōduxit, de ſole ad ſolē cōduxit eos: nā dies ad laborandū, nox verò ad quieſcendū inſtituta eſt. Cauſam, ob quā dānati licet iudiciū, & voluntatē habeant poſt mortē mereri nō poſſunt, dicūt nōnulli eſſe, quia carēt gratia: hoc autē non habet locū, quia beatorū animæ, quæ in cælis cōmorātur, etſi maxima gratiæ copia affluunt, etiam mereri nō poſſunt. Veriſsima tamē ſentētia eſt, illos nō poſſe mereri ratione ſtatus. Fuit Dei voluntas, vt in hac vita ſolummodo mereremur, aut demereremur, & nulla alia eſt ratio, niſi Dei voluntas. Concedit Rex priuilegiū ſterili cuidam, & egeno oppido, in quo centum incolæ habitant, vt in eo quatuor menſes nundinæ celebrētur, in quibus nullū vectigalis, aut Regij tributi genus perſoluatur: tunc videbitis quāta venalium rerum abundātia oppidū in illud affluit, quod antea ne venalem quidem panē habebat. Nunc vniuerſum oppidū, cibis, venalibuſque rebus repletum eſt, & mirabile eſt quàm diligēter omnes in his quatuor menſibus vendere, & emere feſtināt: tranſactis autem nūdinis redditur locus ſterilis, vt antea, venit quis ad emendum, & nihil venale inuenit, diciturque ei: ſero venis Domine, quia nundinæ quatuor tantū menſes durauerūt. Terra ſterilis eſt vita noſtra. Nā ex natura noſtra nihil bonum proferre poſſumus. Dicit igitur Deus: Ego hanc indulgentiam concedo, quod quādiu in hoc ſeculo cōmorabimini opera, mea gratia adiuti facere poſsitis, quibus gloriā mereamini. Venit autē mors, & finiuntur nūdinæ, iā nō eſt operari opera meritoria. Ideo dicit Iſaias: Quærite Dñm dū inueniri poteſt. Nunc eſt tēpus vt bona opera facere feſtinemus, cū vitæ tēpus adeò ſit incertū, vt quando finiendū ſit penitus ignoremus. Nullus eſt in hoc tēplo qui nouerit, vtrum ad noctem peruēturus ſit, ne quidē, vtrùm ex hoc tēplo viuus ſit exiturus. O terribilem amentiam! quod cùm tanta ſit humanæ vitæ breuitas,

Simile.

Iſai. 55.

25 breuitas, tamē tā pigros in spirituali salute acquirēda nos præbeamus! O quātoperè hoc B. Paulus sentiebat, cùm dicebat: Charissimi mei, &c. Cum metu & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate. Maxima (inquit) cum diligentia, & solicitudine de salute vestra spirituali agite, & nequaquā à bonis operibus desistatis: hoc est enim Dei beneficium, quod vos adiuuat, vt illa faciatis ipse est qui vos ad ea perficienda excitat, & in illis conficiendis vsque ad finem adiuuat. Quis est homo sensatus, qui tam necessariā rem sicut hanc in crastinum diem differat: præsertim cū ipse per se solus illud efficere nō possit, & hodie, qui illū adiuuet, reperiat, nesciatq; vtrùm cras adiutorē habere possit? Sanctus Ezechiel dicit sibi in terra prostrato Dñm dixisse: Fili hominis sta super pe- *Philip. 2.* *
26 des tuos, & loquar tecū. Cùmq; ipse per se non posset solus exurgere, dicit: Et ingressus est in me spiritus, & statuit me supra pedes meos. In quo significatum est nos non posse absq; diuini spiritus fauore, cælestisq; gratiæ auxilio meritorum quicquā facere. Et ita intelligitur quod dixit Isaias: Omnia enim opera nostra operatus es nobis: opera bona quæ facimus Dei potius, quàm nostra possunt appellari; siquidem nos absque eius auxilio nequaquam illa facere possemus. Currit eques in equo, & dicitis vos, ò quam bene currit eques ille, non quod ille currat, sed quod equū currere fecerit: & sic laudamus equitem, qui super equum currit, eo quòd tam dexter fuerit in equo regendo, & calcaribus feriēdo, & quia si equus perstitit, hoc fecit, quia eques ei frænum coercuit. Sic etiā Deus ducit, & vos curritis: Deus percutit, & aliquādo san- *Ezech. 2.* *Esai. 26.* *Simile.*
27 guinem effundit, & frænū coercet. & vos sua gratia, & fauore confortat, vt bona opera faciatis, & ideo dicitur Deus in nobis operari, & quandoquidē absq; hoc Dei auxilio saluationem vestrā non potestis operari: & ipse illud vobis hodie pollicetur, nescitis, vtrū mane vobis daturus sit, vitamq; fortasse vobis adimet: quare ex tam bona opportunitate fructum nō percipitis? Hoc est quod significat Beatus Paulus in his verbis, cum metu, & tremore.

In libro Iosue dicitur: Misit igitur Iosue duos viros exploratores in abscondito. Vbi Hebręi habent pro abscondito dictionem hæres, quæ significat: Magister surdus, vel absconditus. Ac si diceret eos admonuisse, vt cū prudentia sicut magistri pleni sapiētiæ surdos, mutosq; se efficerēt, vt nulla esset occasio detinendi se: sed *Iosue. 2.*

summa

summa cũ diligentia rem illã, quæ permagni interesset, exequeretur. Sic profectò inter nos fieri oporteret. deberemus enim mũdo obsurdescere, & obmutescere, vt nihil nobis impedimento esset, quominus rẽ hanc saluationis nostræ, quã præ manibus gerimus, diligentissimè exequeremur; vnusquisque sui ipsius magister existens. Videre aũt homines cum hac diligentia maxime quoddam est signũ, quò d Deum in anima habẽt. Nam cũ sit veritas infallibilis Deum esse ignem, sicuti dixit Moyses: Dn̄s Deus
Deut. 4. tuus ignis consumẽs est. Ita diuinus hic ignis eos comburit in quibus habitat, vt flãmæ ignis appellentur, sicuti affirmat Dauid dicens: Qui facit ministros suos flammã ignis, propter actiuitatem
Psal. 103. & velocitatem cum qua operãtur, & quia hoc diuini amoris igne alios inflammãt. An nõ flãma ignis Paulus? Tam diligens erat, vt nõ solũ vniuersum orbẽ peragraret, verũ illũ etiam inflammaret. Quod idẽ alij etiã Apostoli fecerunt. Et sic postquã Moyses septuaginta illos viros elegit, quos Deus sibi eligere pręcepit, vt essent eius socij, dicit sanctus Textus: Cumq; requieuisset in eis spi-
Num. 11. ritus, prophetauerunt, neq; vltra cessauerunt. Hanc diligentiam operatur Spiritus sanctus, non est otiosus, non defecisscitur, qui habet huius diuini Spiritus gratiam. Hic prophetare accipitur pro
1. Cor. 4. declarare diuina Dei mysteria, docere, prædicare, atq; alios admonere, sicuti hîc. Sectamini charitatem, æmulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis. Et paulò post: Nam qui prophetat hominibus, loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Quiquidem est inflammatæ charitatis effectus. O si aliquid huius diuini Spiritus haberemus, quàm ne minimum quidem temporis spatium frustra consumeremus. Vnde infertur, quod non sine sanguineis lachrymis dici oporteret; scilicet, hanc tantam ignauiam, & frigiditatem in diuinis rebus, quæ ferè semper in nobis dominatur, signũ esse nos ab hoc infinitæ actiuitatis igne, qui est Deus, esse separatos. Pertimescite fratres hoc malũ, diuinam Maiestatem suppliciter exorate, vt vos flammas ignis efficiat. Hanc otiositatem à vobis expellite, hæc est enim ianua, per quam diabolus vitijs onustus in animam violenter ingreditur. Et ita cùm Beatus Paulus dixisset: Nolite dare locum diabolo: reme-
Ephe. 4. dium præbuit, quo homines hunc aditum diabolo concluderet dicens: Magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est. Ecce quomodo vos admonet, vt manibus vestris laboretis vt

31 vt nõ sitis otiosi,nec locũ,aut aditũ diabolo patefaciatis. Attẽdi-
te φ venit nox,& tũc pœnitebit vos tpis,qđ nũc frustra prętermit
titis. ¶ Addidit vlterius Dñs,dicẽs: *Quãdiu in mũdo sum,lux sum mũ
di.* O reparator vitæ,dulcissime animarũ nostrarũ Magister,quo
modo ex tuo diuino ore tã asperũ quoddã verbũ potuit exire?In
illo enim nobis significas, vbi primũ mundũ reliqueris, & ad Pa-
trẽ abieris:mundũ in tenebris esse remãsurũ.Non vos(ait Dñs)tã
paruo amore prosequor.Nã ecce ego vobiscũ sum omnibus die-
bus vsq; ad consummationẽ seculi.Atq; etiã alia plurima lumina *Matth.28*
ria nobis reliquit,qui sunt prælati,ac prædicatores: quibus dixit:
Vos estis lux mũdi.O benedictus sit talis Deus, glorificatus talis *Matth.5.*
Dñs,qui tã affluẽtia beneficia nobis cõfert,tot luces nobis conce
dẽs,quibus illuminati saluationis nostræ viã percurrere valeam⁹.
32 Verũ quid erit,si hæ luces,quas nobis Deus reliquit, nobis nõ il-
luxerint?O patres Ecclesiastici,per charitatẽ Dei vos rogo,vt ca-
ueatis ne de vobis grauissima illa verba dicãtur, quib⁹ Hieremias
de sacerdotib⁹ illius tẽporis cõquestus est,dicens: Sacerdotes nõ *Hierem.2.*
dixerũt:vbi est Dñs?& tenẽtes legẽ nescierũt me,& pastores præ-
uaricati sunt in me.Et Prophetæ prophetarũt in Baal,& idola se-
quuti sunt.Propterea adhuc iudicio contendã vobiscũ, ait Dñs,
& cũ filijs vestris disceptabo. Munus sacerdotum est semper Dei
æstimationẽ zelari. Deũq; semper in hominũ memoriã reuoca-
re,illisq; dicere:vbi est Dñs?quãdo legẽ Dñi viderint violari eorũ
est dicere:Et Deus vbi est? Nõ meministis Deũ esse qui vos aspi-
ciat?Et tenẽtes legẽ,&c.Illi(inquit Deus)in quorũ manib⁹ legem
meã cõstitui,qui sunt viri crudẽ ti,isti cõtra me operati sunt,& prę
33 dicatores,atq; etiã (qđ peius est) prælati oẽs idola adorauerunt;
quãobrẽ populus peruersus est, & supplicijs meis dignus effect⁹
fuit.O vtinã æterna Dei Maiestas vos excitet, vt nõ sitis sicut illi
erãt,φ si nũc similes illis estis,vos cõmoneat, vt à peccatis vestris
resipiscatis.¶Sequitur in textu: *Hæc cũm dixisset, expuit in terrã, &c.*
Quis adeò stultus erit, vt hæc omnia mysterijs carere arbitretur?
qui solo verbo illũ curare poterat,lutũ conficit, & super eius ocu
los illud ponit.Siquidẽ autem qui hoc fecit, Deus est, magna in
hoc voluit significare. Vnum verò ex illis est, φ nos remedium
docuit,quo cæcum à natiuitate (qui est superbus, & vanus qui
gloriatur se à nobilissimis parẽtibus originẽ ducere,& propterea
alios vult improperare,& opprimere) curari oportet. Atq; vnum
ex præ-

ex præcipuis medicamẽtis,quo hæc infirmitas curari poteſt, eſt
lutum ſuper oculos collocare. In Geneſi vbi nos legimus verba
Geneſ.18. la, quæ dixit Abraham; ſcilicet: Loquar ad Dominum meũ cum
ſim puluis, & cinis. In Hebræo eſt nomen quoddam, quod idem
ſignificat quod terra madida, quaſi dicat: Nũc cùm cognoſco me
paulatim eſſe conſumendum, quia ſum lutum, quod facillimè pe
dibus inhæret, cuius vnuſquiſque in calceis, & veſtium fimbri
partem defert: loquar ad Dominum meum. O quam vtile & ſu
ſtantiale verbum! Eſt homo lutum & puluis madidus, qui cuicun
que rei adhæret, & ſic paulatim conſumitur. Adhæres ò homo
honori, voluptati & vtilitati, ſic conſumeris, & cum eſſe gratuitũ
amiſeris annihilatus remanes. Nã B. Paulus dixit: Si habuero pro
1.Cor.13. phetiam, & nouerim myſteria omnia, &c. charitatem autem non
habuero, nihil ſum. Pone igitur hoc lutum ſuper oculos con
tui, hæc enim eſt ſalubris quædam medicina. Veruntamen no
dum eſt, Dominum ſaliuam ſuam pulueri commiſcuiſſe, & ex
vtroque luteum illud vnguentum confeciſſe. Per ſaliuã, quæ ex
capite prodit, dicit B. Auguſtinus gratiam, quæ ex noſtro diuino
Auguſti. capite Ieſu Chriſto vero Deo, & vero homine dimanat, ſignifi
cari. Et de hac ſaliua intelligi poteſt quod Iob dixit: Vſquequo
Iob.7. non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam ſaliuã meam: id eſt,
quare Domine iam à vita me nõ tollis, atq; ab hoc mũdo aufers,
vt iam poſsim ſaliuam meam abſorbere. Quandiu in hoc mundo
ſumus, ſi in gratia Dei commoramur, deferimus illam quaſi ſali
uam inter dentes, cum periculo conſpuẽdi, & emittendi illã: poſt
mortem verò iam remanet gratia quaſi ſaliua deglutita, & in ſto
macho recepta, iam ſecurè conſeruata, & abſque periculo quod
nullo vnquam tempore deuometur, nec amittetur. Et ad hanc ſe
curitatem exoptabat peruenire Sanctus Iob, atq; hoc erat, quod
hic à Domino poſtulabat. Nec verò ſufficit ſuper oculos noſtros
puluerem collocari, niſi huic ſaliuæ cõmiſtus ſit: omnes enim con
ſiderationes noſtræ abſq; diuina gratia parum proſunt.

Vt Phariſæi viderunt cæcum viſum accepiſſe, atque à Domi
no in Sabbatho ſanatum fuiſſe, videretis eos quaſi viperas vene
num conſpuentes: cæcumq; acceptum beneficium confitentem,
publiceque proferentem illum à quo viſum acceperat maximè
eſſe Prophetam. Atque maximè admirans illos non cognoſcere
tanquam Prophetam hominẽ, qui cæco à natiuitate viſum con
ferat,

37 ferebat admirabilem quandam sententiam proferens conclusit, ac dixit: *Nisi esset hic à Deo non poterat facere quicquam*. Profectò nihil est clarius hac cõclusione, quã cæcus hic ex supra dictis intulit. Si quis ex Flandria veniret, pulcherrimãque ac perpolitè depictam afferret imaginem, quæ tamen partem aliquam nondum confectam haberet: scilicet, si oculi, manus, aut pedes illi deessent: præconioq; declararet, si quis pictor secundum reliquas partes imaginem conficeret, se illi optimè quicquid vellet, soluturum esse, vbi primã pictores perfectissima imaginis viderint principia, omnes dicent: conficiat quisquis cœpit illam, hîc enim non sunt tam perfecti, delicatiq; pictores, qui tã præstantia opera norint efficere, sicut est hoc. O admirabilem Dei magnitudinem! qui imaginem, qui est homo, depingit, ac fabricatur: si verò sine oculis prodit, quis illi oculos con- *Simile.*
38 ficiet? & si illi deerunt manus, quis poterit illas efficere? & si pedes non habuerit, quis norit illi eos fabricari, nisi forte sint lignei. Conficiet igitur hanc imaginem ille, qui eam fabricari cœpit. Solus Deus oculos cæcis, auditum surdis, pedesque claudis potest præstare. Cũ autem hoc Iesus Christus Redemptor noster effecerit, clarè patet illum esse Deum.

Tam parum fructus, & claritatis perceperunt Pharisæi illi, atque Iudæi ex pauperis illius cæci luce, vt magis cæci, perfidiq; propter eorum malitiam fuerint effecti. Oportet autem nos diligenter animaduertere hunc bonum cæcum adeò accepti beneficij luce in fide profecisse, vt vniuerso Pharisæorum senatui excellere suffecerit: atq; omnibus illis contradicentibus, ita constanter in accepta fide perseuerasse, vt non solum corde crediderit, verùm, & ore etiam
39 illam fuerit confessus; atque propter illius confessionem omnibus periculis, ac detrimentis, quæ illi poterant euenire, se se libenter obtulerit, Sic debent esse homines grati & constantes. Et siquidẽ tot à Deo luces, ac beneficia quotidie accipimus, atque ab illo tot erroribus, ac peccatis liberamur, gratissimosque sicut hic cæcus nos præbeamus, quousque pro optimi Iesu honore vitam in discrimen afferamus, quem suppliciter exoro, vt nobis gratiam suam, quò sic faciamus, & in ipsa perseuerantiam concedat, quousque ad cælestem gloriam peruenire mereamur, Amen.

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim, &c. Lucæ. 7.

REFERT sanctum Euangelium, quod accedente Christo Redemptore nostro cum magna hominum multitudine, quæ illum comitabatur, ad ostium ciuitatis Naim. *Ecce defunctus efferebatur, &c.* Vsque ibi, *Et turba ciuitatis multa cum illa.* Prima consideratio, quam nunc ex hoc Euangelio possumus elicere, hæc est, quod mater defuncti, cæterique omnes, qui illum comitabantur, ad summum vsque ad sepulchrum, & non vlterius illum poterant sociare, atque hoc facere poterant corpori, & idem continget omnibus nobis, quos licet plurimi nos in morte comitentur, non vltra procedent, quam, quousque nos terra coopertos relinquant; nullo enim modo animas nostras poterunt sociare: quæ solæ ibunt tantùm, do bonis operibus, quæ egerunt sociatæ, vt ab vnuersali omnium iudice iudicentur. Hæc enim sunt veri comites, & fideles amici. Et ita cum B. Ioannes in Insula Patmos exularet: Audiui inquit vocem
Apoc. 14 de cælo dicentem mihi; scribe: Beati mortui qui in Domino moriuntur, &c. Opera enim illorum sequuntur illos. Scribe (ait Dominus) hoc vt vniuerso mundo innotescat, quia est maximè necessarium, & ne tibi à memoria excidat; permagni enim interest, vt hoc ab omnibus cognoscatur. Non quidem vxores, liberi aut eorum amici, sed illorum opera mortuos sociabunt. Ideò Beatus Paulus hæc
Tit. 3. notabilia verba dixit: Fidelis sermo est. Et de his volo vos confirmare, vt curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo. Hæc autem sunt bona, & vtilia hominibus. Videte quam vtilia sint bona opera cùm vox de cælo dixerit: non solam fidem, sed operibus sociatam comitem esse eorum, qui in Christo moriuntur. Atq; ita etiam dixit Ecclesiasticus: Timor Dei initium dilectionis: eius
Eccle. 25. dei autem initium agglutinandum est ei. Fides enim per se sola non sufficit nos ad cælum securos perducere. Summoperè desiderat Spiritus sanctus in nobis fidei, & charitatis vnitatem commorari. Et veliet, vt ne minimo quidem temporis spacio, altera, sine altera esset. Atque idcircò dicit: Initium fidei agglutinandum est ei. scilicet

4 ſcilicet, dilectioni, & charitati. Hoc ſignificat has duas virtutes
ita coniunctas à principio eſſe oportere, vt cum duæ diſtinctæ
eſſent, vna tamen eſſe diceretur. Et hac metaphora conglutinatio-
nis vſus eſt, quæ ex duobus ſubſtantia differentibus vnione vnum
efficit, atque ex hac vnione bona opera proficiſcuntur. Hoc etiam
nos admonet Beatus Petrus, dicens. Vos autem curam omnem ſub 2. Petr. 1.
inferentes miniſtrate in fide veſtra virtutem: in virtute autem ſcien
tiam: in ſcientia autem, abſtinentiam: in abſtinentia autem, pa-
tientiam: in patientia autem, pietatem: in pietate autem, amorem
fraternitatis, in amore autem fraternitatis, charitatem. Hæc enim
ſi vobiſcum adſint, & ſuperent, non vacuos, nec ſine fructu vos
conſtituent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Cui enim
5 non præſto ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans, obliuionem ac-
cipiens veterum ſuorum delictorum. Tanquam rem maxime ne-
ceſſariam nobis commendat S. Apoſtolus, vt fidei noſtræ mini-
ſtremus, ne nobis moriatur, virtutemque amittat. Hic virtus eſt
nomen vniuerſale, quod vitio opponitur. Et dicit amplius, Pru-
dentiam virtuti adminiſtrate: quia virtus ſine prudentia, & ſcientia
non eſt virtus. Admonet etiã nos, vt prudentia temperantiã admi-
niſtremus, ne forte immoderatione, & intẽperantia caro efferatur,
ac ſuperbiat, & ſpiritui rebellis ſiat. His autẽ virtutibus opitulami-
ni, adminiſtrantes illis pietatem, quæ eſt religio apud Deum, huic
vero fraternalem amorẽ adminiſtrate. Hoc dicit, quia non ſufficit
Deo dare quod Dei eſt, niſi etiam proximis noſtris Chriſtianum
quendã amorem, quem illis iure debemus, perſoluamus: hoc autẽ
tam inimicis, quàm amicis facere debemus. Et vt adnotant hic Do
6 ctores Græci: omnia illa prima nomina ſunt in datiuo caſu. Et ad-
monent, vt fidei totam hãc virtutum connexionẽ adminiſtremus:
quia ſi ſit ſola & nulli inhærẽs, minimo quoq; tentationũ flatu de-
cidet, atq; etiã quia ipſa per ſe ſola nõ ſufficit, ſed eius merita & reli
quæ omnes virtutes ſunt fideliſſimæ animæ comites, vſq; ad diui-
nũ Dei cõſpectũ. Et notate vocem illã dicere. Opera enim illorum
ſequuntur illos: ad ignauos & pigros confundendos, qui bona ha-
bent propoſita, nunquam tamẽ illa opere exequũtur, nunquã illo
rum propoſita matureſcunt. Nõ erat ſic ſancta illa anima, de qua di
citur. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Dicit flores ſuos, Eccle. 24.
quæ ſunt bona deſideria nondum perfectos flores eſſe, cum iam
in maturos fructus conuertebantur. O beata anima, quæ cum

hac diligentia bona desideria sua exequitur. Et sic consulit Ecclesiasticus viro cupido saluationis suæ, dicens. Fili concupiscens sapientiã, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. Maximæ perditionis est hominem solo bono desiderio contentũ esse. Ideo, fili mi, vbi primum Dei desideriũ habueris ne isto cõtentus sis, sed conserua iustitiã, & ad huius boni desiderij executionem fac bona opera, verum est Deum adeò gratum esse, vt non solum bona opera, sed bona etiam desideria persoluat, quando bona opera fieri non possunt. Optime hoc cognoscebat Dauid, cum in deserto commorans propter inimicorum suorum timorẽ Deo dicebat. Dirigatur Dñe oratio mea, sicut incensum in cõspectu tuo. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Siquidẽ (inquit. S. Propheta) ò Deus meus in sanctuario tuo thuri, & sacrificijs, quæ tibi offerri consueuerunt, adesse non possum: prosit Dñe oratio mea pro incenso quod illic tibi offertur. Et eleuatio manuũ mearũ sit pro sacrificio, quod tibi vesperi offertur. Quia seruus Dei hoc opere cõplere non poterat, deprecatur, vt sua desideria, & hoc parum, quod poterat, pro operibus numerentur. Et S. Daniel cum in Babylone esset, loquens cũ Deo dixit: Et non est in tẽpore hoc holocaustũ, neq; sacrificium, neq; oblatio, neq; incensum, neq; locus primitiarũ coram te, vt possimus inuenire misericordiam tuã: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietũ, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificiũ nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te. O admirabilia verba. Domine (ait) hoc parum, quod facere possumus, suppleat multũ, quod facere desideramus: siquidẽ plus non possumus. Ad hoc propositũ videtur dicere Christus. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, id est, qui Dei Prophetam hospitio excipit, vt illum alat, eo quod sit Propheta, & sub hoc nomine, vt tanquam Propheta Dei alios illuminet, doceat, atque ad Deum deducat, præmium prophetæ recipiet, acsi ipse prophetaret, & doceret: hoc præmio illum Deus afficiet. Itaque quia desiderat, vt Propheta alios erudiat, & ideo illum excipit, & cibat (hoc est enim sicut Prophetam illum excipere) quasi Propheta præmio afficietur. O benedicta, & glorificata sit tanta liberalitas, ac magnificentia! Laudent te Hierarchiæ cæli, vniuersæq; terræ creaturæ, Deus animæ meæ, quia tam gratũ te præbes minimis quibusque ministeriis

Eccle. 1. *Psal. 140* *Dani. 3.* *Matt. 10.*

nosteris, quæ tibi miseri homines faciunt, cùm etiam & desideria nobis tā liberaliter persoluas. Quare fratres charissimi non cōmouemur, vt tā bono Deo, ac Dño diligētissimè seruiamus, qui opera nostra sic nouit remunerare? Ex his omnibus quæ dicta sunt, oportet vos intellexisse, quanti nostra intersit, vt plurima, atq; optima opera diligentissimè facere festinemus: & cùm plus non potuerimus, sanctissima desideria habere curemus, siquidē hi futuri sunt fideles comites, qui nos in illa nouissima hora comitaturi sunt quando à cæteris omnibus temporalibus amicis deserendi sumus, in illa magnopere metuenda via tantæ solitudinis.

Sequitur in textu. *Et turba ciuitatis multa cum illa.* Etiā in hoc maximo comitatu, quem defunctus hic secum deferebat, repræsentatur vna ex magnis miserijs quæ versatur inter filios Adæ. Quæ
11 quidem est: peccatorem semper socios reperire, qui illum ad peccati sepulchrum properantem comitentur. Non solùm autem inuenit alios qui eum comitentur, sed etiam qui adiuuēt, ejusq; scelera magnoperè laudent, cùm tamen ne vnus quidem reperiatur qui illum reprehendat, & dicat ei: male facis: atq; hinc prouenit, vt miser magis peruertatur: vt exaggerauit Dauid, dicēs: Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit Dominum peccator secundum multitudine iræ suæ non quæret: hoc est, quia peccator scelera sua ab alijs laudari videt, peccata sua magnopere multiplicat, & efficit, vt ira Dei ita multiplicetur, vt illum tanquam rem perditam derelinquat. O quam metuendum verbum, & quam terribile Dei iudicium. Videte ò infœlices quid facitis peccatorē comitantes, vt in vitijs suis
12 sepeliatur. Per reuerentiam Dei vos rogo, vt à tanto malo caueatis. Etiam vitio reputatum fuit illud, quod inter gētes actum est, quia cum Nabuchodonosor Rex Assyriorū diceret se exoptare vniuersum terrarum orbem sub imperium suum redigere, misissetq; Holophernem generalem principem militiæ suæ, quod dictum cū placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor Rex Holophernem: egredere aduersum omnem regionem occidentis, cū (inquam) ducem suum ad exequendū maledictum illud desiderium mitteret, omnes illum laudabāt: nec vnus tantum erat, qui ei diceret, male facis. Rex Babylonis dixit: Volo statuam meam adorandam in campo Dura collocare. Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus. & iudices, & optimates, vt conuenirent ad dedi-

Psalm. 9.

Iudith. 2.

Dan. 3.

eationem statuæ, quã erexerat Rex. Nec vero fuit aliquis, qui tan-
to illi sceleri cõtradiceret. In Exodo dixerũt sapiẽtes Pharaoni:
Exod. 8. digitus Dei est hic: quia intellexerũt negotium esse Dei, quod a-
bat Moyses, verũtamẽ nullus eorũ regi contradixit. Quod si hæc
inter idololatras illos Dei ignaros reprehẽsibilia sunt: quãto di-
gniora erũt reprehẽsiõe inter Christianos fidei, sanctoq; Euãge-
lumine illustratos? O æterne Deus quã obstupẽda res est hæc:
credas tu ò Christiane Deũ cũ omni potestate sua maius malũ a-
mę facere nõ posse, quã ab ea recedere: vnde sequitur etiã, homi-
nullũ grauius dãnũ sibi inferre posse, quã à Deo segregari per p-
catũ: quia est infinitũ dãnũ siquidẽ bonũ quod amittit est infini-
tũ, & tũ fratris tui peccato faueas, illudq; magnoperè corã illo
mẽdes: & ipsofacto, tu etiã sine vlla ratiõe & emolumẽto pecc
Dicit quis: Nescis Dñe me esse summa voluptate, ac lætitia a-
ctũ, quia post multos dies, ex quo fœminã quandã adipisci i-
tor, hodie ad me scripsit, vt ad eã vadã, & hac nocte ire cogito.
vero ò infœlix, cùm illũ acerrimè reprehẽdere deberes; dic
Dñe, vide vtrũ tibi meo auxilio opus sit? si necesse est, ego lib-
tisimè te comitabor: & si sese obtulerit occasio, vitã meã in dis-
mẽ adducam, vt tu quod expetis, securè consequaris: & te à te
protegã, vt ad libitũ voluptate ista perfruaris. O maledicte qu
tibi, atq; illi dãnũ infers. Tantũ malũ est peccatũ, vt cũ de illo S-
Psal. 33. ptura loquitur, illud absolutè malũ appellet, quasi per anton-
Matth. 6. siã, vt Dauid: Prohibe linguã tuã à malo. Et Matth. Sed libera nos
Psal. 36. à malo. Et in Psalmo. Diuerte à malo, & fac bonum. Et Paulus.
Roma. 12. Odientes malũ, adhærentes bono. Quemadmodũ cũ absolutè di-
Psal. 102. citur bonum, de spirituali intelligitur, vt Dauid. Benedic anima
mea Dño, &c. Qui replet in bonis desideriũ tuũ. Sicut etiã cœle-
stia bona in sacris literis absolute bona nũcupãtur: terrestria a-
bona semper cũ aliquo additamẽto nominãtur, vt in Matthæ-
Matth. 6. citur. Hæc oĩa gentes inquirũt. Et postea: Scit enim Pater ve-
quia his omnibus indigetis. Et paulo post: Hæc oĩa adijciẽtur vo-
bis. Vbi illa appellat hæc bona: quia sunt bona finita, & qua-
uisimis terminis septa tenentur. Vitã autẽ æternã nunquã
Scriptura appellat hãc: hoc est nũquã illi additamẽtũ apponit
Matth. 19. enim potest ostendi, aut amplecti, quia nullis terminis septa te-
Psalm. 33. tur. Ita Dñs, Si vis ad vitã ingredi: nõ dicit ad illã vitã. Et Dau
Luc. 1. Quis est homo, qui vult vitã? & sacratisima Domina nostra di-

36 in ſuo Cantico: Eſurientes impleuit bonis. Sic etiã cũ dicitur ab ſolute malũ, intelligitur de malo peccati. In peccato autem (vt inquit D. Tho.) duo ſunt: alterũ quod homo à creatore recedit, altera vero quòd ad creaturã conuertitur. Et ita illi duplex pœna reſpondet: altera quòd Deo careat peccator, altera verò quòd æternis cruciatibus torqueatur. Et ſicut prius illud malum peccati eſt maius, & grauius dãnũ quod tibi inferre potes: ſic etiã prior pœna eſt maior, & grauior, qua Deus te punire poteſt. Nullũ enim malũ poteſt Deus creare, quod tã malũ ſit, quam bona eſt diuina eius probitas. Et hæc eſt, quã tibi Deus denegat, quãdo per peccatũ a te recedit. Animaduerte igitur ò miſer, quomodo cũ hac credas tibi perſuadere potes, tãtũ tibi proximoq; tuo dãnũ inferre?
37 Sic enim vos alteri alteros inuicẽ perditis. Idcirco dixit Propheta Nahũ: Sicut ſpinæ ſe inuicẽ complectũtur: ſic conuiuiũ eorum pariter potantium: conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena. Sicut ſpinæ (inquit ſanctus Propheta) ſe ſe inuicẽ comprehendũt, ſic peccatores alij ſunt aliorum laquei, atque inuicẽ ad ſcelera concitãtur. Et quẽadmodũ cũ ignis venit, aliæ efficiũt, vt aliæ melius ardeãt: ſic etiã vni peccatores efficiẽt, vt alij in inferno dirius cruciętur. Ideò etiã ſunt peccatores publici, quia ſunt alij, qui eos comitẽtur: ſi enim homines cũ primũ ſcirẽt quenquã eſſe malũ, illũ diligẽtiſsime fugerẽt: ſiq; vicinæ, vt primũ vicinã ſuã male viuere cognoſcunt, eius conſortiũ euitarẽt: etſi non Dei quidẽ timore impulſæ, ſaltẽ iſto pudore cõfuſæ mores immutarẽt. Non autem eſt in nobis hic zelus, niſi ad peccatorẽ in ſepulturã euntẽ comitã-
38 dũ. Sicut dicit Dauid: Si videbas furẽ, currebas cum eo, & cum adulteris portionẽ tuam ponebas. Iſtorum conuerſationẽ deſideras, & ſcelerum eorum particeps vis fieri. O maximam miſeriã, ꝙ talia auxilia ad peccata cõmittẽda mali homines inueniãt, viri autem probi ad virtutes exercendas vix minimum quenq; fauorẽ in toto terrarum orbe reperiant: cùm tam neceſſarius ſit ad ea efficienda, quæ maxime ſenſualitati repugnant. Quod quidẽ diuinitus admonuit Dauid, dicens: Expecta Dominum, & viriliter age: confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. Attendite quot verbis vnam, eandemque ſententiam repetierit, vt nos ad bonum efficacius hortaretur. Ex quo apparet, quàm difficile ſit bonis conſtantes, fortes, perſeuerantesque in virtutum exercitationibus permanere. Vbi non ſolum propria ipſorum caro,

D. Tho. 1. 2. q. 87. artic. 4.

Nahum. 1.

Pſalm. 49.

Pſal. 26.

passionesq; illis resistũt, verũ & dæmones etiã potẽtissimi atque inuisibiles hostes atrocissimũ eis bellũ inferunt. Quòd si ita non esset, nunquã tã efficaci exhortatione hic nos sanctus Propheta cõmonefaceret. Quando quis in rapido ac furioso flumine maximo cũ labore & periculo demergendi se cõtra fluctuum impetus innatat: cũq; ij, qui in ripa cõmorantur illũ ab vndarũ furoribus retrorsum repelli conspiciũt: videbitis eos maximis vociferationibus proclamare, siquidẽ aliud auxilij genus illi afferre nequeunt, & dicũt: Confortare, cõfortare, accipe, accipe animũ, ne deficias, neq; defeciscaris ò frater, iam iã citò in securum portũ peruenies. Sic etiam Dauid in hoc loco ad omnes iustos vociferatur, qui contradictionibus immissi sunt, vt fulciantur, & non amittant patientiã, sed constanti animo vlterius progrediãtur singulis, dicens: Expecta Dñm, &c. Hic est vnus ex maioribus defectib⁹, qui ... in mundo, videlicet, nõ esse vicinum, amicũ, aut fratrẽ, qui ... iusto: Viriliter age, cõfortetur cor tuum, & sustine Dñm: sed ... ... videntillũ se aliquantulũ virtuti tradere, statim eũ omnes ... relinquunt. O serue Dei nõ eo quòd ista tibi desint auxilia humana, debes à virtute deficere, aut retrorsum regredi: quo enim minoribus hominum auxilijs Deo seruieris: eo maiorẽ gloriæ coronam cõparabis. Et sic illa verba admirationis, quæ de sponsa dicta sunt, scilicet: Quæ est ista, quæ ascendit per desertũ sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmẽtarij? Licet verbũ illud, desertum significet rus: Hebræi ... sæpenumerò rus appellabant desertũ, & illinc de rure venit tam odorifera. Nam anima in deserto secularibus negotijs expedita cõmorans spiritualibus diuitijs locupletatur, & efficitur sicut virgula fumi: vel sicut alij verterunt ex Hebræo, sicut columna ... Ad significandum optimum odorem, & famam animæ à seculari conuersatione segregatæ, quæ est quasi columna fumi odoriferi. Veruntamen dictio illa desertum, etiam significat solitudinem & desertionem humanam, cum qua homo in hoc seculo virtutem operatur, & paucissima auxilia, quæ ad illius exercitationem in proximis suis reperit: quapropter eius virtus in conspectu Dei flagrantior est, & pretiosior. Atque hinc intelligetis obscurissima quædam verba Diui Pauli, qui de Hebræis loquens, sic dicit: Nunquid sic offenderunt, vt caderent? hoc est: nunquid ad nihilũ ... peccarunt, nisi vt peccarent? Absit (inquit) maior est sapientia, & pr...

Simile. (margin, beside line 3)
Cant. 3. (margin)
Rom. 11. (margin)

22 probitas Dei, qui permisit, vt peccarent ad aliũ altiorem finẽ spectãs, & assignãs rationẽ addit. Sed illorũ delictũ salus est gẽtibus, vt illos æmulentur. Quod si delictũ illorũ diuitiæ sunt mũdi & diminutio eorũ diuitiæ gentiũ: quanto magis plenitudo eorũ, id est, Deus recepit ad catholicã fidem gentes, vt saltem inuidia concitati Iudæi á peccato suo conuerterentur? Et si Iudęorũ peccatũ tantæ diuitiæ gẽtibus fuerunt: quanto maius lucrũ, & emolumentum ex illorũ cõuersione dimanabit? Dubiũ autẽ est hoc, scilicet, quomodo Hebræorũ delictũ gẽtibus salutem attulit? Malũ enim ex natura sua producit malũ. Nõ potest arbor mala bonos fructus facere. Peccatũ ex natura sua faciẽti, aspiciẽti, audiẽtiq; illud nocet. Iudęi in illis tẽporibus in diuinis rebus omnibus natio nibus sapiẽtiores erant, cui credita erãt eloquia Dei. Cũ igitur gẽtes animad- Rom. 3.
23 uerterent Christũ Redemptorem nostrũ à Iudæis non receptum quidẽ, imò potiùs crudelissima morte interfectũ fuisse, illi magis increduli, & pertinaces cõtra Saluatoris nostri Iesu Christi fidem remãsuri erãt: ergo non salus quidem ex eorũ delicto: sed cõdẽnatio potius gẽtibus dimanauit? dico maius emolumẽtũ fuisse gentibus Iudæorũ incredulitatẽ: eo quòd maius meritũ fuerit cũ tãta illorũ cõtradictione catholicæ fidei credere, præsertim cũ Iudæi sapiẽtissimi essent: & sic diuinæ virtutis magnitudo manifestè reuelata est, quæ eos cõuertit. Postea verò illi cõuersi Iudæis exemplo fuerũt, vt saltẽ præ cõfusione conuerterentur. Quòd si ex illorũ peccato Deus bonũ elicuit, quantũ cõmodũ gẽtibus ex illorũ cõuersiõe oriretur, si statim cõuerterẽtur? Proculdubio maximũ esset mediũ, quò vniuersus terrarũ orbis conuerteretur. Ecce quo
24 modo hic dicit B. Paulus: Quò minorem fauorem in hominibus ad virtutem exercendã quis inuenerit, eò maiorem gloriæ coronã esse meriturũ. Hoc igitur negociũ cõcludens vos fratres charissimi iterũ atque iterũ humiliter deprecor, & per clementissima Saluatoris nostri Iesu Christi viscera vos rogo, ne comitemini, neq; faueatis defunctũ peccatorem, vt magis in vitijs sepeliatur: sed cũ amore, & pietate omnes possibiles rationes perquiratis, vt illũ ab eius malis abstrahatis, atque ad Deum conuertatis.

Dicit vlterius sanctũ Euangeliũ. *Et hæc vidua erat. Quam cum vidisset Dominus misericordia motus super eam, &c.* Ex his verbis infertur ꝙ signũ est tam bonã esse hãc mulierẽ, vt propter illã Deus filiũ eius suscitaret. In illis enim tẽporibus optimæ erãt viduæ. Si-

Luc. 2. cut refert B.Lucas de illa benedicta Anna, quæ vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor. Quæ non discedebat de templo ieiunijs, & orationibus seruiens nocte, ac die. Non attenditis quot excellentias huius sanctę mulieris refert hic B.Euangelista? atque vt diceret illam esse bonam viduam, prius dicit eam bonã virginem fuisse, & cũ viro suo bene vixisse, bonã virginem in illis verbis, à virginitate sua. Bonam autem fuisse cũ viro subiecta fuit, in illis verbis S.Euãgelista declarat: vixerat cum viro suo annis septem. Hoc est, nunquã in septennio à viro suo recessit. Tot enim annos illi connubio coniuncta fuit. Talẽ oportet esse bonam mulierẽ, quæ matrimonio alligata est: non vero sicut vxorẽ Iob, de qua dicebat
Iob. 19. S.Iob. Halitũ meũ exhorruit vxor mea. In tantã (inquit) miseriã & laborẽ deueni, vt vxor mea me exhorreat. Ne exhorreas ò fœmina virum tuũ, nec ab eius latere recedas, & vterq; plurima peccata euitabitis. Etiã hæc sancta mulier fuit bona vidua, & toto vitæ suæ tempore castitatem obseruauit. Et adhibet hic S. Euangelista remedia, quibus castitas conseruatur. Primum est: Non discedebat a templo. Ridiculum est enim vos occasionibus offerri, & à Deo puritatem, & castimoniam postulare. Illã à Domino petere optimum est: veruntamen recludere domi tuæ, & ab occasionibus recede. Secundum remedium est ieiunium. Annus erat illi & octogesimum quartum annum confecerat, & iam senio confecta erat: quare igitur ieiunabat? ad conseruandam continentiam. Et si vetula sis necessaria tibi est abstinentia, carnis enim voluptates, & illecebræ nullam carnem veterem esse iudicant. Salomon iuuenis fuit castus, senex vero libidinosus, & nimis carnalis fuit.
Iudith. 8. Etiam referunt sacræ literæ de Sancta Iudith. Erat autem Iudith vidua, &c. & in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur: & habens super lumbos suos cilicium ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbatha, & neomenias, & festa domus Israel. Quid vobis de viduis illius temporis videtur? Multo igitur meliores oportet esse viduas nostræ tempestatis: præcipue cum illæ in lege scripturæ viuerent: nunc vero in lege gratiæ viuamus, quæ nos ad tantam perfectionem obligat. Diuus Paulus normam assignat, qua viduas gubernari oportet, si volunt viuere sicut decet. Et dicit: quæ vere vidua est, & desolata speret in Deum, & in-

28 & instet obsecrationibus, & orationibus nocte ac die. Nam quę in
delicijs est viue as mortua est: & hæc præcipe vt irreprehensibiles
sint. Hoc (inquit B. Apostolus discipulo suo) illas admonere debes
vt sint valde perseuerantes in oratione, & clausura, & ne delicatè,
imo verò austere, & acriter corpora sua tractent.

Misericordia motus super eam. Non dicit super eum: magis enim
miserari debemus eos, qui in maximis huius sæculi periculis remanent, quam eos, qui ab hac vita recedunt: præcipue si diuinis sacramentis perceptis, & sicut Christianum virum decet ad
cœlestem beatitudinem proficiscuntur. Qui enim in hoc sæculo
remanent, quamuis res omnes ad libitum habeant, illisque libere
perfruantur: non tamen Deo fruuntur, in quo vno omnis nostra
fœlicitas sita est. Et in periculo remanent illum in perpetuum
29 amittendi. Nullum arbitror esse sapientem virum, qui si omnia
diligenter, & singula quæque consideraueri, & quæsitus fuerit,
vtrum bonum esset quòd homines tot annos nunc viuerent, quot
in initio mundi viuere consueuerant, an quòd non plures annos
viuerent, quam nunc viuunt non diceret, melius esse homines nō
longiorem vitam ducere, quam hoc tempore ducitur. Conijcite
oculos in modum quo hodie viuitur, in mendacia, latrocinia ambitiones, & alia peccatorū genera: cōsiderateque rationē, quæ de
his omnibus, atq; etiā de minimo quoque verbo otioso, quod ore
profertur supremo iudici reddenda est. Oculos per vniuersum mū
dum extendite, & videte delicta omnia, quæ in illo committuntur: & quæ homines committere desiderant (nam apud Deum voluntas pro facto reputatur, & tam de desiderijs, quam de factis ho-
30 mo mercedem, aut supplicium accepturus est) & videbitis quo vlterius vita progreditur, eò etiam scelera adaugeri. Si igitur homo, qui quadragesimum, aut quinquagesimum annum agens
moritur, ad octingentesimum, aut nongentesimum annum faciens eadem mala opera, quæ huc vsque fecit, peruenturus esset,
quid esset de illo? quibus vè satis digne supplicijs puniretur? si
cum sceleribus, quæ quinquaginta annis perpetrata sunt, non
est qui audeat Dei iudicium sustinere: dicite, cum ijs peccatis quę
nongentis annis commissa essent, quis in iudicio auderet apparere? O Dñe bene decretum est sicuti decreuisti, vt breues dies hominis essent: neque enim plures annos viuere volumus: siquidem
cū ta breui tēpore viuamus adhuc maxima cū difficultate in huius

sæculi mari nauigamus,& æternæ vitæ comparandæ tam parum securitatis habemus. Misereamur igitur nostrimetipsorũ fratres charissimi,siquidem in tanto discrimine remanemus,& quomodo morituri simus, penitus ignoramus, Deumq́ue laudemus propter illos,quos cum peccatorum suorum cognitione mori videmus,deuote diuina sacramenta recipientes,& tanquã fideles Domini seruos omnes res suas per ordinem disponentes.

Sequitur in textu. *Dixit illi: noli flere* Misera etenim vidua lachrymis perfundebatur ob mortem filij sui. Hæc est etiam alia filiorum Adæ miseria, quòd propter corporalem liberorum, amicorum, fratrum nostrorum mortem maxime contristamur,& ingentem lachrymarum copiam effundimus,& licet illos in plurimis, grauissimisq́ue sceleribus mortuos,ac sepultos animaduertamus, nullum ex illorũ spirituali interitu dolorem percipimus: imo cum illis ridemus: quod profectò longè aliter esse oportet, sicut nobis cõmendat Ecclesiasticus dicens: modicũ plora super mortuũ: quoniã requieuit. Nequissimi enim nequissima vita, super mortẽ fatui. Luctus mortui septem dies, fatui autem,& impij omnes dies vitę illorũ. Nõ vobis prohibeo (ait sapiens) ne mortuos vestros lamẽtemini, cor enim carneũ,& tenerum cũ sit, non potest amicorũ, filiorumq́ue ac parentũ obitũ non sentire: veruntamen vobis commendo vt hoc cũ taxi,& moderatione faciatis. Peccatoris autẽ mors tota eius vita plorari debet. Et de hoc cõqueritur B. Augustinus, quòd videlicèt peccatores nõ miseramur, dicẽs: sunt ne in te Christiane viscera cõpassionis, qui plangis corpus, à quo recessit anima,& nõ plãgis animam, à qua recessit Deus? quid autẽ mirũ videtur Diuo Augustino te liberorũ, fratrumq́ue tuorũ spiritualem mortem nõ lugere, cũ tuummet interitum nescias lachrymari? Postquã enim mortaliter peccasti tam securè & alacriter rides, comedis & dormis, acsi cõtra lapideũ aliquẽ aut ligneũ Deũ peccauisses qui nec sentit, nec quicquam intelligit: cũ tamen peccatum illud (vt paulò antea dicebamus) infinitũ sit incommodũ. Nunquid maior insensibilitas esse potest? O cęli,& terra super tãta cæcitate obstupescite. In lachrymas vertebatur vir quidã nomine Michas quia latrones quidam eius idola arripuerant, illosq; vociferãs insectabatur: qui cũ respexissẽt dixerũt ad Michã: cur clamas? qui respõdit: deos meos tulistis,& dicitis, quid tibi est? ac si diceret: quod aliud mai⁹ malũ mihi poterat accidere, quã me Deos meos amittere

Eccle. 22.

Augusti.

Iudic. 18.

34 se? Tu vero cùm per peccatum infinitæ maiestatis Deum perdide
ris: nescis tamen pro tanto incommodo suspirium proferre?

Dicit Dominus: Adolescẽs tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus.
Vno verbo Dñi statim iuuenis resurrexit. O admirabilẽ Dei po-
tẽtiã, quæ tã manifeste hominibus declarata est. Hoc est quod mul
tis ante diebus propheta prædixerat his verbis: Thabor & Hermõ *Psal. 88.*
in nomine tuo exultabũt: tuũ brachiũ cũ potentia. Hoc dixit, quia
in mõte Thabor transfiguratus est optimus Iesus vbi paterna vox
audita est dicens. Hic est filius meus dilectus. Et in mõte Hermon *Matt. 17*
in quo hæc ciuitas Naim sita erat hoc tam insigne miraculũ opera
tus est, in quo etiã se filiũ esse Dei, patriq; æqualem aperte demon
strauit. Cũ primum dixit, Adolescens tibi dico, surge, statim surre
xit. Hoc etiã nunc plurimis senibus in peccatis suis mortuis dicit:
35 qui tamen nolũt exurgere. O maledicte senex, qui iam iã prope se
pulturã pedes habes, quod tẽpus ad exurgendum expectas? quare
diuinæ voci caput nõ submittis? Quã obstupenda res esset, si vide *Simile.*
remus arcem veterrimam, sine speculatoribus, sine munimine, sine
mœnijs, & deniq; sine molis, quæ tamẽ sæuissimis hostiũ telis op-
pugnata, eorum imperio nollet submitti? senex, qui iam nõ habet
speculas, qui iam visum amisit, quæ sunt hominis speculæ, destru
ctis valuis, ac munimine, quæ est fortitudo, species, & pulchritu-
do iuuẽtutis, & iam rugoso vultu: quiq; iam nõ habet molas, nec dẽ
tes, quibus ea quæ manducat possit permolere, & est quasi turris
vndique foraminibus penetrata, hoc est vndique doloribus circũ-
septus: quẽ inspirationibus, prædicatorumq; vocibus Deus oppu-
gnat, ipse tamen ei resistit, & amator, lusor, auarus, murmurator, si-
36 cut peior adolescẽs oppidi perseuerat. Imo adolescẽtulus minima
quaq; reprehẽsione redargutus toto corpore contremiscit: vnde vi
dere est quod adolescentes relictis secularibus vanitatibus asperri-
ma monasteria pœnitentiã acturi ingrediãtur: senes autem indies
peiores efficiũtur: quod est satis magnũ malũ. Veruntamẽ illi Deo
satis superque hoc persoluent. *Et dedit illum matri suæ.* Ecce miseri
cordiæ cõplementum. Prius Dñs viduæ illius misertus est: postea
mitibus verbis eam cõsolatus est, postea vero singulare hoc benefi
ciũ in illam cõfert, quod filiũ eius viuum illi restituit. O si nũc pia,
ac tenera viscera haberetis, proximisque vestris compateremini:
quam diligenter illos verbis, operibusq; cõsolaremini. Cõmoraba
tur S. Daniel in lacu inter plurimos leones, dixitq; Angelus Dñi *Dani. 14.*
ad

ad Abacuch. Fer prandium, quod habes in Babylonem Danieli qui est in lacu leonum, & paulo post: & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone super lacũ impetu spiritus sui. Contemplamini fratres charissimi pauperem inter leones commorari. Qui enim sunt immaniores leones, quam fames, sitis, nuditas ac morbus? hos quidem non quilibet vir quantumuis fortis sufficit lacerare. Idcirco tibi mittit Angelũ Dñs, qui te capillis apprehendat, atque illuc deducat. Audis quenquam dicentem. O quanta necessitas in tali domo versatur, est enim in illa vir, vxor, ac liberi, vniuersa denique familia infirma, & hæc audiens statim tenerescis, & illorum misereris, desiderasque statim illis occurrere. Hic est Angelus, qui te capillis apprehendit, prædicator, qui proximi tui egeni inopiam manifestat. Angelus est, quem Deus ad te mittit. O vtinam fratres charissimi his verbis meis cogitationes, desideriaque vestra rapiantur, cordaque vestra mollificentur, vt ardentissimi spiritus impetu per pauperum domos amodo incedatis, eorum necessitatibus occurrentes, vt vobis Deus faueat, gratiãq; suam conferat, qua cælestis gloria impetratur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria. VI. post Dñicam. IIII. in Quadrag.

Erat quidam langues Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororum eius. Ioan. 11.

STATIM in principio sancti Euangelij res quædam notatu dignissima se se nobis offert: quæ est quod vt Sanctus Euangelista morbum, mortem, resurrectionemq; Lazari narret, dicit etiam illi duas sorores fuisse, de quarũ altera dicit: *Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento.* In quo maxima Dei gratitudo declaratur, & quantopere ministeria, quæ ei fiunt, meminerit: manifeste ostenditur. Et nullam esse rem (humano videri) tam minimam, quam ipse magnopere non æstimet, atque in catalogum suum conscribat, vt postea persoluat. Quando hæc sancta mulier conuersa est, & Dño ministeria illa fecit, scilicet, illius pedes lachrymis rigauit, capillisque capitis sui tersit, atque eos sæpissime osculata est in domo Pharisæi, statim gratissimus Dominus, vt Pharisæum confunderet, illa sigillatim annumerauit, obijciens illi, eum similia non fecisse. Et voluit vt in Euangelio suo scripta remanerent, atq; ad

2 pissimè S. Euangelistæ referrent. Atque etiam in suo Euangelio dixit: in die iudicij sigillatim opera bona à se esse referenda. Esuriui (inquit) &c. sitiui, & dedistis mihi bibere. Et quando Abraham notabile illud sacrificium voluit offerre immolans filium suum Domino: missus est Angelus à Deo, qui maximum illud ministerium, quod Deo exhibuerat, illi exaggerauit, & plurima ei beneficia promisit. Dixitque ei per memetipsum iuraui, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non perpecisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, &c. Attendite quantopere hoc exaggerat: hãc rem (inquit) ac si non essent verba, quibus satis explicari posset. Et postea illud sigillatim nominat dicens: quia non pepercisti filio tuo: & tali filio vnigenito. Et quia illud voluit facere, dicit: quia fecisti, quia iam factum Deus reputauit. Et de pijs operibus, quæ *Matt. 25.* *Genes. 2.*

3 vnusquisque iustorum facit, dicit Spiritus Sanctus: dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. O benedicta sit talis maiestas, & talis pietas. Nimis minutæ rationes sunt hæ Domine Deus meus, ad tam parua ministeria, tibi præsertim exhibita, cui tantum debetur. Sic opus est, vt intelligat vilis terræ vermiculus nihil tam paruum à suis manibus exire, dummodo cum charitate, & cordis puritate illud faciat, quod à Dei oculis non inspiciatur, & in futuro persoluendum in diuina eius memoria non custodiatur. Cum charitate (inquam) & cordis puritate, quia secundum Scotum & communem omnium Theologorum sententiam, non est amplius vita nostra, quam quatenus est accepta Deo: Deo autem sine hisce rebus nequaquam est accepta. Veruntamen siquidem gaudemus Deum tantam ministe- *Psal. 111.* *Scotus in 3. dist. 29.*

4 riorum nostrorum rationem habere etiam oportet nos maximi æstimare beneficia, quę diuina ipsius maiestas in nos cõfert. Vnũ quod sanctissimis eius oculis odibile magnopere est, hoc est, scilicet hominem aliam ad recipiendum, aliam verò ad largiendum habere mensuram, vnaque statera proprias res suas, altera verò alienas perpendere. Et sic dicitur: pondus & pondus, mensura, & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum, plerumque homo res suas magni, res verò Dei minimi æstimat. Arbitramini Deum à vobis maximè deuinctum esse, eo quod rem sacram audieritis, aut eleemosynam pauperi erogaueritis: & istud apud diuinum eius conspectum plurimum valere, & pendere vultis: crebra autem beneficia, quæ à liberalissima eius manu, quotidie accipitis, nihil apud vos valere *Preue. 20*

vul-

vultis? Hoc est igitur diuersa pondera, & mensuras habere, quod quidem abominabile est apud Deũ. Quod cum ita sit fratres chariss. simi diligentissimè curate, vt cœlestia eius dona in corde vestro magnum pondus habeant. Attendite quantum in spōsæ corde pendebant, cum sponso diceret: Meliora sunt vbera tua vino, flagrātia vnguentis optimis. Vbi interpretes per vbera, mirifica beneficia, cœlestiaq; dona quæ saluator noster Iesus Christus in mũdum attulit, & operatus est, quibus nos æterno patri reconciliauit, nec non & alia omnia, quæ in nos quotidie conferuntur, volunt intelligi. Et hæc sunt dulciora, & suauiora animæ Dei amatrici, quam omnes seculares voluptates, quæ in sacris literis vini nomine nuncupantur: vt Esaias dicit: væ qui potentes estis ad bibendũ vinũ. Atque his beneficijs magis, quam cunctis delicijs vniuersi mundi delectatur, & pro illis omnia terrena despicit: sicut prædixit Esaias dicens: & contaminabis laminas sculptiliũ argenti tui, &c. egredere, dices eis. Id est, cum primum ex cœlestibus donis gustum cœperis percipere, omnia quæ tanquam Deum venerabaris, maximoque amore colebas, quibusque delectabaris, ita tibi erunt horribilia vt ne oculos quidẽ in illa velis conijcere. Hoc significat: contaminabis laminas, hoc est execraberis, & conculcabis. Quis enim Deum nō sequeretur, terrenumq; lutũ, atq; immunditiā contẽnet, si talia Dei beneficia recte norit perpendere? Hoc est quod Dn̄s dixit per Oseā his verbis: In funiculis Adam trahā eos in vinculis charitatis. In quo loco vbi nos legimus Adam, Hebræi legũt, hominũ, & sic est horum verborum sensus. Illos ad me attraham non sicut attrahi solent tauri, & feræ funibus deuinctæ, sed sicut solent homines allici beneficijs inductis, vt benefactores suos diligant. Quam grata autem sit hæc gratitudo Deo ex illis memorabilibus verbis apertè apparet, quæ Dauid dixit: vbi postquam maxima beneficia numerauit, quæ à manu Domini acceperat, dicit: repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam. Et paucis interiectis dicit: Os meum annũciabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum. Quoniā nō cognoui literaturā, introibo in potētias Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Vbi pro dictione: literaturam, alij verterunt: numerum. Vbi est notandum numerum, & literaturam idem esse. Hebræi enim literas pro numeris annumerabant. Et sic Sepher idem est quod liber, & numerus. Et ita, non cognoui literaturam, hoc est: non cognoui numerum. Tot sunt (inquit propheta)

Cantic. 1.
Esaiæ. 5.
Esai. 30.
Ose. 1.
Psal. 70.

7 beneficia quæ à tua diuina manu accepi, vt mihi penitus innumerabilia esse videantur. Tu me à patris mei gregibus abstulisti, sæpenumero à Saulis manibus eripuisti, super Israel me regem constituisti: & denique tuam mihi gratiam contulisti, &c. tot sunt Domine tua in me beneficia, vt illorum numerum prorsus ignorem. Et propter hanc gratiarum actionem spero me absque dubio domum tuam ingressurum, atque inter Angelos tuos (quæ sunt potentiæ tuæ: illi enim sunt instrumenta, quibus potentias tuas exerces) esse collocandum. In quibus verbis duo nos oportet magnopere animaduertere: alterum, non satiari sanctum Prophetam Deo gratias agere, ipsumque laudare pro acceptis beneficijs: alterum verò illum videri prætermissis omnibus bonis operibus, quæ fecerat, cunctisque ministerijs, quæ Deo exhibuerat, & quasi eorum immemorem in hac vna gratitudine, gratiarumque actione omnem suam spem cælestis beatitudinis consequendæ constituere. Quæ quidem admirabilis est exaggeratio, qua detegitur quàm iucunda sit Deo gratitudo. Hinc etiam quam graue peccatum sit ingratitudo declaratur. Sanctus Moyses cum iam prope obitum esset: magnam quandam habuit populo concionem, in qua de beneficijs, quæ à Deo perceperant & de maxima ingratitudine, qua in Deum ipsi vsi fuerant, copiose egit. Et inter alia quæ eis locutus est, dixit illis: Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Ægypti, &c. Tentationes magnas, quas viderunt oculi tui. Signa illa, portentaque ingentia. Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures, quæ possent audire vsque in præsentem diem. Hæc autem

8 (margin, beside "rat, & quasi eorum immemorem")

Deut. 29.

9 cæcitas satis manifestè declaratur ex vitulo aureo quem postquam tot à Deo beneficia acceperant, conflarunt. Attendite quàm cæci essent, cùm dixerint: Hi sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra AEgypti. Quid vobis videtur fratres de tali amentia? O sancte Deus, quanta est hæc cæcorum hominum insania? Nullus est nostrum, qui tantam cæcitatem, ingratitudinemq; non admiretur. Quid autem erit, si nos illos ingratitudine superamus? quantò maius beneficium est Deum pro nobis hominem factum fuisse, crudelissimamque mortem subijsse, totque sacramenta gratiæ, ac sanctificationis plena nobis reliquisse? Vtrùm autem his omnibus beneficijs affecti idola adoremus, an non, efficacissimi testes sunt ambitiones, expetiones, voluptates, mensæ, lecti, verba ac denique

Exod. 32.

opera vestra. Omnia quæcunque cogitatis, loquimini & opera ni vos idololatras Deo vestro ingratos esse prædicant. Quo igitur supplicio dignus est, qui ita infinitæ Dei liberalitati respondet? timete fratres charissimi ne hæc beneficia in atrocissimos carni... vobis conuertantur. Quod re vera continget, nisi vos emendaueritis. In illis autem verbis, quæ dicit: Non dedit vobis Dominus ... intelligens: ostenditur singulare etiam esse donum, ac benefi... Dei gratitudinem. Quapropter diligentissimè curate illam à Do... no die, noctuque instantissimè postulare dicentes singuli: Domine perspicaces oculos mihi concede, vt quàm multa tibi debeo con... ciam, da mihi intellectũ, vt tua maxima in me beneficia rectè p... pendere nouerim, da mihi cor suaue, ac lene, vt pro eis gratias ... meras tibi agam. Hoc saltem fratres charissimi vobis hodie pe... persuadeam, vt hoc crebrò Dominum exoretis.

Hę duæ sorores videntes fratrẽ suũ infirmari, statim nuncium ... Dominum miserunt, qui illi earũ nomine fratris sui morbũ nunc... ret, & diceret: *Ecce quem amas infirmatur.* O quam salubre consili... est hoc, & quam bonũ exemplũ christiano. Infirmaris frater? pri... igitur medicũ Iesum Christũ accersi, ne corporalem medicũ pri... quam Deũ iubeas accersiri. Aspice has venerabiles fœminas q... modo prius Dei, quàm hominum auxilia deprecantur. Compert... est Deum sæpenumero propter peccata morbis ac tribulationi...

Psal. 118. homines affligere. Hoc significat quod dixit Dauid. Tribul... & angustia inuenerunt me. Videtur Deus labores, ac morbos ... bus immittere, quasi canes venationibus edoctі. Qui illos ... gent, quousque eos inueniant, & quantumuis in abscondito late... ab eis reperiantur. Samson sensuali passione excæcatus ad dom...

Iud. 16. meretrices ingressus fuisse dicitur. Et sic cũ corporaliter sanus ... animæ oculos amisit: postquam autem corporales oculos perdi... spirituales recuperauit, animaduertẽs enim se cæcũ tribulatũq; ... ad Dñm conuersus est, & dixit. Dñe Deus meus memento me... redde mihi nunc fortitudinẽ meã pristinã. Talisq; fuit oratio illa, ... tantũ apud Deũ eius cõtritio valuit, vt Dñs pro sua infinita mise... cordia, illi pepercerit, & quod petebat, cõcesserit. Vt videatis q... vtilior illi afflictio illa, & cæcitas fuerit, quam sanitas, & visus, q... antea fruebatur. Si igitur verũ est, Deũ infirmitatẽ, & laborẽ qu... canes, qui peccatorẽ inuestigent, mittere, si te morbus, & tribulati... inuenerunt, & te morbo laborantẽ experiris consentaneũ est vt ... ipsu...

13 ipsum Deum confugias, sicuti fecit Samson, cũ se cęcum, & debilẽ vidit. Ne sis quasi Samuel qui quum à Dño vocaretur ad Heli confugit. Vocaris à Deo per morbũ & tribulationẽ, tu verò ad medicũ cõfugis: rationi consentaneum est, vt prius ad ipsum Deũ cõfugias peccatũ tuũ cognoscẽs, illudq́, lamentans, & cũ maxima lachrymarum copia à Dno misericordiã exposcẽs: sicut fecit Dauid, quãdo Dñs illum laboribus inuestigauit, qui dicebat: Exaudi Deus orationem meã, auribus percipe lachrymas meas. Videris sanćte Dauid bono loquendi modo nõ vti. Lachrymæ enim perspici quidẽ, audiri verò nõ possunt. Si essent voces, bene rogares, vt exaudirentur. O non hoc intelligitis. Lachrymæ enim peccatoris contriti suauissimus quidã est cõcentus & musica in auribus Dei. Et siquidem quando tibi Deus morbũ mittit, hoc præcipuè expetit, prius cum 1. Reg. 3.
14 illo age, & postea bene poteris corporalem medicum accersire.

Respondit Dominus ad sorores, dicens: *Infirmitas hæc non est ad mortem*. O Christe infinita æterni Patris veritas, quid est hoc, quod dicis? iam, iam animam exhalăt: & tamen tu dicis illum hoc morbo non esse moriturum? Videris secundũ secularium hominũ consuetudinẽ loqui, qui ægrum alloquentes, licèt iam prope obitum sit, illi dicunt, nihil erit infirmitas hæc, non morieris hoc morbo, statim tibi bene erit. Hæc dicens, fefellit Sathanas primam mulierem, dixit enim illi: Nequaquam moriemini. Et qui tunc hoc verbum locutus est, idem nunc in amicorum, liberorum, medicorumq; oribus ponit: omnes enim infirmo dicunt: bene tibi est Domine, non hac infirmitate morieris. Nec est qui dicat: attende Domine: quia iã prope moreris, sed omnes dicunt: Nequaquã morie- Gene. 3.
15 mini. Et medici præcipuè in maxima culpa sunt circa hoc. Et summus Põtifex Pius V. fœlicis recordationis eos motu quodam proprio excõmunicat si infirmum certis vicibus viserint, nec illum admonuerint, vt peccata sua confiteatur, sacrosanćtumque Eucharistiæ sacramentum suscipiat. Quòd si dicatis: O pater, Galenus & Hippocrates prohibent, ne quid infirmis dicamus, quod eis molestiam possit afferre. Dico Galenum, & Hippocratem gẽtiles fuisse, & ideò sempiternis inferni ignibus cruciari, nec mirum esse si hoc dixerint. Vos autem cum Christiani sitis eisdem tormentis puniemini, nisi munus vestrum sicut Christiani exequuti fueritis, & nisi vos in omnibus Deum timentes præbueritis. Quid igitur Domine tu loqueris sicut hi, & dicis illum non esse moriturum?

Non dicit Dominus absolutè illũ nõ esse moriturum, sed dicit: infirmitas hæc non est ad mortẽ: scilicet, vt hac morte vniuersale generis humani debitũ soluturus sit. Sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Illũ enim à mortuis suscitãs, se verũ Deum hominisq; conditorẽ esse cõprobauit. Est hic perfectissima qu... imago, & dicit quis: Ego illã confeci, ego sum pictor, qui hanc imaginem depinxi, cui vos non vultis credere: si pictor ille imaginem oblinit, & delet, aliamq; illi simillimã efficit, satis euidens probatio est primam etiam ab eo depictam fuisse. Dicebat Christus Redemptor noster hominibus: Ego & Pater vnum sumus, vnum rerum omnium principiũ. Homines verò illum esse, qui hominem creauerat, credere nolebãt. Dicit igitur Dominus: Deleatur imago... hoc esse hominis oblinatur, Lazarus moriatur, desinat esse persona. Quam imaginem oblitã iterum depingit, Lazarumq; mortuum resuscitat, personamq; illã, quæ desierat esse, reficit. Peremptoria... tio, & euidentissima cõprobatio est hæc, quod Christus Dominus noster est pictor qui hanc imaginem prius confecit, & vniuersi... cunctorum hominũ creator existit. Et ideò dicit: vt glorificetur filius Dei per eã. Etiã nunc sunt plurimi, qui ad gloriã, & honorem Dei sunt homines: alij verò sunt, qui ad nihil aliud, quã ad dedecus & contumeliã Dei viuere videntur. Apud vos cùm videtis ... eleganté, & perpolitis vestibus exornatum: statim quæritis. C... famulus est hic? Satis apparet illum bono Domino seruire. Q... si nudum, aut tritis vestibus, & veteribus calceis indutum illum videtis, dicitis: signum est quod alicui misero, & rustico hero seruit. Sic vir præditus virtute, & qui in sanctitate maximè profecit, quantum est ex se omnibus illum aspicientibus occasionem Deum laudandi & glorificandi præbet: quia talem donorum vestem, ornamentum seruis suis largitur. Et sic dicitur de amico Dei: D... lectus Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione. Dicit Spiritus sanctus eius recordationem, occasionem præbere, quò homines Deum glorificent, illique benedicant, qui talem illum fecit. Et ita dicit purissima virgo Maria Domina nostra in suo Cantico: Magnificat anima mea Dominum. Deum magnificare, & exaltare, est quemquam adeò in virtute proficere, vt quicũque illum intueatur, ex eo Dei magnitudinem probitatemque possit inuestigare, clarioremque eius cognitionem valeat impetrare, qui seruos, & amicos suos tales norit, & possit efficere.

Simile. *Ioan. 10.* *Simile.* *Eccle. 45.* *Luca. 1.*

21 Contrà verò peccator, qui tritis ijsque horridis, & immundis vestibus indutus est, infidelibus occasionem præbet, vt dicant illum malo Domino seruire. Et hoc est quod B. Paulus dicit: Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes. Videntes enim gentes vitam, moresque malorum hominum dicunt: qui sunt hi? qualem Deum habent, qui eorum peccata suffert? quæ hominum ratio, aut modus est hic? qui ne legem quidem naturalem obseruant. Signum est eorum Deum talem esse, quales illi sunt. Hoc est Deum dedecorare, & iniuria afficere. O fratres charissimi saltem propter Dei honorem ac reuerentiam erubescite cum Christiani appellemini, tam turpiter, ac flagitiosè viuere, vt sacrosanctũ Iesu Christi nomen inhonestetis. Considerate quantũ illi debeatis, & quanta propter vos fecerit, ne illi pro solutione vituperia, & contume- *Rom.2.*

22 lias referatis. Curate etiam diuinum Magistrum vestrum imitari in hoc verbo, quod hîc dicit. *Pro gloria Dei*. Hoc est quod ipse in omnibus operibus suis summopere intendit: videlicet, vt Deus glorificaretur. Et ita hoc est principalius, in quo illũ debemus imitari, vt omnia opera nostra ad hũc finẽ dirigantur. Hoc allegabat Moyses cùm Deus illi diceret se velle populum Israëlis euertere: Ne quæso (ait) dicant Ægyptij: callidè eduxit eos vt interficeret in montibus. Domine (inquit) delere populum istum dedecet honorem & gloriam tuam: dicent enim gentes te esse Deum seductorem, & qui homines decipis. Sic etiam Iosue quãdo milites sui superati sunt, ad Dominum proclamabat dicens: Et quid facies magno nomini tuo? vterq; non tam populi euersionem, quã gloriam, & honorem Domini intendebat, ne fortè Deus blasphemaretur. *Exod.32.* *Iosue.7.*

23 Idem intendebat Dauid, cùm affectuosè à Domino postulabat, vt se à Saulis potestate liberaret. Non erubescant (inquit) in me, qui expectant te Domine, Domine virtutum. Domine propter pietatem tuam te deprecor, ne patiaris, vt ego qui sub misericordiæ tuæ vmbram confugi, quiq; protectionem tuam efficacissimè postulaui, ab hoc atrocissimo hoste deuincar, ne ij qui in te vno omnem spem suam sitam habent? animaduertentes, quàm parum auxilij mihi præbes, & videntes me à te destitui, de misericordia tua desperent. O admirabilem gloriæ, & honoris Dei amorem. Etenim non tam expetebant iusti Dei beneficia, eo quôd sibi essent vtilia: quam vt propter illa Deus ab omnibus magis glorificaretur. Cùm hoc ipso affectu dicebat Beatus Paulus: Magnificabitur Christus in cor- *Psal. 68.* *Philip. 1.*

pore meo: siue per mortem, siue per vitã. Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum. Hoc est, huic fini vitam mortemq; meam 24
destinaui, videlicet vt Deus glorificetur. Per nomen vitæ, & mortis vniuersos euentus, tam prosperos, quàm aduersos intelligit. Nõ sic faciunt plurimi, qui cum salute, & prosperitate Deum vellent potiùs quã cum infirmitatibus, & aduersitatibus glorificare: atque hoc à Domino instantissimè deprecantur. In quo malunt Deum potius eorum voluntati quam ipsos eius beneplacito conformari. Acsi dicerent: Domine si me vis diuitem, sanum & honoratum, sic tibi seruiam: sin minus quære quis tibi seruiat. Ego profectò arbitror istud non esse Deo, sed sibi ipsis seruire. Videtur mihi Deum meritò posse talibus hominibus idẽ dicere, quod Alexander dixit incolis cuiusdam ciuitatis, qui illi dimidiã diuitiarũ suarum partem offerebant, vt illos in pace dimitteret, nec eis bellum inferret. Non 25
ego (inquit) cũ hoc proposito in Asiã descẽdi, videlicet, vt ea quæ mihi daretis possiderẽ, sed vt ea, quæ ipse vobis darẽ, haberetis. Sic potest Deus dicere: Non cũ hac intentione descendi ego in anima tua habitaturus, videlicet, vt reciperem quæ tu mihi dares, atque vt in ijs solummodo, quæ magis tibi placerent, & appetui tuo conformiora essent, mihi seruires: sed vt quãcunq; viuendi rationem mea diuina prouidentia decernerem, tibique designarem: illam tu fœlicissimã, præstantissimãq; esse iudicares. Qui ita facit, hic ad gloriam Dei viuit, illamq; in omnibus actionibus suis intẽdit. Ideo B. Augustinus dicit: Deus est nobis summũ bonũ, nec infra remanendũ

Aug. lib. 1. de moribus Eccle.

nobis est: neq; vltra quærendũ. Alterũ enim periculosum, alterum nullum. Minus quærere, quã Deũ, periculosum, maius autem im- 29
possibile. O gloriose Apostole Paule benedicta sit diuina maiestas quia tam sublimi amore sui te arripuit, vt diceres. Siue per mortem siue per vitam, &c. Sic sic fratres charissimi nos Deo in vtraque fortuna seruire oportet: non verò in ijs tantum, quæ nobis placent.

Postquam nuncius discessit, cõmoratus est ibidẽ sapientissimus Magister duos dies quibus peractis dixit discipulis suis: *Lazarus amicus noster dormit: sed vado, vt à somno excitem eum.* Mortuus erat, & dixit illum dormire, quia eius amicus erat, ideo illius mors erat somnus, & requies. Iusti enim ex hoc mundo verè exeunt, vt requiescant. Et ita dicit Deus: qui vicerit, non lædetur à morte secunda. Et

Apoc. 2.

síquidẽ hic loquitur de morte secunda, sequitur mortem etiam primam esse: Et sic est verũ. Nã duplex est mors, altera animæ, quod est

27 est peccatum mortale, vt dicit Iacobus: Peccatum cùm consumma tum fuerit, generat mortem. Altera verô est mors secunda, quę corpus interimit. Et meritò quidem peccatum mors prima appellatur quia prius fuit peccatum, & mors animæ, quam corporis: sicut causa prior est effectu. Quemadmodũ dixit B. Paulus: Per vnũ hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors. Et in Genesi dicitur: In quocunque enim die comederis ex eo morte morieris. Ait ergo B. Ioannes: Qui vicerit, &c. qui vicerit priorem mortem, quod est peccatum, & vitia, nõ lædetur, nec percutietur à posteriori morte, quæ est corporis. Non dicit, istum non esse moriturum: omnes enim tã boni, quàm mali morimur: sed non lędetur à morte. Iustis enim, qui penitus purificati sunt, nullum detrimentum affert mors. Ad eos nãque venit mors victa, debilis, & inermis 28 nec illis potest officere. Quamobrem B. Paulus quasi mortem irridens, dicit: Vbi est mors victoria tua? quia aduersus iustum mors non habet victoriã. Si peccatum non habes, nihil est quare mortẽ pertimescas. Idcircò iustorum mors somnus appellatur. Et sic dicit B. Paulus: Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus: vt non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus ꝙ Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Quid hoc est sancte Apostole? Christũ Redemptorem nostrum, qui est vera vita, mortuũ appellas: hominem autem, qui nihil aliud est, nisi imago quędã mortis dormientẽ nũcupas? Ne arbitremini hoc absque mysterio dictum fuisse. Christum Iesum mortuum vocat, hominẽ verò dormire dicit: quia ideò nos dormimus, quia Iesus Christus mor-29 tuus est, & effecit, vt mors nostra in somnum verteretur. Et eius resurrectio fuit exemplar quoddã resurrectionis nostræ. Et sic tã dulcem reddidit mortẽ, vt effecerit illam somnum posse nuncupari.

Iacob. 1. · *Rom. 5.* · *Gene. 2.* · *1. Cor. 15.* · *1. Thes. 4.*

Quia autem discipuli tanquam rudes, & imperiti Dominum de corporali somno loqui arbitrabantur: ideò dixit eis manifestè. *Lazarus mortuus est.* O sancte Deus. Quid? Fieri ne potuit, mortem aduersus adolescentem elegantem, illustrem, diuitem, atque potentem præualuisse? Etiam mortuus est, inquit filius Dei. Itaque etiam est mors regibus, & principibus. Nulla sunt arma, pulchritudo, nec iuuentus, nec nobilitas, nec denique humana potentia, quibus mors valeat superari. Idcircò postquam Dauid dixit: Ego dixi: Dij estis, & filij excelsi omnes: addidit, dicens: Vos *Psal. 8*

amen ſicut homines moriemini. Licèt potentiã maximã in terris habeatis, & quaſi Dij ſitis in ea, atque maximi ab omnibus æſtimemini, & honoremini: attamen eſtis homines, & ſicut tales mori debetis. O ſi attentè, ac profundè hoc cõſideraretis quot peccata cauta-
Eccle.7. taretis. Dicite mihi, nunquid nõ eſt verbũ Spiritus ſancti dicẽtis: Fili memorare nouiſsima tua, & in æternũ non peccabis? quòd ſi Spiritus ſancti verbũ eſt, infallibile eſt. Si igitur eſt infallibile, quomodo licèt aliquando de morte cogitatis, attamen peccatis? quia de illa nõ cogitatis ſicut Spiritus ſanctus vult vos cogitare: idcircò il-
simile. lius conſideratio non efficit in vobis hunc effectum. Naturaliter ea quę à longinquo loco aſpiciuntur, apparent minora, quàm ſunt ſicut apparet in ſole, luna, & ſtellis, qui cum maximi planetę ſint, nobis tamẽ minimi apparent. Sic etiam mortis pericula parua vobis vidẽtur, quia illa ac ſi nimis remota eſſent, contẽplamini: & dicitis
Luc.12. cũ illo diuite, de quo meminit B. Lucas: Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos; requieſce, comede, bibe, & epulare. Qui quidẽ quanquã credebat ſe eſſe moriturum, poſt plurimos tamen annos id futurum eſſe arbitrabatur. Si ergo optimè mortis pericula cognoſcere vultis, & vt eius contẽplatio in vobis efficiat effectus, quos dicit Spiritus ſanctus, oportet vos illam conſiderare, acſi iam propè obitum eſſetis, & iam mortis agone premeremini, atque poſt vnam horam inferni tormenta, aut gloriæ beatitudinẽ expectaretis. Quis peccatum vllum cõmittere auderet, ſi hæc aſsi-
Iob.17. dua animi contẽplatione cogitaret? ſic faciebat ſanctus Iob quando dicebat: Solum mihi supereſt ſepulchrum. Omnia huius ſeculi arbitror me relinquere, & nihil amplius mihi remanere puto, quã vt in ſepulchrum deferar. Hoc vnum erit cubiculum meum. De domibus, ac diuitijs meis dicetur: Vniuerſa hæc fuerunt talis hominis: de ſepulchro autem meo dicetur: hoc eſt ſepulchrum Iob. So-
Iob.14. lum mihi ſupereſt ſepulchrũ. Et alibi dicebat: Cũctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Quotidie (inquit) mortem expecto, quia ſingulis diebus, atque etiam ſingulis horis mori poſſum. O filij Adæ, quare ſic non viuitis? Quare hæc in cogitationibus veſtris verè, & ex animo non euoluitis: cùm tam ſalubria animabus ſint medicamenta? Quia diabolus ab his ſanctis conſiderationibus vos curat diuertere. O fratres chariſsimi per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto, vos rogo, & quanta animi contentione poſſum,

depreco-

33 deprecor, vt ex hac cælesti doctrina fructum percipiatis.

Peruenit Dominus Bethaniam quatuor dies post obitum Lazari, cui benedicta Martha obuiam exit, & postea sororem suam Mariam accersiuit, quæ cum multis Iudæis, qui venerant Hierosolymis, vt illam, eiusque sororem ex fratris sui obitu consolarentur: cum illis (inquam) domi morabatur. Illa autem, vt audiuit surrexit citò, & venit ad eum. Qui autem cum illa erant, cùm eam ita celeriter surgentem viderent: sequuti sunt eam, dicentes: *Quia venit ad monumentum, vt ploret ibi.* Arbitrabantur illam præ nimio mœrore afflictam ad monumentum pergere, vt illic tota lachrymis perfunderetur: illa verò ibat, vt se se cum Christo Redemptore nostro consolaretur. Ecce vnam ex maximis huius seculi deceptionibus: quòd quando quisquam cælestibus vocationibus, & inspirationibus respondet, mundóque atque cunctis vanitatibus
34 renunciat, & ad sepulchrum pergit, quæ est religio, (hic enim est mortificationis locus) statim mundani homines dicunt. Vadit ad plorandum, atque ad amarissimam, tristissimamque vitam degendam. Longe opinione fallimini profecto. Nam qui in religionem ingreditur venit, vt cum Iesu Christo se se consoletur, atque vt inenarrabili quadã exultatione lętetur. Pretiosius est spirituale quoddam religionis gaudium, & oblectatio, quam omnes ollæ AEgypti, quibus vos fruimini. Et sic vbi nos legimus. Non est Idolum in Iacob, hoc est, nõ sunt idololatrę Hebræi, Deus eius cum eo, id est, *Num. 23.*
vnum Deum glorificant, Hebræi legunt in hoc loco: Non est labor in Iacob, neq; afflictio in Israel. Quod verbum inter bonos & malos discrimen constituit. Nã in malis nihil est nisi labor, & affli-
35 ctio spiritus: sicut dicit Ecclesiastes. O quãta cum afflictione, & labore omnia temporalia perquirunt, sicut ipsi postea in inferno cõ- *Eccle. 1.*
fitentur. Ambulauimus (aiunt) vias difficiles, &c. In seruis autem Dei non sunt istæ afflictiones, & amaritudines, cùm id quod præsertim expetunt sit regnum cœlorum: bona temporalia absq; defatigatione, & amaritudine illis subijciuntur: in illis enim adimpletur quod dixit Dominus: Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Omnia quibuscunque egent, quæ sunt satis pauca Dominus absque cordium illorũ amaritudine illis suppeditat. Attẽdite quàm facile acquisierint Hebræi terram Chanaan. Apertus est illis Iordanis: ceciderunt vltrò muri Hierico, de cælo pro illis pugnabatur, quia erant amici Dei. O quã *Sap. 5.*

Isa. 48. manifestè dixit Deus hoc per Isaiam his verbis. Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua. Vtinã (inquit) præcepta mea cum attentione animaduertisses: nam pax tua tam crebra, & abundans esset sicut flumen, quod semper defluit. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, quid amplius in hac re dici potest? Si igitur Deus mentiri non potest quia est infinita veritas: manifestè sequitur fideles eius seruos qui propter eum, & vt illum non offendant secularibus vanitatibus derelictis in asperas religiones ingrediuntur pacis flumen inuenire, & de illis dici posse. Non est labor, neque afflictio in Israel. O vtinam diuina maiestas vos illuminet, eos præcipuè, qui in dispositione estis, vt hoc faciatis. O quam perspicuè hæc omnia experiremini.

Interrogauit Dominus, dicens: Vbi posuistis eum? O Deus bonitatis infinitæ, vbi possunt esse illi, quos tu vbi sunt, ignoras? quales sunt, ? quos ipse improbas? Hoc est enim nescire Dei, non approbare. Optimè sciebat Dominus vbi Lazarus posit⁹ fuerat: sed dixit hoc vt omnes ad monumentum pergerent, miraculumq́ue illud resurrectionis Lazari aspicerent. Atque etiam vt miserum infœlicis peccatoris statum significaret. Peccatores enim in illum locum peccatum deducit, vt nesciant vbi nam ipsimet sint: nec in quibus rebus occupentur: quia cum tormentum propriæ conscientiæ maximũ sit, non audet peccator in seipso commorari: volenti enim in se ingredi statim propria conscientia immensitatẽ quãdam malorum quæ ipse fecit, illi repræsentat, aliamq́; æternarum pœnarum, quæ illi præparatæ sunt, in memoriam reuocat. Et ita compellitur protinus à se exire, & aliquas res quærere, in quibus occupetur, ne sui ipsius recordetur. Videte igitur qualis erit ille, cui opus est suimet obliuionem quærere, vt peccatorum suorum nõ recordetur, vt aliquo modo posit cum aliqua lætitia viuere, & considerate in quo nam loco hic erit, cum extra se commoretur. Hic est miser, & infœlix, qui sub malæ consuetudinis lapide sepultus est: quia illic eum peccata eius sepelierunt.

Iesus ergo rursus fremens in semetipso venit ad monumentum. Iã Dominus plorauerat videns Magdalenam lamentantem, & secundò fleuerat pergens ad monumentum: nunc verò tertiò ad illud accedens lachrymatus est. Quæ lingua poterit explicare, quid clementissima amatoris hominũ viscera sentirent, cum videret omnia miracula, quæ operabatur non sufficere, vt illa marmorea corda conuerterent

39 uerteret? Homines stultè pro nihilo solent lachrymas effundere: vt inquit Dauid, Frustra conturbatur omnis homo, id est, pro rebus nullius momenti, quis autem credet Dominum pro nihilo fuisse lachrymatum. Non legitur Dominum plorasse quando flagellatus, spinisque coronatus, ac crucifixus est. Fleuit autem in cruce pendens pro peccatis nostris æternum patrem exorans. Cum clamore valido, & lachrymis, &c. sicut dicit Diuus Paulus. Et fleuit super Hierusalē, atq; hic etiam pertinacem illorum infœliciū Iudæorum duritiem cōsiderans, qui ne tanto quidem miraculo sicuti hoc erat mollificandi erant. O Christe suauissime animarum nostrarum magister, quantopere in hoc tua immensa misericordia, & amor in homines illucescit: in tuis enim doloribus, ac afflictionibus nō fleuisti, pro nostris verò criminibus lamentatus es.

Psal. 38. *Heb. 5.* *Luca. 19.*

40 Dicit Dominus ijs qui aderant. *Tollite lapidem* Super quod dicit B. Augustinus. Non poterat lapidem amouere, qui mortuum poterat suscitare? Poterat sane, sed quæ in potestate nostra erant, nobis reliquit, quæ autem maiora erant viribus nostris, sibi sumpsit. Factu quod potes, & Deus faciet, quod tu non potes. Ablato lapide voce magna clamauit, *Lazare veni foras*. Significans in hoc peccatores nimis obduratos vocibus, & terroribus reprehendi oportere, vt à peccatis suis resurgant. Non sufficit quicunque terror ad hos à peccatis abstrahendos. Si animaduerteritis, videbitis ficedulas quæ in turri cymbalaria cōmorātur, & illæ, quæ sunt nouæ vbi primū cymbalarius cymbalū mouere incipit, statim omnes aufugiūt arbitrantes turrim in terram corruere, illasq; præcipitare: illæ verò quæ sunt veteres, etsi cymbalū pulsetur, & magnum sonitum edat,
41 nihil timent, nec commouentur: sic etiam peccator, qui est nouus in peccato statim, vt reprehensionē audit, aut cum terrore corrigitur arbitratur se à terra absorbendum esse: quia cum non sit tam deprauatus, nec tam cæcus peccati grauitatem melius cognoscit: cumque voluntas in malo penitus nondum resideat statim fugit, quia tot cōscientiæ morsus, totque labores, & inuersiones, quas peccatū secum affert, non potest perpeti. Peccator autē vetus, & qui ex lōga cōsuetudine in peccatis obduratus est, etsi vicinū suum mori videat, etsi Deus eius filiū occidat, etsi cymbalum pulsetur, & plurima mortis signa perspiciat: non fugit, nec malū pertimescit: quousq; illū repētina mors occupat atq; illū in peccatis cōmorantē in infernū præcipitat. Quod cū ita sit peccatores ij, qui ita obdurati estis ex terribilib9

August. *Simile.*

reprehensionibus, & fortissimis rationibus, quas quotidie audi tis fructũ percipite, & à peccatis vestris resipiscite, antequã vos interitus cõprehendat, & absque remedio vos experiamini. Ecce autẽ Lazarus linteis alligatus, sindoneq́; prodijt inuolutus: quod fuit alterum miraculum, videlicet, quod omnibus membris alligatus ambularet. Dixit eis Iesus. *Soluite*, hoc dixit sanctis Apostolis. Accedite peccatores cum contritione ad apostolicos cõfessarios vt potestate quam habent vos absoluẽtes, vosque à peccatorum vinculis liberi, gratiaque repleti remanẽtes, postea cælesti gloria perfrui valeatis. Ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

¶ Sabbatho post Dñicam. IIII. in Quadrag.

Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Ioannis. 8.

CVM Christus redẽptor noster sit lux vera, ex hoc infertur sicut ipse hic dicit quòd ille, qui eum sequitur, cum lucẽ sequatur non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Christum Iesum sequi, apertè loquendo, est illum imitari. B. Ioannes dixit, Scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus. Qui igitur in gloria Iesu Christo filio Dei similis esse voluerit, prius debet in hac vita illi similis fieri. Et sic vna ex admirabilibus reuelationibus, quæ huic glorioso Apostolo factæ sunt fuit, quam in Apocalypsi refert, quæ ad imitationem nostram spectat. Vidi (inquit) similem filio hominis, idest, similitudinem filij hominis vestitum podere, hoc est, veste linea alba induttum à capite vsque ad pedes, in signum puritatis, & innocẽtiæ, quam nos oportet imitari. Itaq; hic reuelata est Beato Ioãni similitudo filij hominis, quam omnes iusti præferre debẽt. Dicit vlterius se vidisse illum præcinctum ad mamillas zona aurea. Et notate maximum mysterium, scilicet, quòd eandem similitudinem vidit Daniel. Veruntamen sic dicit de illa: & renes eius accincti auro obryzo. Nam hoc cingulum aureũ, quo hæc poderis alba accincta erat charitatem, amoremque diuinum significat, quia quemadmodum cingulum efficit, vt vestis corpori coniungatur, & sit secura, ne cadat, sic charitas & amor

1. Ioan. 3. *Apo. 1.* *Dan. 10.*

& amor diuinus effecturus est, vt puritate induti simus, atque illi
3 magnoperè adhæreamus, & non nobis decidat: sed vt semper in ea perseueremus. Esse autem similitudinem illam, quã vidit Daniel succinctam zona aurea circa renes: hanc verò, quàm vidit Beatus Ioannes iuxta mãmillas cingulum habere: significat maiorẽ obligationem, quam habemus in lege gratiæ præstãtiorem puritatem diligentius obseruare, quàm obseruatores legis scripturę tenebantur. Et ideò habet cingulum iuxta pectora, quia in pectore sunt cogitationum receptacula: & oportet omnia diuino amore esse nimis alligata, & succincta. Dicit vlterius D. Ioannes: Capitis autem eius capilli erant candidi, velut lana alba, & tanquàm nix, & oculi eius tanquã flamma ignis. Capillis albis morum maturitas, grauitasq; & modestia quasi senectutis significatur. Oculi verò lucidi,
4 & splendidi prudentiam, sapientiam, intellectusque acumen, & perspicaciam designant. Hæc est Christi Redemptoris nostri similitudo. Hanc debemus curare, in nobis imprimere. Hoc exoptabat Sanctus Paulus in omnibus Christianis videre, & ob id terribiles labores patiebatur, sicut ipse exaggerat, dicens: Filioli mei, *Galat. 4.* quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Aduertite, quanta amoris teneritudine sanctus Apostolus homines tractabat, siquidem dicebat: Filioli mei. Atque etiam est valde notandum verbum illud: iterum parturio. Iam enim acerrimos dolores tanquam parturientis patiens, illos ad Dei obedientiã, & amorem adduxerat: & cum illi peruersi fuissent, non cessabat denuò labores maximos tolerare: donec formetur Christus in vobis, hoc est, donec in vnoquoque vestrum Iesu Christi similitudo impres-
5 sa remaneat. Et sicut pictor incipit imaginem depingere, prius ob *Simile.* scuras quasdam lineas efficiens, & paulatim colores apponit, clarioraq; atramenta adhibet, quousque perfectam prorsus imaginẽ format. Sic etiã Spiritus sanctus tanquam diuinus pictor, sanctos, sicuti B. Paulum, cæterosq; quasi instrumenta assumens in hominum cordibus Iesu Christi imaginem depingit, illosq; paulatim viuificat, atque in charitate, cęterisq; virtutibus, & Dei cognitione perficit, donec formetur Christus in illis: hoc est, donec vnusquisque Christus appareat, cum Iesus Christus in eis maneat insculptus. Et hoc est Christum sequi, qui est vera lux, vitæque lumen accipere. Vnusquisque enim effectus recipit secũdum qualitatem rei ad quam accedit, & quã sequitur, sicut dicit Propheta Abdias. Et erit *Abdias. 1* domus

domus Iacob ignis, & domus Ioseph flāma, & domus Esau stipula, hoc est, qui Iacob & Ioseph imitantur, feruidum spiritum habebunt, sicut Iacob, & Ioseph: omnes erunt flāmæ ignis, & sicut tales sursum ascendent vsque ad cælum, qui autē imitantur Esau reprobum, erunt tanquā paleæ in perpetuum cōburendæ. Et sic qui Iesum Christum, qui est vera lux imitantur, habent lumen vitæ. Et cum verum sit demones principes esse tenebrarum sicut eos vocat
Ephes. 6. B. Paulus, dicens: Principes tenebrarū harum, qui Sathanā imitantur, & sequuntur, non habent lumen vitæ: quòd si lumen habent, est lumen mortis. Volo dicere quòd si habent sapientiam, est ad faciendum malum ad peccandum, atque ad proximos decipiendos.
Hiere. 4. De quibus dicit Hieremias: Sapientes sunt, vt faciāt mala: bene au-
Simile. tem facere nescierunt. Videre est quomodo pisces dum in stagno aquæ pleno cōmorantur, huc atq; illuc cursitantes iterum atque iterum magna cū iucūditate volutant: sed vbi primū ab aqua auferūtur, statim quasi mortui remanēt palpitantes, nec moueri possunt. Sic etiā mundani homines seculariū vanitatū sectatores in negotia huius seculi immissi. O quā velociter in illis volutant, & quā diligēter & feruidè ea negotiātur: si autē illinc abstrahantur, sunt quasi iumenta. Mercator quidam, negociator, & vsurarius, qui vniuersum mundū norunt decipere, in spiritualibus rebus collocati quasi mortui remanent, tanquā pisces à stagno aquæ abstracti. Vespertilio nescit die volare, nisi noctu. O infœlix peccator tu nescis volare, nisi in rebus peccati, in rebus infernalibus: in his quasi vespertilio celerrime volas. Die autem, & in rebus, quæ ad animæ salutem, Deiq; ministerium spectant, nescis magis volare, nec operari, quàm si esses brutum quoddā animal, & rationis expers. Cùm ad pedes confessoris es, ne verbum quidē scis loqui, illinc verò ablatus plusquam viginti loqueris. Non vitæ quidem, sed mortis lu-
Arist. 1. men habes. Quando Aristoteles dixit: Omnis homo naturaliter
Meta. c. 1. scire desiderat: intelligitur vniuersos homines naturaliter deside-
tom. 3. rare veritates cognoscere: scire verò mendacia, errores, & fallacias non est scire, sed ignorare. Vnde infertur solum verum esse scibi-
Aristo. 6. le. Nam veritas habet se cum intellectu, sicuti lux se habet cum
Ethi. c. 2. visu: sicuti igitur solum lucidum est visibile, ita etiam solum ve-
tom. 5. rum est scibile. Et tu, qui Sathanam sequeris, qui vniuersi mendacij, & erroris est magister, tanquam eius discipulus in mendacijs, erroribus, ac fraudibus sapiens remanes, & sic in magno pericu-

lo versaris fidem amittendi, atque in infidelitatem incidendi. Quòd cùm ita sit frater in te reuertere, & emendare: quando quidem nunc tempus, & opportunitatem habes, vt tibi remedium adhibere possis. Atque ad hoc notate fratres rem quandam adnotatu dignissimam, scilicet, quòd quamuis homo quandiu viuit in vniuersis malis diabolum potest imitari; in hoc tamen vno illum imitari non potest, quod est esse in culpa confirmatum, sicuti est diabolus. Vt maximam Dei in homines misericordiam cognoscatis. Multos quidem in hac vita Deus confirmauit ne possent mortaliter peccare, sicut de se, deque socijs suis dicebat beatus Paulus. Certus sum, quia neque mors, neque vita, &c. poterit nos separare à charitate Dei. Nunquam verò hominem vllum quandiu in hac vita commoratur in peccato confirmauit. *Rom. 8.* Potest quidem homo excæcari, peruerti, & obdurari, non autem in culpa confirmabitur. Et ratio est, quia Deus non inducit aliquem ad desperationem, sed ad confidentiam in diuina misericordia. Quòd si Deus aliquem in hac vita in peccato confirmaret: hoc esset illum ad desperationem inducere, quod est grauissimum peccatum. Ergo nunquam Deus hoc fecit, nec vnquam faciet, quæ cum ita sint attende infœlix homo, licet in peccato nunc sis te ad hanc diuinam lucem posse conuerti, & ex illa participare.

Et habebit lumen vitæ. Lumen vitæ in vno sensu est sapientia diuinarum rerum, vt quis Deo seruire norit: & quædam propriorum defectuum cognitio, vt se confundat propter eos, sibique remedium curet adhiberi. Nam sicut corporali luce maculæ videntur, quæ in tenebris latebant; sic accedens homo ad lucem, qui est Iesus Christus, defectus imperfectionesque suas incipit agnoscere, quæ antea non animaduertebat, & illarum remedium inuestigat. Et quò magis per imitationem ad hanc diuinam lucem accedit eò magis semetipsum contemnit. Si tibi nimis places, accede ad hanc diuinam lucem, & humilitas tua cum illius submissione comparata tibi superbia videbitur: paupertas tua superfluitas tibi apparebit, patientiam impatientiam, obedientiam denique inobedientiam esse iudicabis. Etiam lumen vitæ significat lætitiã quandam, & gaudium spirituale, quo afficiuntur illi, qui per veram obedientiam supernam lucem: qui est Iesus Christus, sequuntur, & sic dicit Ecclesiasticus. Audi fili, & accipe consiliũ intellectus *Eccles. 6.*

& ne abijcias consilium meum: inijce pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum: subijce humerum tuum, & porta illam, & ne accidieris vinculis eius, in omni animo tuo accede ad illam. Et paucis intermissis. In nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem. Attendite quomodo Spiritus sanctus honorem voluptatem, atque vtilitatem designat, quæ ex diuinæ legis obedientia eius oseruatori proficiscitur: quamuis in principijs omnia aspera videantur. Et quatuor res commemorat, quibus diuersæ corporis nostri partes solēt affligi: collum scilicet torque, pedes compedibus, humeri onere, manus denique manicis ferreis defatigari consuescunt. Et metaphoram exponendo: tunc diuinæ legi humerum subijcimus, cùm omnia, quæ nobis præcipit, suscipimus. Et quantumcunque grauia sint, facere non recusamus: & tunc pedes in eius compedes immittimus, cùm nostros sensuales appetitus refrænamus. Et tunc collum nostrum in illius torques inijmus, quando ceruicem, superbiamque eius imperio submittimus. Et tunc manus nostras eius vinculis patimur alligari: cum mediante sancto Dei timore nos à malis operibus cohibemus. Et sic omnia hæc passionum nostrarum vincula in salubres colligationes conuertuntur. Et tandem (sicut hìc dicit Deus, qui mentiri non potest) homo cordis trãquillitatem, spiritusque suauitatem inenarrabilem reperit: & hoc est etiam lumen vitæ quod recipiunt illi, qui hanc veram lucem sequuntur.

Etiam ex imitatione, & sequela huius diuinæ lucis aliud singulare commodum sequitur, quod est sicut hìc Dominus ipse dicit, *Non ambulat in tenebris*. Et quamuis hoc sit prius, quàm quod dicit, habebit lumen vitæ, in hunc tamen locum distuli, vt de hoc admirabili beneficio radicitus agam. Ad quod primum duo notanda sunt: alterum est, licet de omnibus peccatoribus, qui in peccato mortali commorantur dici potest illos in tenebris ambulare: proprius tamen hoc de illis dici, qui fidei lucem perdiderunt. Alterum est, hæreticos huius miseræ tempestatis maius damnum animabus attulisse, quàm cæteros alios. Nam alij hæretici vt in plurimum speculatiuas hæreses, quæ ad intellectum spectant homines erudiebant: hi verò noui hæretici inuaserunt prædicantes, quasi alter Mahoma carnis libertatem, atque omnia quæcunque mali, deprauatique homines faciebant comproban-

15 tes: considerantes hac noua doctrina facile deprauatos peccatores
post illos esse abituros: quia quod antea cum aliquo scrupulo,
conscientiæque suæ stimulo faciebant, nunc iam magis libere, &
sine scrupulo faciunt: cùm iam ab hæreticis edocti sint se illud
sine peccato facere posse. Et si hi maledicti ieiunia, & corporales afflictiones, quibus corpora mortificantur, eorumque passiones subiguntur, sustulerunt, virginum castitatem relegarunt,
sanctissimæ confessioni silentium imposuerūt: prælatorum obedientiam sustulerunt, obligationem denique persoluendi decimas abstulerunt in aliosque plurimos errores homines induxerunt, quam securitatem possumus nos habere magis, quam aliæ
nationes, in quas hæc tam gulosa tamque amica carni secta inuasit? Siquidē vbicunque est caro reperiuntur homines cupidi pla-
16 cendi carni suæ, & inimici illarum rerum, quæ sibi molestæ, &
amaræ sunt. Efficacius remedium, quo ab his tenebris, & erroribus possumus liberari, est quod nos hic summa veritas docet,
dicens: qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Sequamur vere, & ex animo per singularem imitationem hunc diuinum magistrum, qui est vera lux: & quò diligentius, & efficacius illum
secuti fuerimus: eò securiores erimus, ne in has tenebras incidamus. Et ita Ecclesiasticus dicebat. Si volueris mandata conserua- Eccle. 15
re, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam conseruare, scilicet, facient.

Tam fidelia sunt (inquit) Dei mandata, & eorum obseruantia per veram obedientiam, vt si tu illa circum conseruare volueris, nec foramen aliquod, aut rimam in eis feceris, illa etiam sic
17 te obseruatura sint: hoc enim significat conseruare, & cōseruabūt
te, & efficient, vt in æternum conserues fidem Deo iucundam,
quæ est fides viua. Impossibile est enim, eum, qui Dei præcepta
diligenter custodit, fidem amittere: hic est enim fideiussor, qui
illam securam conseruat. Idcirco dicit Beatus Augustinus hæresim in Christiano nunquam esse primum peccatum: sed semper Augusti.
esse peccatum, & pœnam aliorum peccatorum. Et sanctus Propheta Isaias detegens fontem, ex quo fidei amissio dimanat: sic Isai. 2.
dicit. Et repleta est terra eius argento, & auro, & non est finis
thesaurorum eius, idest, plena est terra Israelis diuitijs, quæ cum
nimia cupiditate compararunt. Et repleta est terra eius equis, &
innumerabiles quadrigæ eius, hoc est, etiam vniuersa terra Is-

raelis plena est superbia, vanitate, equis, phaleris, quadrigis, perpolitis vestibus, ac profanitatibus. Et repleta est terra eius Idolis, id est, hinc dimanauit, vt Idolis eius terra repleretur. Ecce quibus vijs in hominum mentes infidelitas inuadit, atque vnde prouenit, vt Deus amittatur, & arbitremur lapides esse Deos, & vnde dimanat, vt veritas ab hominibus recedat, & nobis mendacia veritates esse videantur: & vnde proficiscitur, vt catholicum sensum perdamus, & hæreticum catholicum esse iudicemus. Dicit sanctus Propheta, ex eo quòd terra diuitijs affluit, prouenire, vt plurimis peccatis abundet, & ex vitiorum abundantia, vt hæresibus, & erroribus varijs repleatur, & vt verũ Deum ignoret. Quapropter iratus sanctus Propheta cõtra eos dicit Domino: ne ergo dimittas eis. Siquidem (inquit) eo quod tu sis bonus ideo illi mali sunt: & quò maiora in eos cõfers beneficia, eò illi te magis offendunt: ne illis ignoscas: sed peccatum suum damno suo persoluant. Eia ergo (inquit propheta.) Ecce super te iudicium Dei. Ingredere (ait) in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini. Abscondere illic præ timore flagelli Dei in alicuius rupis cauerna, aut in aliqua spelunca, ne te Domini verber inueniat. Vtitur hic propheta eleganti quadã ironia, ac si diceret, sic sic, nũquid à Deo abscondi, aut ab eius manibus potestis euadere? Hei nulla est potentia, quæ Deo valeat resistere vbicunque sitis vos reperiet, ac puniet.

Quid igitur remedij est, vt ab his omnibus liberemur? Ecce remedium clarissimum apertissimisque verbis explanatum, quod ex ipsius Dei ore prodijt, scilicet, *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.* Nec habebit (inquit) peccata mortalia, aut errores, sed nimis viuam fidem, & splendidissimam, qui per veram imitationem me sequitur. O Christe reparator vitæ, & fili Dei æterni, & cuius mundi es lux huiusne an alterius? te esse alterius mundi lucem affirmat Beatus Ioannes, dicens. Lucerna eius est agnus, & loquebatur de illa cælesti Hierusalem. Quòd autem Domine huius mundi sis lux: hoc ego summopere admiror: quomodo enim fieri potest, quòd cùm tu sis lux mundi tot homines in tenebris commorentur? Si hic materialis Sol, etsi in comparatione tui tam paruus est, & tamen vniuersum mundum illuminat, & in eius conspectu nihil est obscurum: quomodo cum tu infinita lux sis, tot in tenebris relinquis?

Apo. 21.

Ad

21 Ad hoc respondet Beatus Ioannes, dicens: Quia dilexerũt homines magis tenebras, quàm lucem. O cæcos filios Adæ, ò ingratos homines. Quis vnquam tale perspexit? Quis tale audiuit? Quòd homines tenebris potius, quàm luce delectentur: & ipse Dominus eisdem verbis causam innuit, ob quam omnes non illuminat, cum dicat: qui sequitur me. Ergo qui eum sequi, atque imitari noluerit, in tenebris remanebit, & in dispositione, vt in hæresum tenebras incidat. Etiam Diuus Paulus ad Hebræos hoc explicauit, dicens: Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Quamobrem fratres charissimi ne tam singulare bonum despiciamus: sed hanc veram lucem sequamur, siquidem propter eius sequelam tot, tamque præstantia bona nobis promittuntur. *Hebr. 5.*

22 *Dixerunt ergo ei Pharisæi: tu de te ipso testimonium perhibes. Testimonium tuum non est verum.* Considerate quomodo etsi hoc in Christo Redemptore nostro locum non habebat: quia ipse est summa veritas, in hominibus tamen quandiu in hac misera vita degunt, semper est periculosum, & suspiciosum de seipsis in bono testimonium perhibere: quia plerumque proprio amore excæcamur. Atque ideò ne in aliquam vanitatem, ac iactantiam incidamus, singuli diligentissimè curemus sequi consilium sapientis. Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. Idcircò iusti non modo se non laudant, verum quoad possunt, se, suaque omnia curant paruifacere, & pro nihilo reputare. Ea verò, quæ ita bona sunt, vt nequaquam celari possint, Deo attribuent. Quando Ioseph coram Rege præsentatus est, Rexque illi *Prou. 27.*
23 dixit se illum accersiri iussisse, vt insomnium, quod viderat, illi reuelaret, respondit Ioseph: Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. Humillimi cordis verbum est hoc, in quo Deo quidem gloriam, sibi vero nihil attribuit, hoc est: non est cur huius rei mihi gratias agere, aut quare me propter hoc laudare debeatis. Non equidem virtute, aut sapientia humana huius somnij interpretatio exponitur: sed per diuinam Dei gratiam reuelatur, & illi gratias oportet agere qui hoc somnium, eiusque expositionem in horum regnorum remedium dare voluit. Et paulò inferius statim ipsemet Sanctus Ioseph dicit, quæ facturus est Deus ostendit Pharaoni. *Gene. 41.*

Aduertite quomodo omnia Deo tribuit, & quomodo altissimę

maiestatis probitatem, prouidentiamq; detegit: qui ijs etiã, qui in illũ nõ credũt qualis erat Pharao, & eius populus vniuersus beneficia cõfert. Ignorabat Moyses, quòd cornuta esset facies eius, vt
Exod. 34. facer textus id est, quòd in facie sua lucidos quosdã haberet splendores. Hoc est veri humilis ingeniũ: quòd cęteri omnes virtutes, ac radios eius aspiciunt, solus verò ille qui eos habet, illos non tales esse iudicat, sicuti hic apparet in Moyse. Imò postquam faciẽ suam tantoperè illucescere cognouit, quando cum hominibus loquebatur illam operiebat. Etiam in libro Iob dicitur de iustis.
Iob. 38. Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia dicent tibi, adsumus? Serui Dei sunt veloces, & splendidi quasi fulgura suoque bono exemplo omnibus illucescunt, ac hominũ corda deterrent: & cõcidunt, animasq; conuertunt, atque ad Deum cum humilitate, & submissa cognitione, humilique gratiarum actione redeunt, dicẽtes: Adsumus, id est, tibi Domine gloriam reddimus, siquidẽ omni auxilio, gratiaque tua, adiuti facimus, & tu quod plus
Isa. 26. es ponis, sicut dixit Isaias. Omnia enim opera nostra operatus es nobis. In hoc oportet nos laborare, vt sanctos imitemur, scilicet, vt tam verbis, quam operibus humilitatem maximam ostendamus: & multo diligentius curantes humiles corde esse.

Huic tam ignominioso verbo respondit eis Iesus. *Si ego testimonium perhibeo de me ipso. &c.* O ineffabilem optimi Redẽptoris nostri patiẽtiam, ac mansuetudinem. Videte quam responsionem illis reddit, & quo tempore, quando illi dixerant eum esse mendacem, & omnia quæcunque dicebat falsa esse. Quare Domine tam acribus, & amaris verbis tam dulcem responsionem reddis?
Prou. 26. Salomon ait: Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. Si enim non responderis ostendes te victum, illum autem victorẽ remanere. Quare igitur Domine tu his stultis non respondes sicut illi merentur? Quum tibi dixerunt: Magi-
Matth. 12. ster volumus à te signum videre, & cùm tibi dixerunt: Magister scimus quia verax es: asperrime respõdisti, dicens: Generatio ma-
Mar. 9. la, & adultera, &c. Et quid me tẽtatis hypocritæ? Hic autem cum ab illis mendax appelleris, tanta cum mansuetudine illis respondes? Ita oportebat, vt cælestis Magister faceret, ad Prælatos, eosque qui publicis muneribus funguntur erudiendos, vt cum mansuetudine, & patientia se excusent. Hoc faciebat Sanctus Iob etiam antequam Dominus suo exemplo in mũdo illud doceret.

Et

27 Et ſic dicebat. Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & an *Iob.31.*
cilla mea, cum diſceptarent aduerſum me. Dictio illa, ſi, hoc ſigni
ficat. Non me adiuuet Deus ſi contempſi cum famulis meis ratio
nem ponere. Imò vbi primum cognoſcebam vllum ex illis de
me conqueri, ego illum vocabam, & poſtulabam, vt mihi dice
ret quare conquerebatur, & me apud ſingulos ſeruos meos qui
de me querebantur, quo meliori modo poteram, excuſabam, il-
liſque rationem reddebam, quare hoc, & hoc facerem. Non illis
dicebam, Serue nequam abi in malã rem, diſcede domo mea, ſed
maxima cum manſuetudine cum illis iudicium ſubibam. Maior
profectò ratio eſt, vt idem nunc faciatis ij, qui patres familias eſtis
aut qui ſub poteſtate veſtra ſubditos habetis: ſiquidem ante ocu-
los veſtros habetis exemplum potentiſsimi Dei, qui tam patien
28 ter, & manſuete iniuſtiſsimis maledictorum Phariſæorum ver-
bis reſpondet. Sicut etiam rationem reddidit illis, qui murmura- *Matth.20*
bant, quia tantam mercedem perſoluerat operarijs, qui ſero in vi
neam ad laborandum iuerant, quantam illis, qui in labore totum
pondus diei ſuſtinuerant. Non illis dixit. Ite in malam rem, quæ
vobis cura eſt horũ quæ ego facio? ſed illis rationem reddit dicẽs.
Amice non facio tibi iniuriam, nonne ex denario conueniſti me
cum? tolle quod tuum eſt, & vade. Hęc eſt infinita Dei clemẽtia,
quod tanta cum mãſuetudine hominibus rationẽ reddit ſui. Tan
ta autem cum acrimonia illis reſpondit, qui cum verbis illis adula
tionis ad eum accedebant: vt te admoneat frater diligentius opor
tere te ab eis cauere, qui te aſſentatorijs verbis alloquuntur, quã à
quodã capitali hoſte. O quantũ malum eſt adulatio, ſiquidẽ ille,
29 qui contumelioſis verbis tam ſuauiter, ac patienter reſpondebat,
tam aſpere adulatores reprehẽdebat. In Deuteronomio præcipie *Deut.19*
bat Deus dicens. Qui percuſſerit proximũ ſuũ neſciẽs qui heri, &
nudius tertius nullũ cõtra eũ odiũ habuiſſe cõprobatur: ſed abijſ-
ſe cum eo ſimpliciter in ſyluã ad ligna cædẽda, & in ſucciſione li-
gnorũ ſecuris fugerit manũ ferrumq; lapſum de manubrio amicũ
eius percuſſerit, & occiderit: hic ad vnã ſupradictarũ vrbium, vide
licet, fugitiuorũ confugiet, & viuet. Et ibidem illũ Deus excuſat
dicens, quia nõ ex induſtria hominem occidit, ſic igitur in huma-
na conuerſatione, ſi ſecuris ferrum de manubrio labitur: hoc eſt ſi
verbum ab ore tuo labitur, cùm illud nolles proferre, quo proxi-
mum tuum offendis, ratio poſtulat vt ſit tibi vrbs refugij. Quum

vero ex proposito, & nimis præmeditate proximo tuo assentationis verbum loqueris, quem cognoscis esse hominem debilem, & forte illo verbo in superbiam, & peccatum deuenturum esse, & tamen illum assentatorijs verbis alloqueris, & quæris, quibus illi potissimum rationibus assentari, & placere possis, atque illum facias euanescere, ad hoc spirituale homicidium, tantáque crudelitatem defendẽdam, quæ ciuitas refugij erit? Tanta autem est Dei misericordia vt isti, alijque maiores peccatores si sicut oportet accedant, in illa refugium inueniant.

Respondet igitur Dominus. *Et si ego testimonium perhibeo, verum est testimonium meum.* Lux efficit, vt cætera videantur, & ipsa per se videtur. Est Iesus Christus redemptor noster lux, & veritas, & ab eo veritatem habent omnia, & eius veritas à nullo dependet, & omnia quæcunque dicit, est infallibilis veritas. *Et pater meus* (inquit) *testimonium perhibet de me.* Quotquot mirabilia, & præstantissima miracula Christus saluator noster in hoc mundo operatus est, omnia fuerunt clarissima testimonia, quæ æternus pater de illo perhibuit. Nam hic pater significat totam sanctissimam trinitatem, qui est vnus Deus, cuius virtute humanitas saluatoris nostri tot miracula operata est. Ideò dicit, Scio eum qui misit me, & ad quid me misit, & scio quo vadam: scio vnde veni (inquit) & quo vado. Scio me quatenus hominem per virtutẽ Spiritus sancti conceptum fuisse, & mendacium me loqui non posse, finemq́; meũ fuisse in mundum venire, vt illum à peccato redimerem. Quo negotio peracto ad patrem meum reuertar, qui misit me.

Vos autem nescitis vnde venio, &c. Vos secundum carnem iudicatis, cum ad nihil aliud (inquit) præterquam ad hoc corpus filiumq́; mulieris, & vt vos arbitramini filium Ioseph, aduertatis, ideo verbis, quæ vobis dico fidem adhibere non vultis, quia carnali iudicio, quod est cæcum & delirum, non autem spirituali iudicatis. Ego non secundum carnale hoc iudicium iudico: sed iudicium meum verum est, quia quemadmodum iudicium patris mei verum est, sic iudicium meum est verum. Ego enim sum vnus Deus cum patre: & ipse perhibet testimonium de me in quantum homo sum, omnibus his miraculis, quæ me facere perspicitis mortuos, scilicet suscitando, ægros sanando, cæcos illuminando, &c. Siquidem igitur per diuinam misericordiam in hunc diuinũ magistrum tot testimonijs ab æterno patre comprobatum, tantaq́; auto-

33 authoritate plenum iam credimus: superest nunc, vt illi libentissime obediamus, & plene ea quæ in suo sancto Euāgelio nobis præcipit, exequamur: & ita hac diuina luce, quam nobis hic communicabit, quæ est gratia, repleti cælesti gloria in posterum perfruemur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Dominica in Pasione.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Ioannis. 8.

1 HÆC dies dicitur Dominica in Pasione, quia ex hac die vsq; ad resurrectionē Dñi occupatur alma mater Ecclesia in mysterio pasionis Dñi celebrādo: sicut hucusque occupata est persuadendo nobis, omnibus posibilibus rationibus, vt peccatorū nostrorum pœnitentiam agamus. Quòd si quæratis quare sancta Ecclesia Spiritu sancto illuminata hæc duo coniūxerit, scilicet, quare eodem tempore, quo de pœnitentia nostra agit, de sanctissima etiam Dñi pasione loquatur? Huius ratio est, quia vera pœnitentia non cōsistit solum in præteritis peccatis lamentandis, illis cōfitendis, atq; pro eis satisfaciendo: verū summoperè necessarium est etiam illa omnino destruere, intestinoque odio habere.
Nam ad illorum confesionē obligati sumus, quādo alia necesi- *Cap. omnis*
8 tas nō offertur, semel in anno. Et hoc scilicet peccata odio habere *vtriusque se-*
semper est necessariū saltem in voto, atq; ad hoc Christiana vita *xus de pœni-*
dirigitur. Sic Isaias testatur, dicēs: Iste omnis fructus, vt auferatur *ten. & remi.*
peccatū eius, id est, vt sine crimine pietas & iustitia retineatur. Et *Isai. 27.*
licet verū sit nos ab omnibus creaturis, scilicet à cælo, terra, & inferno ad peccati detestationem inuitari: nihil tamen ad illud execrandum tantopere nos inuitat, quàm pasio Iesu Christi filij Dei. Nam quando homo attentè considerat tale pro peccato sacrificiū oblatum fuisse, quàm malum atque execrabile sit, cognoscit. Maximè hominē commouet scire, & considerare, cùm Christus Redemptor noster nimium vitam suam diligeret, (ipsa enim dignisima erat dilectu) tamen adeò peccatū execratum fuisse,

tantoque odio illud habuisse, vt hanc pretiosissimã vitam voluerit amittere, vt peccatum moreretur. Ex quo apparet Dominum quodammodo magis peccatũ odisse, quam vitam suam dilexisse: siquidem vt peccatum occideret illam voluit amittere. Postquã Samson fuit apprehensus, excæcatus, & illusus à Philistæis, adeò se ab illis vlcisci desiderauit, vt cũ intelligeret se nõ posse illis vitã adimere, nisi se simul interficeret, se voluit occidere, vt illis mortẽ inferret. Et sic dixit: Moriatur anima mea cũ Philisthijm. Et ita moriẽte illo Philistæi etiã mortui sunt. Quę res diuino spiritu operata, est perspicua quædã imago huius mysterij: quia vt Christus Redẽptor noster iniurias, quas peccata diuinæ maiestati inferunt, vlcisceretur, tanto odio inflammatus est in illa, vt ad ea occidenda mori & ipse simul fuerit dignatus. Quòd si tantũ malũ est peccatum, illudque Deus tantopere execratur, nescio profectò quo vultu, & quo animo tam facile peccare audemus. O si hęc profunde cõsideraremus, quã maximum nobis frænũ esset quo à peccatis, quæ passim cõmittimus nos cohiberemus. Cùm Bethlehẽ à Philistæis obsidione premeretur, desiderauit Dauid aquam de lacu, & ait: O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam. Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorũ, & hauserunt aquã de cisterna Bethlehẽ, & attulerunt ad Dauid: at ille noluit bibere, dicens: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc. Num sanguinem hominũ istorũ, qui profecti sunt, & animarũ periculum bibã? Liberet me (inquit) Deus ne aquam bibam, quæ tanto pretio stetit. O si quando diabolus, mundus, aut caro nobis res illicitas offerũt, cõsideraremus, quanto pretio maximus, ac præstãtissimus eques Iesus Christus has aquas persoluit, quantãcunq; sitim illarum haberemus, & licet appetitus noster illas nimis desideraret, nobismet ipsis resisteremus, nec illas bibere vellemus. Nam etsi infernum, cælumque apertum videremus, non esset tam mirandum, quàm Deũ in ligno pendentem propter peccatum aspicere. Dicet aliquis, ego semper credidi Saluatorem nostrum Iesum Christum mortuum fuisse, vt pro commissis peccatis moriens satisfaceret: non verò arbitrabar eum mortuum fuisse, vt nos à peccatis cohiberet. Longe opinione falleris frater. Nam multo magis mortuus est, vt nos à futuris peccatis coerceret, quam vt pro præteritis satisfaceret. Nã ad præterita peccata persoluenda, totam rem habebat cũ infinita ma-

Iudic. 16.

2. Reg. 23.

6 ta maiestate, quæ offensa erat. Et ad hoc sufficiebat (vt ait Clemens sextus) vna gutta sui sacratissimi sanguinis, aut quicunq; minimus actus eius inflamatissimę voluntatis. Ad retrahēdos autē nos, ne in posterum peccaremus, efficiendumque vt peccata odio haberemus, nosq; ad virtutis exercitationem adducendos, & erudiēdos, vt rebelles voluntates nostras subigeremus, ad hæc omnia efficienda magis necessarium medium esse iudicauit, crudelissimam illam mortem tolerare. Ita dicit Beatus Paulus: Dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

In extrauag. Vnigenitus de pœnit. & remissi.

Tit. 2.

Et in hac Dominica passionis hoc sanctum Euangeliū nobis proponitur. In quo refertur quomodo innocētissimus Agnus Iesus Christus dixit peruersis illis Pharisęis, scribis legis, ac principibus:
7 Quis ex vobis arguet me de peccato? O ineffabilē humilitatem. Neque enim cæleste aurum dedignatum est in sententiarū illorum fornace collocari, neq; in inuidiarū suarum igne examinari, vt apertè perspicerent nullam in illo imperfectionis esse facem. Quis ex vobis, &c. Solēt maximi pictores imagines, quæ depinxerunt ad ostium collocare, vt vnusquisq; prætereuntium secundum artem, quam scit sententiam suam de imagine illa dicat. Sic hodie diuinus Redemptor noster vitæ suæ puritatem diuinis virtutū coloribus depictam ad ostiū protulit, vt ab omnibus perspiceretur quā perfecta & sine defectu esset. Solus Christus filius Dei hoc iure optimo & cū veritate potest dicere: de cæteris enim dicit Iob: Stellæ nō sunt mundæ in conspectu eius: quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Et Beatus Ioannes licèt
8 in gratia cōfirmatus, vt mortaliter peccare non posset, dixit: Si dixerimus quoniam peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est. Quanto magis nos miseri, qui hac virtute & diuina confirmatione caremus? Deferebant filij Iacob vas Ioseph inscij. Et ipse misit ministrum suum, qui eos persequeretur, & apprehēderet. & postquā ad eos peruenit, dixit illis: Nunquid bonum vobis videtur, quòd cùm tantum beneficium acceperitis, hoc tamen vas aureū furatū deduxeritis? Pessimam (inquit) rē fecistis; qui responderunt: Apud quemcūq; fuerit inuentum seruorū tuorū quod quæris, moriatur. Et scrutātes saccos à maiore vsq; ad minimum, in vno sacco scyphū inuenerūt. Arbitrantur homines nihil aliud esse, quam dicere, aut credere: sancti sumus: scito-

Simile.

Iob. 25.

1. Ioan. 1.

Gene. 44.

te quoniã iustitia Dei vos insectabitur, quãdo minus arbitrati fueritis, & dicet, vbi est scyphus aureus? Quid scis ò peccator, vtrùm requisitam diligentiam in confessione adhibueris, & cùm arbitratus fueris te iam sine peccato esse dicat iustitia. Ecce scyphum aureũ, quem furatum deferebas. Ideò B. Paulus dicit: Qui autem iudicat me, Dominus est. Qui saccũ scrutaturus est, & conscientiã, Deus est, quẽ nihil potest latere. Quapropter opus est, vt cũ maxima animaduersione, & timore viuamus. Ab omnibus his satis securus erat Christus Redẽptor noster, siquidẽ nequaquã peccare potuit. Quãdiu ferrũ est in fornace candẽs, nõ potest rubigine operiri: sic humanitas in diuinitatis fornace introducta peccati rubigine non potuit contaminari. Dum virga in manu Moysi erat, virga quidem erat, vbi primum autẽ ab eius manibus deponebatur, in serpentẽ conuertebatur. Humanitas nostra in nobis est venenosus coluber, in verbo autẽ, quod est Patris dextera est virga rectissima, in qua nulla est disparitas, aut iniquitas, quæq; flecti nõ potest. Idcircò audacissimè, & maxima ratione potuit dicere: Quis ex vobis arguet me de peccato? Hic docuit Dñs quales eos esse oportet, qui alijs prædicaturi, eosq; docturi sunt, videlicet, vt sanctitatis eius quoad poterint sectatores diligẽtissimi sint. Sic diuina Maiestas omnia disposuit, vt prius in se, & postea in alias res agant. Hoc apparet in plantis, atq; in cæteris animantibus, prius enim plantæ accrescunt, postea verò fructum ferunt. Et prius animalia ad debitã proportionẽ perueniunt, & postea gignũt. Sic in virtutis operibus esse oportet, prius homines debẽt sibi virtutes acquirere, & in illis proficere, postea verò curare debent, vt cæteris omnibus prosint. Cũ venisset Elias ad Eliseũ, misit pallium suum super eum. Qui statim relictis omnibus cucurrit post Eliã. Itaque tangens Elias Eliseum pallio suo, illius cor conuertit. Ita profectò esse debet, quòd vitæ innocẽtia, vestitus modestia, ac denique austeritas prædicatoris tãta sit, vt animas conuertat: & qui hoc non faciunt, munus suum dedecorant: & per consequens ipsum Deum inhonestant: siquidem in eius loco constituti sunt. Ideò sanctus Paulus dicebat: Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Lacerti ambulantes vestigia, & picturas quasdam manibus impressas in puluere relinquunt, quas tamen postea cauda oblinunt, Ita faciunt plurimi prædicatores, qui lingua plurima sancta cõsilia prædicãt: postea vero

1. Cor. 4. *simile.* *Exod. 4.* *3. Reg. 19.* *2. Cor. 6.* *simile.*

12 vero illa omnia suo malo exemplo delent. O patres mei ego vos humiliter exoro, vt saltem pro eo quod ad Dei honorem, populorumq; vtilitatem spectat, ita innocentes viuere curetis, vt aliquo modo dicere possitis. Quis ex vobis arguet me, &c.

Diligenter animaduertite Dominum innocentiæ suæ ostensionem in hoc tempus, cum iam prope erat eius transitus ad patrem, distulisse. Et in fine cursus sui immaculatæ vitæ suæ rationem reddere voluisse: docens nos in hoc quomodo mori debeamus, sicut in toto vitæ suæ discursu nos quomodo viuere deberemus, erudiuit. Et quandoquidem tu, quæ nam futura sit hora discessus tui penitus ignoras, cura quotidie cum conscientia tua arctissimam rationem ponere. Et scrutare vtrùm in ea quicquam sit, quod te de peccato arguat, & illi remedium adhi-
13 be. Ne in vltimam horam expectes quando præ doloribus, & mortis instantia quasi attonitus, & obstupefactus eris, & nihil perfectum scies efficere. Hoc enim habent magni labores, quòd non solum quando eueniunt, sed etiam quando à longe apparent hominem maxime conturbant: sicut apparet in Hieremia, vbi cùm Deus Hebræos comminatus fuisset, illisque dixisset. Ecce populus veniet de terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ. Sagittam, & scutum arripiet: & non miserebitur. Vox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendent, præparati quasi vir ad prælium, aduersum te filia Sion. At illi responderunt. Audiuimus famam eius, dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem. Hoc dicebant maximo Chaldæorum timore perculsi. Sic profectò iam quan-
14 do arctissimi iudicij Dei tribulationes, & angustiæ aduenerint, homines deiectos, ac præ nimio timore languidos reperient, solus illius timor, eos ita concutiet, ac conturbabit, vt quasi attoniti sint. Vnde potest dicere vnusquisque illorum, qui terribilem mortis ictum expectant. Dissolutæ sunt manus nostræ, &c. Quæ cum ita sint frater ne ea, quæ ad animæ tuæ salutem spectant, in illam horam facienda differas. Mirabile est quanta cum solertia est ille, qui latrunculis ludit Hispanicè, *El Axedrez*. Priusquam instrumentum, quo ludit, quod Hispane dicitur, *La pieça*, in quadrangulo collocet, aspicit, & respicit, vbi nam illã tuto possit collocare ne ab aduersario capiatur. O quàm suspẽsus animi est dubiusque vtrũ hîc aut illic melius collocet: postquã

Hiere. 6.

enim

enim in vno loco posuerit, si est periculosus, iam nullum est remedium, nec aliquid prodest, quod illum pœniteat illic posuisse, velit nolit à contrario capietur. Si ergo in ludicris rebus, quæq; nihil prosunt tam solicitos nos præbemus: quare non animaduertimus vbi animam collocamus, cùm sit res tantę entitatis, cumque tam necessarium sit hoc animaduertere? Si enim in peccato sedet, & in eo te mors occupauerit siue velis, siue nolis à diabolo capietur, atque in infernum detrudetur, nec post mortem vllum pœnitentiæ genus tibi proderit. O æterne Deus, quanta amentia est hæc, homines in rebus nullius entitatis solicitudinem maximam adhibere, earum verò quæ maximi sunt ponderis, ac momenti nullam habere rationem? Suscipe igitur hoc negotium, quod permagni interest ò frater, & vere atque ex animo illud age, ne postea te deceptum experiaris.

Quis ex vobis arguet me de peccato? (ait Dominus.) Et siquidem nemo est, qui de illo meritò me posit arguere: & ego bonus sum. Ergo mea doctrina etiam est bona, & vera. Igitur, *Si veritatē dico vobis quare non creditis mihi.* Hæc est causa Domine, cur tibi nō credunt, videlicet, quia illis veritatem loqueris, quod si eis mendacia diceres, magnam tibi fidem adhiberent. Tu ipse Domine dixisti. Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum: spiritum veritatis quem mundus non potest accipere. Adeo homines sui ipsorum amatores sunt, vt mēdacia, & adulationes audire velint, licet illas realiter assentationes esse cognoscant: si vero illis veritas dicatur, quantumcunq; illis cōducibilis sit, illam nequeunt tolerare: licet enim veritas (vt ait D. Thomas) non posit in vniuersali odiri à quoquam, potest tamen in particulari. Et sic inquit Augustinus, quod homines amāt veritatem lucentem, oderunt eam redarguentem. Sicut apparet in maledicto rege Achab, qui de sancto Propheta Michęa dicebat, Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum. Bonum id est delectabile. Sanctum prophetam sibi secundum voluntatem suam non loqui, etsi veritatem quæ ei permagni intererat, reuelauit, illud tamen malum appellabat. Iam fere nihil aliud est in hominum vsu præter mendacium, alij enim alios inuicem decipiūt: sicuti Ægyptij, qui in tanta tenebrarum confusione commorabantur, vt se se inuicem intueri non possent. Et tāquam Babylonici, in quibus tāta erat linguarum disparitas, ac perturbatio, vt sese nequaquam

Ioan.14.

D.Tho.1.2. q 29.ar.5.

Augnst.10. conf c.23.

3.Reg.22.

Exo.10.

Gene.11

18 quaquā poſſent inuicem intelligere. Hoc equidem inter nos hodie agitur, etſi Chriſtiani ſumus. Quapropter poſſumus dicere cū regio Pſalte. Saluum me fac Dñe quoniam defecit ſanctus: quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominū. Vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum ſuū: labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt. Notate illum dicere, in corde, id eſt, quòd ſicut mēdacij amatores ſunt: ſic etiam illud loqui, & audire gaudent. Et de his addit, dicens: tot illos eſſe, vt in circuitu impij ambulēt. Hoc eſt, quoquo te vertas inuenies impios: ſi poſt tergū reſpexeris, inuenies qui te decipiat. Abi in ſenatum, in conſiſtorium, in tribunalia, in forū, in viam, quocunq; perrexeris, inuenies qui te fallant: vniuerſus orbis in circuitu plenus eſt impijs. Hos vocat Dominus mundum, qui ſpiritum veritatis nō poteſt accipere. Ex eo autem *Pſalm. 11.*
19 quòd filij huius ſeculi tam corrupti ſint, tantoq; odio veritatem habeant, prouenit, vt illi, qui eam ex officio dicere tenētur, puſillanimes ſint, nec eam proferre audeāt: quod ſine magno peccato non faciunt. Poſtquam B. Paulus ad Romanos maximum catalogum peccatorum, quæ gentes commiſerant, deſcripſit; concluſit, dicens: Qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolum, qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Pro quo nota, etſi gentium vulgus his turpitudinibus, & idololatrijs infectum erat: inter gentes tamen plurimos eſſe Philoſophos, qui, ſe ſe ab his vitijs cohibebāt, moralemq; ac rectam vitam degebant. De quibus loquens Beatus Paulus, dicit eos dignos eſſe morte, nō quòd illa facerēt: ſed quia cùm illi ſapientes eſſent, magnæque autoritatis viri, populares homines etiam cum probabili vitę ſuæ periculo *Roma. 1.*
20 non reprehendebant. Et ſiue metu perculſi, ſiue ne illis diſplicerent, tacebant, & hæc peccata grauiſsima ſimulabāt: & Deum ſicut debebant, non glorificabant, eius honorem defendentes: & ideò morte digni erāt. Et ſic in Leuitico præcipiebat Deus, dicēs, Si quis dederit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte moriatur, id eſt, ſi ſacrificauerit ei filiū, vel filiā. Et ponam (inquit) faciē meam contra illū, ſuccidamq; eum de medio populi ſui. Quòd ſi negligens populus terræ, & quaſi parui pendens imperiū meum dimiſerit hominem, &c. Succidāq; illū, & omnes, qui conſenſerūt ei. Si ergo Philoſophi gētiles digni erant morte, eò quod hoc nō facerēt, quid erit de Chriſtianis? quid de magiſtris, de patribus, prælatis, ac miniſtris iuſtitiæ? O quantū erat hic dicendū, atq; etiā lachry- *Leuit. 20.*

Chrysosto. *Theophil.* chrymandũ, quód cõtentus sit homo nõ peccare, & arbitretur nihil esse amplius. Beatus Chrysosto. & Theophylactus, asserũt in libris Græcis hunc locum sic scriptum esse: qui talia agunt, digni sunt morte, & nõ solùm qui faciũt: sed multò grauius peccat, qui aliorum malefacta cõprobat. Et ita hi duo doctores hanc habent sententiam: grauius, scilicet, peccatũ esse, &c. Et ipsi se declarant dicentes: Se per approbare malefacta non solum intelligere suo consensu approbare, sed ea approbando laudare, & cõmendare: quoniam cùm laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, nouas vires assumit, ad perseuerandum in peccatis. Qui peccatorem laudat, facit sicut ille, qui tribulos, & spinas irrigat: vt bona olera suf-
Simile. focent. Quod si hoc (vt diximus) in priuatis hominibus tantum peccatum esse reputatur, quid erit in publicis? qui non contenti esse debent admonẽdo, & reprehẽdẽdo, sed si sunt prælati, iudices, patres familias, & deniq; à quorum gubernatione aliorum salus dependet, curent quando hoc necessitas postulare videbitur delinquentes punire. Et ad Dei iram placandam vnum ex effica-
1. Mach. 3. cioribus remedijs hoc esse nouerint. Sic dicitur de Iuda Machabæo, quod perãbulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Israel. Quid clarius dici potest? Sic se gerát, qui publicis muneribus funguntur, vt à malis magnoperè timeantur,
Gene. 9. & à bonis summoperè diligantur. Hoc etenim significat quod Deus Noe eiusque liberis dixit: Terror vester, ac timor sit super cuncta animalia terræ. Non dicit super homines: quia homines, qui ratione, & prudentia ducuntur, non habent quid timeant: sed illi, qui homines cum sint, tanquam immanes belluæ viuunt: in hos tales oportet esse superiores, vt illos maximè pertimescant.

Reddit nunc Dominus his peruersis rationem, quare eius veritatem nõ credunt, sequuntur, & obediũt, dicens: *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* O quam suaue verbũ est hoc plurimis, & quam acre & amarũ alijs? Siquidẽ per illud designatur qui nam sint Dei, &
Simile. qui sunt Sathanæ. Gallinã optimè conditam, si in asini ore posueritis nõ illam comedet, et si est optimus cibus: si autẽ illi hordeũ, aut farraginem dederitis, libentissimè mãducabit. Si cum aliquo filio huius seculi de cœlestibus rebus egeritis, eũq; admonueritis vt, paululũ quotidie in angulũ cubiculi sui se se ad peccata sua lamentãda recipiat: atq; vt illorum veniam à Domino postulet, acceptaq; beneficia cõsideret, vt ex illorũ cõsideratione in ardẽtissimum

24 ßimum Domini, qui ea sibi contulit, atque quotidie cõfert, amorẽ deueniat. Dicite ei, vt carnem suam mortificet abstinentia, atque alia virtutis opera exequatur: nihil horum magis proderit, quàm si cum surdo loqueremini, omnia hæc illi displicent: vt enim vulgo dicitur, Mel ad os asini nihil conducet. Date illi paleam, & hordeum. Inuitate eum ad ludendum, ad alios decipiendos, &c. Hoc libentißime faciet. Contra verò accidit iusto, quia omnes admonitiones, salubriaque consilia, quibus illum alij exhortãtur in eius corde summopere aßidẽt. Comminans Deus Hebræos per Oseã dixit eis. Ego ero eis quasi leæna, occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirũpam interiora iecoris eorum. Ex quibus verbis infertur, ꝙ etsi Deus proteruos peccatores tractat quasi leæna, & vrsa sæuißima, quæ viatores, quos in via reperit, præ nimia rabie ob *Oseæ. 13.*
25 amissos, & arreptos catulos, in frusta dissecat, & dilaniat: veruntamen sicut rugitus, propter subtractos & perditos filios extollunt, sic Dei rugitus, & diuinæ eius voces sunt ad prædestinatos inueniendos, quando in peccato commorantur. Qualis incedit leæna, aut vrsa rugiens, quando illius catuli surrepti sunt: sic incedit Deus vociferans, quousq; perditã animã inueniat. O Christe vere hominũ amator, quis rugitus illos audijsset, quos in mundo pro tuis perditis filijs proferebas? Nunc etiã quot rugitus in ecclesia tua extolluntur? qui quidem omnes in tuo nomine sunt: sicuti dicebat S. Paulus his verbis. Pro Christo legatione fungimur tanquã Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo recõciliamini Deo. Sed his rugitibus, & clamoribus illi solũ, qui Dei sunt, respõdẽt. Et tu homo perdite, atq; in sceleribus obdurate hos cla- *Simile.* *2. Cor. 5.*
26 mores nihili æstimas, quia ex Deo nõ es. O quã miserabile est videre prædicatores in pulpitis proclamãtes dissecari, & quasi leænas rugire: & ex alia parte videre quàm parũ hæc omnia mali homines æstiment, & quàm sine fructu ex concionibus exeant, & forsasse de prædicatoribus murmurãtes, illosq; irridẽtes. Accidit quòd illusores homines ad cuiusdã mercatoris officinã accedunt, tanquam qui aliquid panni volunt emere: tunc videbitis mercatorem per scalas conscendere, vnumque saccum afferre, & pannum euoluere, iterũque atque iterum ascendere, & idem facere, quibus omnibus euolutis illusores dicunt nullum ex illis pannis sibi placere, & fatigato mercatore, sine vlla emptione discedunt. O quã ad literam hoc quotidie in officinis Dei agitur! Videbitis quot *Simile.*

rationes

rationes, & considerationes prædicator in pulpito euoluit, quotq; ?
sacrarum literarum locos explicat, nunc peccatores comminatur,
nunc iustis præmia pollicetur, nunc ignaros erudit: illusoribus au
tē nihil horū placet, & fatigato prædicatore illi ex officina exeūt
absq; hoc quòd aliquid emerint, vel ex diuinis admonitionibus
fructū aliquē perceperint. O Deus infinitæ Maiestatis quomodo
pateris, hos iniquos homines legatos tuos illudere, qui ad tantum
bonū illos tuo nomine inuitant? Alij vero tā procul à seipsis, cæle
stiūq; rerum tam immemores incedūt, vt non solū diuinis verbis
obedire, verùm ne illa quidē velint audire. Et à prædicationibus
fugiunt tanquam diabolus à cruce. Gallinæ tam solicitæ sunt in
simile pariendis ouis, illisque alis suis fouendis, atque insudādo super ea,
& pullis proferendis, vt sui ipsarum immemores comedere non
meminerint: quod si manducaturæ sunt, in cistam illis cibus defe-
rendus est: sin minus non exibunt illinc ad comedēdum. Sic sunt
nonnulli adeò soliciti in pariendis ouis: in terrestribus bonis cu-
mulandis, in domibus construēdis, vineisque plantandis ad filios
suos educandos, vt spiritualis cibi penitus non meminerint. Et sic
necesse esset, vt prædicatores illis quasi gallinis ad eorum domos
cibos deferrent. Et illic vbi in lectis suis recumbunt, eis prædica-
rent. Atque hoc malum multò etiam crebrius in viris nobilibus
Hiere. 17. reperitur. Ideò dixit Deus Hieremiæ, Vade, & sta in porta filio-
rum populi mei, per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediun-
tur, & in cunctis portis Hierusalem, & dices ad eos. Audite ver-
bum Domini reges Iuda, & omnis Iuda, cūctiq; habitatores Hie
rusalem. Ad portas ciuitatis, per quas in equis, & curribus suis ad
vanitates suas vidēdas exibant, mittit Dominus sanctū prophetā
suū, vt Dominis, & magnatibus Hierosolymæ prædicaret: itaqui-
dē (inquit) ad audiendā prædicationē non vadūt, prædicatores
meos fugiūt. Vade & expecta illos in ostiū, per quod exeūt ad re
frigerandū se & fruēdū voluptatibus. Atq; illic in medio vanitatū
illorū, licet sit breuiter, & per trāsennā eos legē meā edoce. Videte
quò defert Deus pulpitū, vt nobiles auditores habeat, ad portas
scilicet voluptatum, & delectationū, ad transitū equitū vade, illic
enim eos inuenies. Et quid ei præcipit, vt illis prædicet? Hęc dicit
Dn̄s, custodite animas vestras, & nolite portare pōdera in die sab
bathi, &c. Sanctificate diem sabbathi sicut præcepi patribus ve-
stris. Et siquidē cum regibus, non verò cū mercenarijs, & operarijs
loqueba-

30 loquebatur dicendum est illum non tantũ de materialibus oneri
bus, sed etiam de peccatorũ pondere intellexisse. Et notate vehe-
menter Deũ Sãcto Prophetæ præcipere vt illis dicat: & erit, si au
dieritis me, dicit Dominus. &c. ingredientur per portas ciuitatis
huius reges & principes sedentes super solium Dauid, & ascen-
dentes in curribus, & equis. &c. in quibus verbis illis pollicetur
se eis viam illam non esse ablaturum. Animaduertite artificium
Dei: cum illos festiuitatibus illis tantopere delectari cognosceret
eisdemmet festiuitatibus, & gaudijs eos inuitabat, vt sic eos ad le
gis obseruantiam attraheret. Vt vir primarius vanitatis suæ filũ
non conscindat, non erit Christianus. Nunc primùm (ait Domi-
nus) illos ad diuinæ legis obseruantiam per has voluptates attra-
hamus, & postquam illos sub legis meæ custodia habuero, ad per
31 fectionem eos paulatim adducam. Veruntamen omnes hæ inuẽ
tiones nihil profuerunt. Nam dicit illic sanctus textus: & non au
dierunt, neque inclinauerunt aurem suã: sed indurauerunt cerui-
cem suam, ne audirent me, & ne acciperent disciplinam. O rem
admirabilem, quot verbis vnam, & eandem rem hic Dominus re
petit. Quæ est: illos reges, & magnates Israel eius verba nihili ęsti
masse. Tota hæc verborum repetitio est ad illorum duritiam, cor
disque obstinationem exaggerandam.

Tanta fuit semper illorum infælicissimorum hominum rebel
lio, ac proteruitas, vt nec prophetæ, nec ipsemet prophetarũ Do-
minus in eorũ cordibus salubrem, cœlestemq; doctrinam impri-
mere potuerint: cuius malitiæ rationẽ reddit hic diuinus Dñs di-
cens: *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* O rigorosum ver
32 bum, ò durum verbum, ò metuẽdum verbum, quod est marmor
audiens te, quod præ nimio tremore nõ cõfringitur? O filij Adæ
quis corda vestra immutauit? quis illa adamantina reddidit? nam
Deus carnea illa fecit. In quem fornacem vos immisistis, quia sic
obdurati estis? quare hæc tam amara verba audientes in lachry-
mas vos totos non resoluitis? Attendite quomodo ipse Deus ore
suo vobis veritatem hanc annunciat, scilicet vos non ex Deo qui
dem, sed ex patre diabolo, esse, siquidẽ tam parui fecistis omnia
quæ hucusq; vos docui, atq; exhortatus sum. O fratres charissimi
ita vultis remanere? Tã mali heri vultis esse serui? quid responde
tis? Nũquid adeò vos odistis, vt sic vosmetipsos perdere velitis?
Non ita sit per charitatem Dei. Porrigite mihi dexteram, inter

Deum, & vos fœdera componamus: reuertemini ad vestrum bonum patrem cœlestem, qui vos apertis brachijs, ac visceribus expectat, vt ad misericordiam recipiat. O infœlicissimũ illum, qui ex tanto bono fructum percipere nescierit.

Ita amarum illis fuit hoc verbum Domini, vt respõderint: Nõne benedicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes; quibus respondit Dominus: ego dæmonium non habeo. O ineffabilem patientiam mansuetissimi Iesu quemadmodum furiosi maris fluctus concitatissimi, maximo cum impetu firmissimam rupem percutientes nihil damni rupi inferunt, sed se ipsos in illa infringunt, & rupe integra, atque indemni remanente in vanam spumam conuertuntur. Sic etiam, qui iustum persequitur, nihil aliud faciet, quàm seipsum infringere, furorisque sui spumas patefacere, remanente seruo Dei integro, & cordis sui indemni, tanquam vero huius patientissimi agni imitatore; qui dixit: In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quamuis iustus, vniuersas diuitias ac bona sua temporalia deperdat, non tamen se ipsum perdit. Et notate quod quando dixit Dominus in patientia vestra possidebitis animas vestras non dixit in patiẽtia vestra possidebitis os, aut manus vestras, sed animas vestras. Cõtinget enim aliquando quenquam non malum verbum alicui dicere nec illi manibus officere, intestinum tamen in anima contra eum odium habere, & desiderium vltionis. Si autem patiẽtia in anima fuerit, quæ est præcipua hominis pars, cæteræ omnes partes facile possideri possunt: os enim, & manus, & omnia, animæ, tranquillitati conformabuntur. Et quia Beatus Paulus Spiritus Sancti dona commemorans, hoc etiam inter illa commemorauit dicens: In tribulatione patientes scilicet esse, domnum est spiritus Sancti. Si quidem Spiritus Sancti donũ est ad illud consequendum instantissimè à diuina maiestate illud postulare debetis omnem simul possibilem diligentiam ex vobis adhibentes, ad rem tam preciosam possidendam. De qua dicitur. Melior est patiens viro forti & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Nec vero dicatis vos sicut alij dicunt: si ego essem in culpa, libenter hunc laborẽ paterer. Multi in laboribus, qui sibi offeruntur, non habent patientiã eo quòd dicunt, se culpa carere, & affirmant, se si quid illius sceleris perpetrassent ęquo animo pœnam toleraturos esse. Hi bono latroni malunt similes esse, quàm Iesu Christo filio Dei.

Simile

Luc. 21.

Roma 12.

Prou. 16.

36 Ille enim pro ſuiſmet culpis cũ Domino paſſus eſt: Saluator ve-
ro abſq; culpa mortem acerbiſsimam tolerauit. His conſulit Bea- 1.Petr.4.
tus Petrus dicens: nemo autem veſtrùm patiatur quaſi homicida,
aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chri-
ſtianus: non erubeſcat. Glorificet autem Deũ in iſto nomine: quo
niam tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. O diuina ver-
ba, & quæ ſeruis Dei maximæ ſunt conſolationi. Ille tanquam
Chriſtianus patitur, qui innocens pro veritate, ac iuſtitia patitur.
Et ita dixit Dominus diſcipulis ſuis: Beati eſtis cũ maledixerint *Matth.5.*
vobis homines, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentien
tes propter me. Si enim vos accuſantes verum dicunt, non tot vo
bis gratiæ debentur, quamuis hoc libenter patiamini. Oculos con
ijcite in regem gloriæ in cuius diuino conſpectu vniuerſæ cæli
37 poteſtates proſternuntur, & conſiderate quanta cum manſuetudi
ne, ac patientia ad tantam iniuriam, & ſui nominis blaſphemiam
reſpondet, illumque diligentiſsimè imitari curate, gratiamque
ſuam hîc vobis concedet, & in futuro cæleſtem gloriam largietur.
Ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

¶Feria. II. poſt Dominicam in Paſsione.

Miſerunt Principes & Phariſæi miniſtros, vt apprehẽderent Ieſum. Ioanis.7.

VENIENTIBVS His miniſtris iniquitatis ad apprehen-
dendũ Dñm, dixit eis: *Adhuc modicũ tempus vobiſcũ ſum.* Qua
1 ſi diceret: vos acceleratis me interficere: ego verò non defatigor
vobis vitam inquirere & ideo mortem meã longius differo, quò
pluribus rationibus, ac medijs ſalutem, veſtrã perquiram. O ſum
mam Dei clementiã, qui tot, ac tantas inuentiones inueſtigat ad
cõuertendos homines qui miſericordiæ indigniſsimi erant. Mer- *Simile.*
cator auidus, vt plus lucretur, pecunia ſua vtitur, vt de emporio in
emporium in dies augeatur: & quò magis redditus differuntur:
eò magis lucrum augetur, licèt ſæpenumerò hoc illicitè fieri con
ſueſcit. Sed filius Dei auidiſsimus mercator humanæ ſalutis ſolu
tionem illam, & redditũ pro peccatis, quem morte ſua ſoluturus
erat in crucis telonio differebat, non ad maius lucrum ſuum, ſed
vt plures rationes quæreret, quibus ad ſe animas attraheret: illiſq;

 maioris

maioris lucri spiritualis occasionem præberet. Quod si cum ego tempus mortis meæ (inquit Dominus) ad remedium vestrum disferam nolueritis ex eo fructum percipere, postea: *Quæretis me, & nō inuenietis.* Si homines hunc hodierni S. Euangelij sermonem intelligerent in quo affirmatur, eos qui in peccatis suis quieti commorantur, quamuis Deum quærant, illum tamen non esse inuenturos: aliter profectò salutis suæ spiritualis negotiū agerent. Nā quid fieri potest quòd homines aliquo tempore Deum quærāt, nec tamen inueniant? videte quid dicat Dauid postquam dixit:

Psalm.58. Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem (quæ non est oratio, sed prophetia illius, quod eueniet illis, qui in tempore opportuno, quod Deus illis concessit, à peccatis suis noluerint conuerti) Addidit dicens: conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. Noluerunt opportunè conuerti; quando igitur serò, & importunè eos peccatorum suorum pœnituerit: nihil illis proderit. Tāquā rabidi canes remediū inuestigabunt, & omnes veniæ ianuas clausas inueniēt. Incedēt quasi catuli furentes dentibus mordentes, & vnguibus terram fodiētes: quid quæritis miseri peccatores? Ne mica quidē vobis dabitur illius, ad quod toties inuitati, & rogitati estis, qui est veniæ, ac misericordiæ panis. Et circuibunt (inquit) ciuitatē, scilicet inferni, de vno in aliud tormentum transeuntes. Qui ambulat in circuitu nunquam progreditur vlteriùs: sicuti cardo qui in vno loco manens huc, atque illuc vertitur, nec tamen vlteriùs progreditur, sic etiam damnati nunquam vlteriùs progrediuntur. Tam longum iter faciendum restat misero Cain, post sex mille, & plures annos, quos in inferno crudelissimis tormentis contortus est: sicut prima die, qua in illum ingressus est. Et vlterius addit S. Propheta: & gladius in labijs eorum. Non dicit damnatos gladium in balteis gestare aut præ manibus ferre, sed in ore: vt significet eos nequaquam à tormētis defendi posse: imo verò peccatis suis, quæ in labijs gerunt, quæ sunt eorum affectiones, semetipsos feriunt, eorū enim peccata illos cruciāt. Omnia hæc mala illis aduenient eo quòd importunè conuertuntur, quod est ad vesperam: quando id, quod quærent, non inuenient: sed id quod nollent: hoc est tormentum à quo nequibunt liberari, nec vires quidem

Deut.29. habebunt ad illud perferendum. Ideo admonebat S. Moyses Hebræos dicens: cauete ne fortè sit inter vos radix germinans fel, & ama

5 & amaritudinẽ. Cumq́; audierit verba iuramẽti huius benedicat
ſibi in corde ſuo dicẽs: pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cor
dis mei, & aſſumat ebria ſitiẽtẽ, & Dñs nõ ignoſcat ei. Liberet vos
Deus fratres chariſsimi, ne ſit inter vos tã mala radix, quę eſt paſ-
ſio quędã nimis radicata, quæ adeò deprauet animam, vt quũ ſan
ctos ſermones, diuinaſque admonitiones audierit, dicat in corde
ſuo: Bene eſt mihi cum hoc, quo fruor. Ego hoc modo viuere vo-
lo: quid mali mihi poterit euenire? & illã cum illa vana fiducia in
tolerabile, æternamq́; inferni tormentum occupet. O terribilẽ &
nimis metuendam comminationem? O quàm acerrimum ſuppli
cium hic promittitur illi, qui diuinam iuſtitiam non pertimeſcit!
Dicit enim ſanctus textus ſitientem ab ebria aſſumi. Hic eſt lo-
quendi modus, quo vtitur Spiritus Sanctus ad ſignificandũ incõ
6 parabile ſupplicium, quodq́; nequaquã poteſt humanis viribus
ſuſtineri, quaſi dicat: Attende ſuppliciũ ſitiens eſſe vt te puniat:
tu verò debilis es & infirmus ac tanquam ebrius, qui de ſe neſcit,
& quò pergat penitus ignorat: neq́; robur habes ad illud patiẽdũ.
Idcircò Chriſtus Redẽptor noſter abſq́; vllo cœleſti, aut terreſtri *Matt. 27.*
auxilio paſſus eſt: ſicut ipſemet ſignificauit, quãdo ad patrẽ ꝓpela
mãs dixit: Deus Deus meus vt quid dereliquiſti me; quia patieba
tur, nõ vt nos à pręſentibus quidẽ laboribus, qui ſunt Dei miſeri-
cordię & in quibus nobis vires, auxiliũ, patiẽtiáq; ſuppeditat, ſed
vt nos ab illis calamitatib⁹ liberaret, in quib⁹ diuina iuſtitia manu
ſua nos premit vireſq́; nobis aufert, vt crudelius cruciemur. Sicut
B. Paulus gloriã põdus appellauit dicẽs: Id enim quod in pręſen- *2. Cor. 4.*
ti eſt momentaneũ, & leue tribulationis noſtrę ſupra modũ in ſu
7 blimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis: ſic etiã per-
petuũ illud inferni tormentũ incõportabile quoddã pondus erit.
Hoc etiã ſignificauit Dauid dicens: Deus meus pone illos vt rotã *Pſal. 82.*
& ſicut ſtipulã ante faciem venti: reſpondeant (inquit) pœnæ cul-
pis: ſicut in hac vita nunquã ceſſarunt peccare, & ſemper per eadẽ
peccata in circuitu ambularunt, neq́; ſceleribus ſuis finẽ impoſue
rũt, ſic in inferno in circuitu tormentorũ & de vno in aliud ambu
lẽt, nec vlteri⁹ vnquã progrediãtur. Et quẽadmodũ in hoc ſæculo
ad ſuperanda vitia, quaſi ſtipulæ abſq́; reſiſtẽtia debiles fuerũt; ſic
in futuro ad tolerãdas pœnas imbeciles ſint. O quã metuẽdę res
ſunt hę ſi homines iudiciũ, & ſenſum nõ amiſiſſẽt quomodo fieri
poſſet quòd cũ fidẽ habeant, quã habent, tã turpiter, ac flagitioſè

viuerent sicut viuunt? sed næniæ, ac seculares voluptates in quibus occupantur illos ita faciunt insanire, & extra se incedere, vt has res quæ animæ maximè necessariæ sunt, non animaduertãt. Atque hæc est vna ex causis quare in sacris literis infernus dicitur Tophet, sicut illum appellauit Esaias dicens: præparata est enim ab heri Tophet: à rege præparata, profunda, & dilatata. Tophet idẽ est quod gehenna. Quando sacra scriptura non potest sese nobis explicare inuisibilia nobis declarat per ea, quæ illis similiora sunt, nobisq; notiora: sicuti in trãsfiguratione, cũ Domini splendorem nobis vellet ostendere, dicit faciem eius sicut solẽ resplenduisse etsi reuera multò clariùs illuxit. Sic in hoc loco vt Esaias explicaret quale esset inferni tormentũ, illud appellauit Tophet. Et Christus redemptor noster in suo Euangelio illud gehennam nuncupauit. Quod idem est. Pro quo nota quòd Ammonitæ habebant in Deum Idolũ æneum: hoc adorabãt, illique liberos suos immolabant: ritus autem sacrificij hic erat: quia idolũ æneum erat vacuum, ignem illi supponebant, & postquam candens erat pueros in illud includebant, ostiumq; idoli claudebãt: ne verò pueros miserarentur, neue eorum parentes illis compaterentur musica instrumenta pulsabant, vt puerorũ clamores nõ audirent: nec ex illis dolorem perciperent. Et vallis, in qua hæc atrocitas patrabatur, dicebatur Tophet: siue gehẽna. Hinc Christus Redemptor noster infernũ gehennam appellauit, & Esaias illũ Tophet nũcupauit. Et quemadmodum tormenta, quæ pueri immolati in hoc loco patiebantur propter musicas, & lyras quibus diuertebantur nullũ alijs dolorem afferebant, nec ab illis sentiebantur: sic nunc inter nos idem ad literam agitur: nõ enim pertimescimus, cum damnatorũ tormenta credamus, quia ludis, musicis, humanisque voluptatibus diuertimur, & sic sine timore tormentorũ, quæ tam digna sunt, vt timeantur, læti, ac securi in peccato mortali commorantes vitam ducimus, cum iam secundum præsentem iustitiã æternis ignibus damnati simus. Quid est hac insensibilitate lachrymabilius? expergiscite fratres à tam alto sopore, & quandoquidem nunc tempus habetis, Deumque potestis inuenire illum nũc diligẽtissime quęrite: si in hac vrbe quid quã perdidistis, & illud Romæ quæritis, quomodo illic reperire poteritis? si illud vultis inuenire, quærite vbi perdidistis. Amittitur Deus in hoc mundo per peccatũ: hic igitur, vbi amissus fuit, quæ

Margin notes: *Esa.30.* (beside "tur Tophet"); *Matt.17.* (beside "miliora sunt"); *Hiere.7* (beside "hennam nuncupauit"); *Simile.* (beside "quã perdidistis")

11 quæri oportet, in futuro enim ſęculo à peccatorib⁹ nõ reperietur. Ideò dicit Dñs: *Quæretis me, & non inuenietis.* Aliter interpretatus eſt interpres quidã hæc verba, ſcilicet, certũ eſt, bonos & malos Deũ inueſtigare. Quomodo? nunquid ſuperbus, auarus, & carnalis Deũ quærunt: ſic reſpõde mihi ad hoc, quod te interrogabo, & ſtatim cognoſces, quomodo hi aliquomodo Deũ quærant: ſed dices quid Deo eſt cũ auro, voluptate, aut diuitijs? dic mihi quid habet paſſer, qui in aere volat cũ laqueo, qui humi extẽſus eſt, & tandẽ in eũ incidit? Videamus nũc, nonne ſatius eſſet illi in aere volare, & delectari, quã in laqueũ incidere, atq; in aucupis manus deuenire? & quid habet ceruus cũ arcu tuo, & ſagitta? nonne melius eſſet illi per aliã viã abire, quã ambulare vbi tu illum occideres? quid laqueũ paſſer, aut quid arcum ceruus perquirit? pater lõ
12 gè opinione falleris. Nã neq; laqueus à paſſere, neq; arcus à ceruo quæritur: imò ſi tale cognoſcerent, hæc omnia diligẽtiſsimè fugerẽt. Nihil aliud quærunt niſi voluptatẽ. Sed vt auceps acclamat, paſſerculus arbitratur, illic eſſe paſſerculá: & perdix credit illic eſſe aliã perdicẽ, & ideò illuc vadunt: ſic etiã ceruus, qui ad ceruas incenſus eſt, vt venator tanquã cerua glocitat, ille voluptatẽ ſuam quærens, ſic deceptus in venatoris manus incidit. Sic igitur, ſenſualis, auarus, & ambitioſus aliquo modo Deũ quærũt: hi enim voluptatẽ quærunt, quæ in nullo alio niſi in vno Deo reperitur. Et idcircò dico hos quærere Deũ, quia gaudia & voluptates, quæ ſunt in creaturis, nihil aliud ſunt, niſi illices, & apparẽtiæ veræ voluptatis, quæ in Deo eſt, & quẽadmodũ paſſerculus propter illicẽ, & ceruus quia venator ceruæ vocẽ repræſentat, in laqueũ inci *Simile.*
13 dũt: ſic etiã homo in has res huius ſæculi, ſcilicet, in aurũ, expetitionẽ, carnalẽq; amorẽ incidit, quia in illis apparẽtia & voluptatis eſt repræſentatio. Pro quo nota ab vniuerſis creaturis Deũ repræſentari, ab alijs magis, & ab alijs minus. Quæ habet plus perfectionis, magis Deũ repræſentat, quã quæ minus habet, ſimilius quidẽ arbor, quã petra, & brutum animal ſimiliùs quam arbor, homo verò ſimilius, quam brutum animal, & Angelus adhuc ſimilius, quã homo Deũ repræſentat. Et hoc eſt quod D. Paulus dixit: Inuiſibilia enim ipſius à creatura mũdi per ea, quę facta ſunt intellecta cõſpiciũtur: ſempiterna quoq; virt⁹ eius, & diuinitas: cũq; ſingulæ creaturæ Dei pulchritudinẽ repęſentẽt, ad eas homo confugit in eis voluptatẽ quærẽs, & non eã verã, ſed apparentẽ reperit, *Roma. 1.*

vera enim voluptas in solo Deo cõ sistit. Sicuti perdix venatoris illice, quo perdicis vocẽ repræsentat, cum non sit illa vera perdicis vox, decepta in laqueos incidit: sic etiam homo deceptus his caducis, fictisque voluptatibus in creaturarum laqueos incidit, & in peccato moritur. Et hoc est quod dicit: *Quæretis me, & non inuenietis.* Repræsentatur in hac vrbe comœdia, cui pueri, atq; homines intersunt, & in theatrum plurimi repræsentatores prodeunt, quorũ vnus regijs vestibus indutus, maximaque famulorum caterua sociatus incedit. Quod si hominem aliquem ex circunstantibus interroges. Domine nunquid ille rex est? respondebit, non Domine: sed est quidã homo qui regiam personam repræsentat. Exit alius cum suo baculo, & pera quasi pastor, & dicit is: Domine ille est pastor; respondet alter: non Domine, sed est quidam vicinus meus. Hoc quærit vir prudens: puer autẽ non vlteriùs progreditur, sed illic cum consideratione sistit: nullumq; alium esse regem, aut pastorẽ arbitratur: quia est puer, nec habet iudiciũ, & sic nõ mirum est illum ita putare. O infœlices peccatores hæc est perditio nostra vniuersa, quæ sunt in toto terrarum orbe quasi repræsentato rege, in comœdia Deum repræsentant. Cœlum nobis Deum sublimem, atq; excelsum repræsentat, terra firmũ, atque constantẽ, leo fortem, atq; terribilem, sol denique illũ nobis tanquam lucẽ esse demonstrat. Qui iudicium, ac prudentiam habet, optimè scit nihil horum Deum esse, sed Deum ab omnibus repræsentari cognoscunt, atq; vlteriùs progrediũtur ad Dei diuitias, pulchritudinem, cæterasque excellentias contẽplandas, qualesq; illas esse oporteat animi meditatione considerant, cùm solo verbo Deus tantam in creaturis pulchritudinem collocarit. Peccatores verò quasi pueri nesciunt vlteriùs procedere, omnia hæc terrestria sibi summoperè conuenire, in eisque verã esse voluptatem & gaudiũ arbitrantur. Et ideò tanta cum solicitudine, & agone hæc peritura perquirunt. Quibus dicit Sanctus Augustinus Quærite quod quæritis, sed vbi quæritis nõ inuenietis. Quærite (inquit) voluptatẽ, & delectationẽ, non enim malũ est illam quærere: veruntamẽ non quærenda est voluptas in auro, nec in honore, gula, aut luxuria. Transite, transite vlteriùs, nam cùm nihil horum Deus sit, non habent veram voluptatẽ, nec in illis Deum reperietis. Sin minus interrogate hoc sponsam, quæ dicit: In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum & non

Simile.

Augusti.

Cant. 3.

17 & non inueni. Certum est sponsum non in illius lecto à sponsa
esse reperiendum. Quisnam est lectus tuus in quo recumbis? vbi
recumbit sensualis? in turpitudine. Et lectus auari est lucrum, &
pecuniarum multitudo. Lectusque seditiosi hominis est vltio.
In hoc igitur lecto non Deum inuenies; quære potius illum in le
cto eius, & statim eum reperies. Et quis est lectus Dei? fames, si-
tis, paupertas, & lachrymæ: in his enim Iesus Christus verus
Deus, & homo requieuit. Hîc illum inuenies: sic enim illũ Moy
ses in rubo inuenit. Etiam illum quæsiui (ait sponsa) per vicos & *Exod. 3.*
plateas, & non inueni. Per vicos, & plateas illum quæris? Ibi gar-
rulatores, atque otiosos homines reperies, negotiatoresq; ac frau
dulenti in plateis & vicis inuenientur: Deum autem in plateis in
ter mendacia, & periuria: inter detractiones, & murmurationes re
18 periri, nihil vnquam tale perspexi, nec vidi. In plateis (inquit Da
uid) vsura & dolus non deficiet: vbi ergo illum requiremus? nun *Psalm. 54.*
quid in regum curia, si fortassè Deus redditus est vir curialis? lon
gè falleris frater, nam Rex Herodes illum allocutus est, plurima- *Luc. 23.*
que interrogauit, & non respondit ei verbum: ne igitur illum in
curia quæras. Hoc enim erit nihil efficere, illic quære otiosos, am
bitiosos, vanos, carnales, lusores, atque adulatores, & eos reperies.
Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regũ sunt. Dixit sum
ma Veritas: Nõ multum reclinat ibi Deus caput suũ, accipitres, *Matt. 11.*
canes venatorij, equi innumerabiles, aucupes deniq; hîc inue-
nientur: si est fortè in consistorio? si in Doctorum senatu? si in tri
bunalibus? &c. Discurre per diuersa, & dic singulorum defectus
secundum loca & tempora. Vbi ergo requiremus eũ? Sacratissi-
19 ma virgo Maria domina nostra eum in templo inuenit, quando
eum quæsiuit tribus diebus. Perge tu in templum, & illic etiam *Luc. 2.*
illum inuenies. O Pater (dices tu) hoc erat in illo tempore: sed po
stea dixit Beatus Ioannes, vt in lectione sancti Euangelij heri re
citatum fuit? Iesus autem exiuit de templo: & credo quod etiã ho *Ioan. 8.*
die exit à multis Ecclesiasticis, & huius rei hæc est causa, nempè
quia plurimi ex illis sunt cupidi, & nonnulli lusores, ac propha-
ni, alij verò inhonesti atq; sensuales: idcircò Deus ab eis recedit,
& hoc est Deum exire de tẽplo. Propheta Michæas dicit de Ec- *Mich. 3.*
clesiasticis illius tempestatis: Sacerdotes eius in mercede doce-
bant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super Dominũ
requiescebant, dicentes: Nunquid non Dominus in medio no-

strum? Attendite, quàm falso arbitrabantur se, cùm ita viuerent, secum Deum habere. Si ergo plurimi sacerdotes nostræ tempestatis peiores sunt illis, quomodo Deus inter illos per gratiam commorabitur? Verum est, sed non propter hoc exit de templo. Plurimi enim sunt viri Ecclesiastici virtute præditi, in quibus Deus per gratiam existit: & alij licèt propter peccata sua illam amittant, non tamen potestatem à Deo sibi traditã perdunt. Sed frater mi, priùs quære illum, intra te ipsum, ibi eum inuenies. Id-
Isai.46. circò Isaias dixit: Redite præuaricatores ad cor. Intra in cor tuum & considera quoties cum eo creatorem tuum offenderis, imple illud amaritudine, dolore, & contritione, & ibi eum reperies. Ibi illum reperit Beatus Augustinus, & sic dicebat: Intus eras Domi-
Augusti. ne, & ego quærebam te foris. Et cum ista præparatione perge in templum, vbi inuenies ministros Dei, quibus peccata confitearis, & à quibus sacro sanctum Eucharistiæ Sacramẽtum assumas. Hoc autem fac opportunè, antequam hæc temporis occasio prætereat, & postea te deceptum inuenias.

Dixerunt ergo Iudæi: Quo hic iturus est? Non intelligẽtes verba Domini, dixerunt: *Nunquid iturus est ad docendas gentes?* Videte quomodo cùm nescirent quid dicerent, verum dicebant. Nã propter eorum peccata illos Dñs relicturus erat, atq; ad gẽtes abiturus, sicut postea fecit, mittẽs Apostolos suos, vt illis prædicatũ irent, & eas ad Euangelij gratiam adduxit, quam Iudæi contẽpserunt. Diligenter considerate fratres charissimi, quàm singulare beneficium hoc fuit, quôd cùm gentiles tam remoti à Deo essent, totq; erroribus, atq; idololatrijs excæcati, illos Deus vocauit, dilectissimumq; populum suum effecit, plurimisque priuilegijs ac indulgentijs illum locupletauit. Hoc vos fratres mei diligentissimè exhortor, vt hoc beneficium præstantissimum, quod Deus in vos contulit, cùm vos illo digni non essetis, cognoscatis, atque pro eo magnas illi gratiarũ actiones referatis. Nec superbia efferamini, quia Christiani estis cùm hæc fuerit gratia gratis data, quam vos non seruí-
Roma. 11. stis, arastis, aut excauastis. Videte quid dicat Beatus Paulus: Noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè, nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt seueritatem, idest, in Iudæos. In te autem bonitatẽ Dei si permanseris in bonitate: alioquin & tu excideris. Si quidẽ tu cùm esses idololatra, oliuæ, quæ est

23 eſt Eccleſia abſque meritis tuis inſitus es, gratiſsimum te præbe, neque cùm videas te neglectis Iudæis ad Eccleſiam vocatum fuiſſe. Ramos naturales hic Iudæos Dominus appellauit, eo quòd Euangelica fides illis hæreditatis iure competere videretur, propter promiſsionẽ illis factam. Time (inquit) ne ſimile quid tibi accidat, ſicut illis contigit, ſicuti nunc in plurimis hæreticis videmus quos Deus repudiauit.

Sequitur in textu: *In nouiſsima autem die magnæ feſtiuitatis ſtabat Ieſus &c.* Septimus dies, qui erat vltimus feſtiuitatis tabernaculorum erat magnæ ſolennitatis, & in illa die clamabat Ieſus, dicens *Si quis ſitit, &c.* O diuine Redẽptor animę meæ, quis ſuauiſsimos illos clamores tuos audiret? O quam efficaces & potẽtes eſſent ad corda corripienda, & quantumuis dura eſſent, mollificanda. Cõ
24 ſiderate fratres chariſsimi, quàm largiter liberaliſsimus Dñs gratiam ſuã offert, neminẽ expellit, omnes cõuocat, nõ enim eſt perſonarũ acceptator: nullum pretium, nec aurum, aut argentum poſtulat, ſed hoc vnum vult, vt homines ſitiãt, & ad ſe per viã pœnitentię quam ipſe docuit, accedant. Nec taxim aliquam, aut mẽſurã decernit, ſed dicit: Vnuſquiſq; bibat quantũcunq; voluerit. O benedictus & glorificatus ſit tam bonus Deus, ò quàm boni ſunt hi nuntij, quorum præconem ſeſe ipſe Deus efficit. Fluuius per quem Deus miſericordias ſuas hominibus mittere conſueuerat, exiccatus iam eſſe videbatur. Et ſic veteres quondã patres in orationibus ſuis dicebant illud Pſalmi: Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine ſicut iuraſti Dauid in veritate tua? Vbi ſunt
25 fluenta illa, quæ per alueum huius fluminis defluere conſueuerant, iam enim illa non videmus. Ecce nunc iam omnia hæc in commoda reſarcita. Flumen Dei repletum eſt aquis, fluuius miſericordiæ, qui antea hominibus aridus erat, nunc abundãtiſsimè repletus defluit. Aperi ergo ò frater vas iſtud cordis tui, & illud hac aqua imple, quæ pretioſior eſt aqua Angelorum, ſiquidem eſt aqua Dei. Eia peccator quicquid intus habes exhauri, vt vas tuum plus huius aquæ poſsit capere. O quam diuina eſt hæc aqua quam etſi media nocte aut meridie, ieiunus, aut calore fatigatus bibas, non tibi nocebit, nec malũ tibi reddet ſtomachũ. Hæc eſt, quæ efficit, vt animæ mala digerantur. Hæc eſt, quæ culparũ maculas abluit. De hac aqua multò antea dixerat Deus per Ezech, Effundã ſuper vos aquã mũdã, & mũdabimini ab omnib⁹ inquinamentis

Pſal. 8.

Ezech, 36.

namentis vestris. Hæc etiam aqua vultui est saluberrima, illumq; pulcherrimum efficit. Nam si conscientia quæ animæ est facies, hac aqua abluatur, quantũuis denigrata sit, alba sicut nix efficitur. Lauabis me, & super niuem dealbabor: dicebat Dauid. Sicuti qui huius aquæ proprietatem optimè norat. O si Deus nobis concederet, vt animas videremus, fortasse hic sacerdotẽ, prælatũ, aut virum aliquem primarium nigrum cerneremus: & fortã aliqua nigra Æthiopissa aureo torque, pretiosisq; vestibus exornata appareret. Proh dolor? de quot hominibus dici poterit, quod dixit Hieremias,: Denigrata est super carbones facies eorũ. Eia ergo ò Æthiopes nigri properate, properate ad bonam aquã, quæ nigras facies, quasi niuem candidas reddit. O Domine da mihi aquam istam, et si illam cunctis diuitijs honore, ac vita mea persoluam. Videte igitur Dei proprietatem, qui hãc pretiosissimam aquam sitientibus concedit, atque hos vocat, vt veniant ad illam bibendam, vt significet se bona sua nullis alijs nisi desiderantibus illa communicare. Cura igitur ò frater, vt in te sitim hanc tantæ, tamq; excellentis aquæ consideratione excites, animaduertens quãtopere anima tua illa indigeat. Nam quãta fuerit sitis, quam illius habuerit (dummodo sit vera & perfecta sitis sicut oportet) tanta erit mensura, quæ tibi dabitur. Et quemadmodũ aqua gratiæ sitientibus conceditur, sic etiam aqua gloriæ illam desiderantibus erogatur. Sicut illam desiderabat Beatus Paulus, & illi de quibus ipse dicebat: Nos ipsi primitias spiritus habẽtes intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei, expectãtes redemptionem corporis nostri. Vno modo significat hic illas primitias habentes passiuè. Et sic loquitur de Apostolis, qui Spiritus sancti primitias habebant: hoc est, ineffabilia dona à Spiritusancto possidebant. Alio modo possumus sumere illud, habentes actiuè, idest, offerentes Deo quod principale est spiritus proprij gratia muniti, & ornati, secundum quod notat Beatus Augustinus super hũc locum. Quorum iam spiritus, quasi sacrificium oblati sunt Deo, & diuino charitatis igne succensi. Et Beatus Ambrosius de Cain Inuentus est (inquit) in crimine, eo quòd sibi seruauit primitias de fructibus, id est; meliora, sequentia autem, idest, deteriora obtulit Deo. Et illud, quod de sensibilibus obtulit Deo, vt innotesceret quòd in sensibilibus anima per peccatum non offert Deo primitias spiritus. Itaq; vult hic dicere B. Paulus: Nos qui Deo spiritus

Marginal notes: Psal. 50. — Thren. 4. — Rom. 8. — Augusti. — Ambro. in milleloq. folio. 1957.

29 spiritus primitias obtulimus, & offerimus, hoc est, illi reddimus meliorem rem, quam habemus, qui est spiritus quidam animarũ amore, & zelo inflammatus, diuinique honoris studiosissimus. Et dicit: Intra nos gemimus. Aliqui sunt, qui interiùs pro exterioribus rebus, & pro terrestribus gemunt, quales fuerunt gemitus Esau. Qui quando audiuit fratrem suum Iacob benedictionẽ sibi surripuisse cum eiulatu magno fleuit. Vbi glossa interlinearis dicit: Non propter æterna consternatus est animo. Alij verò habẽt gemitus interiores pro rebus interioribus, & spiritualibus, Malum signum est, homines sæpenumerô pro terrestribus suspirare, & pro temporalibus incommodis ingemiscere: cumq́ue cælestia bona passim amittant, ne vnum quidem suspirium proferunt: liberet nos Deus à tanto malo. Illi sancti Apostoli pro rebus
30 cœlestibus suspirabant, & gemebant. Verum quare gemebãt pro eo, quòd se habere certò sciebãt? Dicit enim: Gemimus adoptionem filiorũ Dei. Nemo sperat, quod iã possidet. & illi iã adoptionem filiorũ Dei habebant: quare ergo illã gemebãt? Dico illos ingemuisse expectantes manifestationẽ filiorũ Dei, vt illi qui nunc sunt filij Dei prædestinati iã in cælũ ascenderẽt tãto bono fruituri, quod est realiter gloriam desiderare, suspirare, & ingemiscere. Erubescite ergo fratres, ij, qui modicã in vobis horum cęlestiũ bonorũ sitim sentitis, quod cũ tot clamoribus vocemini ad corda vestra refrigenda, quæ nimio sæculariũ rerũ amore æstuant, atq́ue ad vos cælestibus donis locupletandos tam paruo pretio tantum bonum nolitis accipere. Hoc est, quod maximo affectu dicit Dauid: Filij hominum vsque quo graui corde? vt quid diligitis vani
31 tatem, & quæritis mendacium? Quanta insania esset si cum milites post maximam ab hostibus victoriam reportatam locupletissimam ciuitatem spoliarent, alijq́ue plurima, atque pretiosissima spolia colligerent: alij maximos thesauros ex capsis auferrẽt, alij verò huc, atque illuc auro, pretiosisq; e margaritis onusti discurrerent: tunc temporis vnus ex illis cum pueris in foro luderet, tantamq́ue occasionem pretermitteret, vbi posset in cunctos dies vitæ suæ maximas diuitias comparare, & propter ignauiam suam, neniasque illas, quibus intendebat, vniuersa illa prætermitteret? Tales profectò sumus nos, qui cûm plurimos seruos Dei aspiciamus. qui secularibus omnibus vanitatibus neglectis, omni cura, ac diligentia sua hoc vnum bonum inquirunt: & nihil ferè aliud cogitant,

Gene. 27.
Glossa interlinea.
Psalm. 4.
Simile.

cogitāt, nisi quomodo æternos illos thesauros, immarcescibilemque coronam consequētur: nos tanquam pueri hāc opportunam occasionem prætermittimus, & quando illi spiritualia dona colligunt, plurimisque ac maximis donis, & gratijs locupletantur, inutilibus rebus, & puerilibus nęnijs occupamur. Mittat vnusquisq; vestrum fratres charissimi manum in sinum suum, & cogitet quibus rebus occupatur, & propter quas exercitationes cælestia bona amittit, & cognoscet omnes esse nęnias. O quàm meritò vobis

Prov. 1. possum dicere illud Prouerbiorum: Vsq; quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia cupiunt? Clamat Iesus Christus, & nemo ad eum vult venire. Clamat autem Sathanas, dicens: Venite ad me omnes, qui sititis, & ego vobis sitim istā adaugebo, & postea ad aliam æternam sitim deferam, vbi gehennalibus flammis ardeatis, nec vnam quidem aquæ guttam habeatis, qua linguas vestras refrigerare possitis. Et tamē plures inuenit Sathanas, qui eum sequātur, quam Iesus Christus fons vitæ, & ęternæ salutis. O terribilem insaniam! ò infernalem incantationem! Hoc autem ita esse, satis apertè patet, siquidem diabolus te ad peccandum accersit, & inuitat. Peccare autem (vt dicit S. Thomas)

D. Thom. 1. 2. q. 109 art. 2. col. 2. est deficere à bono, quod secundum humanam naturā nobis competit. Et sic naturaliter consequenda est ex eo tristitia. Et ita dixit Angelus Tobiæ: Qui autem faciunt peccatum, & iniquitatē, hostes sunt animę suę. Peccatum est contra Deum, & contra ipsummet peccatorem: iniquitas verò contra proximos. Et hi sibi ipsis grauius damnū inferunt, quàm cuncti hostes illis inferre possunt.

Tob. 12.

Deut. 28. Et peccatoribus dixit Moyses: Dabit tibi Dn̄s ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore. Et erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte, & die, & non credes vitæ tuæ. Manè dices: Quis mihi det vesperum? & vespere: quis mihi det mane? O stupenda verba, ponderate illa quæso, fratres, quia digna sunt ponderatione. Hanc proprietatem peccati intimauit Deus maledicto Cain, dicens illi vbi primum peccauit:

Gene. 4. Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Cumq; ille nihil responderet: respondit Deus illam esse peccati conditionē, dicens: Nonne si bene egeris, recipies? sin autem malè, statim in foribus peccatū aderit? Nonne (inquit Deus) credis te si benè egeris statim gaudium, & voluptatem esse percepturum? Et sic legunt illic, nonnulli: Eriges vultum tuum, & lætus incedes, sin autem malè egeris: statim

35 ſtatim peccatum tuum ad oſtium pulſabit, & conabitur ad te ingredi, vt te contorqueat. Cum igitur Sathanas ad hũc potum vos inuitet: omnes ad eum properatis. Quando autem vos Ieſus Chriſtus vocat, vt animas veſtras recreet atque vt ex vobis flumina aquæ proſilientis ad vitam æternam dimanent, omnes eius vocatibus ſurdeſcitis: nec ad eũ vultis confugere? Nunquid fratres chariſsimi Dei liberalitatem non perſpicitis, qui non ſolùm ſuis gratiam lagitur, qua ipſi ſpiritualiter reficiantur, ſed etiam vt alios exẽplo, doctrinaq́; ſua, &c. refrigerare poſsint? Qui hæc flumina ex ſe immitteret, quum per vias exiret, illas mundas, optimoq́ue exemplo repletas relinqueret. Si tales Chriſtiani eſſemus, quales nos eſſe oportet, qualis eſſet peccator, qui ad Deum non cõuerteretur? & à peccatis ſuis, atq́; à deprauata viuẽdi ratione nõ exiret?
36 Confortamini ergo fratres mei, & tales eſſe curate, vt hæc flumina à vobis exeant, quibus ciuitatem hanc ab omnibus ſceleribus purgetis. Verùm: proh dolor! fluuij virtutis areſcunt, iniquitatis autem flumina in dies accreſcunt. Sicut Oſeas dicit: Non eſt veritas, &c. Maledictum, & mendacium, &c. inundauerunt. Diluuia, *Oſea 4.* dicit Sanctus Propheta, peccatorum defluere. Tu igitur Domine nobis medere, totq́; ac tantis malis remedium adhibe, gratiamq́; tuam nobis concede, qua cæleſtem gloriã conſequamur, Amen.

¶ Feria. III. poſt Dñicam in Paſsione.

Ambulabat Ieſus in Galilæam, non enim volebat in
1 *Iudæam ambulare, &c.* Ioannis. 7.

VOLEBANT Iudæi in occulto Chriſtum Redemptorem noſtrum interficere, & ante tempus, quod ipſe tanquã verus Deus, & verus homo decreuerat. Quapropter ab illis receſsit: & ambulabat in Galilæã. Nã cùm conſtitutũ tẽpus aduentaret, ipſe cõſtituerat ſe ſe eorũ manibus offerre, vt publicè, & in omniũ cõſpectu illi mortẽ inferrent: amorq́; patientia, ac manſuetudo qua pro humani generis ſalute patiebatur, cõſpiceretur. Quod ſi quis quærat: quidnam malifecit mitiſsimus hic agnus Iudæis, quia illum tam atrociter volebant occidere? Nunquid illis diuitias abſtulit? liberos interfecit? aut per ſe, ſiue per amicos ſuos aliquod damnũ intulit? Non profectò, ſed maximo illũ odio proſequebãtur,

tur solummodò, quia eorum vitia reprehendebat, & quia illos ad cælũ deducere volebat. Hoc multò antea prædixerat spiritu prophetico Sanctus Isaias in Saluatoris nomine dicens: Ego, qui loquor iustitiã, & propugnator sum ad saluãdũ. Omnes (inquit) diligentiæ, solicitudinesque meæ sunt, vt homines saluos faciam. Si igitur hoc ita est (quærit Isaias) quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Cui respondit Dominus, dicens: Torcular calcaui solus. Res est notabilis, quòd noluit filius Dei vestimentum, hoc est, sanctissimũ corpus suum sanguine perfusum purpuræ comparare: sed illud contulit cum colore vestis illius, qui in torculari vuas pedibus conculcat: quæ vestis non inficitur, nec tingitur alio musto; nisi eo, quod ex calcatis vuis exilit: vuæ enim calcatæ crepãt, & calcatorem intingunt, & inficiunt. Delicatissimo quodam stylo voluit hîc Spiritus sanctus causam nobis assignare: quare Dominus Iesus mori voluerit, & quænam fuerit occasio quare Hebræi illum intenderint interimere, quæ fuit: quia illos asperrimis, sicut ipsi merebantur, reprehensionibus cõculcauit. Et quasi vua, quæ calce crepat, & calcatorem tingit: sic illi Domini reprehensionibus cõculcati impatientia crepuerunt: illumque iniurijs affecerũt, sanguine infecerunt, crudelissimaque morte occiderũt. Itaque si Christus Redemptor noster dissimulare vellet, nec contra eorum vitia prædicaret; nunquam illi contra eum surrexissent. Tingitur homo quãdo vuas conterit, vt vinum à cortice separet: sic quia conatus est filius Dei à sceleratis vitia segregare, eius inimici mortem ei inferre cupierunt, quod tandem opere compleuerũt. Heu quot horũ sceleratissimorum hominum imitatores in orbe terrarum cõmorantur: qui iustos infesto animo persequuntur, eo quòd eis veritates annunciant, illorumque vitia reprehendunt. Hieremiæ conquerebatur Deus, quòd omnes Hebræi in vniuersis statibus corrupti erãt. Dicebatque si vnum in aliquo statu bonum reperisset, se illos nõ esse puniturum, & sic loquebatur. Circuite vias Hierusalem, & aspicite, & cõsiderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei. Quasi dicat: quantumcunque volueritis, & reuolueritis, vicosque omnes, ac plateas singulas scrutemini, nequaquam illum inuenietis. Et dicit Hieremias: Domine oculi tui respiciunt fidem. Hoc est, optimè scis tu Domine neminem esse, qui veritatem obseruet.

Isai. 63.

Hiere. 5.

5 ſeruet. Ex his autem, qui ſunt per vias & plateas homines plebeij, & pauperes, forſitã pauperes ſunt, & ſtulti ignorantes viam Dñi. Hoc eſt, fortaſsè ignoratio, & paupertas eis occaſio fuit, quo tam mali eſſent. Ibo ergo ad optimates, & loquar eis. Videamus nunc (inquit) viros primarios, qui ſunt ſapientes, & diuites, quales ſint, cum hanc excuſationẽ non habeãt. Et ecce (inquit) magis hi ſimul confregerũt iugum, & ruperunt vincula. O quàm miſerabile eſt: quòd cũ vadam ad magnates, & eos magis diſtractos, & peccatores animaduerto, quàm populares homines. Nõ eſt illis lex, aut iuſtitia: Magnatibus non eſt ieiunium, nec quadrageſima: ad confeſsionem propter exteriorẽ hominum apparentiam accedunt, iniurias verò non magis quàm Turcæ dimittunt: ſiquidem igitur parentes tales ſunt, ad eorum liberos accedamus. Liberet nos Deus à tali peſte. Filij (inquit) tui dereliquerunt me: & iurant in ijs, quî non ſunt dij. Saturaui eos, & mœchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores, & emiſſarij facti ſunt vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Senſuales ſunt, & malum alijs præbent exẽplum: non enim contenti ſunt eſſe turpes, & carnales, ſed volunt etiam vt eorum turpitudines omnibus innoteſcant. Emiſſarij ſunt hi iuuenes quaſi equi, qui ad equas immittuntur, concubinas zelantes, & tanquam dæmonium habentes: qui ſi vident aliquem in via concubinæ ſuæ ambulare ſtatim cum illo digladiãtur, qua propter auferte propagines eius, quia non ſunt Domini. Deſtruantur, ſiquidem illos ad Deum non educaſtis. Nunquid ſunt plures peruerſi in republica? ſic (ait Dominus inferius) quia inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes quaſi aucupes laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Hi ſunt iuriſperiti, & iudices, qui ſunt venatores, qui nihil aliud faciunt in republica, niſi laqueos extendere, vt pauperis ſubſtantiam venẽtur. Et tamen cum à maximo vſq; ad minimum, à ſeculari, vſque ad Eccleſiaſticum iniquitatem facerent, nec eſſet qui faceret bonum, ſiquis vir ſanctus, aut aliquis prædicator diuini honoris zelo concitatus eorum ſcelera reprehendebat, nec Eccleſiaſticus, nec ſecularis vir eum ferre volebant. Et idcircò poſtquàm commemorauerat maxima mala, quæ in ſingulis illius ciuitatis ſtatibus verſabantur, de quo magis queritur, quodque tanquam maximè obſtupendam rem narrat, hoc eſt, quod cum tam mali eſſent, admonitionem, neque reprehenſionem nollent audire: & ita dicit ſtatim: ſtupor, & mirabilia facta

sunt in terra. Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis. Et populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius, hoc est: quo supplicio digna est hæc vltima peruersitas? res mirabilis. Plurima in hoc ipso capite supplicia commemorauerat, quibus eos puniturus erat: propter hanc autem vltimam malitiam videtur nullum supplicium inuenire, quo illos satis dignè puniat. Diligenter pensate verba illa: stupor, & mirabilia &c. Quid tam obstupendum, tantaq; admiratione dignum, quàm prophetas à sacerdotibus quæri, qui nullũ malũ de illis, sed bona plurima prophetarent? dicite propter nos mundum à Deo esse saluandum, & has Hieremię comminationes mendaces esse. Nullam in toto terrarũ orbe Deus habet domũ præter hanc, & hãc euerteret? Impossibile est hoc. Et quandô hoc falsi prophetę prædicabant, sacerdotes applaudebant manibus. O quàm benè dixit propheta (dicebant illi) & populus etiam his mendacijs gaudebat, & dicebant: O quàm maximus vir, ò quàm præstantissimus prædicator, ecce quàm connexi sunt omnes, & mali Ecclesiastici, mali seculares. Itaque scrutatis cunctis statibus ciuitatis ne vnus quidem vir bonus inuentus est. Et Dei prædicatorem nolebant audire, quia illis veritatem dicebat, illosque acerrimè reprehendebat. Et ob hanc causam semper in illo rebelli populo cum seruis Dei
Matth. 23 inhumaniter actum est. Sicuti ipse Dominus illis dixit. Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. O quam plenus est hodiè vniuersus terrarum orbis hoc malo. Non solum enim scelerati homines prædicatores, & viros sanctos odio habent, si paululum eos reprehendunt, sed patrem etiam, amicum, & fratrem, si de spirituali eorum salute tractare conantur, statim eos summoperè execrantur. Et vnum ex illis, quę circa hoc maiorem afferũt admirationem, hoc est: quòd non solum ii qui reprehenduntur, sed etiam si taceant, & nè minimum quidem verbum loquantur: ipso facto, quo virtutis studiosi sunt, statim à malis odio habentur. Cuius rei causa est, quia, sicut dicit
Ioan. 3. Dominus: Qui malè agit, odit lucem. Quandò fures noctu in do-
Simile. mũ aliquam furaturi ingrediuntur, ante omnia lucernam extinguunt, nè illorum latrocinia perspiciantur. Lucerna est iustus, (vt
Matth. 5. ait dominus.) Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, &c. & huius lucernæ luce peccatorum mala perspiciuntur. Et idcircò lucernam hanc curant extinguere iustorum hominum

11 num famam obscurantes, illosque persequentes, quia eorum vita, & virtus eximia est tacita quędam sceleratorum reprehensio. Cũque Christus Redemptor noster non solùm esset lux qui sanctitate sua iniquissimorum illorum malitiam confundebat: sed asperrimis verbis illos assiduo reprehendebat, his rebus concitati Iudæi, furoreque accensi volebant eum occidere. Quapropter ab eis recessit conueniens tempus expectans, atque in Galilæa commorabatur, vbi maxima miracula faciebat.

Cũmq; tabernaculorũ festũ appropinquaret: *Dixerũt ad eũ fratres eius: transi hinc & vade in Iudæã.* Hoc est, ne hęc miracula in hoc angulo, & in occulto facias, sed potiùs fac ea in Iudæa, vbi propter illa honorificeris. Hi erãt superbi, & inanis gloriæ cupidi, omniaq; opera sua faciebãt, in vanitate fundati, vt ab hominibus viderẽtur.

12 Hoc est enim superborũ diaboliq; imitatorũ ingenium: cui dixit Deus loquẽs cũ serpẽte: Super pectus tuũ gradieris. Scilicet, in manifestationẽ cõfirmationis, in malitia. Cũ enim serpens nõ habeat pedes ad ambulandũ, necesse est illi terræ pectore suo inniti & super pectus suum vniuersas vias suas facit. Per pect⁹ in quo est cor, quod voluntatis vires significat, superbia repræsentatur, per quam cor, & voluntas cõtra Deum eleuatur, vt Esaias dicit: qui dicebas in corde tuo: In cælũ conscendã, super astra Dei exaltabo soliũ meũ. Et ita: Super pectus tuũ gradieris hoc significat, videlicet: Omnes cogitationes, desideria, & opera tua superbiæ tuæ innitentur: ex illa nãq; omnia hęc procedũt, & per illa cuncta concitãtur. Quid igitur in superbis crebrius quiue magis vsitatum est, quàm hoc verba tua ó superbe cogitationes tuæ, desideria, opera, executiones,

13 negotiaq; tua omnia superbię innituntur. Idcirco Dauid maxima animi cõtentione postulabat, dicẽs: Nõ veniat mihi pes superbiæ, Superbiã appellat pedem, quia quemadmodum pes totũ corporis põdus sustinet: sic etiã superbia vniuersum peccati pondus sustentat, & sicut mos est Sathanæ homines peruertere, suique similes efficere, & superbos corde illos reddere, sic etiam eius mẽbra alios homines peruertere, eisq; persuadere cõsueuerunt, vt quod ipsi faciũt, illi etiam faciãt. Vnde apparet quàm parum emolumenti, ex talium hominum cõuersatione potest elici, quàmq; periculosa est eorum necessitudo, & familiaritas. Quod obscurissimis quibusdam verbis significauit Esaias, dicens: Cõceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Oua aspidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt,

Gene. 3.

Esai. 14.

Psal. 35.

Esai. 59.

qui comederit de ouis eorum, morietur: & quod confotum eſt, erumpet in regulum. His elegantiſsimis metaphoris nobis ſignificat Spiritus ſanctus quantum mali non ſolùm ſibi, ſed alijs etiam officere conſueſcant, ijs præſertim, qui ad eos accedunt. Et malum in corde ſuo proponere, peccatum committere, appellat hic ſanctus Propheta laborem, & dolorem concipere, illud verò exteriùs operari vocat, iniquitatem parere. Et compertum eſt idem quod concipitur, pari, neque enim homo concipitur, & leo paritur. Et ſiquidem Propheta dicit illos iniquitatem parere, manifeſtè ſequitur iniquitatem concepiſſe. Vocat autem iniquitatem iſtam, quam conceperunt, laborem, quia nimis annexus eſt labor, dolor, & amaritudo peccato. Eò quòd contra dictamen conſcientiæ concipiatur: & quia peccatum neceſſario peccatori laborem, & dolorem eſt allaturum, aut in hoc mundo per pœnitentiam, aut in altero per infernales cruciatus. Et hanc maledictam eius conceptionem, & partum aſpidum, aut viperarum partui comparat. Et licèt plurima ſint aſpidum genera, ſicut naturales philoſophi referunt, illæ tamen, de quibus hîc Propheta loquitur intra ſe oua concipiunt, eaq́ue pariunt, & eorum partus eſt ipſarum met aſpidum interitus. Ad hoc alludit quod Beatus Iacobus dicit: Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum, peccatum verò cum conſummatum fuerit, generat mortem. Concupiſcentia (inquit) hominem à bono opere diſtrahit illum ad malum inuitans. Et hæc concupiſcentia, quæ eſt mala fœmina inueniens occaſionem concipit à conſenſu, & ſtatim ſecreto intra animam parit peccatum. Illud verò peccatum cum fuerit opere exteriore completum, & conſummatum generat mortem. Vbi verbum hoc: generat mortem ſignificat mœrorem quendam, & defatigationem; quæ peccatorem magnoperè affligit, illumq́ue in maximas anguſtias redigit. Nam antequam opere compleretur, iam erat peccatum mortale in voluntatis conſenſu, animamq́ue occiderat. His verbis, quæ hucuſque dicta ſunt, declarat Sanctus Propheta damnum, quod peccator ſibi ipſi infert cum his conceptionibus, & partubus, quia viſcera ſua quaſi araneæ ad texendas telas dirumpunt. In his autem verbis, quæ poſteà ſubdit, dicens: Qui comederit de ouis eorum morietur, declarat grauiſsimum detrimentum, quod ijs prouenit, qui cum peccatoribus conuerſantur:

Iacobi. 1.

illi

17 illi enim curant sua venenosa oua illis comedenda communicare,
quæ vbi primum comederint, ex illis basilisci prodibunt: nam ex
vnis peccatis proueniunt homines in alia grauiora. Quantoperè
autem audeant mali suis venenosis ouis proximos suos inficere,
ex hac Sancti Euangelij lectione comperitur. In quo dicitur hos
carnales consanguineos Iesu Christi Saluatoris nostri illi suasisse, vt
iret ad facienda miracula illa, vbi maiorem honorem ex illis elice-
ret. Quandô homines ausi sunt hoc veræ humilitatis Magistro sua-
dere videntes illum tam sanctam vitam degere, atq; omnia secula-
ria tam ex animo contemnere, quid facerent alij sibi simili, debili, &
malè morato, & cuius debilitas, & modica virtus, illos ad eum per-
uertendum inuitaret? Atque ex hoc cognoscetis fratres charissimi
quam necessarium nobis sit à malis conuersationibus recedere cum
18 sit certissimum diabolos post quam quosdā homines vincunt, illis
quasi instrumentis vti ad alios superandos. Quæ cum ita sint, vos
summopere exoro, vt ad hæc diligētissimè aduertatis, quæ sunt ani
mabus vestris maximè necessaria. Referens Sāctus Euangelista sua
sionem hanc, quam superbi isti homines Domino dicebant, statim
huius rei rationem reddit dicens: Neque enim fratres eius crede-
bant in eum. Non erat mirum, quòd illi, qui in Christum Redem-
ptorem nostrū non credebant, superbi, inanisq; glorię cupidi essent
secularesque honores diligerent, ac talia verba loquerentur. Ve-
runtamen quam excusationem habebis tu ò Christiane, qui cum
in Iesum Christum crucifixum credas, atque in eius cruce veram
gloriam, atque honorem situm esse fatearis, sæculares tamen dig-
19 nitates, inanemque mundi gloriam tanta animi contentione co-
naris adipisci? quomodò tali fidei talis vanitas, ac superbia con-
sonat? Apertè significas ò frater fidem, quam habes mortuam es-
se. Nam quanuis fides mortua, fides est, & donum infusum ab Spi-
ritu Sancto in animam: quæ quidem non perditur nisi per hære-
sim, dicitur tamen mortua quia nihil vitale in homine opera-
tur, idest, quia cum in intellectu sita sit, nullos diuinorum, sancto
rumque motuum radios in voluntatem immittit: Est quasi lu-
cerna posita sub arcto modio, quæ etsi accensa est, nullam tamen
claritatem immittit, quia modij corpore impeditur, quo minus
lucem proferat. Quòd ergò modius lucernæ impedimentum est *Simile.*
quominus illucescat, idem impedimentum est peccatum fidei, &
multò maius, quia charitatem adimit, quæ fidei splendorem do-

nat, eamque viuificat. Quid igitur hæc fides in intellectu sita tibi prodest, si iuxta regulas, quas Dominus ille, in quem credis te docuit, non viuis, cumque te tot tantisque beneficijs illi deuinctum esse cognoscas, eum non diligis? ô demens, qui tanto bono nescis vti? Ignea illa columna, quæ Hebræos ducebat, *Exod. 13.* directè illos in terram promissionis dirigebat ducens illos nocte tanquam ignis, die verò tanquam alba columna. Non tamen eos in terram promissionis introduxit. Nam armorum vi oppugnata fuit, sudantes enim, & laborantes, superantesque barbaras nationes, & gigantes in illam introierunt. Fides, quam in intellectu habes, optimè te dirigit. Saluationisque viam erudit quæ est Deum tuum toto corde diligere, proximumque tuum sicut te ipsum amare, passionesque tuas superare & vitijs tuis sanguinolentum bellum inferre. Et sic verba illa Beati Pauli: iustus *Rome. 1.* ex fide viuit: Beatus Chrysostomus, Beatus Ambrosius Beatus Hieronymus, Beatus Cyprianus, Tertullianus, & Sanctus Augustinus exponentes dicunt, intelligenda esse de vita æterna, affirmantque fidem esse initium in hoc sæculo viuendi in futuro. Et notanter dicit Spiritus Sanctus, Iustus ex fide viuit, & non dicit: homo ex fide viuit: nequis fortè putaret habere fidem, sufficere ad vitam æternam viuendam. Ideò dixit: iustus ex fide viuit, idest, ex fide inchoat vitam futuram, quia fides illum docet vitam suam secundum legem gubernare. Siquidem igitur fratertu hoc initium iam habes, quod quidem maximum est donum Dei: diligentissimè cura confortari, vt hunc optimum Deum, creatorem, saluatoremque tuum semper in omnibus sequaris. Siquidem vna ex rationibus quarè homo factus est, fuit vt te humilem, castum, pauperemque spiritu &c. esse doceret. Idcircò dicebat Diuus *Rom. 6.* Paulus: peccatum enim vobis non dominabitur: non enim estis sub lege: sed sub gratia. In lege veteri peccatum quodammodò fortius erat hominibus: in lege autem gratiæ nos sumus peccato fortiores. Nam lex gratiæ nobis vires impertitur per sacramenta Iesu Christi Redemptoris nostri, ad vincendum peccatum. Voluit æternus pater, vt vnigeniti filij sui socij essemus, vt ipse merita sua nobis communicaret. Et sic Beatus Paulus *Philip. 3.* dicit se vniuersum mũdum contempsisse, vt Christum Iesum cognosceret. Ad cognoscendum (inquit) illum, scilicet Christum & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionis illius, videli-

cet

23 cet, vt hæc consequeretur. Dixerat superiùs: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, vt stercora. Hæc res est, ac si Christus Redemptor noster nobis diceret: Animaduertite nunc, ego habeo ius cõtra peccatum, quia cum peccator non essem, me tanquã peccatorem tractauit: & peccatum contra vos ius habet, quia verè peccatores estis. Efficite igitur vos vnum mecũ per fidẽ, & amorẽ & ipso facto ego transfero in vos omne ius quod habeo aduersus peccatum, vt sic ab eo liberemini. Ergo iure optimo dicit Beatus Paulus: Peccatum vobis, &c. quia nõ estis sub lege, sed sub gratia. Cùm tanto auxilio, & obligatione teneamini, non est consentaneum vt in vobis peccatum dominari patiamini: sicut illi qui non credebãt in Iesum Christũ. Multo tẽpore, antequam Dominus in mundum veniret, dicebat Dauid: In veritate tua humiliasti me, id Psal. 118.
24 est in Christo, qui dixit: Ego sum veritas. Vidẽs ego (ait Dauid) in Ioan. 14.
spiritu prophetico, quod filius tuus humanatus propter me passurus est, non possum me cõtinere, quin ad eius imitationẽ humilier. Psal. 130.
Adeo autem hac cõsideratione humiliatus est, vt dixerit: Domine nõ est exaltatũ cor meum, neq; elati sunt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me. Si nõ humiliter sentiebam, sed exaltaui animã meã. Sicut ablactatus est super matre suã, ita retributio in anima mea. Propter misericordiam tuam Domine (inquit S. Propheta) quæ me semper custodiuit, cor meũ semper humile permansit, nec oculi mei præ vanitate erecti sunt, semper de me vilissimè sensi. Et per oculos humilitatis meæ manifestatio exibat. Hoc etenim significat: Neque elati sunt oculi mei. Nã vt dixit Plinius oculi sunt indices animi. Et qui animo, & cor-
25 de est humilis, oculorũ aspectu humilitatẽ manifestat. Neq; ambu- Plinius li. 11. c. 37.
laui in magnis, neque in mirabilibus super me. Nunquã cogitationes meæ sublimius ascendũt, quã vsq; ad cognoscendũ me esse pastorẽ: semper recordor me cum ouibus patris mei ad siluas & gelu incessisse, durumq; panis fragmentũ comedisse, atque parũ aquæ frigidæ bibisse: absq; eo quod homines mei recordarentur. Et circa hãc consideratione nunquã prætereo. Vtile valde est homini de se cogitare secundum conditionem suam. Nam quando ego considero quot corporalibus spiritualibusque miseriis premor, & quam citò iuuenilis ætas prætereat, & optima corporis valetudo, quomodo hominem destituit, & quando mihi reuoluo, quàm difficilis sum ad amittendum bonum, quamq; pertinax [illegible],

quomodo quicquam de me possum præsumere, cum me tãquam [illegible] experiar? si non humiliter sentiebam, &c. id est, ego affirmo me nunquam elatam cogitationem habuisse, nec in sublimem superbiæ thronum erectũ fuisse, aut æstimatione mei supra tegulas conscendisse. Sed semper mihi amplissimum esse iudicaui quicquid mihi à tua liberalissima manu proueniret. Quod si ita non est, sicut ablactatus est super matrẽ suam, &c. Ex manu tua Domine mihi idem veniat, quod venit puero, quando à matris suæ vberibus ablactatur, & cùm solita lactis delectatione priuatur, qua antea in matris suæ sinu recumbens fruebatur. O quàm terribilis pœna est hæc, considerate qualis maneret infans teneræ ætatis subtractus ab vberibus genetricis suæ, quibus alitur: & absque vllo, qui eum protegat, ac foueat. Hac igitur pœna afficientur superbi, scilicet, vt omni spirituali consolatione, omnibusque auxilijs, & indulgentijs, quas Deus humilibus suis seruis solet erogare. Ecce ad quem humilitatis, ac perfectionis gradum peruenerat sanctus Dauid, præ assidua humilitatis Iesu Christi filij Dei consideratione. Quare igitur nos nõ humiliamur siquidem hunc diuinum Magistrum vniuersam hanc humilitatem profundissimamque animi submissionem iam exercuisse credimus? qua tantoperè Dauid commouebatur, ante quàm opere compleretur. Quòd si tanto supplicio se se dignum esse arbitrabatur Dauid: nisi hanc humilitatem haberet, cum tanta obligatione non teneretur, sicut nos tenemur: qua pœna nos dignos fore iudicatis, nisi corde humiles fuerimus? per reuerentiam huius humillimi Iesu vos rogo fratres charissimi, vt ad eius imitationem corda vestra humiliare curetis, atque in omnibus operibus vestris vni diuinę Maiestati placere velitis ab omni humana gloria & commendatione oculos amouẽtes. In hoc enim gratissimum quoddam ei ministerium exhibetur, quod declaratum fuit in illo cantico quod tres illi pueri cecinerunt quando perspexerunt se à Babylonici fornacis igne non concremari. Nam postquàm omnes cælestes, terrestresque creaturas ad Dei laudes inuitarunt, in fine tandem dixerunt: Benedicite sancti, & humiles corde Domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula. Vbi dictio illa, &, dicit declarationem, & idem significat quod: id est. Et sic sensus hic est. Benedicite sancti: id est, humiles corde Dño. Et est valdè notandum quòd inter omnes creaturas, quas ad Dei laudes inuitarunt: quia vna quæque in

Dan. 3.

25 in suo genere ostendit Deum laude esse dignissimum: atq; etiam inter sanctos, quorum alij vna virtute, alij alia designantur: specialiter humiles corde inuitarunt, non castos quidem, non pauperes spiritu, non deniq́ue patientes conuocarunt. In quo significarunt omnem virtutem, & sanctitatẽ in cordis humilitate inclusam esse: ostendentes, aut esse impossibile quenquam humilem esse corde, qui alias virtutes non haberet, aut saltem eum, qui hac virtute prędítus sit, maximè dispositum esse ad cæteras impetrandas. Quis igitur se ipsum tanto odio habebit, vt tam heroicam hãc virtutem non curet adipisci.

Dixit ergò eis Iesus: Tempus meum nõdum venit. Festum illud septẽ dies durabat, quorũ tribus primis in pompis, cõuiuijs, alijsq; secularibus vanitatibus occupabantur. Et sic tres illi dies non erant dis-
30 positi, vt Dominus in eis illuc iret ad prædicandum. Istud erat tale tempus, quale illi ad suorum appetituum executionem optabant. Quandocunq́ue irent, nullam contradictionem inuenirent, quia similes erant alijs prophanitate. Atque idcircò illis dicit Dominus: *Non potest mundus odisse vos.* Imò filij huius seculi in sceleribus suis exercendis sibi inuicem auxiliantur. Homines qui nimiũ potare consuescunt, postquam ebrij sunt, manibus se se inuicem apprehendunt, & sic alteri alteros sustinent, ne cadant. Sic homines mundani de quibus dixit Isaias: Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Væ vobis (inquit) qui omnes vires, conatusque vestros in secularibus, ac terrestribus voluptatibus perquirendis adhibetis, quæ quidem sunt, quasi vinum fortissimum, quo inebriamini, & extra vos ince-
31 ditis. Atque vt hi ebrij in turpitudinibus, voluptatibus, ac sceleribus suis sustineantur, alij ab alijs inuicem sustinentur, & adiuuantur, ne excidant; sed vlteriùs progrediantur in vitijs, voluptatibusq́ue suis. Et sic dicit Dominus: *Non potest mundus odisse vos.* Id est, mundani: sumitur hîc continens, pro contento. Vos illis, & illi vobis inuicem fauent.

Simile.

Isai. 5.

Me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo. Et ideò nolo illuc reuerti tempore, quo non est dispositio ad proficiendum illis. Et sic non ascendit Dominus ad festiuitatem illam primis illis tribus diebus: sed vt Sanctus Euangelista vlteriùs dicit: *Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum.* Et sic cùm in initio festiuitatis non iuerit: erat murmur de eo in turba. *Quidam enim dicebãt,*

quia bonus est: alij autem dicebant, non, sed seducit turbas. O potentissime fili Dei, ô bonitas infinita, quomodo homines adeo insanire potuerunt, vt de probitate tua dubitarent? Ad hoc te ô Redemptor animæ meæ, peccata mea deduxerunt, vt non solùm pro illis pœnas lueres, sed vt peccator etiam vocareris. Quem defectum animaduerterũt infœlices homines, ô bone Iesu in puritate tua, vt illam calumniarentur? Considerate dilectissimi fratres, quantopere in hoc se humiliauit filius Dei, siquidem cõsensit vt homines hoc modo de eius fama disceptarent: & cùm ipse esset summa bonitas, non deesset qui eum seductorem, & malũ esse affirmaret. O quantam consolationem hinc possunt elicere serui Dei, quando viderint sceleratos homines de illorum fama detrahere, considerantes siquidem aduersus Iesum Christum filium Dei linguas suas exacuerunt, non mirum esse si de eius seruis detrahant, & de illis murmurent, qui sunt quasi formicæ. Si circa innocentissimum Dominum contrariæ erant sententiæ: quare vultis vos, vt vno ore vestra opera omnes commendent, & inter Sanctorum opera numerant? Serui, & homines infimæ conditionis expectantes dominos suos, cùm non habent quibus rebus occupentur, accipiunt carbonem, & albos parietes inficiunt. Sic sunt nonnulli tam stolidi homines, qui cùm non habent, quibus rebus intellectus suos occupent, & de quibus rebus cogitent nigro carbone suæ maledicæ linguæ albos parietes inficiunt, quæ sunt famæ atq; honores proximorum suorum, qui sunt virtute præditi. Et quemadmodum, illorumq; albos parietes inficiendo manus proprias homines inquinant: sic non potes tu proximi tui famam inficere, absque eo quòd animam tuam contamines. De camelo dicit Plinius, quòd

simile. [placed beside "rant? Serui, & homines infimæ conditionis"]

Plin. li. 8. ca. 18.

cùm ad clarum fontem bibiturus accedit, videns suam deformitatem in aqua perterritus, aquam prius vngulis inficit, & conturbat. Tales sunt homines mali, qui linguis suis optimorum virorum famam, ac virtutes conantur obscurare, quia in eis pessimi eorũ mores, turpissimaq; viuendi ratio reprehenditur. Tantum malum est hoc, quòd cùm iusti digni sint, qui propter eorum virtutes, probissimosq; mores laudibus efferantur, iniqui homines de illis detrahunt, eorumq; famam discrucient, vt eo quòd tam graue, tamque molestum sit, quodque maiorem afflictionem, quàm mors possit inferre, Christus Saluator noster maximis pollicitationibus discipulos suos ad illud perferendum præparauerit. Vt patet ex

55 theo, vt dixit, Beati estis, cum maledixerint vobis homines, &c. Gau- *Matth. 5.*
dete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Et ali-
bi: Non est discipulus super magistrum: nec seruus super dominum *Matt. 10.*
suum. Si patrem familiàs Beelzebub vocauerunt: quanto magis do
mesticos eius. Hoc est præmium mundi. Hac corona iustos afficit.
Idcircò quodammodo crudelior est mala lingua inferno; nam in-
fernus solos malos cruciat: murmurator verò bonos, & malos con-
torquet. Vnde non erit mirum dicere, linguam grauius officere, &
peiorem esse, quàm manus. Nam manibus quidem corpus tantum
modò, lingua verò famam poteris percutere. Manus absentibus
non possunt nocere: lingua verô contra absentes atrocius superbit,
& irascitur. Non ad hoc illam Deus fecit: idcircò enim ferream illam
non fecit, sed carneam, mitem, ac suauem, vt verba, quæ ab illa pro-
56 ferrentur, lenia, ac suauia essent, non verô aspera, aut amara. Curate
igitur fratres charissimi linguas vestras reformare, cum vobis adeò
necessaria res sit. Et sic Dauid quærit, dicens: Quis est homo qui vult *Psalm. 33*
vitam? &c. Primum quod dixit, hoc fuit: videlicet; prohibe lin-
guam tuam à malo, tanquam rem maximè necessariam ad incipien
dum seruire Deo. Et vos fratres, qui crudelissimis pessimorum ho-
minum linguis vos percussos sentitis, in hunc innocentissimum ag
num oculos conijcite, & omnia, quæ propter vos pertulit, attentissi-
mè considerate, patientiamque in persecutionibus habete, & hic Do
minus gratiam suam vobis concedet, & in futuro seculo gloriam
largietur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

¶ Feria. IIII. post Dominicam in Passione

Facta sunt encania in Hierosolymis, & hyems erat, &c. Ioannis. 10.

FESTVM Illud celebrabatur in memoriam pij illius ope-
ris, quod fecit Iudas Machabæus, quando templum purifica-
uit. Et sic festum illud erat quasi quædam gratiarum actio pro vi-
ctoria, quam eis contra hostes suos Dominus concesserat. Valdè
consuetum fuit apud Hebræos in memoriam acceptorum bene-
ficiorum festiuitates celebrare; quia etsi Deus in beneficijs confe-
rendis nimium liberalis est: est tamen tam arctus (si ita dici potest)

in gratijs pro concessis beneficijs exposcendis, vt vix priscis olim patribus beneficium aliquod concesserit, pro quo æternas gratias non postularet: & illis obliuiscentibus in memoriã ipse reuocabat, sicut fecit Sancto Iacob; cui reuertenti ex peregrinatione sua, dixit:
Gene. 35. Surge, & fac altare Deo, qui apparuit tibi in via, quando fugiebas Esau fratrem tuum. Viginti iam anni præterierant, postquam Dominus hoc illi beneficium fecerat: & quasi nunc illi factum fuisset, sic ab eo ipse Dominus gratias exigit. Quo admonitus vir sanctus allocutus est vxores, liberosq; suos, dicens: Surgite, ascendamus in Bethel, & faciamus ibi altare Domino, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. Et quid fuit quare vbi primum hic idem Dominus Abrahæ terram Chanaan pollicitus est posteris eius se esse daturũ, statim præcepit ei, vt vniuersam
Gene. 13. terram illam circuiret. Statim postquam ei dixit: Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo; & semini tuo vsque in sempiternum: & statim inferiùs subdit, dicens: Surge ergo, & perambula terram in longitudine, & latitudine sua, quia tibi daturus sum eam. Dignissima est equidem consideratu huius mandati causa, mirabile est enim quod Deus præcipiat homini quieto, quique domi suæ cum tranquillitate commoratur, rem tantæ inquietis, ac laboris, & (humano videri) absq; vlla necessitate. Quorsum ò æterne Deus homini iam senio confecto præcipis tam longam terram peragrare, tamque laboriosum iter ac periculosum conficere? Quare ciuitates inter tã diuersas gentes præterire? & in medio barbararum nationum ambulare? quare ei non concedis, vt tot annos domum propriam habeat, in qua cum tranquillitate, & gaudio commoretur? Profectò precipua huius præcepti ratio (meo videri) fuit: quia voluit Deus, vt hic Sanctus Patriarcha vniuersam illam terram aspiceret, quô tot ciuitates, totque amplissima, ac locupletissima regna, tot, tamque amœnos, ac pingues agros cõspiciens, quę omnia eius causa posteris suis concedenda erant, huius beneficij magnitudinem intelligeret, & ad summum omnium benefactorem ardentiùs diligendum, maioresque illi gratias agendum concitaretur. Et siquidem beneficia, quæ in lege gratiæ accepimus, multò præstantiora sunt, quam hæc, quibus Abraham affectus est: maiori ratione deuincti sumus semper maiores gratiarum actiones ardentissimo amore plenas liberalissimo huic benefactori agere. Et hoc vnum ex ijs, quę B. Paulus in credentibus maximè cupiebat, quę à diuina

5 à diuina Maiestate instantissimè postulabat, hoc idem erat, dicēs: Non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spiritali, vt ambuletis dignè Deo per omnia placentes in omni opere bono fructificantes, &c. Cum gaudio gratias agentes Deo, & Patri: qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. O admirabilia, & dulcissima verba. Notate primum verba illa: Impleamini agnitione, qui est vnus ex fontibus gratitudinis. Secundò notate verbum illud: cum gaudio, videntes nos non viuere in infidelitate, in qua plurimæ, variæque nationes viuunt. Tertiò, diligentissimè pensate verbum: Transtulit nos, &c.

Colos. 1.

6 Quòd ius, quod dilectissimus filius Dei ratione meriti sanctissimę passionis suæ, ad regnum cælorum habebat, nobis translatum est, qui nullum ad illud ius habebamus, vt morte intercedente repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Atq; hîc etiam nobis maximam gratitudinis præbet occasionem, dicens: Repromissionem. Nam quod libentissimè dare volumus sępenumerò promittimus.

Hebr. 9.

Dicit vlteriùs textus: *Hyems erat.* Vigebat frigus, tempus arctũ, & laboriosum erat præ nimijs frigoribus, quando festum hoc celebrabatur. Beatus Augustinus, sic dicit: Hyems erat, frigidi erant, ad illum enim diuinum ignem accedere pigri erant: qui credit, accedit: qui negat, recedit. Et Euthicius dicit tempus frigidum fuisse, nō solùm ob aeris intemperiem, sed ob infidelitatem. Vnde celebrem quandam regulam ad diuinas literas intelligendas eliciunt: scilicet, quòd quando tempus, aut aliæ huiuscemodi circunstantię adnotantur, tacitè significatur, quòd in spiritu prætenditur. Quæ regula etiam à Beato Gregorio confirmatur.

Augusti. tract. 48. in Ioan.
Euthicius.
Grego. 2. moral. c. 2

Et hyems erat. Quousque tandē fratres charissimi hyems erit? in sacris literis feruor in bonam; frigus autē in malam partē accipitur. Frigida illa cisterna, de qua dicitur: Profundā, obscuram, frigidāq; malitiam significat. Verba illa Prouerb. Amittit pallium in die frigoris, declarat Beda de die iudicij. Et sicut vnus ignis alium expellit, ita etiam vnum frigus aliud eijcit. Estis frigidi, & assumitis parum niuis, & statim manus remanet ardens: inferni frigus in memoriam

Thren 2.
Prou. 25.
Beda.
simile.

Luc. 13. moriam reuocate, & de illo assiduo cogitate, & in calorem statim ingredimini. Ibi erit fletus, & stridor dentium. O quanto dentium stridore torquebimini, si in illa die charitatis, & bonorum operum pallio cooperti non fueritis. Iob de quibusdam
Iob. 24. sic dixit: Quibus non est operimentum in frigore, Satis magna miseria est ista. Calescite fratres, calescite: nam sic frigidi non potestis arma recipere. Et vbi primum disciplinas, & flagella suscipitis, statim vobis è manibus excidunt, quia non habetis feruorem, statim vt sanctam exercitationem incipitis, defatigamini: cum primum calamum præ manibus accipitis ad ponendam rationem cum Deo, & cum proximis vestris, i
Cant. 2. quid eis debetis, ilicò eum dimittitis, & manus insufflatis. *Hyems erat.* Illi erant frigidi, vos etiam frigidi estis. Quid? nunquam dicturi sumus: Iam hyems transijt, imber abijt, & recessit: flores apparuerunt in terra nostra, vox turturis audita est? gemitus peccatoris nunquam audiendus est? semper futura est hyems domi tuæ semper futurus es gelidus, & negligens? Non sit ita per charitatem Dei, sed ad hunc diuinum ignem accedite, quò calorem ex eo concipiatis.

Et ambulabat Iesus. &c Nunc etiam in ostio templi, quod est anima tua, deambulat; nec verò ingreditur, quia penitus à te peccatum non expellis. Tota hac Quadragesima ambulauit Deus in ostio animæ tuæ per inspirationes, conciones, optima proximorum tuorum exempla, & ad cor tuum non accessit, quia illi ostium non aperis, præ nimio enim frigore nescis
3. Reg. 17. aperire. Helias sacrificijs & orationibus efficiebat, vt ignis ex
Psal. 38. cœlo descenderet. Et Dauid dicebat: In meditatione ignem exardescere. In meditatione (inquit) mea exardescit ignis. Dicunt nonnulli: sum frigidus, non sum aptus ad orandum, nec ad confitendum peccata mea. O demens, es frigidus, & ignem fugis? trade te orationi, peccataque tua confitere, & in te diuinus ignis introibit, caloremque recipies, quò animæ tuæ ianuas Deo pulsanti aperire.

Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Quæ verba ex inuidis cordibus prolata. Homo inuidus rabie consumitur, cùm non inuenit occasionem calumniandi illum, cui inuidet. Liberet nos Deus à tali veneno, quod tecum animam

11 nimam replet amaritudine. Hæc eſt pœna, quam Beatus Paulus *Roma. 11.*
miſeris illis Deũ impoſuiſſe affirmat, dicens: Sicut ſcriptum eſt,
Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis. O quàm graue ſuppli- *Iſai. 6.*
cium in pœnam duritatis eorum, vt compunctionis ſpiritum
haberent, id eſt, vt terribili quadam inuidia transfigerentur. Tan *Sap. 2.*
tum eſt hoc peccatum, vt de eo dicatur. Inuidia autem diabo-
li mors introiuit in orbem terrarum. Hoc non hominum qui-
dem, ſed dæmonum eſt peccatum. Quod eſt principium ſenſua
litatis veſtræ? Caro veſtra, principium autem iræ veſtræ? eſt cho-
lera veſtra, & principium cupiditatum veſtrarum? mundus. Quod
verò eſt initium, vt te pœniteat bonorum meorum, & malis
meis gaudeas? Huius tanti mali Sathanas eſt initium, vt cog-
noſcatis quanto odio illum habere debeatis. Aliud maximum
12 malum habet inuidia, in quo à cæteris omnibus vitijs quodam-
modo differt; ſcilicet, quòd cùm ſingula vitia, ſingulis virtuti-
bus opponantur, veluti luxuria caſtitati, gula temperantiæ,
ſuperbia humilitati: inuidia verò aliquomodo videtur omni-
bus virtutibus eſſe contraria. Et ita inuidus contra omnes vir-
tutes videtur inſurgere, omnibuſque illis bellum inferre. Vn-
de non poteſt caſtum, humilem, temperatum, nec clemen-
tem virum tolerare; quia triſtatur in quantum aliquis his vir-
tutibus ipſum excedit. Veruntamen etſi omnibus virtutibus
modo ſupradicto, aduerſari videatur, directè tamen opponitur
charitati; nam charitas gaudet de bono proximi, inuidus autem
vt philoſophus dicit de bonis proximi triſtatur. Opponitur etiam
(ſecundum Ariſtotelem) miſericordiæ, quæ charitatis eſt pro- *Ariſt. 2.*
13 prius effectus, inuidus enim triſtatur de bono proximi, miſeri- *rhetori. c.*
cors autem triſtatur de malo proximi. Quid commouebat Bea- *11. parum*
tum Paulum, vt diceret; Quis infirmatur, & ego non infirmor? *à prin. to.*
Quis ſcandalizatur, & ego non vror? ægrotas tu, etiam, igitur ego *6. Ariſto.*
ægroto, quia tu infirmaris. Quis eum mouet, vt infirmitatem ve- *lib. 2. rhe-*
ſtram, quaſi ſuam propriam æſtimet, ac ſentiat; eiuſque re- *tor. cap. 9.*
medium, quaſi infirmitatis ſuæ curet, niſi charitas & miſericor- *2. Cor. 11.*
dia? quod autem vice verſa tu dicas, quis infirmatur, quis tribula-
tur, quis denique in anguſtias redactus eſt, & ego non delector pro-
pter hoc? O maledicta viſcera, ò maledictus animus, qui tale ſi-
bi perſuadere poteſt? hoc perficit in eo maledictum hoc, atque
abo-

abominabile vitium inuidiæ. Insuper hæc omnia inuidia est quædam peccatorum omnium vena, vt aperte affirmat Beatus Iacobus, dicens: Vbi enim zelus, & contentio, ibi inconstan-
Iacob.3. tia, & omne opus prauum. Vbi est (inquit) inuidia, omnia mala huius seculi infusa sunt. Murmurationes, scilicet, falsa testimonia, iræ, homicidia, &c. Et præter omnia hæc mala, inuidia est morbus (humano videri) incurabilis. Ad curandum enim inuidum hominem necesse esset, vt Deus non benefaceret illi, cui inuidet. Imô verò vice versa fiet: nam vbi primum te bonorum proximi tui pœnituerit, statim Deus illi maiora conferet beneficia. Idcircô dicitur: Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas,
Prou.24. & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne fortè videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Ne delecteris ò frater alieno malo: ipso enim facto Deus illud à proximo tuo auferet, si verò eius bona doles, Deus ea adaugebit illi, & tu præ rabie disscecaberis. Quò magis Saul Dauidis, prosperitate
1.Reg.18. dolebat, eò magis Deus Dauidi fauebat. Hæc omnia vobis dixi fratres charissimi, vt hoc pestilentissimũ vitium inuidiæ summoperè execremini; Deumq; vt illud à pectoribus vestris euellat, summa animi contentione deprecemini. Et adhuc rem notabilem vobis de inuidia dicam, quam dicit Sanctus Iob: Quòd paruulum
Iob.5. occidit inuidia. Nunquam inuidia præstantissima virorum pectora aggreditur, sed viles, & abiectos, atque male indolis, stultosque homines inuadit. Quæ maior stultitia, quàm hominem rationis, ac consilij participem papilioni similem esse velle? Hic enim lucernæ flammam conatur extinguere: atque in illam inuadens remanente lucerna accensa se ipsum concremat. Idem lucratur homo inuidus, dum iusti famam obscurare, eiusque honorem extinguere conatur. Vt inuidorum hominum exitum cognoscatis, & quis sit finis agonum, ac tormentorum, quæ patiuntur, videatis. Dominus horum infœlicium Iudæorum, de quibus loquitur Sanctum Euangelium, finem considerate. Vitam in tormentis degerunt, & nihil illis profuit: quia omnibus persecutionibus suis ineffabilem gloriam, & honorem, quo Iesus Christus in orbe terrarum & in cælis colitur adimere nequierunt.

Dicunt illi: *Quo vsq; animam nostram tollis*? In quibus verbis detegitur amaritudo, & infernus, quo anima inter duo extrema ver-

17 verſans cruciatur: ſicut his miſeris contigit. Quorum alterū hoc
erat, dicebant enim: ſi te in Regem ac Meſsiam recipimus multū
de iure, & dominio noſtro amittemus: & oportebit nos reſtitue-
re, quæ iniuſte à pauperibus ſuſtulimus: alterum erat, ſi te non re-
cipimus, te interfecturi ſumus, & interficientes ſcimus virum iu-
ſtiſsimum, innocentiſsimum, quemque aperte opera facientem
intuemur, quibus eum verum eſſe Deum manifeſte comproba-
tur, à nobis occidi. Maximum erat inteſtinum bellum, quo hi
miſeri vexabantur. O infelix peccator quàm crebro bello intra
te ipſum oppugnaris? Si à muliere, cum qua tot annos conuerſor,
recedo, voluptates meas relinquo. Et hoc nimis mihi laborioſum
videtur: niſi eam relinquo, toties Ieſum Chriſtum iterum cruci-
figo, quoties cum ea pecco, & tandem voluptates iſtas aliquan-
18 dò æternis tormentis ſoluturus ſum. O quanta eſt hæc ſuſpenſio,
& quam crudele bellum? Proximum tuum falſo infamaſti, &
accedis ad confeſsionem: tunc dicit tibi auditor pœnitentiarius:
Frater nullum aliud remedium habes præter hoc: aſcende in pul
pitum, & publice te retracta. O pater amittam honorem meum.
Frater ſi hoc non vis facere, ito in infernum. Attendite, in qui-
bus duobus extremis hic infœlix verſetur, Tu, qui aliena diripui-
ſti, reſtitue illa dominis ſuis. O pater (inquit) ſi ea reſtituo, pau-
per, & perditus manebo, ſin minus detrudar in infernum. Ecce
in quas anguſtias hominem propria ipſius peccata redigunt Ca-
uete autem quando inter duo extrema poſiti fueritis, ne ad illud
declinetis, quod appetitus veſter expetit: alioquin perdemini.
Sancta illa Suſanna inter duo extrema ſe afflictam animaduertit, *Dani. 13.*
19 quando duo illi maledicti ſenes eius caſtitatem deprædari volue
runt. Et dicebat: Si horum appetitui conſentio contra Deum pec-
co: ſin minus infamanda ſum coram vniuerſo populo, dicitque
ſanctus textus illam ingemuiſſe, & dixiſſe: Anguſtiæ ſunt mihi
vndique: ſi enim hoc egero, mors mihi eſt: ſi autem non egero,
non effugiam manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſque opere
incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.
Deus autem illi auxiliatus eſt. Neutrum enim, ſcilicet nec hono
rem apud homines, nec gratiam apud Deum amiſit O benedi-
ctus, & glorificatus ſit talis Deus, qui tam diligenter ſuos defen-
dit. Diligite fratres chariſsimi hunc optimum Deum illique ſerui
te, & in peccati ſuſpenſionem non incidetis. Atque hoc vnum

vobis persuadete, vos semper in dolore, & amaritudine esse victuros nec vero vnquã gaudio esse fruituros, quousq; illi seruiatis. Videte quid dicebat S. Paulus de Macedonibus. Notã autẽ facimus vobis fratres gratiã Dei, quæ data est in Ecclesijs Macedoniæ, & quoniã in multo experimẽto tribulationis abũdãtia gaudij ipsorum fuit. Nouum quidem & in orbe terrarũ inusitatum, humanæque rationi incredile est, illos in maximis laboribus non solum nõ contristatos, sed summopere etiam fuisse lætatos. Quod si Dei gratia, diuinaq; eius virtus sanctorũ martyria suauia effecit: quomodo suammet legẽ, quæ morte multo minus grauis est, suauem nõ reddet? Vnde igitur tantus hominũ timor, & ignauia proficiscitur, vt virtutẽ sanctãque & ignocentẽ vitam grauissimã esse arbitrentur. Huius profecto pusillanimitatis ratio est, quia hæc nõ cõsiderant cũ viribus, quas tũc habituri sunt, cũ vere & ex animo ad Deum fuerint conuersi, sed cum his, quas nunc ante conuersionem habẽt, quò eorũ natura diuina gratia nondũ sanata, nec diuinis viribus est corroborata. Sicut ægri, qui cum ardentissima febri laborãt, & idcirco, maxima siti æstuant: cumque tunc bibere nõ audeãt, quia medicinæ regulis cautum est: statuunt se vbi primũ sanati fuerint, pristinasq; vires recuperarint, ad amœnissimos fontes, quos aliquando viderunt, esse ituros, & sese aqua esse saturaturos. Qui postquã sani facti sunt, cùm extincta febri sitis etiam extincta est, proposita sua, quæ à febri illusi statuerant, iam nũc derident. Similis est amẽtia, & cæcitas illorũ, qui cum peccati morbo corrupti sint ad ea nõ attendũt, quę natura, diuina iam gratia sanata à deprauationeq; sua liberata, poterit & exoptabit, sed ad ea potius, quę cũ per culpam sit infirma cõcupiscit. Qui si ex animo ad Deũ cõuerterẽtur, & per verã pœnitentiã animarũ suarũ sanitatẽ consequerentur: statim falsum hoc iudiciũ esse cognoscerẽt. Quæ cum ita sint dilectissimi fratres hanc animæ sanitatẽ procurare incipite, & experiemini quomodo ab ista suspensione, qua nũc torquemini exibitis, & quanta cum spiritus tranquillitate viuetis.

2. Cor. 8.

Simile.

Dicunt amplius, *Si tu es Christus dic nobis palam.* Quibus cũ Dñs sese Christũ esse reuelet, contra eum lapides accipiũt. O terribilẽ insaniã? Hos nequissimos homines imitãtur plurimi mercatores & plurimi dñi huius sęculi, qui interrogãt Iesum Christũ interrogando eos, qui in eius loco constituti sunt nec vero interrogant ad sciendum, sed vt illius, quem interrogant sese sententia tueantur.

Quod

23 Quòd si vir ille eruditus, à quo sententiam quærunt, iuxta volũtatem eorum nõ respondet, statim illum ignarum, literarumque imperitum esse affirmant. Scitote fratres primam animæ miseriã esse ignorantiã. Est autẽ prima cùm quia sita est in prima animæ potẽtia, qui est intellectus: tum etiam quia est primũ supplicium quo Deus hominẽ puniuit. Nã primum peccatũ fuit effrænatus appetitus nimiũ sciendi. Et iustè Deus hominẽ puniuit, permittens, vt ea, quæ illi necesse erant scire, ignoraret quia vt sapiẽs, dicit: Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Et sic vbi primum infans ab vtero genitricis suæ prodit, statim prodit ignorans magis quàm bruta animalia. Nam agnus statim vt nascitur, matrem suã sequitur, & vbera inuenit. Beatus Augustinus quærit, vtrùm in statu innocentiæ omnes nascerẽtur perfectæ ætatis, & cũ scien
24 tia? Quam quæstionem illic nõ soluit: veruntamen capite trigesimonono dicit: quòd vt primum è ventre exiret, sciret omnia quęcunq; illum scire oporteret, & quæ ad statum suum pertinerent: quod quidem per peccatum impeditũ est. Idcircô siquidẽ ignorantes sumus, vnusquisque summopere tenetur illa scire, quæ ad statum suũ spectant, ne Deũ mortaliter offendat, & licet vir eruditus sis, oportet tamen te humiliari, & ea quę ad tuam spiritualẽ salutem attinent, quando opus fuerit cũ alio viro docto cõmunicare. Quod videre est in D. Paulo, qui sic de se dicit: Post annos quatuordecim (scilicet apostolatus sui, Euãgelicęque prædicationis) ascendi Hierosolymam, & contuli cum illis euangeliũ quod prædico in gẽtibus. Ne fortè in vacuum currerẽ, aut cucurrissem. Dicit se ascendisse, vt ea quæ prædicauerat, & prędicabat cum B.
25 Petro, Ioanne, & Iacobo cõmunicaret. Dic ergo: B. Paulus postquam tot annos prædicauerat hoc nũc facere decreuit? Ex hoc videtur illum de rebus, quæ prædicabat, dubitare: qui autẽ de fide dubitat, hęreticus est. Nil tale dicit B. Paulus, sed dicit se ascendisse, vt disceret, vtrùm quicquam sibi ad discendum deesset, vtrùm quicquam ignoraret ex illis, quæ oportebat prædicari: iuit vt alij Apostoli illum erudirent, si quid fortè ignoraret. Non quod de aliqua re illarum, quæ prædicauerat, dubitaret, cum ea per Iesu Christi reuelationem percepisset. Sed iuit, vt sciret, vtrùm reliqui Apostoli plurium rerum reuelationem haberent: Quod quidem apertius infra declarauit, dicens: Nihil mihi contulerunt, id est, nihil me erudierunt, ego enim omnia sciebam. Cùm igitur

Gene. 4. *Sap. 11.* *August. li. contra Pela. c. 21. q. 29.* *Gala. 1. & 2.*

B. Paulus diuino Dei ore edoctus humilietur, & alios interroget, tu, qui es vilissimus terrę vermiculus, ea quę spirituali saluti tuæ necessaria sunt, ab alijs quærere dedignaberis? Nimis nociua est hæc superbia. Quòd si quis quærat, quēnam debeat interrogare, dico illū debere eundē interrogare, quē hi Iudæi interrogarunt, sed non qua intentione illi quæsierunt, nō enim percōtabantur desiderātes verū cognoscere. Volo dicere vos debere eū interrogare virum melioris conscientiæ, & magis eruditum: quod si duo fuerint, quorū alter alterū virtute excedat, licèt ab eo literarum eruditione superetur, dummodo tamen sit vterq; peritus: ad meliorē virum, quamuis non adeò peritum, recurrere debetis. Nā vt
Eccles. 37. dicit Ecclesiasticus: Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quàm septem circunspectores, sedentes in excelso ad speculandū. In hoc autē plerunq; peccant hi domini, qui iurisperitos habēt, quibus stipendia soluunt, quos semper consulunt. Et quādo illi eis affirmāt id, quod interrogant sibi licere, nullus est qui eos ab hac sententia sufficiat remouere. Statim dicunt: Hoc licitū esse mihi affirmauit doctissimus quidā vir. Et dicunt illum esse doctissimū, quia secundum voluntatē suam iudicauit: quod si nō faceret, statim illū stipendio priuarent. Alij sunt qui ex malitia & cum mala intentione imperitos homines cōsulunt. Quibus dicit
Ezech. 14. Deus per Ezechielē. Homo, homo de domo Israel qui posuerit immūditias suas in corde suo: & scādalū iniquitatis suę statuerit cōtra faciē suā, & venerit ad prophetā, vt interroget per eum me. Ego Dn̄s respondebo ei in multitudine immunditiarū suarū. Se-
Hiero. cundum Hieronymū duplicatio dictionis signat vniuersalitatē. Est phrasis Hebraica, id est, quicunque homo. Itaq; vult Deus vt cū bona intētione interrogetis, tātūmodo ad cognoscendā veritatem: atq; ad gubernandum vos secundum illam: non verò sicut quidā, qui triginta eruditos viros interrogant, & si vnus cum eorum voluntate consonat derelictis viginti nouē, illius vnius sententiam sequuntur, nimis contenti, dicentes se illud quod faciunt, secundum viri docti sententiam facere, & cum illa securos esse.

Respondit eis Iesus: Loquor vobis, &c. Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimoniū perhibent de me. Per opera vobis locutus sum, meq; reuelaui, opera enim, &c. Testimonium perhibent de me. Irrefragabile omnipotentiæ eius testimonium erant miracula quæ faciebat, & modus, quo illa faciebat imperādo, scilicet tanquam

29 quàm absolutus Dominus, Ingrederis in domum, vbi plurimi ha *simile.*
bitant, nec nosti quisnã sit dominus illius domus. Et vides ingre-
dientem vnum cum magna authoritate, omnibus imperantem,
& dicentem. Tu fac hoc, & tu hoc, tu tolle istud hinc, tu vero po-
ne istud hìc, tu vade illuc, tu vero reuertere huc. Et cernis omnes
illi obtemperare: statim dicis, Procul dubio hic est dominus hu-
ius domus. Sic ingressus est Christus redemptor noster in orbem
terrarum, quæ est domus diuersarum creaturarum imperans ven
tis, morbis, mortique & omnia illi obediunt manifeste ostendit
se creaturarum omnium esse Dominum. Et maxime notanda
est hìc consuetudo, quam habebat diuinus magister, videlicet,
quòd quotiescunque de doctrina, operibusque suis loquebatur,
semper suum æternum patrem eorum autorem nominabat: vt pa
30 tet in Ioanne vbi dicit, Mea doctrina non est mea, sed eius, qui mi *Ioan.7.*
sit me. Et alibi verba, quę dedisti mihi, dedi eis. Et alio in loco: ope *Ioan.17.*
ra, quæ dedit mihi pater, vt faciã, illa sunt quæ testimonium per- *Ioan.5.*
hibent de me. Et hic dicit. Opera quæ ego facio in nomine patris
mei. Et inferius dicit: Multa opera bona ostendi vobis ex patre
meo. Ex hoc loquendi modo, quo diuinus Dominus vsus est, do-
cemur omnia bona opera, quæcunque fecerimus, dixerimus, aut
cogitauerimus, ad Deũ referamus. Et recordemur omnia illa esse
quasdam scintillas, quę ex illo infinitæ bonitatis igne procedunt.
Et sic pro eo, quod nos legimus. Adiutor meus tibi psallam Bea *Psal.59.*
tus Hieronymus vertit ex Hebræo, Virtutem meam tibi canta-
bo, quia Deus susceptor meus es, quod idem est. Et sic Beatus
Paulus dicit, Abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autẽ *2.Cor.15.*
31 sed gratia Dei mecũ, ecce quam humiliter, fatetur sanctus Apo-
stolus veritatem. Et sancta Iudith postquam occidit Holopher-
nem dixit, In manu fœminæ percussit illũ Dominus. Non dixit, *Iudith.13*
Ego illum interfeci, sed Deus occidit.

Sequitur in textu, *Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis.*
Ergo sequitur illos esse hircos Sathanæ, qui cum sit princeps tene
brarum, ita suorum mentes obscurat, vt ne maximam quidem lu
cem aspiciant: Et quò plura peccata committunt, eo obscurior, &
densior efficitur caligo, qua excæcantur. Et ita quãuis plurima co
ram eis miracula fiant, non illa animaduertunt. Hoc apparet in
terribili Ægyptiorũ cæcitate, qui cum tot miracula coram oculis
perspexissent, ideò cæci remãserũt ac si nihil vnquã tale vidissent.

De quibus dicitur, Adhuc enim inter manus habētes luctū, & de-
plorantes ad monumēta mortuorū aliam sibi assumpserunt cogi-
Sapien. 19. tationē inscientiæ. Et quos rogantes proiecerāt hos tanquā fugiti
uos persequebātur. Ducebat enim illos ad hunc finē digna neces-
sitas, & horū, quæ acciderant, cōmemorationē amittebant, vt quę
deerant tormentis, repleret punitio. O nimiū metuenda verba! ò
quis spiritum haberet, quo illa satis digne posset explicare, & am
pliare. O Deus infinitæ maiestatis, & pater luminū per clementiā
tuā illumina nunc oculos nostros, quò pertinaciam nostrā cogno
scamus, nec quò infœlices hi peruenerunt, nos deueniamus. Attē-
dite quāta fuit illorū pertinacia, & obstinatio, quod nōdum penitus
vnū suppliciū lamentati fuerant, cū iam peccata intentabant, pro
pter quæ aliud maius reciperent. Pensate diligenter verba illa: di
gna necessitas, in quibus dicitur: illos digne à Deo derelictos fuis
se atq; suppliciū istud digne promeruisse, vt tanquā deprauatio-
nis suæ necessitate cōpulsi, in malis suis vlterius progrederentur
obliti omniū, quæ gesta fuerāt, vt tandē in mari rubro demergerē-
tur. Sicut & ipsi Hebræos pueros crudelissime demerserāt. O stu-
pendum Dei iudicium? Attende peccator qui alios demergis, in-
de euenturum esse, vt tu etiam demergaris. Ex his verbis cogno
scetis quæ nā sint peccata, propter quæ permittit Deus homines
in hanc cæcitatem, & duritiem incidere. Hinc enim detegitur il-
los hoc supplicio puniri, qui non contenti suis sceleribus, nec so-
lum ipsi mali sunt, sed curant etiam vt alij mali sint. Et hoc vide-
tur lex diuinæ iustitiæ postulare, quòd sicut de illis, qui alios do-
Dani. 10 cent, & inuitant, vt boni sint, dicit Daniel qui ad iustitiā erudiunt
multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Ita ècon-
tra qui alios peruertūt, excæcabūtur, vt in illas æternas pœnas de-
ueniant, in quas proximos suos incidere fecerunt. Hoc oporteret
animaduertere eos, qui negotijs, ac muneribus virginum honesta
tem conantur eripere, quibus rebus pretiosissimam illam animā
quam perdiderunt, persoluent. In hoc etiam oculos conijciāt adu-
latores, qui alios ad superbiam incitant. Hoc etiam considerēt pa-
tres, qui passim pro leuissimis rebus iurant, atq; hanc pessimā hæ-
reditatem liberis suis relinquunt. Item ad hæc attendant domini,
qui noctes, diesq; ludendo, atq; in alijs profanitatibus exercendis
consumunt, aliosq; ad idem faciendum commouent. Item hoc ad-
uertant illi, qui secreta verba, quæ proximi sui aliquo furore con
cita-

35 citati protulerũt, reuelant, insciumque hominem ad iram exci-
tant, & sunt dissensionum causa. Etenim hoc est vltimum malum
illorum septem, de quibus dicitur: Sex sunt quæ odit Dominus, *Prou.6.*
& septimum detestatur anima eius. Scilicet eum, qui seminat in-
ter fratres discordias. Atq; hoc est pessimum malũ, quia est causa
plurium peccatorum, & perditionis plurium animarum. O fra-
tres charissimi per charitatẽ Dei vos rogo, vt ad hæc tam necessa-
ria attendatis, nec vos post passiones vestras abire patiamini. Ca-
uete ne vos Deus propter hoc destituat, vt in has maximas mise-
rias incidatis. Videte quod dicitur de quibusdam, qui alios impe *1.Reg.12.*
diebant, quominus Deo seruirent. Erat ergo peccatum puerorũ
grande nimis coram Domino, quia detrahebãt homines à sacrifi
cio Domini. O quanta exaggeratio, grande nimis (inquit) te non
36 esse bonum, nec sinere, alios bonos esse, grande nimis malum est.
Sequitur in textu: *Oues meæ vocẽ meã audiunt*. Aduertite fratres
quòd dicit hîc Dñs se esse ouiũ pastorẽ: nõ verò vrsorũ, aut lupo-
rũ, aut canũ, aut leonum, si vultis Christũ Iesum in pastorẽ habe-
re, curate vos illius oues efficere mites, temperatos, pacificos, non
epulones quasi lupos voraces, non crudeles, tanquã leones, nõ de
niq; sensuales, ac turpes, quasi vrsos, sed diuinis eius vocibus obe-
dientes. Ouis si fortè in vetitũ ingressa est, cum primũ ei pastor si
bilat, statim egreditur, & illud derelinquit. Sic etiã ouis Dei si in *Simile.*
vetitũ ingressa est, aliquodq; malũ perpetrauit: statim ad diuinã
Dei vocationẽ recurrit: prędicatoris voci obtẽperat, & cõsilio ami
ci, admonẽtis vt malã negotiationẽ, aut familiaritatem relinquat,
&c. Hoc est signũ, ꝙ est ouis Dei. Eia frater charissime nũc exi de
37 vetito, ne fortè veniat infernalis messis custos (*Vulgo meseguero*) &
te in perpetuã inferni custodiã includat. Nõ solũ autẽ ex vetito
debes exire, sed pastorẽ etiã tuũ, sicut hîc dicitur, sequi debes. At-
que idcircò alma mater ecclesia nũc crucis vexillũ profert cantãs,
ac dicẽs: Vexilla regis ꝓdeũt, fulget crucis mysteriũ. O crux pre
tiosissima, ò vexillũ illustrissimũ ꝙ Christi Iesu oues sequuntur.
Aspicite illud fratres charissimi: multò enim digni⁹ est visu, quã
vexilla Cęsarũ, Romanorũq; Imperatorũ. Non sunt in eo aquilę
carnifices sanguineis crudelitatis vnguib⁹ depictę. Aspicite illud,
sol⁹ enim in eo est pelican⁹ solitari⁹ ex pectore suo sãguinẽ effun
dẽs ad vulnera vr̃a curãda. Eia oues Iesu Chr̃i vestrũ diuinũ pasto
rẽ sequimini vlterius cũ ieiunijs, vlteri⁹ cũ eleemosynis, vlterius

cum oratione, vlterius deniq; cum sanctissimorum sacramentorum frequẽtatione progredimini: & in omni bonorum operum vestrorum executione procedite. O Christe dulcissime animarũ nostrarũ amor, ouiumque tuarũ diligentissime pastor, tuã quæso nobis opem, & virtutẽ impertire, quò in incepto bono perseueremus: nobisque declara quidnã ouibus tuis daturus sis postquam arctissimam huius vitæ pœnitentis semitam præterierimus.

Et ego vitam æternam do eis. Nonne auditis hæc ò homines? Non auditis Deum vitam æternam promittentem? Vt igitur tantũ bonum consequatur quis erit, qui breuissimos huius seculi labores nolit tolerare? Dñe Iesu Christe siquidem nobis dixisti pręmiũ, quo oues tuas in cælo affecturus es: quod remedium habes ad custodiendũ hoc pecus tuũ, quandiu in hoc seculo inter tot lupos, ac immanes belluas commoratur, quæ illud cupiunt deuorare? Etsi plures (inquit) lupi sint: non rapiet eas quisquam de manu mea. Dũmodo illæ à me nolint recedere, totus infernus non sufficiet vnã à potestate mea eripere. O dulcissimum verbũ, summaque suauitate plenũ iuxta illud, quod antea dixerat: Iustorum animę in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentũ mortis vel vt alia lectio habet malitiæ: ò fœlices oues, quæ in talẽ custodiam deuenistis. O quàm meritò dicebat sponsa: Lęua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Lęuam, quę est sub capite nõ aspicit sponsa: dexterã autem qua illam amplectitur, optime intuetur. Læua sponsi sunt omnia bona huius seculi, honores, scilicet, diuitiæ, consolationes, & cætera huiuscemodi. Ad nihil horũ attendit sponsa, nec in aliquid illorum oculos conijcit: sed tantũmodo futuri seculi æternitatẽ prospicit, & spirituales gratias huius vitę animaduertit. O quis puro corde diceret Saluatori nostro Iesu Christo idẽ quod dixit Iacob fratri suo Esau: Hoc vnum tantum indigeo, vt inueniam gratiam in conspectu tuo Domine mi. O quam diuinum verbum hoc. O quis sciret dicere, quid sentiat anima quando se in hoc fœlicissimo statu considerat inter huius diuini pastoris brachia commorantem: tunc maximo cordis dolore cõpungitur, ita vt vix corpus eius, cor valeat cõtinere eo quod talem, ac tantum Deum offenderit, qui tot illi confert beneficia, & indulgentias. Tunc eius oculi in lachrymarũ fontes conuertuntur, quia considerat tempus, quod absque huius dulcissimi Domini mi[illegible] præter misit, & quàm sero in veritatis cognitionem deuenit.

Sapi. 3.

Cant. 2.

Gene. 93.

4 deuenit. Tunc eius cor in inteſtinum quendam amorem ei lique fit. Tunc proponit ſe potius millies eſſe moriturum, quàm ſemel Deum mortaliter offenſurum. Tunc denique remanet illic ouis illa cæleſti quodam ſomno ſoporata, patris, qui eã genuit, ac matris, quæ eam perperit, immemor, obliuiſciturq́ue patriã, in qua nata eſt, & diuitias, quas homines ſumma cum anxietate perquirunt. O Chriſte ſumme mundi reparator quandoquidem huius gregis es paſtor, omneſq́ue has oues ſub tua protectione habes, quotquot hîc cõmoramur, ne nos è manu tua dimittas, corda noſtra his clauis, quibus ſacratiſsimæ manus tuæ transfixæ fuerunt, confige, vt ſemper à te pendeamus, nec vllo vnquam tempore à tua ſocietate recedamus, quouſque ad cæleſtem gloriam perueniamus, Amen.

1

Feria. V. poſt Dominicam Paſsionis.

Rogabat Ieſum quidam Phariſæus, vt manducaret cum illo: & ingreſſus domũ Phariſæi diſcubuit. Luc. 7.

VNum ex illis, quæ maximam afferunt admirationem ijs, qui attente hoc volũt animaduertere, eſt videre quomodo Deus iniquos homines bene tractat: & quàm male (ſi ita dici poteſt) cum viris iuſtis agit. Beatum Petrum, qui ſingulari quodam amore Ieſum Chriſtum diligebat propter naturalem quandam pietatem, qua eum rogauit ne moreretur, ſtatim Sathanam appellauit illumq́ue aſperrime tractauit. Iudæ autem, qui tam nefariam, at-
2 que ſacrilegam proditionem commiſerat, in flagranti delicto dicit. Amice ad quid veniſti? In Canticis dicitur, quàm rigoroſum ſe oſtendit Deus in illam ſponſam, quæ illum tanta amoris teneritudine diligebat: quia cum ad eius oſtiũ ipſe accederet, pulſans q́ue illi diceret: Aperi mihi ſoror mea, ipſa paululum morata eſt, iam quùm ſurrexit, illum non inuenit. Fecitque eam ire per vias ad illum quærendum, vbi in manus vigilum incidit, qui eius pallium abſtulerunt, eamq́ue multis plagis vulnerauerũt. Sicut ipſa dicit: Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum. O quot ſolicitudines, ac labores perpeſſa eſt ſponſum quærẽs, quouſque inuenit. Illam verò meretricem quæ tot adulteria cum amatoribus multis cõmiſerat, de Cant. 5.

Hiere. 3. qua dicit ipse Dñs. Tu autẽ fornicata es cũ amatoribus multis. In vijs sedebas expectans eos, &c. Hãc (inquam) tanto cũ amore, ac benignitate alloquitur, vt res sit mirabilis, dicit enim. Reuertere ad me, &c. & paulò post. Saltẽ amodo voca me, pater meus, dux virginitatis meę tu es. Et per Ezechielẽ: Quàm aspere de iustis lo-
Ezech. 18. quitur, dicens, Cũ auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatẽ morietur in eis: in iniustitia, quã operatus est, morietur: & superius dixerat. Omnes iustitię eius, quas fecerat, nõ recordabuntur. Loquẽs autẽ de peccatore videamus, quãta cũ lenitate, ac mãsuetudine loquatur, dicens: Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est: & custodierit omnia pręcepta mea, & fecerit iudiciũ & iustitiã, vita viuet, & nõ morie-
Num. 12. tur. Quia Maria soror Moysi semel aduersus fratrẽ suũ murmurauit (quod quidẽ vitium fœminis maximè propriũ est,) à Deo lepra coopertã, eiusq; imperio à castris septẽ diebus exclusam fuisse dicitur. Hãc autẽ Mariam Magdalenam, plurimis peccatis oneratã, quia secundum B. Vincentiũ duodecim annos in immũditijs vixit, videte quomodo dicit sanctũ Euangelium à Deo benignissime tractatã, suauissime consolatam, diligẽtissime defensam, ac deniq; copiosissimo sermone fuisse commendatã: illiq; Dñm dixisse: Fides tua te saluã fecit, vade in pace. Quale est Domine ingeniũ tuum? quia peccatores suauissime, seruos autem tuos asperrime tractas? Moyses deferebat virgam, quæ Hebræis mirabilia operabatur, Pharaoni verò, & regno eius serpens erat venenosus. Tu autem Domine vice versa facis: habes enim virgã mitissimã erga peccatores, serpentem verò terribilẽ in iustos. O incomprehensibilia Dei iudicia. Et quomodo singulos homines secundũ quod illis necesse est, tractat? Iustũ timor sustinet, ne in superbia efferatur: peccatorem verò spes erigit, ne desperet & beneficia, atque indulgentiæ Dei illum ad diuinæ maiestatis amorem alliciunt. Eia peccatores quis hac consideratione animum non recuperabit? Ex omnibus his exẽplis infinitæ Dei misericordiæ, quæ hîc vobis proposui dilectissimi fratres, vnũ vellẽ, vt pro nũc prolixe ruminemini, diligẽtissimeq; penseris. Est enim maxima suauitate plenũ, efficacissimũq; ad durissima quæq; corda mollificã-
Hiere. 3. da, ad Deiq; amorem redigẽda, quod est illud Hieremiæ. Quod quidem huic Euangelio melius cõsonat, & sic incipit. Vulgo dicitur: Si dimiserit vir vxorẽ suam, & recedens ab eo duxerit virum

alterum

6 alterum: nunquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid nō polluta,
& contaminata erit mulier illa? Nullus eſt (ait Dominus) ſi eſt vir
qui honorem æſtimet, ſitque vt Hiſpane dicimus. *Tiene ſangre en el
ojo.* cùm primum vxor eius ab eo receſſerit, atque ad aliū amato-
rem confugerit, illam iterum in domum ſuam recipiat, nec vltra
oculis ſuis aſpiciat, ſin minus, ita dedecoratus erit, vt coram ho-
noratis viris non audeat apparere. Tu autem fornicata es. Dili-
genter penſate illud, tu autē, Tu ò anima ſponſa mea, cui ego amo
rem meum tradidi, & in quam tot contuli beneficia: quæ me non
ſemel quidem, ſed ſæpiſsime, & non pro vno tantum, ſed pro plu
rimis amatoribus reliquiſti: quouſque in publico loco poſita es,
& omnium prætereuntium manibus te tradidiſti, atque ab omni
bus coinquinata, & deturpata es: nūc ergo etiam qualis es te amo,
7 & tecum iterū habitare cupio. Reuertere ad me, &c. Si alicuius vi
ri vxor ad lupanar ſe contuliſſet, atque ibi publice, & in vniuerſi
populi conſpectu commorata fuiſſet, ita vt in omnium ore verſa-
retur: & tamen vir eius ad domum ſuam, atque ad priſtinum con
nubium illam iterum reuocaret, nonne omnes vno ore diceretis,
hunc hominem amentem, eiuſque amore cæcum, atque venefi-
cijs eſſe dementatum? Deus meus ignoſcat mihi tua altiſsima ma
ieſtas: vellem dicere quod quotieſcunque coram te habes animā
perditam, & adulterā, quæq; tibi præſtitam fidē millies violauit:
quaſi eius amore (ſi dici poſſet) excæcaris, & ita quaſi cæcus nullā
honoris tui, aut iniuriæ, quā (ſi ita dici poteſt) tibi metipſi infers,
rationem habes, teque ad illam conuertere non dedignaris. O mi
rificas exaggerationes infinitæ miſericordiæ Dei? quis tanto amo
8 ri ſeſe gratiſsimum non præbet? Quis ex tanta pietate ac clemen
tia fructum non percipiet? Hæc omnia ingenue teſtatur hoc ſan-
ctum Euangelium, quod nobis pietatem refert, qua clementiſsi-
mus Dñs peccatricem hanc tot, tantiſq; ſceleribus delibutam be-
nigniſsimè ad miſericordiam recepit, quod ſic incipit.

Rogabat Ieſum quidam Phariſæus. Rogabat, denotat inſtātiā, id eſt,
illum inſtanter rogitabat. Res mirabilis quòd cum Deus ſeſe con-
uiuijs offerre cōſueſcat, vt dicitur in Apocalypſi, Ego ſto ad oſtiū
& pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam,
introibo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. In quibus
verbis ſignificat ſe quando ab animabus noſtris expellitur, non
omnino recedere, ſed ipſis oſtij veſtibus adhærentem remanere
ad

ad peccatoris cor pulsantem, qui eum à se expulit, vt illum iterum in animam suam recipiat: quia eius hospes, & conuiua esse desiderat. In quibus verbis etiam declarat, quam sine vllo odij vestigio ignoscit: siquidem vbi primum ei anima januam aperit statim cum illa, quæ prius ei inimica erat, familiarissime ad mensam sedet. Non profectò vos ita facitis fratres: sed cùm iam sæpissimè rogitati, & ab auditoribus pœnitentiarijs multoties exhortati inimico vestro ignoscitis, statim subditis dicentes: non illi locuturus sum, ne per ostium meum prætereat. Semper aliquid odij, & vltionis vobis remanet vestigium. Non sic Deus facit: sed contumeliose à domibus nostris reiectus mitissime à nobis petit, requirit, ac si ope nostra indigeret, ille verò nobis non opus esset. Et tam hilari vultu Deus peccatorem recipit, tam sine vllo iracundiæ vestigio, acsi iniuriarum, quæ sibi illatæ sunt non recordaretur: & ita dicit, Cœnabo cũ illo, Cumque Deus seipsum crebro ad aliorum conuiuia soleat inuitare, dicitur in hac sancti Euangelij lectione illum ab hoc Pharisæo inuitatum vix ad eum ire voluisse. Quando hic ipse Dominus Zachæum super arborem sycomorum aspexit, dixit illi. Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Ipse se inuitat ad Zachæi hospitium: hic vero opus fuit, vt rogitaretur. Quare hoc? quia Zachæus vir quidẽ humilis, Simon vero superbus erat. Atque hic verorum humilium amator cum illis conuersatur, nõ autem cum superbis, quia illos odio habet.

Luca. 19

Simile.

Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Pictores prius nigris coloribus imagines depingere cõsuescunt: postea vero alios decoros venustoque colores illis imponunt. Sic etiam Beatus Lucas tanquam optimus pictor, prius huius mulieris imaginem nigris coloribus depingit dicens, qualis fuerit eius vita dum fuit peccatrix postea verò viuis quibusdam, ac venustissimis coloribus illam exornat, referens qualis fuerit eius viuendi ratio post conuersionem. Nunc animaduertite quàm nigram illã depingit. Mulier (inquit) in ciuitate peccatrix, hoc est, quã omnes peccatricem esse cognoscebãt. Liberet nos Deus ne simus peccatores ciuitatis, hoc est, peccatores publici, qui iam famam apud omnes amiserunt. Quando quis iam famã amisit, cætera omnia facillime deperdit: est honor in hominibus, quasi cortex in pomis, qui cum sit adeo tenuis, pomum tamen incolume conseruat, quandiu illo tegitur, & cum pri-

Simile.

 mum

12 mum pomum cortice nudatur, breuiſsime putrefit. Pomũ, quod cortice opertum integrum annum cõſeruatum eſt, ablato cortice duabus horis corrumpitur. Sic bona fama licèt in cõparatione bonorum animę parum bonum eſt, quia eſt bonum temporale, efficaciam tamen habet ad hominem in virtute conſeruãdum: & illa perdita facile cętera amittuntur, & homo diſperditur, & peruertitur. Hæc autem plerumq; per peccati cõtinuationem amittitur, & cum illa pudor, & timor Dei deperditur. Quando taurus agitatur, & prima in illum tela immittuntur magnopere illa ſentit, calceſque attollens ingentes edit mugitus: poſt quam autem iaculis onuſtus incedit, iam tandem alia, quæ illi infiguntur minime ſentit. Sic peccatores priora peccata ſentiunt: cũ ſcrupulo incedunt, nollẽt eorum ſcelera reuelari, cum animaduerſione, & in occulto *Simile.*

13 peccãt. Quando verò iam ſceleribus nimis onuſti ſunt: nihil illis moleſtiam affert: etiam ſi eorum peccata cognoſcantur. De vno quoq; horum dicit Iob: Bibit quaſi aquas iniquitatem. Alij ſunt qui peccata comedunt, alij verò, qui ea bibunt, qui aliquid comedit prius illud mandit, dentibus cõterit, atque in ore reuoluit, antequã illud deuoret. Qui verò bibit, nõ ita facit: ſed vbi primum liquor ad os peruenit, ſtatim illum abſq; vlla reuolutione, & mor ſu abſorbet. Sic etiam ſunt nõnulli, qui antequam peccatum deuorent, illud dentibus cõterunt, & ſcrupulum habent, & dubitãt dicentes intra ſe, faciam hoc, an non faciam? reuelabitur, an non? Atque hoc nõ eſt tantum malum. alij ſunt, quibus non dum peccati cogitatio aduenit, cum iam illud ad conſenſum detulerunt, & de his loquitur Iob. Atq; talis erat iam hæc peccatrix, & in hunc *Iob. 15.* *Simile.*

14 miſerum ſtatum deuenerat.

Veruntamen: *Vt cognouit quòd Ieſus, &c.* Prius culpam ſuam cognouit, & animaduertit quàm procul à veritatis via aberraſſet: remediumque ſibi curauit adhibere, ſiquidem opportunam occaſionem inuenerat. Si ſapientiſsimus author naturæ talem inſtinctũ in animalibus irrationalibus eſſe voluit, quod ceruus vidẽs ſe à canibus vulneratũ, & in anguſtias redactum glocitãs, & quaſi in neceſsitate ſua remedium poſtulans ad hominem cõfugit, illo enim inſtinctu edoctus hominem canibus clementiorem eſſe cognoſcit: quanto magis rationalẽ creaturã oportet hoc facere, cùm ſe ab infernalibus canibus agitatam ſæuiſsimiſque eorum dentibus remorſam animaduerterit, ſuiſque culpis oppreſſa fuerit, ad *Simile.*

infinitæ

infinitæ misericordiæ Dominum se se cõuertendo? Sic fecit hæc sancta peccatrix cùm se à diabolis afflictã, atq; agitatã videret: seque peccatis suis vulnerã animaduerteret, ad hoc diuinum subsidium confugit. Nunquid est hîc aliqua anima fratres charissimi, quæ se ita afflictam experiatur? Quid expectas, ô infœlix anima, cũ Dñs quotidie te adiuturus expectet? Accessit hæc mulier, & nõ (credo) cum ornatu, & cõpositione, qua antea vti cõsueuerat: Quod si eá interrogares, quomodo te nõ cõposuisti & exornasti, sicuti facere consueueras? Absque dubio responderet, dicens: Tetigit me Deus. (*Y aquien Dios toca, no se toca*) Profectò dominę illi crispati crines, & compositiones, quas affertis, quando ad confessionẽ acceditis, nõ sunt signa, quòd à Deo efficaciter tactæ acceditis. O terribilem profanitatem, quod ad confitendum peccata sua veniunt, tanquam si ad nuptias irent! De illa sancta Hester di-
Hester. 14. citur: Hester regina cõfugit ad Dominum, pauens periculũ, quod eminebat, cumque deposuisset vestes regias fletibus, & luctui apta indumenta suscepit: & pro vnguentis varijs, cinere, & stercore impleuit caput & corpus suum humiliauit ieiunijs. Quid vobis videtur fratres de regina illa, quomodo se nouit humiliare, & disponere ad misericordiam à Domino impetrandam. Vos autẽ cùm tot scelerũ, quot commisistis veniam petituri accedatis, tanto cũ apparatu, ac tam perpolitis vestibus exornati venitis vt parũ doloris, quem interius affertis, satis manifestè declaretis. Cùm
Exod. 33. Hebræi audirẽt à Moyse quanto furore concitatus erat Deus cõtra illos propter eorum peccata dicit sanctus textus. Luxit populus, & nullus ex more indutus est cultu suo. Præcepitque Deus Moysi, vt illis diceret: Iam nunc depone ornatum tuum. Et Nini-
Ione. 3. uitæ vbi primum eos sanctus Ionas Dei nomine cõminatus est, prædicarunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem, Et ipse rex surrexit de solio, & abiecit vestimentum suũ à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. O sancte Deus, quanta confusio est hæc nobis, ò quã crudelem alapã nobis hi Ethnici infligunt: qui cùm à prædicatoribus non docerentur, solo naturali rationis lumine gubernati cognouerunt ad agendam pœnitentiam pretiosas vestes dedecere, saccisque ac cilicijs se se induere opus esse. Quomodo hęc audientes fratres mei nõ confundimini? Quoties vos cilicio induistis, aut minimam quãque diligentiam ad vestrum rebelle corpus mortificandum adhibuistis? O pec-

18 charitatẽ Dei vos deprecor ne vos ethnicos excedere patiamini.
Accessit ergo afflicta mulier, vbi Dominus cõuiuæ recũbebat,
Et *attulit alabastrum, & stans retro, &c.* Prostrata est ad pedes Do-
mini, tanquam mediatricem inter se, & diuinitatem sanctissimã
saluatoris humanitatem adhibens. Posset profecto dicere idem
quod Regius Psaltes dixit. Protector noster aspice Deus, & respi *Psal.* 83.
ce in faciem Christi tui. O pater infinitæ misericordiæ respice in
hãc sacratissimã humanitatẽ: si enim oculorum tuorum radij per
hãc pretiosam filij tui faciẽ præterierint, leniẽtur, & ad me mites,
ac lenes peruenient. Et *lachrymis cœpit rigare pedes eius.* O Magdale-
na, quare cũ sis vrbana fœmina tot lachrymas in hoc conuiuio ef-
fundis, vt omnibus conuiuis tristitiã afferas? Si sublimatorium su *Simile.*
per ignẽ apponatur, quod viridibus herbis plenũ sit, impossibile
19 erit, quin à se aquam emittat. Cùm igitur huius mulieris cor quasi
sublimatorium tot sensualibus viriditatibus repletum esset, cum
que ad diuinum illum ignem accederet, quomodo se cõtinere pos
set, quin maximam lachrymarum copiã ab oculis destillaret? Ex
quo intelligetis quàm malum signum sit, quòd cum cõsciẽtias ve
stras plurimis peccatis refertas, maximisq; sensualitatum viridita
tibus plenas habeatis, nec tamẽ vnã lachrymã saltem cordis effun
ditis, cuius rei ratio est, quia sublimatoriũ igni nõ applicatis, quod
si apponeretis, aliter profecto fieret: & licet in cõuiuijs essetis, ma
re tamẽ lachrymarũ ab oculis vel saltẽ à corde effunderitis. Præci *Num.* 29
piebat Deus dicẽs. Decima dies mẽsis septimi erit vobis sancta, at
que venerabilis: offeretisq; hircũ pro peccato. Hoc præcepit, vt si
gnificaret nullã esse festiuitatẽ, aut gaudiũ, in quo sibi tristitia pro
20 peccato non sit nimis accepta. In tẽpore maioris gaudij, quũ vide
ris alios in cõuiuijs, humanisq; voluptatibus occupari, tũc memẽ
to peccatorũ, quibus Deũ offendisti, & quando alij riserint, tu plo
rabis: quis nõ lamẽtabitur in memoriã reuocans illa, quæ propter
peccatũ amisit? Translatio septuaginta interpretum dicit. Adam *Gene.* 3.
post peccatum in quodam loco à Domino collocatum fuisse, ex
quo paradisum voluptatis prospiciebat, vt ea quæ amisit animad
uerteret, & sic ad peccatum suum lamentandũ moueretur, Quan-
to igitur magis commoueberis ad peccatum tuum lamentandũ
si consideraueris te non terrestrem quidem paradisum, sed Dei
amicitiam, iusque quod ad sempiternæ eius gloriæ hæreditatẽ ha
bebas, amisisse. O frater peccator si quotidie paululum tẽporis in
profunda

profunda harum rerum consideratione cõsumeres, teq́ue ad huius diuini saluatoris pedes prosterneres, quã aliter viueres, ac viuis.

Et capillis capitis sui tergebat. Quare ò benedicta mulier sicut prouidisti tibi vnguentum ad diuinos Domini pedes vngendos, non etiam ad eos tergendos linteum attulisti? quia qui docet hominem scientiam, illam inusitatum illud sibi ministerium docuit exhibere. Absalom fuluos, ac nimis decoros capillos habuit, quos quidem quotannis tonderi iubebat, quia grauissimi erant capilli eius, atque hos emebant filiæ Israel ad sese illis comendas, & exornãdas. Et permisit Deus vt crinibus illis qui tot diuinæ maiestatis suæ offensionum causa fuerant, quot fortasse mulieres illæ crinibus illis adornatæ committebant, ipsis (inquam) crinibus Absalon à quercu penderet. Hãc vero Magdalenam clementissimus Dominus illuminauit, vt melius suis capillis vteretur, & siquidem illis Deum sæpissime offenderat, nũc illis ad Dei ministeriũ vteretur: ne ex aut propter eos in inferno suspẽderetur. Et hæc est causa quare nõ attulit linteum, sicut attulit vnguentum. *Et osculabatur pedes eius.* Miser nauta, qui post maximum naufragiũ iam tandem ad portum peruenit, nõ cessat terram millies, ac millies osculari. Sic etiã hæc sancta mulier postquã in maximo peccatorum naufragio periclitata fuerat, cumq́ue iam in tranquillitatis suæ portum se peruenisse animaduerteret, sanctissimam illam terram, hoc est, sacratissimos clementissimi Domini pedes non cessabat osculari. Nõ dum equidem ipsa verba illa Isaiæ legerat. Quam pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem: veruntamen iam corde sentiebat, quam speciosi essent pedes illi, qui toties defatigati fuerant in quærentes peccatores. Diceret credo mulier illa, quomodo non osculabor sacratissimos, & innocentissimos hos pedes, qui me perditam ouem, quæ prope in infernalium luporum in perpetuum deuoranda ora deuenissem: ad securitatis locũ, atque misericordiæ ouile attulerunt? Et quo magis ore suo illos tangebat, magis inflãmabatur, & ardentiori Domini amore capiebatur, maioresq́ue vires spirituales capiebat. Et sicut dicitur de Anteo, qui cum Hercule luctabatur, quòd quotiescunque in terram procidebat, nouas semper vires ab ea capiebat: sic possumus de hac sancta dicere, & non fabulose quidem sicut de altero dicitur, sed cũ veritate magna. Nam quotiescunque deuotione, & affectu commota inclina-

2.Reg.14

Simile.

Isai.52

24 inclinabatur ad deoſculandam ſanctiſsimam illam terram ſacra-
tiſsimorum diuini Domini pedum, ſemper cum maiori animo,
ac ſpiritualibus viribus aduerſus dæmones, paſsioneſque ſuas in-
ſurgebat.

Et vnguento vngebat. O admirabilẽ mulieris ſapientiam, ſicuti
qui faciunt theriacam, vt omnibus compertum eſt, ſaluberrimũ
vnguentum aduerſus omne venenum ex viperis illam cõficiunt.
Sic etiã hęc ſancta mulier ex veneno theriacam effecit. Ex vnguẽ
to, quo ſe vngere, atque delectare conſueuerat, & ex ore, quo in-
honeſta verba loquebatur: & ex oculis, quibus virorum corda fe-
riebat: & ex crinibus, quibus homines vinciebat: ex his omnibus
theriacam effecit, occupans illa in Domini miniſterio. Sic fratres
mei nos facere oportet. Sic enim nobis commendat Diuus Pau-
25 lus, dicens. Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ *Roma, 6.*
ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & ini
quitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire
iuſtitiæ in ſanctificationem. Si lingua tua murmuraſti, proximo-
que tuo famam abſtuliſti, ipſa nunc ei honorem reſtitue, &c.
Attendite agonem, & affectionem, qua mẽbra veſtra in Deo of-
fendendo occupaſtis, quia non mirum erit, quod eodem ſtudio
illi eiſdem membris ſeruiatis: ſiquidem ipſe vobis ea conceſsit.
Et quanuis rationi conſentaneum ſit quod hoc maiori ſtudio, ac
diligentia fiat, quàm alterum, veruntamen propter fragilitatem
noſtram, dicit Beatus Paulus ſe contentum eſſe, quòd pari ſaltem
diligentia Deo ſeruiamus, qua peccato quondam ſeruiuimus. Et
idcircò dicit, humanum dico, &c. Præcepit Deus Gedeoni, vt al- *Iudicum. 6*
26 tare Baal euerteret, & nemus quod illius Idoli miniſterio fuerat
dicatum, abſcinderet atque in eo diuinæ maieſtati ſuæ ſacrificiũ
offerret ſuper aceruum lignorum, quod de nemore illo excide-
ret. Itaque quòd Idoli, ac diaboli miniſterio fuerat præparatum,
idem in Dei ſeruitio conſumptum, combuſtumque fuit. Sic vos
facere oportet fratres chariſsimi, vt vires, honorem, ingenium, ac
diuitias, quas in Sathanæ miniſterio conſumere ſolebatis, eas nũc
in Dei ſeruitute conſumatis: ei cum omnibus bonis veſtris gratiſ
ſimum quoddam, atque ardẽtiſsimo amore inflammatum ſacrifi-
cium offerentes. Sicuti hæc ſancta peccatrix tota ad pedes Do-
mini ſubiecta, atque animo conſternata faciebat. O quam ad lite-
ram impletum eſt hic quod Dauid prophetauit, dicens. Reges

Psal.2. eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Virga ferrea fuit doctrina, & reprehensiones Iesu Christi filij Dei. Et
Isai.11. ita de eo prophetauit Isaias dicens. Percutiet terram virga oris sui idest, prædicatione sua. Hac etenim virga vasa ferrea, & durissima, atque obstinata corda confracta fuerunt, & contrita per pœnitentiam. Ecce quam confractum est cor huius sanctæ mulieris. O vtinam efficeret diuina maiestas, vt hæc suæ cælestis doctrinæ virga qua corda vestra passim tangimus, illa hodie confringeret & contereret, vt sic confracti, & contriti à Domino reciperentur. Quid ad hæc responderetis dilectissimi fratres? Quam excusationẽ Deo reddetis cum hæc quæ auditis, audiatis, si tamen hinc integri, & non confracti exitis? O Deus æterne, o Deus infinitæ maiestatis, quid possum ego amplius facere? Quid his hominibus dicam? Quod medium assumam, vt ad te illos faciam conuertere? Videor enim mihi eos duros sicuti lapides aspicere, fortissimosque cælestium verborum tuorum ictus nullam in eis impressionem facere.

Videns autem Pharisæus. &c. Maiores morsus Pharisæus ille in Iesu Christi innocentia, quàm Iesus Christus in eius pane affigebat. Atque de Dño intra se murmurabat, quia peccatricem ad se accedere patiebatur. O homines quã parũ de diuina misericordia cognoscitis? Vbi primum enim peccatorem videtis, statim illum
Simile velletis absorbere, non autẽ Deus sic facit. Hac similitudine hoc intelligetis: est hic puer, qui nimis lachrymatur, & præ eiulatu omnes vos cõturbat, vosque in puerũ concitati, eiusq; plãctu molesti illum de manu in manum è templo eijcitis: qui ita lacrymãs exiens inuenit matrem suam, quæ aspiciens illum sic ab omnibus reiectum in brachijs suis illum accipit, & sæpissime osculatur, & dicit, satis ostendunt illi te non esse filium suum, & laborem tuum minime dolere, teq; modice ab eis diligi, atq; parui illis stetisse. Profectò si illi pro te labores, quos ego pertuli, pertulissent, sique vitam suam pro te periculo, sicut ego feci, obiecissent, nunquam te tam inhumaniter tractauissent. Sic igitur peccator ab omnibus odio habetur, omnes illum euersum atque ab hominum cõsortio eiectũ videre vellẽt, & præsertim illi, qui sanctitatis speciẽ præ se ferũt, seq; virtute prẹditos esse iactant, nec tamẽ veram habẽt charitatẽ. Venit autẽ Iesus Christus totius clementiæ princeps, qui peccatorẽ propria vita sua redemit: eum in brachijs suis suscipit, illumque

30 illumq́ue oſculatur, atque humaniſsime pertractat. Rem quandã
vobis referam, quam dicit magnus Dionyſius. Erat ſanctus quidã
Carthaginenſis, qui ſciens hæreticum quendam effeciſſe, vt Chri
ſtianus ab orthodoxa fide recederet, Deum deprecatus eſt, vt illũ
puniret, atque in inferno gehẽnalibus ignibus cruciaret, vt eũ iu-
ſtitiæ executorẽ eſſe cognoſceret, & in viſione infernum apertũ
perſpexit, diaboloſq; exeuntes ad hæreticũ arripiendũ, Chriſtũ-
q́ue Redemptorẽ noſtrũ in ſublimi loco cõmorantem ſuſpexit.
Et ipſe dicebat: citò citò Dñe arripiant eũ diaboli: Chriſtus autẽ
Ieſus dixit ei. Manifeſtè apparet animas nihili tibi ſtetiſſe. O in-
cõprehenſibilẽ Dei clementiã! quis, quantũuis grauibus peccatis
deuinctus teneatur, de te diffidet? Hoc facit Deus, quia ad ſuã po-
tius miſericordiam, quã ad peccatoris ſcelera reſpicit. Et ſic per
31 Iſaiam dicit: Ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter. *Iſai.43.*
me. Dummodo peccato efficaciter ad me conuerti velit, ego
propter meipſum, non autem propter eum illi ignoſcã. Et ita di-
xit ſacratiſsima virgo Maria mater Dei in ſuo cantico: Suſcepit *Luc.1.*
Iſrael puerum ſuum recordatus miſericordiæ ſuæ, quòd vt ineffa
bile illud beneficium in mundum conferret: videlicet, vt huma-
nitatem in hypoſtatica, & perſonali vnione acciperet, non in pec
cata quidem noſtra, nec in hominum ingratitudinem oculos con-
iecit: ſed recordatus eſt miſericordiæ ſuæ. In Deum non cadit re-
cordatio, cum nullo vnquam tempore obliuiſcatur: ſed habet ſe
ad modum recordantis, id eſt, in miſericordia ſua oculos conſtitu
tos habet, vt propter illam miſerijs noſtris remedium adhibeat.

Et reſpondens Ieſus &c. O benedictus, & glorificatus ſit tantus,
32 ac tam bonus Dñs: qui cum apud iniquum iudicem accuſaretur,
non reſpondit ei verbũ: ita vt miraretur præſes: nunc autẽ, qui ho
norem ſuum propugnare nõ curauit, calumnias huic mulieri im-
poſitas nõ vult tolerare. Nec verò ad hoc reſpondet, quod de ipſo *Ioan.19.*
Phariſæus dicit, videlicet illum non eſſe prophetam, ſed ad illud,
qđ illã peccatricẽ eſſe aſſeuerat. Immẽſam Dei probitatẽ animad
uertite, nõ enim cõtentus eſt huic mulieri peccata dimittere, ſed
eius etiã ſe ſe patronũ efficit. Si in murmuratione patiẽs es maius
emolumẽtũ quã detrimẽtũ elicies. Magis profuit Phariſęus Mag
dalenæ de illa detrahens, quã ſi eam cõmendaret. Dñs pugnabit
pro vobis, & vos tacebitis, dicebat Moyſes. Vultis vt De⁹ vos de- *Exod.14.*
fendat, cauſáq; veſtiã ſicut ſuã ſuſcipiat? tacete, ne vos defendatis.

Simile. Qui Deo cælestibusq; rebus delectatur, non debet tristitia affici, & nõ debet irasci, etiam si de se detrahatur sicut vrsus, qui vas examinis apum in brachijs asportat, atque vt mellis dulcedinem gustat apum morsus parui æstimat. Hoc apertè patet in illa sancta peccatrice, qui Pharisæum illum de lachrymis suis murmurãtem patientissime ferebat, eiusque verba pro nihilo ducebat, vt à Domino misericordiam impetraret.

Narra omnia ad literã vsq; ibi. *Propter quod remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Videtur hæc cõclusio conuerso ordine collocari. Nam potius ex comparatione videbatur Dñs illaturus, dicens: Quoniam ei remissa sunt peccata multa: ideò dilexit multum, vt intelligatur quàm bene vnum cum altero cõgruit, necesse est explicemus illa, quæ peccatoris iustificationem præcedunt. Illorum enim cognitio cum iam conuersis, tum etiam volentibus cõuerti, & valdè vtilis, & nimis etiam est necessaria. Homini iustificãdo quod prius ad eius iustificationẽ occurrit, est actus fidei, qui hominẽ corã Deo tanquã coram iusto iudice proponit qui vnicuiq, redditurus est secundũ opera sua, atq; hæc fides peccatori Deũ furore contra illũ concitatũ, sed per merita Iesu Christi vere pœnitẽtibus propiciũ, ac clementẽ repræsentat. Ex hac fide cõmouente illum Spiritu sancto suo diuino impulsu, & ex cõmissi peccati memoria statim illi aduenit quidã diuini iudicij timor, qui quidem timor mitigatur à spe, qua pœnitens in diuina misericordia, & in meritis Iesu Christi filij eius confidit, quibus intercedentibus peccata sibi dimittenda sperat: seque ad Dei gratiam restituendum esse cõfidit. Non solum autem ad istam spem erigitur, sed etiam ad Dominum illum diligendum, qui absque vllis meritis nostris nos tantoperè dilexit, vt maximis doloribus suis primam nobis gratiã promeruerit. Ex quo amore dolor quidam protinus proficiscitur, quando consideramus quot iniquitatibus illum offendimus, qui nos creauit, redemit, atq; à crudelissima diaboli tyrannide liberauit. Et cum dolore, ac peccati detestatione oritur propositum quoddã euitandi peccatũ, quod detestemur, quodq; tantã nobis perniciẽ attulit, tãtiq; doloris causa fuit, super omnia. Quãdo igitur ad hunc statum accedimus, atque hoc propositũ cõcipimus, quo peccata detestãtes proponimus nos ex toto corde nostro Deo esse seruituros: tunc ilico diuina gratia in cordib' nostris infunditur, quę nos ex inimicis Dei amicos reddit.

36 Hic eſt iuſtificationis diſcurſus, qui habetur in ſacroſancto conci lio Tridentino. Ad ſpem nunc redeamus, de qua iam ſuperius diximus. Hæc quantum ex natura ſua producit amorem, erga illum à quo ſalutem, peccatorumque veniam ſperamus adipiſci. Hic autem eſt Ieſus Chriſtus redemptor noſter, totiuſque ſalutis noſtræ author: quæ ſpes quò magis adiuta, atque fulta eſt à Spiritu ſancto eo maiorem amorem, erga Ieſum Chriſtum producit. Hæc ſpes tanta fuit in hac ſancta peccatrice, vt maximam in eius pectore amoris flammam accenderit: erga illum, per quē maximum ſibi beneficium eſſe faciendū firmiter confidebat. Et ſic dilexit multum, quia dimiſſa ſunt ei peccata multa in ſpe. Nam firma ſpes alicuius boni impetrādi ſæpenumero cor ita afficit, ac ſi iā illius poſſeſſione frueretur: ita vt non minus delectetur ille, qui firmiter ſe beneficium aliquod eſſe percepturum ſperat, quàm ſi illud præ

37 manibus haberet. Et ſic mulier hæc non ſolùm dilexit multum, quum dulciſsimum illud verbum audiuit, *Remittuntur tibi peccata tua*, ſed etiā iam antea diligebat, quod declarauit Dñs dicēs. Fides tua te ſaluam fecit. Cum hac fide peccatorum remiſsionē credidit & quia credidit, ſperauit: & quia ſperauit, tātæ ſalutis autorē amauit. Hoc quod dixi manifeſtatur in vno verbo pſalmi, vbi dicitur. Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meę, ideſt, *quia* hanc firmiſsimam ſpem in corde meo concepi. Et pſalmo quarto dicitur. Scitote quoniam mirificauit Dñs ſanctum ſuum. Et in quo mirificauit eum? Dominus exaudiet me, cū clamauero ad eum. Quid ſublimius quàm Deum tam propitium habere? & propter hanc ſpem homines inuitabat, vt ſibi congauderēt: & cla

38 rius hoc dicit, his verbis. Ab inſurgentibus in me exaltabis me: & à viro iniquo eripies me. Propterea confitebor tibi in nationibus Domine, & nomini tuo pſalmum dicā. Siquidem igitur dilectiſſimi fratres iuſtificationis diſcurſum intellexiſtis: ego eos, qui in peccato mortali vos eſſe ſentitis beatiſsimæ Trinitatis nomine adiuro, vt diligentiſsime curetis quantum in vobis fuerit, ex his rebus fructum percipere omnemque poſsibilem diligentiam adhibere: nam ex parte altiſsimæ maieſtatis non deerit auxilium, & gratia, qua cæleſtis gloria comparatur. Ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius, Amen.

Cōcil. Tridē. ſeſ. 6. de iuſti. cap. 6

Pſal. 114.

Pſal. 4.

Pſal. 17.

¶ Feria. VI. poſt Dominicā in Paſsione.

Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium, & dicebant, quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Ioannis. 11.

DOlore dirumpuntur viſcera, quando quis conſiderat nullum concilium inijſſe principes Synagogæ, Pōtificeſque ac Phariſæos ad credendum Chriſto redemptori noſtro, aut ad examinandum vtrum eius miracula vera eſſent, aut vtrum eius opera, viuendique ratio cum ijs conuenirent, quæ de Meſsia prædicta erāt, ſed ad non credendum ei, efficiendumq́; vt illi populus nō crederet, atque ad inueſtigādos modos, quibus eum calumniarentur, atque interficerent. Valde etiam miſerabile eſt, quod fere omnes nunc hos maledictos homines imitamur. Conſidera infœlix peccator, quot horas conſumis in imaginando, & moliendo quomodo peccabis, quomodo delectaberis, quomodo locupletaberis, ac demum quomodo Deo mortē inferes, & animaduerte te nunquā recordari, quomodo tā bono Deo melius ſeruies, cuiq́; tot tantiſq́; beneficijs deuinctus es maiores gratiarū referas actiones. Nō ſic faciebat

Pſal. 118 Dauid, qui dicebat. Præuenerūt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua. Verba profecto ſunt hęc, quæ magnā nobis pariunt admirationem. Etenim quis non admirabitur Regem tam diligenter diluculo exurgere, mollēque lectum relinquere, maritaleſque voluptates deſpicere, diuinaque verba, ac præceptiones incipere ruminare, modoſque inueſtigare, quibus illas poſſet obſeruare: & hoc antequam aliquid temporale agere inciperet, ne terreſtribus negotijs implicatus rem hanc maxime neceſſariam relinqueret, quaſi eſſet eremita ex ijs, qui in ſolitudine commorantur, qui nullis alijs negotijs impediuntur. Væ nobis quàm procul abſumus ab his ſanctis exercitationibus, quibus ſanctus hic Rex occupabatur. Non ſolum autem quādo in gratia Dei ambulabat, hoc faciebat: ſed etiam quando in peccato mortali ſe commorari animaduertit, intra ſe rationes cogitabat. Quomodo ab illa culpa exiret, & ſuſpirijs, ac clamoribus Deum exorabat, vt eum ab illo malo ſtatu eriperet. Hoc ſignificauit in illis verbis ſupradicti pſalmi. Erraui ſicut ouis quę perijt, quære ſeruum tuum. Hoc intereſt

4 eſt inter perditionẽ ouis, & margaritæ. Quòd ouis etſi perditur, & inter rubos immiſſa eſt, attamẽ balat, & clamores extollit, atque ad eius balatũ occurrit paſtor, & illã à periculo, & anguſtijs eripit. Margarita autẽ, quæ perditur, non dicit: hîc ſum, nec balat ſicut ouis, & cùm ſit res quædã magni pretij, ſic perdita remanet quouſque veniat ancilla, abſterſura domum, illamq́ue abſtergens margaritã cùm cæteris immũditijs in ſterquiliniũ aſportat. Hoc eſt diſcrimẽ inter vnos peccatores, & alios: quòd aliqui peccatores ſunt tanquã oues perditæ, qui balãt, ſuſpirant, ac gemunt, modoſque inquirũt, vt à paſsionum ſuarum ſpinis liberentur: ad quorum balatũ, & ſuſpiria venit diuinus paſtor, & eos à peccato extrahit, & hi ſunt, qui tanquam oues errant. Alij amittuntur quaſi margaritæ, quia quãuis ſint Chriſtiani, & ex bona materia à Dei *simile.*
5 collo, & pectore excidunt, & in peccatum lapſi commorantur, nec bonum aliquod operantur, nec ſuſpirium proferunt, nec modum quærunt quo à peccato exeant, & ſic vna & altera die, & toto vitę ſuæ tempore commorantur, quouſque veniat ancilla Dei mors mundum peruerrens illos cum immunditijs in inferni ſterquilinium defert. Et immunditias in ſterquilinium detrudi non eſt mirũ: margaritam autem mirabilibus artificijs exornatam inter immunditias ad obſcœnum locum deferri, hoc eſt magnopere miſerandum. Immunditiæ & ſtercus ſunt infideles, ſi cũ Chriſtianis conferantur, & quòd hæ immunditiæ in inferni ſterquilinium detrudantur, nõ eſt mirum. Quòd Maurus, Turca, Iudęus, reliquique infideles condemnentur non eſt mirandum: quòd autem pretioſa margarita, qui eſt Chriſtianus, cuius anima tot tam
6 q́ue ſingularib⁹ artificijs ſicut fide, & ſpe exculpta, atq; exornata eit in infernum deferatur, hoc eſt nimis obſtupendum, atque ſanguineis lachrymis lachrymandum. Non ſic Dauid errauit, ſed ſicut ouis, quæ balabat. Si forſitan eſt hic aliquis, ô fratres, qui animam ſuam perdiderit, atque in creatoris ſui offenſione commoretur, caret eſſe tanquam ouis. O anima perdita ad paſtorem tuũ bala, cogita intra te quomodo ad illum conuerteris, nõ verò quomodo illum magis offendes, ſicuti faciebant infœlices illi Phariſæi, qui concilium collegerunt aduerſus Ieſum.

Et dicebãt, quid facimus? &c. In materialib⁹ ædificationibus experimur, quòd ſi ſint directæ, & parietes in rectitudine eleuati ſint quo maiora illis onera imponuntur, eò magis fulciuntur: ſi verò *Simile.*

indirecti & incuruati sunt, quanto grauius pōdus illis apponitur, tanto magis incuruantur, & infirmātur. Et sic ipsum onus rectis ædificationibus impositum illas fortiores reddit, impositum autē recuruis, & indirectis illas magis efficit incuruari. Idem accidit in spirituali ædificatione, qui est homo, qui est templum Dei, & columna huius ædificationis est cor. Quando hæc columna malitia & peccato incuruata est, quāto plus ponderis beneficiorum illi imponitur, tāto magis diuinis beneficijs, quasi onere reflectitur, & peius efficitur. Si autem hæc cordis colūna recta est, ipsa beneficia illam magis fulciūt, & cōfirmant. Lex Domini, quæ iustis suaue est onus, iustiores illos efficit: mali autem illa peiores redduntur. Vnus, & idem Sol si in aurū reuerberat, illud splendere facit: si verò in sterquilinium immunditię plenū radios immittit, illud peius olere facit. Ecce hæc omnia ad literam in hodierna sancti Euangelij lectione perspecta, illustrissima enim miracula Christi Iesu bonos ad virtutem ardentius concitabant, & in bono fortius fulciebant: malis autem maioris murmurationis, & indignationis, propter eorum malitiam, occasioni erant. Si sanctam Magdalenam, aliosq; discipulos interrogemus, quare secularibus vanitatibus posthabitis? tanto studio, ac feruore bonum Iesum fuerint secuti: absq; dubio respōdebunt, dicētes: Quia hic homo multa signa facit. Si verò Pharisæos & Pontifices percōtemur, quare innocentissimum agnum tanto odio cōsectarentur, vt illi [illegible] mortem curarent inferre? Respondebunt etiam, quia hic homo multa signa facit. Cauete fratres ne passionem in cordibus vestris radices agere patiamini, quæ quidem adeò hominū animas excæcat, vt propter eam immeritó dicant maledicti hi Pharisæi verba, quæ rationi tam dissentanea sunt, scilicet, quia hic homo multa signa facit. Quid facimus? quasi dicerēt, quia nobis benefacit, occidamus eum. O infernalem peruersitatem, ò quot hodie in hanc miseriam incidimus, quòd ex acceptis beneficijs occasionem sumimus, vt mali simus, & ipsis beneficijs creatorē nostrum offendimus. Est hic Dominus, qui habet famulum, qui ei satis parum temporis seruiuit, & dicit ei: famule accipe hunc equum, & ascende in eum, & accipe hunc clypeum, & cassidem, & indue te omnibus armis meis, & accipe hanc hastā hæc omnia tibi do: & à planta pedis vsque ad verticem illum suis pretiosis armis induit. Diceret famulus, Domine osculor pedes tuos, neque enim mea parua mini-

simile. (margin, beside "ficia illam magis fulciūt")

Simile. (margin, beside "dimus. Est hic Dominus")

o miniſteria, quæ tibi tã modico tẽpore exhibui tot tãtiſq; muneribus digna ſunt. Verũtamen amodo ego diligẽtiſsimè in miniſterio tui incũbã: cui dicit Dñs: accipe nũc iſta quorũ ſi memor fueris, debitamq; mihi gratiã retuleris, multo maiora in te conferam beneficia. Videamus nunc: ſi hic famulus in equũ conſcendẽs cõtra dominũ ſuũ haſtã intenderet, quid de illo diceretis? O perfide & ingrate, his gratijs dignũ eſt tantũ beneficiũ? Ad hoc te Dñs tuus armis circundedit? O filij Adę aperite nunc oculos: nam ferè omnes in hac ingratitudinis miſeria immerſi eſtis. Quis tibi dedit ò peccator haſtã iſtam, qua niteris? Quis te fortitudine iſta, & valetudine confortauit? Quis hũc elegantem equum, quod eſt corpus tuũ, tibi conceſsit? Quis te his tẽporalium bonorũ armis muniuit? Nũquid hæc omnia non dedit tibi Dñs Deus tuus? Tu verò his omnib⁹ illũ offendis, atq; iſtis armis illi bellũ infers, aliosq; ad peccãdum prouocas, & quia locuples es, fœminã, quã pecunia tua emis, deſtruis, atq; eius pudicitiam diripis. Quid ergo pro tãta ingratitudine ſperas? Magnoperè (& meritò quidẽ) admiraris Pharisæos illos, & iniquos prælatos ex acceptis beneficijs occaſionẽ aſſumere mortem Domino inferendi: tu verò non animaduertis ipſum omnibus bonis, quę tibi dedit, à te iterũ ſæpenumerò crucifigi. Loquẽs Spiritus ſanctus de peccatore, dicit: Aquæ furtiuę dulciores ſunt. Quibus verbis ſignificat turpitudines, & abominationes, quas homines cõmittũt, ab irrationalibus animãtibus furatas eſſe: & ſunt aliqua, quę ſuper ſua ꝓpria ſubiecta bene aſsidẽt, nõ verò in alijs locis. Cõſiderate ſmaragdũ viridis coloris, & videte quàm decorus ſit, & quàm bene illi viriditas aſsideat: & quo viri- *Prou.9.*
12 dioris coloris eſt, eo pulchrior eſt. Date nũc mihi fœminã viridẽ ſicut ſmaragdũ, ò quã male appareret, & quàm deformis eſſet? Nã viridis color, qui ſmaragdo quadrat, quia naturalis eſt ei⁹ color nõ quadrat fœminę: naturale enim fœminę, vt ſit pulchra eſt eſſe cãdidam & rubicundam. Eodem modo ferocitas optimè conuenit leoni, quia ille eſt naturalis, in homine verò male apparet. Eũ qui ferus eſſet quaſi leo diabolũ eſſe diceretis: hominẽ enim clementem, miteſq; eſſe oportet. Lupo voracitas quadrat, & proprium eſt eius ouẽ duobus morſibus deuorare, & illũ aſpiciens homo delectatur: homini autem non bene aſsidet voracitas, qui eſt contra naturalem eius propenſionem. Cani propriũ eſt os rodere ad ſaturandam famẽ, homini autem male aſsidet proximi ſui famam ro-

dere. Simiæ optimè conuenit inuidia, & dentiũ stridor, cũ ratione
ceratur: in homine autẽ inuidia pessimè apparet. Vulpẽ callidã,
& astutia esse plenã benè illi cõuenit. In homine verò calliditas,
& malitia hæc nimis perniciosa est. Et licet hæ belluarũ sint pro
prietates, ab eis tamẽ illas homines furantur, & eis delectantur.
Ecce fratres quomodo mala, quæ homines faciunt, à belluis acci
piũt, & furãtur. Hoc autẽ ingratitudinis peccatũ, & peruersitatẽ
non possumus dicere nos à belluis furari, siquidem quantũuis fe
Iacobi.3. ræ sint beneficijs domari cõsuescunt. Et ita dicit B. Iacobus: Om
nis enim natura bestiarũ, & volucrũ, & serpentiũ, & cęterorũ do
mãtur, & domita sunt à natura humana. Fatendũ nobis igitur est
homines hoc vitiũ à Lucifero furari: qui quia se se à Deo ita locu
pletatũ magnisq; beneficijs affectũ perspexit, cõtra Ipsum eleua
tus est. Verũtamẽ attẽdite fratres de illo superbissimo Seraphin
dicere Isaiã: Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane orie
Isai.14. baris? Qui dicebas in corde tuo: In cęlũ cõscendã, super astra Dei
exaltabo soliũ meũ. Veruntamẽ ad infernũ detraheris in profun
dũ laci. Quid igitur speratis vos, quũ maledictũ istũ ducẽ sequa
mini, nisi vos in infernũ esse descẽsuros in infinita seculorũ secula
cũ illo cõburẽdos? O quanto dolore conquerebatur Deus de He
bræis per Prophetã Amos, quia acceptis ab ipso beneficijs nõ re
Amos.3. spõdebant, dicens: Tantũmodo vos cognoui ex omnibus cogna
tionibus terræ: idcircò visitabo super vos omnes iniquitates ve
stras, id est, quia maiori vos beneuolentia, quàm cæteras nationes
prosequutus sum, ideò grauiori supplicio puniemini, quia acce
ptis à me beneficijs, opere nõ respondetis. Et apertius hoc decla
rat alibi, vbi postquã plurima beneficia, quę in eos contulit, san
Amos.2. ctus Propheta retulerat, cõmemorat suppliciũ, quo illos punitu
rus erat, dicẽs: Ego exterminaui Amorrhæũ à facie eorum. Ego
sum, qui ascẽdere vos feci de terra Ægypti. Et suscitaui de filijs ve
stris in prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaræos. Nũquid nõ
ita est filij Israel? & propinabatis Nazaręis vinum. Et prophetis
mãdabatis, dicentes: Ne prophetetis. Propterea in pœnam horũ
iniquitatum, Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum
onustum fœno. Notate quòd quia labores huius seculi non sunt
omnino graues sicut labores inferni, qui penitus remedio carent:
idcircò non dicit, se homines oppressurum quasi plaustrum plum
bo onustum, sed fœno. Quid igitur erit nobis infœlicibus, si

cum

16 cum maiora, quam illi, beneficia acceperimus, illos tamen ingrati
tudine ſuperauerimus? Per charitatem Dei vos rogo fratres chariſ
ſimi, vt hæc diligenter omnia, & ſingula quæque ſigillatim intra
veſtra Chriſtiana pectora perpendatis. Ego enim verba penitus
ignoro, quibus illa ſatis digne valeam commendare.
Dicunt vlterius Phariſæi, *Si dimittimus eum ſic, venient Romani,*
& tollent locũ noſtrum. In his verbis oſtẽderũt Phariſæi, illud quod
expetebãt, eſſe tẽporalem eorũ vtilitatẽ. Liberet nos Deus ab ho-
minibus, qui in tẽporalis vtilitatis cupiditate innitũtur: hæc enim
illos excæcat, vt in alia grauiora mala dilabantur. Malũ, quod per
hanc peſtem in mundum ingreditur, ſignificauit Deus Prophetę
Amos dicens. Percute cardinẽ & cõmouebuntur ſuper liminaria *Amos.9*
in quo templi euerſionem declarauit: & huius cauſam reddens di
17 cit, auaritia enim in capite omniũ. Quis animaduertens mala, quę
per auaritiam hominibus adueniunt, lachrymas poterit cõtinere?
Et hoc peius eſt, ꝙ ferè non reputatur eſſe peccatũ. Et notandum
eſt, ꝙ quanuis idololatria, ſodomia, hæreſis, & odium Dei grauio-
ra ſint peccata, nullius tamẽ horum peccatorũ ſunt tot in ſacris li-
teris admonitiones, ac reprehẽſiones, quot ſunt aduerſus auaritiã,
in ſacra enim ſcriptura paſsim auaritia reprehenditur: nam vt di-
xit Beatus Paulus ipſa eſt omnium malorum radix. Et licet in *1.Timo.6*
omnibus reprehenſibilis ſit, longe tamen maxime in Eccleſiaſti-
cis viris debet obiurgari. Et ſic nimis miſerabile eſt, homines, qui
de rebus tam arduis agunt, quales ſunt, quæ ad ſpiritualem ſalutẽ
ſpectãt, in vtilitatis temporalis cupiditate inniti. Si vultis vt capo *Simile.*
ſicut gallina pullos proferat, depilare illi ventrem: & ſuper oua
18 ſe ponet quaſi eſſet gallina: veruntamen ad illos producẽdos nõ
proficiendi quidẽ illis cauſa cõcitatur, ſed vt oua illi proſint, vt ab
eis calorem accipiat, quia eſt deplumis. Sic multi viri eccleſiaſtici
quia temporalium bonorũ plumas non habent, ſpirituales filios
procreãt, & conſeruant, non quidem vt illis proſint, ſed, vt ab eis
vtilitatem hauriant, quaſi capones. Non ſic faciebat Beatus Pau-
lus, nec eius comites, ſicut ipſe affirmat dicens. Neq; enim aliquã-
do fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neque in occaſione
auaritiæ: Deus teſtis eſt, neque quærentes ab hominibus gloriã ne
q; à vobis, neq; ab alijs cũ poſsẽ vobis oneri eſſe vt Chriſti Apoſto
li: ſed facti ſumus paruuli in medio veſtrũ: tanquã ſi nutrix foueat
filios ſuos. Ita deſiderãtes vos cupide, volebamus tradere vobis nõ
ſolum

ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras quoniã chariſ-ſimi nobis facti eſtis. O benedicta ſit altiſsimi Dei maieſtas, quæ tales ad Euangelium ſuum prædicandum miniſtros elegit, taléque charitatem & talia viſcera illis largitus eſt. Hunc igitur clementiſſimum Dominum dilectiſsimi fratres maximam lachrymarum copiam effundẽtes die, noctuque exorate, vt Eccleſiæ ſuæ ſanctæ tales miniſtros ſicut illi erãt, largiatur. Vos autem patres Eccleſiaſtici in hæc exemplaria oculos conijcite, illaque quo ad poteritis imitamini. Beatus Ambroſius mirificam hanc ſententiam ad hoc propoſitum dicit, ſcilicet, Id quod turpe eſt nõ poteſt eſſe vtile, neque quod honeſtum eſt, inutile. Et refert cum ſemel medicus quidam ad Romanorum ducem ſe conferret, eique diceret ſeuerenum daturum eſſe regi cuidam eius aduerſario, quo cum dux ille bellum gerebat, ab ipſo duce apprehenſum, & tanquam proditorẽ ad regẽ illum aduerſariũ ſuum cathenis vinctũ miſſum fuiſſe. Noluit dux ille tam turpem cum proditione victoriam. Aperte verificatur hæc ſentẽtia in his peſsimis Hebræis, ſiquidem ex hoc turpiſsimo peccato, quod commiſerunt nullum commodum, ſed potius temporale, æternumq; incõmodum acceperunt. Quo ſupplicio perterritos oportet nos omnes à tanto ſcelere cauere. Caue te fratres ne corporali neceſsitate cõpulſi Deũ relinquatis, illúq; mortaliter offendatis. Nam vnde vos remedium haurire putatis, inde vobis maior perditio dimanabit. Sicut his infœlicibus accidit. Origenes magnopere perpendit in ſacris literis nõ imo, eodem modo de iuſtorum, iniuſtorumque neceſsitatibus agi. Cum enim de Ægyptiorum fame ſpiritus ſanctus ageret, dicit. Nam & illos oppreſſerat fames: quod quidem de Hebræis non dicit, etſi etiam in illorum terra maxima erat fames. Et ſolum dicit, Erat autem fames in terra Chanaã. Nõ dicit Iacob, aut filios eius fame oppreſſos fuiſſe, ſicut dicit de Ægyptijs: quia licet iuſti neceſsitate cogantur, non tamen ea proſternuntur, nec vt creatorẽ ſuum offendant ſuperantur. Imo potius in ea gloriãtur ſicuti dicebat Beatus Paulus. In fame & ſiti, & nuditate, in his gloriamur. Quod iuſtis virtutis exercitatio eſt, idem peccatoribus eſt pœna peccatorum. Ex eoque occaſionem capiunt plura ſcelera committendi. Etiam perpendit ibidem Origenes in temporibus Abrahæ maximam fuiſſe famem. Et poſſet quidem dicere ſacra ſcriptura. Deſcendit Abraham in Ægyptum, quia inualuerat fames ſuper eum. Et nõ dicit

Ambr. li. 3. de offi. c. 13.

Orige. homi. 16. in Geneſ. 41.

Gene. 42.

Gene. 12.

22 dicit hoc: sed, inualuerat fames super terram. Hoc diligentissimè curare debetis, ne ita necessitate opprimamini, vt propter illam Deum offendere compellamini: sed virili, constantiq́ue pectore estote, vt ex illa spirituale emolumentum, meritumq́ue maximum hauriatis.

Dicunt hi: *Venient Romani: & tollent nostrum locum, & gentem,* Cùm primum miraculum homo iste faciat, vniuersus populus eum sequetur, & arbitrabuntur Romani nos sibi subiectos esse nolle, nouumq́ue regem sequentes exurgere, suosq́ue exercitus ad nos mittent, qui florentissimam hanc, atque sanctissimam vniuersi orbis Rempublicam euertant: quæ si corruit magnum proueniet diuino ministerio detrimentũ: idcircò oportet huic incõmodo remedium adhiberi, ne pereat honor, qui hic Deo exhibe-
23 ri consuescit. Attendite quomodo si hæc ita fieri permitterẽt conscientiæ scrupulum se habere simulant, & cõtrarium decreto suo fieri ingens scelus esse sibi persuadent, diuiniq́ue honoris pallio sacrilegam cupiditatem suam, ambitionem, atque inuidiam operiunt. Hoc est sagacissimorum peccatorum ingenium, scilicet curare peccata sua sanctitatis specie celare. Valerius Maximus de cultu deorum refert quendam Dionysium Syracusanum vidisse statuam Iouis pulcherrimo pallio ex serico, & auro confecto coopertam, quod Rex Herus obtulerat, Dionysiumq́ue cupiditate commotum pallium illud aureum à Deo abstulisse, aliudq́ue pãni illi apposuisse dicentem, se hoc facere, quia aureum pallium ad vernum tempus nimis graue erat, ad hybernum verò nimis frigidum. Idemque fecit stàtuæ Dei Esculapij, à quo auream barbã
24 arripuit, dicens: Dedecens esse Esculapium barbatum esse, cum Apollinis imberbis filius esset. Affirmabat enim dedecere imberbem patrem filium barbatum habere. *Valerius Maximus.*

Sequitur in textu: *Vnus autem ex illis cùm esset põtifex anni illius prophetauit,* Hucusq; horum sceleratissimorum hominum cupiditas demõstrata est: nunc verò eorum superbia, & ambitio reuelatur: quæ quidẽ tanta erat, vt propter eã simoniaci redderentur. Deus enim præceperat vt summus sacerdos esset perpetuus: illi autem adeò superbi, & ambitiosi erãt, vt quo omnes dominarentur, statuerint, nequis summus esset Põtifex amplius, quàm vno anno, eo autem anno ille hoc munere fungebatur, qui plures pro eo pecunias persoluebat. Et ideò dicit hìc sanctus Euãgelista: Pontifex anni

anni illius. Ecce quid ex superbia & ambitione oriatur. Idcircò il-
Psalm. 118. lam summoperè sacræ literę detestātur. Vnde Dauid dicit: Increpasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis. Quasi dicat, omnes peccatores sunt maledicti, superbi autē inter omnes ita te summa cum seueritate reprehenduntur, quia superbia malorū omnium est origo, ex illa ingratitudo, inobedientia, cupiditas, simonia, ac plurima denique alia scelera dimanant. Omnia hæc vitia, quæ sanctum Euangelium refert, quibus hi maledicti homines repleti erāt, à maioribus suis hęreditate acquisierant, quæ quidē in eis quasi semper dominata sunt, quapropter in alia grauissima scelera inciderunt. Et ita refert sacra Scriptura peculiari quo-
Iudicum. 1. dam affectu inobediētiam magnam, in quam Hebræi inciderūt, dicens: Iebusæum autem habitatorē Hierusalem non deleuerūt: quod fuit contra præceptum Domini. Quo facto eius in se furorē concitarunt, digniq; effecti sunt, vt illius indignatio in se descēderet, sicut & descendit. Hoc autem fecerunt cupiditate capti, vt ab eis tributa reciperēt, illosq; subditos sibi haberent, illisq; tanquā Domini imperarēt. Et quia gentes illas inter se reliquerunt, propterea facilè in idololatriam prolapsi sunt, sicuti eis dixerat Moy-
Deut. 7. ses Dei nomine his verbis: Nō inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, &c. Filiam tuam nō dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis. Et diuina cum prouidētia refertur mors Iosue, aliorumq; venerabiliū senum, vt cognoscamus quantum malum nobis sit, cùm Deus à nobis senes aufert: & præcipue illos, qui verbum Domini prædicāt, & erudiunt: cùm illi Hebræi post eorū obitū, qui eos docebant, tot insultationes perpetrarint.

Hic pessimus Pontifex simoniacus dixit illis: *Vos nescitis quicquam, &c.* Permagni interest si res tali, aut tali modo proponātur. Ille qui regio cōsilio præest, prætor, qui senatui, Decanus, qui canonicorū capitulo pręsidet, summoperè curare debēt, vt quomodo res, ex quibus regnorū euersiones, vitę pericula, substātiarum deniq; desolationes, siue horum omniū conseruatio dependet, debeāt proponere, optimè norint. Quis est hodie qui res absq; affectione proponat? quis aliorū suffragia, & sententias audit, qui in procedendi stylo sententiam suā prius non declaret? quis has res cū tanta synceritate, Christianaq; æquitate tractat, qui singulis libertatē relinquat, vt quicquid Dn̄s eis inspirauerit, dicāt? quod si

quis

28 quis extra præſidis intentionẽ loquatur, ſtatim eum dedecorat di
cens. Neſcitis quicquã. Ita vt videantur eadem die, qua alijs præ-
ferũtur, libertatẽ per cõſequens accipere ad inferiores dedecoran
dos. Et plerũq; accidit eos, qui de propoſita re melius ſentiũt ſtul-
tos iudicari: illorum autem ſententias qui callidiores audacioreſ-
que ſunt, quique iniquius de re iudicant, præualere. ¶ Ex his ver
bis, Neſcitis quicquam, infertur illic diuerſas hominum eſſe ſen-
tentias. Et idcirco dixit, Neſcitis quicquam quia expedit vobis,
vt vnus moriatur homo, &c. Super quo dicit Beatus Auguſtinus *Auguſti.*
Caipham male cogitaſſe, & bene dixiſſe. In corde eius aſside-
bat Lucifer, qui eum tam ſacrilegum facinus fecit cogitare, qua-
le erat, vt in Deum manus inferret: lingua autem ipſius à Spiri-
tu ſancto mouebatur, vt veriſsimam illam rem loqueretur. Ita di-
cit Beatus Paulus ad Hebræos. Decebat enim eum propter quem *Hebr.2.*
29 omnia, & per quem omnia (id eſt, qui omnium principium eſt &
finis) qui multos filios in gloriam adduxerat (id eſt prædeſtinaue
rat in gloriam) autorem ſalutis eorum per paſsionẽ conſummare.
Videlicet, vt mereretur eis gloriã per paſsionem, ad quam gloriã
prædeſtinati erant. Et ad Romanos aliam efficaciſsimam mortis
eius rationem reddit ipſe ſanctus Apoſtolus dicens, Quem pro- *Roma.3.*
poſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius: ad oſten
ſionem iuſtitiæ ſuæ: propter remiſsionem præcedentium deli-
ctorum, in ſuſtentatione Dei ad oſtenſionem iuſtitiæ eius, in hoc
tempore, vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum, qui ex fide eſt Ieſu
Chriſti. Hoc eſt, Deus pater Ieſum Chriſtum ante omnium mor
talium oculos propoſuit, vt in eum fide viua aſpicientes à quibuſ
30 uis criminibus ſanarentur. Hoc autem in virtute ſanguinis ipſius,
vt ſic oſtendat iuſtitiam ſuam. Nam ſi pro peccatis, quæ dimit-
tere decreuit tot tantoſque labores pertulit: quas pœnas perferẽt
peccatores pro peccatis quæ dimittenda non ſunt? quòd propo-
ſuit propitiatorẽ. Super quo Beatus Hieronymus dicit, ante om- *Hierony.*
nium oculos poſuit, vt qui voluerit, accedat, vt curetur. Cùm vni-
uerſi Ægyptij ad Pharaonem proclamarent, alimenta petentes: *Gene. 41*
illis reſpondit Pharao dicens, Ite ad Ioſeph, & quicquid ipſe vo-
bis dixerit, facite. Hoc nobis etiã præcipit æternus Pater, vt ad ſa
cratiſsimũ filium ſuũ confugiamus, quẽ propoſuit propitiatorẽ in
eo enim, ſalutẽ, vitamque reperiemus. Et dicit in ſanguine ipſius
hoc eſt in merito ſanguinis ipſius. Vnde de beatis dicitur: hi
ſunt

sunt qui lauerunt stolas suas, & dealbauerũt eas in sanguine agni. Super, quo duo illa verba diligenter notanda sunt, lauerunt, & dealbauerunt. Verbum, lauerunt, significat culpæ remissionem. Et verbum dealbauerunt, significat gratiæ infusionẽ: qua illustrati, ac splendidi remanserunt. Quæ omnia per merita sanguinis Iesu Christi comparantur. Et notandum est tria esse huius veritatis testimonia, quæ diuersa tempora significant. Primum est in Apocalypsi, vbi dicitur. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Aliud est in epistola ad Hebręos, vbi dicitur, Quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit, immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti. Tertium verò, & vltimũ est in prima Ioannis, vbi dicitur, sanguis Iesu Christi filii eius emundat nos ob omni peccato. Ecce quomodo hic sacratissimus Iesu Christi sanguis in effectum ad tria tempora ordinem habet, ad præteritum, scilicet, præsens, & futurum. Nam Christus redemptor noster illum effudit pro præteritis, præsentibus ac futuris peccatis, quia omnia in diuina essentia beatissima eius anima perspexit. Et sic illum pater æternus ante præsentiũ, præteritorũ futurorũq; hominum oculos proposuit, ad cunctorum temporũ salutem. Valde tamen mirandum est Beatum Apostolum hic dicere Iesum Christum ab æterno patre ad ostensionẽ iustitiæ suæ fuisse propositum. Cùm enim certũ sit in omnibus diuinæ maiestatis operibus misericordiam, iustitiamq́ue pariter cõcurrere, (vt inquit D. Tho.) in hoc opere sola Dei misericordia videtur illuxisse, totũq́ue opus vnam misericordiã, absque iustitiæ cõmistione esse apparet. Hic autẽ dicitur Iesus Christus præpositus fuisse ad ostensionem diuinæ iustitiæ. Dico si profundè hęc considerentur hic misericordiam, atque iustitiam in summo gradu reperiri. Misericordia maxima reperitur, quia hoc in nos beneficiũ collatum est. Cùm nobis nullo iure deberetur. Iustitia etiã in summo gradu inuenitur, quia æternus pater grauissimam, ac nimiũ rigorosam in Iesu Christo filio suo de cunctis peccatis vindictam sumpsit. Deus nanq; est pater misericordiarum, & rectissimus iudex, propter quod excogitauit supremum artificium misericordiæ, & iustitiæ, vt summam misericordiam cum summa iustitia conciliaret, & inuenit difficillimi pretij solutionẽ, vt inquit Damascenus. Vnde peccati qualitas apparet, cũ tam rigorosa medicina ad illud curan-

Apo. 1
Heb. 9.
1. Ioan. 1.
D. Tho. 1. p. q. 21. ar. 4
Damas. li. 3 *Ortho. fidei cap. 1.*

34 curā [illegible] opus fuerit. Et tanta pro eo satisfactio facta sit. Etiā hic magnopere Dei patientia reuelatur in eo quod dicit, Propter remissionem præcedentium delictorum in sustentatione Dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, idest, Dicit Beatus Paulus, Peccata digna si sunt, vt statim puniantur in suis actoribus, & peccātes non solùm damnari, sed annihilari etiam merētur. Quia esse, quod eis Deus concessit, in creatoris sui offensionibus occupant cum illi omnibus viribus suis seruiri deberent, Deus autem tali supplicio peccatores punire nō solet vt in Threnis dicitur, Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes eius. Non solum autem nō annihilat, sed peccatorem etiam diu expectat, neminem enim vellet cōdemnari, sed omnes conuerti, ac viuere desiderat. Ideo dicit, Deum mira patiē- *Thre. 3.*
35 tia sustinuisse peccata præcedentium per aduentum filij sui sine punitione, vt ea puniret in Christo, & punita remitteret remissione integra vsque ad introitum cæli: quia iusti ante aduentū Christi gratiam obtinebant: sed non illum effectum, qui erat gloriæ cōsequutio, ad ostensionem iustitiæ in hoc tempore cum Christus passus est, vt sit ipse iustus, & iustificans. Hic magnificat Apostolus Iesum Christum, significans illum verum esse Deum, quando quidem animas iustificat, quod est opus Dei. Vel aliter, vt sit ipse iustus, & iustificans: quia ille, qui promittit, & promissis stat iustus est, quia iustitiam operatur. Duo præsertim Deus inter alia promiserat: alterum erat mors Christi saluatoris nostri, alterū verò erat eius fructus, quæ est iustificatio & glorificatio. Et in his verbis hæc duo adimpleta esse ostendit: quia ipse per sanguinem suū
36 iustificans in promissionibus suis se iustum esse demōstrat. Optimè vos intellexisse oportet, quanti nostra omnium intererat, vt filius Dei, qui infinita singularitate est vnus, & perfectissimus, quatenus homo moreretur. Et hac sententia, quam maledictus ille pōtifex protulit occasionem hāc quærēs, ac dicens, opus esse Iesum Christum mori: alioquin enim rempublicam illam euertendam esse affirmans: non solum principes, sed & vniuersum etiam vulgus contra Christum redemptorem nostrum incitatum est. Nihilq; populū illū magis adeò ab amore, quē pijssimo Domino debebat, quam hæc pontificis sententia segregauit. Vt cognoscatis quantum malum sit malus princeps, & prælatus, quantumq; detrimentū reipublicæ afferat. Maius etenim incōmodum hic male

dictus Caiphas populo attulit, quam vniuersi illius hostes afferre potuerunt.

Dicit vlterius sanctum Euangeliũ. *Hoc autem à semetipso nõ dixit.* Quia Iesus moriturus erat, vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum, idest in vnius fidei, & amoris vnitatem. Nimis autem miserabile est, quod cum vnigenitus filius Dei mortuus fuerit, vt nos in vno amore, ac charitate coniungeret, nos moriamur, vt à fratribus nostris diuidamur, & alij alijs inuicẽ contradicamus.

Dionysius. Quod satis apertum signum est, nos ab ipso Deo longissime distare. D. Dionysius dicit ꝙ sicut lineæ, quæ à centro prodeunt, quò propius centrum sunt, vnde procedunt, eò coniũctiores aliæ alijs sunt. Et quò longius à centro segregantur, eò etiam lõgius aliæ ab alijs recedunt: quod quidem experientia comperiri poterit, si punctum in papyro assignetur, & ab eo plurimæ lineæ circũferantur: sic etiam centrum nostrum est Deus, & nos ab eo quasi lineæ procedimus: & quando in eo per charitatem cõmoramur, etiam nostris proximis per charitatem & amorem vniti sumus: & quanto

1. Ioan. 4 longius à Deo recedimus, tanto magis à proximis segregamur. Et sic B. Ioannes dicit: si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum,

Simile. quem videt: Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? *Los que juegan al tejo,* Scopum terra cooperiunt, & super illum stipulam, aut quoddã lingnum imponunt in signũ, quia scopus nõ apparet, vt illuc iactus dirigant. Qui autẽ non tangit signũ, quod exterius est, quomodo tanget scopum, qui latet interius? Hoc est quod dicit B. Ioannes, Scito frater proximum tuum esse signũ scopi qui est Deus, & quanuis amoris tui iactus præcipuè ad Deum dirigi oportet, quomodo Deum, qui sub fide latet, amare scies, si amoris tui iactus ad proximum tuum, qui est signũ visibile, quod Deus constituit, vt in illud iactus amoris tui dirigas, nescis immittere? Curemus igitur fratres charissimi vt discamus proximos nostros diligere, & cõcordes eis fieri, quia hæc est vna ex rationibus, quare sanctissimus Redemptor noster in cruce mortuus est. Nam si proximis nostris per amorem vniti fuerimus propter ipsius reuerentiam & charitatem, certissimam habebimus gratiam, qua futura gloria comparatur: Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

1 # Sabbatho poſt Dominicam in Pasſione.

Cogitauerunt Principes ſacerdotum, vt & Lazarum interficerent, &c. Ioan. 12.

AGITVR in hoc ſancto Euágelio quomodo Chriſtus redẽptor noſter ingreſſus eſt Hieroſolymam cum illo celeberrimo triumpho, quãdo ab vniuerſo populo cum ramis, & canticis receptus eſt: cum Phariſæi hæc aſpicientes, quibus Dominus honorabatur, diſſecabantur cordibus, & dicebãt: Videtis, quia nihil proficimus: ecce mũdus, &c. Tunc erant illic nonnulli gentiles ſummopere deſiderantes videre clementiſsimum Ieſum atq; cũ
2 eo conuerſari. Cumq; id Andreas & Philippus illi nunciarẽt, reſpondit eis, dicens: *Venit hora vt clarificetur filius hominis. Amen, amẽ dico vobis, niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, &c.* Hoc dixit vt ſignificaret gentium conuerſionẽ ſe prius mortuo faciendam eſſe, quia eis ſua ſacratiſsima morte conuerſionem, iuſtificationemq; promeriturus erat. O cæleſtis metaphora quantoperè miſeros peccatores ad ſpem cohortaris! Hæc enim diuina ſeminatio ab alijs corporalibus ſatis longè diſpar eſt. Nam cum ſemel in ſanctiſsima illius paſsione diuinum illud granum ſatũ fuerit, ſufficientiſsimum fuit, vt ſemper vſque ad ſeculi conſummationem fructum ferret. Et hoc eſt quod Diuus Paulus dicit: Vna enim *Hebræ.10.*
oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Atque hinc obſcuriſsima quædam verba, & maximè neceſſaria intelli-
3 getis, quæ ipſe Apoſtolus dixit, videlicet: Nolo vos ignorare fratres myſterium hoc, vt non ſitis vobis metipſis ſapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret, ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me teſtamentum, cum abſtulero peccata eorum. Dicit beatus Apoſtolus nobis valdè neceſſarium eſſe hoc myſteriũ cognoſcere: ſcilicet, ſi Deus magnam Hebræorum partẽ propter ipſorum perfidiam cadere permiſit, inde maximũ bonum, ſcilicet gentiũ fidẽ abſtraxit: quò hæc ſcientes crebroque conſiderantes cum maiori cautione, & timore viueremus, ne fortè à Deo ſicut, & Hebræi derelinquamur. Atque etiam nobis ſummopere neceſſariũ erat

Roma.11. (margin, beside "getis, quæ ipſe Apoſtolus...")

mysterium hoc nosse vt singulari huic beneficio gratissimi es- mus: nec per sapientiam nostram ad fidei lucem nos peruenisse crederemus. Et dicit quando numerus gentium electarum com pletus fuerit, (hoc enim significat: plenitudo gentium) tunc con uertendos esse Hebræos: & adimplendum esse quod prædixit
Isai. 59. Isaias: Veniet ex Sion, &c. Sed quæritur quis nam sit hic qui venturus est quando Iudæi conuertendi sunt, cùm iam Christus Redemptor noster venerit, eiusque Apostoli sanctum Euangelium iã promulgauerint? quis tam illustre opus facturus venit: siquidem dicit hîc Isaias: Veniet ex Sion, &c. Dico, in his verbis prædictum fuisse ab Isaia Iesu Christi Redemptoris nostri aduentum, & fructum quem effecturus erat. Et sic vult dicere: Veniet, scilicet, Christus ex Sion, quæ est ciuitas Dauid, id est, ex genere Iudæorum ex genere Dauid. Et quanquam Iesus Christus filius Dei iam regnat in cælo triumphans: eius tamen mors semper est præsens, quia semper denuò diuinam legem sicut oportet recipientibus prodest: & ita semper in eis fructificat, si-
Roma. 4. cut dicit idem Apostolus: Credenti in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secundum propositum gratiæ Dei. Dicere fidem reputari ad iustitiam, non est dicere, fidem mereri primam gratiam de condigno. Nam fides est quædam dispositio ad formam, quæ est gratia, & dispositio præcedens nunquam adæquatur formæ, sed dicere hoc, est dicere fidem à Deo tanquam dispositionem quandam (pro sua misericordia) ad iustificationem acceptari, ac si peccator realiter peccato suo æquale donum offerret. Et quod peccator realiter non offert, nec soluit, pro solutione reputatur. Quod si quis huius diuinæ liberalitatis rationem quærat, respondet Apostolus quòd fides reputatur ad iustitiam, secundum propositum gratiæ Dei. Hoc est, quia sic diuina benignitas disposuit miseriarum nostrarum condolens, vt nequis de se, sed de diuina liberalitate glorietur. Hæc vera fides in Siõ fundata est, ibi prædicata, ibi diuulgata, vt dicit Dauid
Psalm. 2. in persona Christi: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius. Et ita cum dicit: Veniet ex Sion Saluator, & Redemptor cum venerit in persona, & nondum venerit in toto populo Israelitico secundum effectum iustificationis, restat vt tandem veniat in effectu, vt recipiatur per fidem viuam. Et sic omnis Israel saluus erit

7 erit. Et hic est legitimus sensus horum verborum: itaque dicit, Veniet ad illos, qui illum nondum acceperunt. Et tunc eum deanò recipiunt, quia tunc venit ad eos eius effectus.

Dicit vlterius. Et hoc illis à me testamentum, &c. Testamentū autore Paulo est vltima voluntas testatoris, vt ad Hebræos dicit: Testamentum in mortuis confirmatum est. Et sic in morte Christi redemptoris nostri vniuersæ promissiones Dei stabilitatē accipiunt, quia omnes per huius mortis merita fiebant: quarum vna erat promissio cōuersionis Iudæorum, sicuti ipsa veritas dixit. Et fiet vnum ouile & vnus pastor, & Regius psaltes dicit. Ædificans Hierusalē Dominus, dispersiones Israelis congregabit. Ecce quo modo manifestè dicit Diuus Paulus vsque ad seculi consummationē cæleste hoc satū fructificaturum esse. Et idcirco initio dixi Hebr. 9. Ioan. 10 Psal. 146

8 Dominum his verbis nos ad spem maximam cohortari. Certum est enim quòd si peccator, qui nimiam in se fragilitatem sentit sciret statim cum ipse peccat pro illo peccato suo filium Dei denuo esse moriturum maximam consequendæ veniæ haberet spem cū talis oblatio pro singulis peccatis suis denuò æterno Patri offerretur. Eandem igitur spem nunc habere possumus, quia tantū profuit illa vna mors, quam saluator noster Iesus Christus pro nobis passus est, si nos ex illa fructū volumus percipere, quàm si pro singulis peccatis nostris sigillatim modò moreretur. O admirabilem Dei largitatē, qui tā abundans remediū peccatoribus voluit adhibere? Quæ cùm ita sint dilectissimi fratres per reuerentiā huius diuini Domini, qui nos tanto amore cōplectitur, vos rogo, ne huius cælestis segetis fructus disperdi patiamini. Siquidē illos nūc abū-

9 dantissime colligere potestis, quibus in sempiternū locupletemini. Totam hāc admirabilē doctrinā docuit magister veritatis occasione illorū gentilium, qui eum videre, & cum illo conuersari cupiebant. O quāta est hęc nobis confusio, vix enim est, qui diuinā hanc conuersationē desideret? ò quot mysteria, & veritates cognosceremus, si per meditationē cælestiumq; rerum contemplationē cum hac humanata sapiētia cōuersaremur? Iubebat Deus in veteri lege vt pisces, qui nō haberent alas, immundi haberentur: quales sunt anguilę, & murenę, quia ij pisces semper in aquis submersi innatant: qui verò alati sunt, aliquando natant, aliquando vero in altum prosiliunt, quasi extra aquā volent. Sic sunt inter homines nonnulli, qui tēporalibus rebus semper submersi sunt, nec ma Leui. 11

gis Dei, cælestiúmq; rerũ recordãtur, quã si essent lapides: alij sunt quasi pisces alti, qui ita temporalibus necessitatibus occurrũt, vt quãuis certis tẽporibus in his aquis innatẽt: tamen quoad magis possunt ad cælestẽ Dei contemplationẽ, conuersationemque eriguntur. Vnde sanctus Theodoretus iustos aptissimè animalia alata vocat: quia licet quasi terrestria animalia cum hominibus conuersentur, non solum, vt pisces, sed etiam vt aquilæ ad diuinarum rerum contemplationem euolãt. Ex his erat B. Paulus, qui dicit, siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis, idest aliquando nosmetipsos superantes in admirabilem contemplationẽ euolamus: vbi altissima mysteria erudimur: & postea nõ omnia, quæ sentimus, vos docemus, sed illud solũ, quod humilitas, & abiectio mentis vestræ exposcit. Et non solum in hac diuina cõuersatione iusti illuminantur: sed recreãtur etiam, & spiritualiter cõsolãtur. Hoc significauit Deus per Isaiam, dicẽs. Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blãdiatur: ita ego consolabor vos. O suauissima, atque dulcissima verba. Quod est adeo durum marmor, quod talibus indulgentijs, ijsque suauissimis verbis non mollesiat, illorumq; particeps esse nõ desideret? Et magnopere notandum est antea dixisse ipsum Deum: Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam? Si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? Si, idest non ero sterilis. O ineffabilẽ Dei probitatem: Quid Domine, non sufficit, quòd me ad vbera tua lactes, sed vis etiam me in ventre tuo portare? Attendite quibus delicijs afficitur infans cum est ad vbera genitricis suæ, & super eius genua sedet, quàm dulcibus verbis illũ alloquitur, ita vt eum in viscera sua includere velle videatur, dicitq; ei, mi Dux, mi Rex, mi Imperator, quid faciam tibi? Non hoc profectò contentus est Deus, sed plus hic dicit, & clarius etiam dicit, Audite me domus Iacob, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Quos (inquit) in ventre meo baiulo, vt mihi benefaciens non possim non vobis benefacere, & indulgere. Nam sicut mulier prægnata, licet nolit, non potest non educare, & alere fœtum, quem in ventre portat, sic etiam ego (ait Dominus) vos aliturus, vobisque benefacturus sum: quia in visceribus meis vos fero. O quã admirabilis exaggeratio est hæc, quid vobis videtur fratres mei, quàm optimum Deum habemus, & quam stulti sumus, qui negligentia nostra tanto bono non fruimur,

Theodoretus

2.Cor.5.

Isai 46.

13 mur, etiam in hoc ſeculo? O miſeri, ac cæci filij Adæ, & quàm re-
pente adueniet tempus, cùm vos tantæ ignauiæ pœnitebit, & for
taſsè erit, cum vobis nihil iam proſit. Aliter quidem faciunt illi,
de quibus paulò antea loquebamur: qui tam ardenti Dei amore
capti ſunt, vt tempus, quo cum Deo, aut de rebus diuinis non
agant, perditum eſſe ducant. Et quamuis cum eo diu conuerſen-
tur adhuc diutiùs conuerſari deſiderant. Et hoc eſt ardentiſsimũ
illud deſiderium, quod inflammatiſsimis quibuſdam verbis ſpõ
ſa reuelauit, dicens: Quis mihi det te fratrem meum ſugentem *Cant. 8.*
vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te, & iam
nemo me deſpiciat? Apprehendam te, & ducam in domum ma-
tris meæ. In his omnibus mirabilibus verbis detegitur ardentiſ-
ſimum deſiderium animæ, quæ in virtutis, & perfectionis ſtu-
14 dio nimium profecit: quæ quidem ne minimo temporis ſpacio
in re aliqua, niſi in diuina conuerſatione vellet occupari. Sicuti *Simile.*
virgines liberè poſſunt ad fratres ſuos accedere cum ſunt infan-
tes, & ad vbera matris ſuæ commorantur, & paſsim illos ample-
ctuntur, millieſque deoſculantur, & nunc extra, nunc intra do-
mum ſemper quocunque vadunt illos in brachijs portantes, eos
abſque vllo pudore oſculantur, quia illud à nemine vitio vertitur,
nec ipſæ hoc facere erubeſcunt. Hęc igitur omnia ſignificat quod
facere deſiderant, atque etiam quod faciunt animæ, quæ maxi-
mo Dei amore captæ ſunt ſemper & vbique clam, & palam de
Deo, & cum Deo loqui, & in omnibus ſe Dei amicos profiteri,
atque hoc tam verbo, quàm opere demonſtrare. O quis in tan-
tum perfectionis gradum perueniret, atque cum Deo conuerſa-
15 tionem illam haberet, quam habet virgo cum fratre ſuo infante,
& tenero, qui in genitricis ſuæ brachijs commoratur. Ecce fratres
chariſsimi hos duos ſacræ Scripturæ locos: in quorum altero iu-
ſtus quaſi infans in brachijs ac viſceribus matris ſuæ poſitus: in al
tero verò idẽ iuſtus tãquam virgo, quæ fratrem ſuum tenerũ deo
ſculari, atque amplexari non ceſſat, repræſentatur ſignificando
per hunc infantem potentiſsimum Deum. Et hi ita ſuper faciem
terræ viuunt, vt de eis dicat Iſaias. Et erit Sabbathum ex Sabba- *Iſai. 66.*
tho quia de requie mentis homo peruenit ad requiem æternita-
tis: per vnum paradiſum ad alium pergit. O infœlices pecca-
tores, qui per vnum infernum in alium vultis ire? Vita enim an
xia, & laborioſa quam propter paſsiones veſtras ducitis infernus

 eſt

est, per quem ad alium sempiternum infernum iter facitis.

Vnum autem ex illis, quæ in hac re summoperè lachrymãda sunt, hoc est; quòd sicuti tunc Iudęi, etsi populus erat electus à Deo, illisque Messias sæpenumerò promissus fuerat, atq; in scripturis, quas ipsi quotidie perlegebant, prædictus erat: tamen eũ interficere intendebant. Et quo tempore hoc sacrilegum facinus in corde suo proposuerant, gentes quærebant modos, ac rationes vt ad Dominum videndum, atque alloquendum accederent, atque ad hoc sacros Apostolos intercessores proponebant. Sic modo propter peccata nostra, qui maioribus Deo beneficijs deuincti sunt, sicut viri eruditi, & ecclesiastici, quique Deum maiori honore colere tenentur, atque cum eo frequentius debẽt conuersari, fortassè plurimi illorũ sunt, qui ei negligentius seruiunt, multi verò pauperculi, qui tantam dispositionem non habent, nec etiam tanto beneficiorum numero deuincti sunt: hi rationes quærunt, quibus hac diuina Domini conuersatione perfruantur. Accedentibus sanctis Apostolis, vt hoc gentilium desideriũ Domino nunciarẽt, respõdit Iesus, dicens: V*enit hora vt clarificetur filius hominis*. Textus Græcus in hoc loco dicit: Vt glorificetur. Vbi sacratissimam mortem suam, glorificationem suam appellauit, quia eius gaudium, & gloria erat pro hominum salute, atque pro æterni Patris obedientia mori. O benedictus, & glorificatus sit talis Redemptor, ac Magister! quid pro nobis non faciet, aut quid nobis denegabit, qui tam atrocem mortem gloriam vocat? Tu verò ô miser homo pro hoc optimo Domino, ne mininum quidem laborem patienter nosti perferre. Notandum autem est maximè cum nondum eius mortis hora aduenerit Dominum dicere, illam iam preterijsse. Venit (inquit) hora. Iam transacta est hora. Mysterium verò hoc est: quia in sacris literis quod certò faciẽdum citò esse cognoscitur, pro facto reputatur. Omnes res huius seculi tam prosperas, quàm aduersas, quia certo scimus celeriter esse transituras oportet nos quasi iam præteritas ęstimare. Et sic

1. Cor. 7. Beatus Paulus, cum dixisset: Hoc itaque dico fratres, tempus breue est: subdidit statim, dicens: Reliquum est, id est, sequitur ex hoc, vt & qui habent vxores tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquã non gaudentes. Et qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur: præterit enim figura mundi huius. Admonet sanctus Apostolus, vt om-

nes

19 nes res huius ſæculi, ſiue ſint dulces, ſiue amaræ quaſi præteritas illas iudicemus: cum tam cito tranſituræ ſint. O quam cęleſtis doctrina, & quàm vtilis illi, qui ex ea vult fructum percipere. Quis propter famem, aut neceſsitatem Deum offendet, cùm cras neceſsitas hæc, & vita finienda ſit, illíque Deus propter huius laboris tolerantiam æternam gloriam largiturus ſit? Aut quis ſæculares voluptates, & honores æſtimabit, quibus cras finis imponendus eſt, ſiquidem hęc omnia ęternis tormentis perſoluenda ſunt? Hanc ipſam rationem reddidit Beatus Ioannes. Ne propter res terreſtres homines condemnarentur, dicens: Nolite diligere mũdum, neque ea, quæ in mundo ſunt: & mundus tranſit, & concupiſcentia eius. *1. Ioan. 2*

Dicit Diuus Ioannes: Mundum in tranſitu eſſe, quia ſi hoc parum temporis, quod duraturus eſt ſtabile, ac firmum eſſet, non eſſet mundus tam dignus execratu. Verum hæc parua firmitas, quam vnaquæque res huius ſæculi quantumcunque decora, ac pompatica ſit, habet, nos ad eius odium ſummopere incitat. Ideò meritò hic mundus anthliæ comparatur, quæ Hiſpanè dicitur (*Noria*) in qua eſt rota, quam verſat iumentum cæcum: & in illa rota ſunt quædam vaſa fune alligata, quæ cum aſcendunt, plena ſunt aqua, ex qua magna pars effunditur, & vna poſt alia apertis oribus ordinata procedũt, & vas quod inferius eſt, aquam ſuperioris abſorbet, & ſic cuncta aſcendunt quouſque ad ſummitatem rotæ peruenitur. Et vbi primum ad ſummitatem perueniunt, cuncta aquam effundunt, & deorſum vacua reuertuntur, & quæ antea ſuperiora aſcendebant, nunc inferiora deſcendunt,
21 & ſic abſque vlla ceſſatione volutantur. Ecce imaginem quandã mutabilitatis huius mundi, in quo verſamur quaſi in rota, nũc ſublimes, nunc infimi, nunc diuites, nunc pauperes, nunc nobiles, nunc ignobiles. *Simile.*

In hac anthlia videbitis homines quaſi vaſa omnes cupiditatis honoris, atque diuitiarum fune alligatos, qui omnes huc, atque illuc cæco paſsionis ſuæ iumento deducuntur. Videbitis eos aſcendentes aqua temporalium honorum plenos: etſi licet nolint magna huius aquæ pars eis effunditur, quia non omnia ſecundum voluntatem eorum fiunt, & qui inferiores ſunt apertis oribus aſcendunt, vt ſuperiorum aquam deuorent: deſiderantes ac dicentes, ò vtinam Canonicus ille moreretur, vt ego eius Canonicatũ

obtinerem. O ſi Epiſcopus ille moreretur: vt ego eius Epiſcopatui præficerer: & ſic aſcendunt, vſque ad faſtigium, & quando ſe ſecuriores eſſe arbitrantur ſupplantationem eis mundus demolitur, infortuniumque aliquod eis accidit, & ſic tota illis aqua effunditur, cùm à ſummitate illa in qua conſtituti erant, excidant.
Pſalm.36. Sicut ad literam dixit Dauid his verbis: Inimici Domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient. O quam elegans ſimilitudo. Proprium etenim eſt fumi ſicut quotidie experimur: quod quando in aere maior & extenſior eſt, tunc fini ſuo propinquior eſt: & tunc citius deficit & euaneſcit, & vaſa illa anthliæ, quæ antea aquæ plena in ſublimiori loco aſcendere videbamus: nunc in humiliori, atque inferiori deſcendere conſpicimus, id eſt, ab eis quos antea opprimebant, quibuſque dominabantur: & tyrannide conterebant, ab ipſis nunc opprimi, ac conteri experimur. Quæ ſiquidem tam velociter tranſitura ſunt, & hoc modico tempore, quod durant, tam parum ſtabilitatis habent, maximæ prudentiæ erit, illa tanquam præterita iudicare. Labores etiam, quando eis oppreſſi fueritis: ſiquidem quod in præſenti eſt, momentaneum eſt, & leue etiam iam præteriiſſe arbitramini quandoquidem citò finis eis imponendus eſt. Atque vt nos hoc Dominus doceret, dixit: *Venit hora cùm nondum acceſſiſſet.*

Et poſtquam hîc ſe moriturum eſſe dixerat: ad redemptionis fructum donandum dicit. *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur.* Ne illum ſolum omnia, quæ ad ſalutem noſtram ſpectant, facturum eſſe arbitraremur. Atque etiam dicit: *Qui odit animam ſuam, perdit eam, &c.* Res eſt ponderatu digniſsima, quòd deſinat Deus à bruta animantia appetitibus ſuis abſque vlla moderatione perfrui, ceruo ſcilicet, concedat Deus, vt virides herbas carpat frigidaſque aquas potet, cæteraque animalia ad libitum abſque contradictione viuere permittat: ſoli autem tam perfecto animali præcipiat, vt ſemetipſum odio habeat, ieiuniiſque atque ciliciis ſe ſe inhumaniter tractet: ſuique ipſius ſit carnifex, & in mœrore, atque amaritudine vitam ducat. Profectò iſtud non intelligo. Dico omnia à Deo non brutis quidem, ſed hominibus creata:
Pſalm.8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues, & boues vniuerſas inſuper, & pecora campi, volucres cæli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Et in ſtatu innocentiæ vniuerſis rebus

25 bus frueretur homo absque vlla taxi quandiu sanus erat, præter arborem vnam, & hoc solummodo, vt Deum homo Dominum esse cognosceret. Veruntamen, quia per peccatum infirmati sumus videns Deus homines adeò infirmos appetitumque nimis effrænatum, eo quod originalis iustitiæ frænum eis deerat opus fuit, vt diuinus medicus nos à cibis cohiberet, atque parcitate, & inedia nos aleret: & ita nobis præcipit, ne quandocunque libet comedamus, ne aspiciamus, ne loquamur, ne denique ad libitum delectemur: sed cum dięta vitam ducamus, siquidem infirmi sumus. Idcircò vult vt pœnitentia affligamur, quin aliter in infirmitate moriemur: sicuti ægro, qui non obseruat diætam, febris accrescit, & in maximo mortis periculo versatur.

O quam maxime vellē, vt hoc profunda animi cogitatione vol-
26 ueretis, vt videntes quàm pleni proprio amore estis, & quantopere voluptates vestras diligitis, pudore confunderemini: atque perditionem, qua vos hic Dominus comminatur, timeretis. Si enim granum tritici, absque eo quòd moriatur nullum fructum ferre potest: quem fructum feret palea, quam propter leuitatem huc, atque illuc ventus deducit? Desinite igitur fratres mei vanitates istas, & curate effici sicut granum tritici, quod in altum erectum non remanet in aëre, sicut palea, sed statim in terram procidit. Sic quò mundus pluris vos fecerit, & altius erexerit, curate magis abijci, & humiliari.

Dictis his rebus addidit Dominum dicens. *Nunc anima mea turbata est.* Et incipit æternum Patrem exorare, sicut qui norat quantam perturbationem fragilibus cordibus hæc doctrina esset alla-
27 tura, scilicet, quòd qui eum sequi voluerint oportet eos per crucis viam iter facere, per quam ipse Dominus ambulauit, & pro omnibus nobis orauit, vt patris auxiliū impetraret, atque vt nos doceret ad quem in necessitatibus nostris cōfugere debeamus, ne in eis deficiamus.

Et vlterius addit Dominus dicens. *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps mundi huius ejcietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Vt ij, qui eum sequuturi sunt, vndique confortentur: siquidem cum iam deuictis hostibus certamen habituri, & ab hoc diuino Domino, qui eos antecedit, attracti iter facturi sunt. O maximam ignauiam nostram, si nunc à prostrato, atque deiecto hoste nos permittimus

superari

Iob. 41 superari. Nam etsi diabolus magnas habet vires sicuti dicit Iob. Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, veruntamen nihil amplius facere poterit, quàm quod illi Deus permiserit.
3.Reg. 13. Exijt Leo, qui interfecit prophetam venientem Bethel, quia præceptum Domini violauit: nec vero corpus eius, aut iumentum in quo veniebat, tetigit sicuti ibidem dicitur, quòd venit alter propheta, & inuenit cadauer eius proiectum in via, & Asinum, & Leonem stantes iuxta cadauer. Non comedit Leo de cadauere, neque læsit Asinum, O rem mirabilem, quòd Leo famelicus iuxta cadauer, & Asinum stans neutrum attingat, quia non habebat Dei facultatem, nisi ad prophetam occidendum. Licet insatiabilem famem diabolus habeat deuorandi homines, & eos si posset in instanti deuorare vellet, non tamen capitis sui capillum absque Dei facultate attinget. Et postquam Dominus mortuus est, dæmonemque superauit, etiam securior res est. Verum quæ-
Augus. sermo. 197. de tẽpore. rit Beatus Augustinus. Si ligatus est, quare adhuc tantum præualet? Verum est (inquit) fratres charissimi, quia multum præualet, sed tepidis, & negligentibus, & Deum in veritate non timentibus dominatur. Alligatus est enim tanquam innexus canis cathenis: & neminem potest mordere, nisi eum, qui se illi mortifera securitate coniunxerit.

Videte iam fratres quàm stultus est homo ille, quẽ canis in cathena positus mordet. Tu te illi per voluptates, & cupiditates sæculi noli coniungere: & ille ad te non præsumet accedere. Latrare potest, solicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, neque extorquet, sed petit. Magnæ etiam est fragilitatis, & stultitiæ ho- 30 minem se superari permittere: non solum quia hostis alligatus est: sed etiam, quia maximum in cruce, ac vulneribus Domini
Canti.2 habemus subsidium, quod nos inuitat, dicens. Columba mea veni in foraminibus petræ. Videte quomodo columba in foraminibus petræ sese à nisis defendit. Multo equidem tutius sese potest anima à cunctis diabolis in sacratissimis Domini vulneribus
1.Pe.4 defendere. Idcirco Beatus Petrus dicit. Christo igitur passo in carne: & vos eadem cogitatione armamini. O quam fortia sunt arma, animam considerare se in Domini latere inclusam commorari, & considerare illum acerbissimam illam mortem pro peccati euersione tolerasse, Quomodo cum hac consideratione

peccatum

31 peccatũ intra se audebit admittere? Si exaltatus fuero à terra, om
nia traham ad me ipsum. O Christe dulcissime animarum nostra
rum amor, quomodo cum verum sit te iam in cruce exaltatum
fuisse nos omnes post te non trahis? Quia (inquit) vos ò peccato-
res, ita peccatorum funibus vos deuincitis, secularibusque affe-
ctionibus alligatis, vt post me venire nolitis. Attende ò peccator
quòd potes dicere cum Dauid: Funes peccatorum circumplexi *Psalm. 118.*
sunt me. Quemadmodum capistrarij accipiunt linũ, & illud nẽt *Simile.*
retrorsum recedentes: & quo magis retro regrediuntur, eò maio-
rem funem confectum relinquunt: sic etiam tu ò peccator retror
sum semper incedis, de malo in peius regrediens. Alienati sunt
retrorsum, dixit Isaias: Et quò magis sic nes, eò maiorem funem *Isai. 1.*
efficis, quo te illigas, atque ita implicas vt post Deum tuum no-
32 lis abire. O Domine animæ meæ hos mihi funes dirũpe, quibus
alligatus sum, atque in me diuinum hoc verbum compleatur, me
ad te quasi magnes attrahe. Quòd si ego impedimento sum quo-
minus hoc fiat, deuinci tu manus meas: amodò enim illas, corque
meum tibi trado, vt omnia in tuo sancto ministerio occupentur,
quò sic gratiam tuam mihi concedas, meque ad cælestem gloriã
perducas, Amen.

Dñica in ramis Palmarum.

1 *Cùm appropinquasset Iesus Hierosolymis, & venisset
Bethphage ad montem Oliueti, &c.* Matth. 21.

REFERTVR In hac sancti Euangelij le-
ctione, illustrissimus quidam triumphus, quo
æternus Pater dilectissimum filium suum ad
huc in mortali carne existentem honorauit:
siquidem in ea passurus erat. Fuit autem hic
triumphus perfectissimus, atque honorificen
tissimus omniũ, quibus vniuersi mundi Prin-
cipes, & monarchæ honestati sunt. Quòd si quis quærat, quare
totius humilitatis Magister cum tanta maiestate, ac tam celebri
laudum

laudum præconio Hierosolymam introire voluerit? Ad huius quæstionis responsionem oportet notari originem, & fundamẽtum totius boni nostri in Dei, eiusq́ue probitatis, charitatis, ac misericordiæ cognitione consistere. Quam cognitionem adeò hominibus necessariam iudicabat D. Paulus, vt illam nobis ab æterno patre flexis genibus instantissimè flagitaret. Et sic dicebat. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi: ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur, vt det vobis Christum habitare per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, & fundati: vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Scire autem supereminentem scientiæ charitatem Christi; vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.

Ephes. 3.

Exoptabat sanctus Apostolus, vt longitudinẽ probitatis Dei, amplitudinem charitatis, celsitudinem maiestatis, profunditatemq́ue sapiẽtię eius cognosceremus. Hac enim cognitione charitatis ardore formata fieri solet, vt omnium donorum Dei participes efficiamur, & omnibus pijs eius affectibus repleamur. Et idcircò dicit. Vt impleamini in omnẽ plenitudinẽ Dei. Nec verò solum desiderabat, vt hoc sciremus, sed addit etiam, dicens: Scire autem supereminentẽ, &c. id est, precor etiam Dominum, vt magnitudinem dilectionis Christi vobis aperire dignetur, quæ omnem humanã & Angelicam superat sapiẽtiam. Tantus fuit amor quo nos dilexit: & adeò pro nobis mori desiderauit, tamq́; solennem festiuitatem suam propter nos pati iudicauit, vt ad mortem cum canticis, & triumpho ire voluerit. O ineffabilem filij Dei erga homines amorem. O quàm necessaria res est huius amoris magnitudinem cognoscere, vt talem, ac tantum amorem tanta obliuione persoluere confundamur: pręcipue cum tanto studio terrenas immunditias diligamus. O quam affectuose de hoc queritur Deus per Oseam dicẽs. Vade, & dilige mulierẽ dilectam ab amico, & adulterã, sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi diligunt vinacia vuarum. Qui propter pecuniã falsum iuramentũ dicit: qui pro carnali voluptate Deũ relinquit: hic vinacia magis quàm Deũ diligit. Quomodo igitur non erubescimus tam fidelem amatorem nõ diligere, qui vt amorẽ, quo eius diuinũ pectus ardebat, melius reuelaret cum tam celebri, ac glorioso triumpho ad mortẽ voluit properare? Atque vt patientiam, & mansuetudinem, qua pro-

Osea. 3.

5 prō nobis moriturus erat, significaret, voluit hunc triumphum sedens in asina accipere. Quando Deus magnum aliquod circa homines operari vult: solet in instrumentum accipere rem aliquam, quæ illud, quod vult facere significet. Quando venit daturus legem timoris Moysi, descendit in montem, qui fumigabat, ardebat, fulguribusque, ac tonitruis homines deterrebat. Omnia illa designabant, legem illam esse legem timoris. *Exod.19*
Quando ipse apparuit Moysi in rubo ardenti, & tamen incombusto, & qui non consumebatur, significauit Hebræos ab Ægyptijs persecutionibus affligendos, atque concremandos, non tamen esse consumendos. Quando Spiritus sanctus in sacros Apostolos in forma ignearum linguarum descendit, significauit illos in vniuerso mundo prædicantes, ac docentes hominum corda *Exod.3.* *Act.1.*
6 diuino amore inflammaturos esse. Sic etiam nunc, cum ad summos dolores, summa cum patientia perferendos veniret, voluit super asinam venire, quod est patientissimum animal, quodque lignis cæsum, fame fatigatum pondereque oppressum, nec queritur, nec hinnit, nec calces tollit. Vnde vt Dauid obedientiam, patientiamque suam significaret dixit; vt iumentum factus sum apud te. *Psal.72.*

Vt in hoc tam humili equitatu introiret, *Misit duos ex discipulis suis, & dixit eis. Ite in Castellum.* Ipsique præceptum eius adimplentes adduxerunt asinam, & pullum, *& imposuerunt super eos vestimenta sua.* Tantūmodo præcepit eis Magister humilitatis, vt animalia illa adducerent: ipsi vero plus faciunt, quàm Dominus præcepit eis: nam pallijs suis illa cooperiunt, ac exornant:
7 quia in ijs, quæ ad Dei ministerium spectant, non solum ea quæ nobis præcipiuntur nos facere oportet, sed multo etiam plura. Dicit Deus, ne aliena bona diripias: non diripiam Domine, imo vero de bonis meis pauperibus aliquid impertiar. Dicit Deus, ne plures, quam vnam vxorem habeas, Dic tu: etiam Domine propter te castitatem obseruabo, nec ducam vxorem. Præcipitur nobis Dei nomine, Quadragesimam ieiunare, faciam vtique Domine, atque aliquot etiam dies pane tantum, & aqua ieiunabo, & Sabbathis etiam, atque ferijs sextis totius anni abstinebo, vt miseram hanc carnem mortificem, spirituiq; subijciam. Præcipitur nobis, vt quotannis in Paschate Resurrectionis facta prius peccatorum expiatione ac confessione ad sacrosanctum Iesu

Iesu Christi corpus sumendum semel accedamus: tu vero singulis diebus examinata cõscientia quindenis diebus ad confessionem accede, & singulis mensibus sanctissimum Eucharistiæ sacramentum assume, & si fieri posset perfectius est quindenis diebus sacratissimum altaris sacramentum sumere, & octonis diebus peccata expiare: & crebrius ex hoc ineffabili beneficio fructum percipere. Iubetur nobis diebus festis rem sacram audire: non hoc solum quidem faciam, verum & quotidie curabo illam audire, meque & familiam meam illic Domino offeram. O beatos illos, qui euigilant in quærendis modis, ac rationibus, quibus Deo magis placeant, nec contenti sunt ea solummodo, quæ eis præcipiuntur, facere, sed multo etiam maiora faciunt. Verum, ò quantum est hîc lachrymandum? O miseros nos, quã parci, atque ignaui sumus in hoc, quamq̃ue diuinæ voluntati rebelles? O quanto cum dolore querebatur Deus de hoc per Hieremiam, dicens. Hæc est gens, quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, neque recepit disciplinam. Singulæ nationes habent peculiaria ingenia: aliarum enim nationum homines sunt fideles, aliarum perfidi, aliarum quasi pueri inconstantes, aliarũ pertinaces, alij cholerici, alij flegmatici: homines vero nationis meæ, ait Dominus, ijque qui sub Euangelio meo viuunt, peculiare quoddam inter cæteras alias nationes ingenium habent. Ecquod est hoc ingenium Domine? Quod habent (inquit) Deum, & illi tanquam Deo non obtemperant. Notandum est hanc fuisse maiorem repugnantiam, & contradictionem, quam sacrosanctum Iesu Christi Euangelium in toto terrarum orbe habuit, scilicet maximam fidelitatem gentium erga Deos suos: & propter hanc marmoreas, ligneasq́ue illas statuas, quas vt deos venerabantur, relinquere nesciebant. Vnde dicit Zacharias, Videbit Ascalon & timebit, & Gaza, & dolebit nimis, & Acharon, quoniam confusa est spes eius. Amplectentur (inquit) Deos suos, & dicent. Nunquid fieri potest hunc iam amplius Deum meum non esse futurum? O quantæ confusionis est videre fidelitatem maximam, atque obedientiam gentium, erga lapides illos, quantoq́ue dolore afficiebantur eos deserentes, & animaduertere, quam modicam fidelitatem, atque obedientiam, erga nostrum verum ac æternum Deum obseruamus: & quam sine dolore, atque etiam gaudentes, ab eius consortio separamur. Et super omnia nimis miserabilis est via prom-

Hiere. 7.

Zacha. 9

11 Promptitudo, quam malè operantes diabolo obedimus. O per charitatem huius optimi Domini vos rogo fratres charissimi ne deinceps ita fiat. Attendite quid singulis vobis dicit Spiritus Sanctus his verbis: Non ventiles te in omnem ventum: & non eas in omnē viam. Esto firmus in via Domini, & prosequatur te nomen pacis, & iustitiæ. Diligenter pensate verbum illud ventiles. Sunt quippè nonnulli homines, quos mundus, aut diabolus ad omnes ventos conduxisse videtur: sunt quasi homines conducti quos Hispanè dicimus (*Estafetas*) Sathanæ, qui nullum est iter, quod non faciant. Si eos vis ad murmurandum, murmurabunt, si vis vt te in Dei offensione defendant, etiam per istam viam pergent: si vt te in iniuria vlciscenda adiuuent; optimè sciunt istud iter: nullus est ventus, quo non ducantur, semper in promptu sunt, nulla est via Eccles. 5.
12 peccatorum, quam optimè non cognouerint. O miserrimos homines quàm perditi atque dissoluti estis; Hi sunt nuncij infernales, & duces præparari filijs perditionis. Ne igitur ventiles te in omnē ventum. Desere frater charissime viam istam, in quam ambulas, & ad Dei tui obedientiam conuertere.

Et eum desuper sedere fecerunt. Equitando, & celerrimè voluit humillimus Dominus cæli, & terræ honorem hunc accipere. O quātopere nos in hoc etiam illum oportet imitari: cum sæculares honores tam periculosi sint. De canibus AEgypti dicitur, quòd cum iter faciunt iuxta ripam Nili si fortè ex fluuij illius aqua bibunt, velocissimè hoc faciunt, hîc vnum, & illic alium haustum accipiunt & semper currentes præ timore, quia si sisterent, vt lenter biberent fortassè aliquis crocodilus à fluuio exiret, qui eos deuo-
13 raret. Multi enim in illo fluuio sunt. Vnde inter eos exijt prouerbium: esto sicut canis per Nilum, hoc est, nimis accelera. O immensam Dei probitatem, qui talem brutis animantibus donauit instinctum. Nè patiamini fratres mei vt canes vobis excedant, siquidem intelligitis in honoribus, ac pompis, fauoribusq; huius sæculi tot esse pericula ad perdendas animas: quicquid ex aquis istis biberitis sit cum magno timore hic vnum, illic alium haustum accipientes, & celerrimè prætereuntes, nè vobis occasioni sint cœlestem illam, atque sempiternam gloriam amittendi.

Plurima autem turba. & c. Vsq; ibi. *Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini.* Idest, in loco, & maiestate patris. Quia Christus redemptor noster fecit, dixit, & docuit omnia, quæ

æternus pater faceret, diceret, ac doceret si in humana carne veniret. Vnde ipse Dominus dixit Philippo: qui videt me videt & patrem meum, id est, cogita quòd videns me vides & patrem meum, quia omnia, quæ ego facio & ipse faceret, si humanam carnem assumeret. Osanna declarauit interpres quidam significare: dato ei Domine victoriam. Atque optimè congruunt hæc verba negotio, quod Dominus suscepit. Nunc etiam tota hac quadragesima Diuinus hic Dominus cum peccatore in palæstram descendit: omnes igitur deprecemur, vt victoriam consequatur. Victoriam quidem ex morte mundo, & inferno reportauit quia contriuit portas ferreas, & vectes ferreos confregit. Peccator verò ei non subigetur? Angelus cum Iacob colluctatus est &tandem se ab illo superari passus est: quia lachrymis, & precibus luctabatur: lachrymæ verò, & preces Iesu Christi filij Dei non proficient te prosternere, & superare? ô durissimum marmor quousque tandem in ista pertinacia remanebis? oremus ergò dicentes, Osanna vt peccator Christo Iesu confligenti cedat. Vna ex rebus in hoc celeberrimo Domini triumpho, notatu dignissimis fuit, quòd etsi omnes in eius ministerio occupabantur: non tamen omnes vni, eidemque exercitationi intendebant: quia *Plurima turba strauerunt vestimenta sua: alij autem cædebant ramos de arboribus*. Non vnum ab omnibus Deus ministerium petit, sed ab vnoquoque secundum status sui conditionem. Non exposcit ab equitibus, & viris primarijs ministerium Ecclesiasticorum, nec à viris habentibus vxorem seruitutem monachorum petit. Et hoc est quod Beatus Paulus dicit. Diuisiones ministrationum sunt; idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus: sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa ita & Christus. Et clariùs hoc dicit his verbis: sicut enim in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. Quapropter ego vobis commendo fratres charissimi, vt vnusquisque vestrùm attendat in quo statu à Deo constitutus fuerit, & ea consideret, quæ in illo facere tenetur illaque feruentissimè, atque efficacissimè exequi curet. Nam vna ex maximis miserijs, quæ nunc in orbe terrarum sunt, est singulos homines secundum status sui conditionem non viuere. Quondam

Ioan. 14.
Psal. 116.
Gene. 32.
1. Cor. 12.
Roma. 12.

17 lamentabatur Sanctus Hieremias magno cum dolore reipublicæ
suæ dissolutionem, & credo nunc non minorem nobis occasio-
nem esse plorandi. Attendite quid lachrymans dicebat, & cog-
noscetis quomodo nos etiam attingat. Quomodo (inquit) obscu- *Thren. 4.*
ratum est aurum, mutatus est color optimus: dispersi sunt lapi-
des sanctuarij in capite platearum. Filij Sion inclyti, & amicti au-
ro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum fi-
guli? sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos
suos: filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. Paruuli
petierunt panem: & non erat, qui frangeret eis. Qui nutrieban-
tur in croceis, amplexati sunt stercora. Et maior effecta est ini-
quitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in
momento. O incommutabilis Deus quanti doloris plenas res hic
18 dicit Sanctus Propheta. Priùs prælatos lamentatur, ô quomodo
antiquæ charitatis aurum obscuratum est? Animaduertite vtrùm
hoc etiam in nobis possimus deplorare? Date nunc mihi præla-
tum sicut Beatum Ambrosium, Beatum Augustinum, Beatum
Gregorium, ac Beatum Martinum: omnia iam permutata sunt.
Plorat deinde lapides sanctuarij, qui sunt religiosi viri Deo di-
cati. Videte vtrùm hoc nunc possimus lamentari? vbi est feruor,
affectus, deuotio, & recollectio antiquorum patrum? omnia
etiam commutata sunt. Deplorat tertiò filios Sion, qui e-
rant cæteri Ecclesiastici viri. Filij Sion: quæ est specula significat
in Hebræa phrasi viros maximè solicitos in proximorum suorum
custodia. Attendite quàm meritò nunc parochos, rectores, prio-
resque atque cæteros Ecclesiasticos viros possimus deplorare, qui
19 quondam quasi speculatores summa cum vigilãtia, charitatis etiã
auro cooperti proximos suos custodire consueuerant. Nunc au-
tem plurimi eorum effecti sunt quasi vasa fragilia, quia nimijs
negotijs, & sæcularibus solicitudinibus tanquam vasa quæ plu-
rimis volutationibus, ac gyris conficiuntur, redditi sunt. Quar-
tò tandem lamentatur reges, & potentes huius sæculi dominos,
& omnes, qui habent subditos dicens: sed & lamiæ, &c. Lamias
dicit Beatus Hieronymus esse animalia, quæ hominis habent fa- *Hieron.*
ciem, cætera verò membra bruti animalis. O viri nobiles huius
sæculi vos estis quasi lamiæ, apparentiam hominum habentes,
nomina illustria, sublimia, & magnæ maiestatis: mores autem
bestiales, & obscuros. Hi detegunt mammas magna tributa subdi-

[illegible] & equos alant, famulosq; suos sustineāt. Ho[c]
flebat sanctus Propheta in illo tempore: considerate verū satis ag-
nè nūc idem plorari posit? Quis hospitalia cōstruxit? quis locuple-
tissima monasteria dote donauit? quis sumptuosa tēpla maximis
vectigalibus munita erexit, nisi antiqui principes, ac domini? Prin-
cipes autē huius temporis iam apertè perspicitis quales sint. Lamen-
tatur quintò patres familiâs, qui habent liberos, & magistros ha-
bentes discipulos, dicēs: filia populi mei crudelis. Struthij sunt atro-
cissime omnium auium. Dicit doctissimus pater Nicolaus de Lira,
illos oua derelinquere postquam ea pariunt, & quousque induran-

Liranus. tur, illorum obliuisci. Sic etiam patres & magistri deserunt infantes
absque doctrina, quandò sunt paruuli, cum eos quocunque vellēt
possent ducere, desinuntq; illos in malis moribus obdurari. Et quan-
do eis remedium conantur adhibere, nequeunt, quia iam vitia in-
calluerunt. Deplorat septimò plebeios, qui sancti, & sine macula,
ac calliditate esse consueuerant, qui nutriebantur in croceis. Homi-
nes, qui in sericis vestimentis educati fuerant, hoc est plurimis vir-
tutibus exornati esse solebant. Nunc vero amplexati sunt stercora.
Perpendite verbum illud: amplexati sunt, quod affectionē maxi-
mam denotat, qua huius mundi stercus diligunt. Omnes auari, cu-
pidi, mendaces, emptores, & venditores effecti sunt. Iam nullus cō-
tentus est esse artifex, sed omnes volunt esse mercatores, & negotia-
tores: atque ideò concludit dicens: Maior effecta est, &c. *O Deus*
infinitæ maiestatis quid dicere possumus, nisi Christianos aliquo-
modo peiores esse Sodomitis? nam si illi erant immundi, otiosi, & 28
crudeles erant ethnici, nec Deum cognoscebant, nec æternos infer-
ni cruciatus, perpetuæq; gloriæ beatitudinem esse credebant, neq;
quis eis prædicaret, habebant. Nos verò Christiani cùm simus tan-
ta luce illuminati, tanta Dei cognitione illustrati, tot prædicatori-
bus edocti, tot minis perterriti, totque pollicitationibus inuitati, &
tamen turpes, crudeles, atque otiosi sumus. Quid igitur speramus
nisi ignem è cælo descensurum qui nos sicut illos deuoret, & consu-
mat? quod si Deus dissimulat, nosque ad pœnitentiam expectat,
nos verò ex eius patientia nolumus fructum percipere, erit ad ma-
iorem confusionem, atque supplicium nostrum.

Etiā est maximè cōsiderandū licèt hi diuersis ministerijs intēde-
bant, in vno tamē omnes cōuenisse. Quia *Turbæ, quæ præcedebāt &*
quæ sequebātur clamabāt dicētes, Hosanna. Idē oportet nos facere, vt in

Eccle-

23 Ecclesiastici viri, quam seculares homines in hoc conueniamus, scilicet, vt crebrò Deũ glorificemus. Vnde propheta omnes hominũ status ad hanc diuinam exercitationẽ inuitat dicens: reges terræ, & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ, iuuenes, & virgines, senes cũ iunioribus laudent nomen Domini. Atque vt nos ad has laudes Deo reddendas attrahat dicit, Laudate Dominum, quoniã bonus est Psalmus. Vbi Beatus Hieronymus transtulit: laudate Dñm, quoniam pulchra est laudatio. Et Fœlix transtulit: laudate Dñm quoniã bonũ est psallere Deo nostro. Nã vna ex melioribus rebus, quas facere possumus, est Deũ cũ cordis synceritate, atq; charitate laudare & idcircò addidit dicens: Deo nostro sit iucunda, decoraq; laudatio. Tunc autem laudatio iucũda, decoraque est, quãdò cũ puritate, & charitate fit. Et alibi dixit: Iucundum sit ei eloquium Psal. 54. Psal. 146. Fœlix. Psal. 103.

24 meum: ego verò delectabor in Domino. Quia eius elationes, atque magnificentias decantans multò magis gauisurus sum, quàm si omnes hæ excellentiæ in me essent: & isti sunt actus exactissimi amoris. Hoc est munus, quod omnes in sempiternum in cælo executuri sumus. Et ideò oportet nos in terra illud discere, atque in eo exerceri. Dicit D. Ioannes se vidisse in cælo quatuor mysteriosa animalia, & viginti quatuor seniores, magnamque Angelorũ multitudinem, & erat (inquit) numerus eorum millia milliũ. Dicit etiam se vidisse omnem creaturam, quæ in cælo est. Dic ergò nobis Apostole benedicte, quid faciebant animalia illa? respondet: & requiem non habebant die, ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, Sãctus, Dominus Deus omnipotens. Sẽper Deũ laudabãt; & quibus rebus intẽdebãt venerabiles illi senes? ceciderũt coram agno habẽtes singuli cithaApoc. 4. & 5.

25 ras, & cantabant canticũ nouum dicẽtes: dignus es Dñe &c. Omnes Dei gloriam decãtabant. Et quibus exercitationibus occupabantur hi innumeri angeli, quos vidisti? erat numerus eorũ millia millium dicẽtium voce magna: dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutẽ honorẽ, & gloriam, & benedictionẽ. Omnes Deũ cantibus extollebant. Quid faciebãt cęteræ omnes cęlestes creaturæ? Omnes audiui dicentes sedenti in throno, & agno: benedictio, & honor, & glòria & potestas in sæcula sæculorũ. Eccè quas res exercẽt omnes, qui in cælestibus mãsionibus cõmorantur. O beatos illos, qui in terra habitantes fragili, ac misera carne circũsepti in spiritu se curant extollere, atq; hic sancto hoc munere fungi conantur, quod omnes beatorũ spiritus in cęlestibus aulis exequuntur. Atque vt perfectius cæle

Psalm.64 ſtes illos ciues imitemur: animaduertendũ eſt, vbi nos legimus te decet
Hieron. Hymnus Deus in Sion. B. Hieronymũ tranſtuliſſe: Te decet ſilentium laudis Deus in Sion, in quo ſignificatur, etſi beati ſpiritus maximo cũ feruore, atque animi affectu abſque ceſſatione Deũ laudant: multò tamen magis illũ magnificare ſilentio quodã, quæ ex cognitio, qua omnes laudes ſuas quaſi nihil eſſe intelligunt, ſi cũ infinito excellentiarum numero quæ in Deo laudari debent, conferantur. Hoc autem ſilentium & admiratio pretioſius eſt apud Deũ, quam cæteræ omnes laudes, quibus extollitur. Sic igitur nos eum laudare etiam debemus, quæ laus diuinæ maieſtati cæteris omni-
Psal. 75. bus iucundior erit. Quod etiam ſignificauit Dauid dicens: cogitatio hominis confitebitur tibi & reliquię cogitationis diem feſtum agẽt tibi. Præcipuam feſtiuitatem Deo celebramus, cùm illũ cogitationum, affectuũ, laudumq́ue noſtrarum reliquijs laudamus. Hoc eſt quandò poſtquàm in eo laudando defatigati ſumus, & iam defecimus, admirabilem Dei magnitudinem atque perfectionem non penitùs nos laudare poſſe cognoſcimus, dicimuſque nos in eius laudibus deficere, nec minimam quidẽ illarum partem ſatis dignè poſſe
3.Reg.10. cõmendare. His reliquijs præcipuam diuinæ maieſtati feſtiuitatẽ aginius. Glorioſum eſſe duxit Salomon reginam Sabba maieſtatem, magnitudinemq; ſuam admiratam fuiſſe, atque obſtupuiſſe.
Esther. 5. Atq; etiam rex Aſſuerus maximi æſtimauit Sanctã Eſther deceſſiſſe cũ tanta illũ maieſtate intuentem. Et adeô hoc æſtimauit vt de ſolio ſuo ſurrexerit, illãque maximo cũ amore amplexatus fuerit. Verum quæret quis: ſi tã crebro beati ſpiritus Deum laudant, quorſum
Psal.148 eos inuitat Dauid ad Deũ glorificandũ dicens: laudate Dominum omnes Angeli eius? Ad hoc reſpondet D. Auguſtinus ſuper hunc 28 ipſum Pſalmũ dicens: Quòd licèt verũ ſit Angelos Deũ laudando nec defatigari, nec deficiſci poſſe quod optimè norat Dauid, illos tamen inuitat vt ſignificet ſe magnopere gaudere Deũ ab Angelis lau-
Auguſti. ſuper Pſal. 148. dari. Atq; hoc idẽ Auguſtinus hac ſimilitudine declarat. Si agricola vadit viſurus operarios ſuos in vinea ſua laborantes, eoſque ſummo cum feruore laborantes, atque in labore inuicem cõpetentes cernit,
Simile. quos videns dominus vineæ tantã lætitiam ex ſedula illorum diligentia percipit, vt hilari aſpectu eis dicat: ſic ſic laborate, laborate benè enim facitis, perſpicuum eſt hoc dicere vt lætitiã, qua propter illorum diligẽtiam afficitur, manifeſtet. Sic etiam dicimus laudate Dñm omnes Angeli eius. Non vt eos quidem conſortemus, vt ſtu-
dio

29 diesiùs,& efficaciùs, Deum glorificent : sed vt ostendamus nobis gratissimum esse Deum ab illis tanto feruore,ac studio collaudari: quasi eis diceremus:Ita,ita facite benedicti,laudate laudate Deum quia optimè facitis.O si cum hoc gaudio incedere consuescer emus exultantes in laudibus, quibus vniuersa cœlestis curia Deum benedicit:magni meriti esset hæc exercitatio. Etiamq́ue etsi nos non possumus illum laudare,sicut in cœlo laudatur; sanctissimum, & pretiosissimum est vnumquemq́ue nostrum exceptare Deum laudando cunctas cœli Hierarchias excellere. O vtinam altissima Dei maiestas his verbis meis efficaciam concedere dignetur, quò in cordibus vestris imprimantur, & ex animo cœlestem hanc doctrinam amplectamini, & summo cum feruore his sanctis exercitationibus incipiatis intendere. Tertullianus dicit:Plinium iuniorem cùm prouinciæ cuiusdam prætor esset,cumq; innumeram ho- *Tertull. in Apologetico aduersus gentes.*
30 minum multitudinem in Iesum Christum credere conspiceret,ad Imperatorem Traianum scripsisse, quærentem quidnam de illis esset facturus, de quibus ei sic scripsit. Præter obstinationem non sacrificandi nihil aliud se de sacramentis eorum comperisse, quàm cœtus antelucanos ad canendum Christo,& Deo. Vt cognoscatis quàm vsitatum à priscis quondam temporibus hoc semper in Ecclesia Dei fuerit, & quàm diluculo surgerent noui illi Christiani ad Deum glorificandum:vos autem nunc veteres Christiani, qui à mille auis, & proauis Christianis originem ducitis,in meridie surgitis,quamuis sit dies festus,& pergitis in templum ad vnā missam celerrimè audiendam,& Deo vos satisfecisse iudicatis.

In his qui hodie Dominū laudauerunt, illumq; summo applau-
31 su acceperunt, duo valde notabilia nos oportet considerare : alterum est : licèt tanto cum honore acceptus fuerit finita tamen concione,diuinis officijs, miraculorumq́ue operatione,nullum extitisse, qui eum ad buccellam panis, aut vas aquæ frigidæ inuitaret. O infernalem crudelitatem. Per charitatem Dei vos rogo fratres ne vos ita sitis. Aliqui sunt, qui magna rosaria recitant, nec tamen ad pauperem excipiendum, eiq́ue in necessitate subueniendum charitatem habent.Quid arbitramini Dominum in illis verbis Oseæ, misericordiam volui,& non sacrificium, significare voluisse?Non vult dicere se nolle sacrificium, sed significat se nolle sacrificium sine misericordia. Vt autem proximis vestris compati curetis rem obstupendam vobis referam, iam vobis cōperti sunt labores, qui- *Osee.6.*

bus Ægyptij à Deo afflicti sunt: conuertit enim aquas eorum in sanguinem, agros illorum destruxit: iumenta & pecora, atque etiā ipsorum primogenitos interemit. Hæc igitur omnia suppliciorum genera refert Sacra scriptura illis imposita fuisse propter grauissimam quandam illorum culpam: quòd siquis quærat quænā fuerit hæc culpa, propter quam tot tantasque pœnas meruerunt? Ad hoc respondent diuinæ literæ: iustè enim patiebantur secundum suas nequitias. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt. Alij quidem ignotos nō recipiebāt aduenas: alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant. Et non solum hæc, sed & alius quidem respectus illorum erat, quoniam inuiti recipiebāt extraneos. Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdem vsi erāt institutis, sæuissimis afflixerunt doloribus. Percussi sunt autem cæcitate: sicut illi in foribus iusti cum subitaneis cooperti sunt tenebris. O terribile Dei iudicium! Quia enim peregrinos nolebant recipere, sed eos qui peregrinos recipiebant, magnoperè affligebant: terribili supplicio illos Deus puniuit, & tanquam Sodomitas ad ostiū iusti Loth illos excæcauit quia etiam erant crudeles, & inhumani. Hoc est maximum supplicium, quo anima in hoc sęculo afficitur: scilicet, cæcitas: nè saluationis tuæ ianuam scias inuenire, nec scias à peccato exire: quia cum proximis tuis in eorum necessitatibus charitatem non habes.

Sap. 19.

Alterum, quod in his qui hodiè Dominū laudant, possumus cōsiderare est, plurimos ex his illum posteà ad crucifigendum clamoribus postulasse dicentes: crucifige, crucifige eum. O humanū cor ecquis tibi credet? idcirco dixit S. Ioannes. Iesus autē non credebat semet ipsum eis: ipse enim sciebat quid esset in homine. Attende Domine te ab illis honorari, quarè te eis non credis? Nescitis (inquit) quale sit cor hominis: ego verò, qui illud penetro, eiusq; inuersiones penitus cognosco non me ei credo. Est hic mundus tanquam comœdia recordationis passionis Domini nostri Iesu Christi, quæ agitur feria quinta in cœna Domini: in qua vnus & idē homo plures personas repræsentat, qui enim nunc Iudæ formā gerit posteà B. Ioānis personā agit, & qui nunc figurā B. Petri gerit, postea personā latronis repræsentat. O munde quā tuum est hoc, homines enim, qui nunc sunt sicut Iudas proditores, ac sceleratissimi, posteà ijdē per pœnitentiam reddūtur quasi B. Petrus, iusti, & sancti, & qui anteà erat sicut S. Ioannes, nunciam est latro. Est res comœdię recordationis, nunquam

Marc. 15. *Ioan. 12.*

Simile.

35 quam de aliquo diffidatis, nec alicui penitus credatis: sed omnes cum timore viuamus curantes obseruare, quod dicit Ecclesiasticus: Esto firmus in via Domini. Firma pedem fortissimè in lege Domini, & in virtute perseuera: hæc enim res non debet leuiter, & quasi per ridiculum suscipi. Et alia translatio legit illic: Constans esto. Qui aliquam videndi rationem suscipit, quæ ei ad vitam degendam conducibilis est, in illa firmiter perseuerat. Quare igitur in spirituali vita sic, & multò etiam meliùs non fiet? reliqua omnia consilia potes commutare, parui enim refert dummodo in via Dei cõstãtissimum te præbeas: hæc est enim, quæ tua permagni interest. Dicit vlteriùs Sanctum Euangelium: *Hoc autem factum est: Vt adimpleretur quod dictum est.* Dicit hoc celebri triumpho Dominum ingredientem in asina exceptum fuisse: in quo impletum est quod prædixerat Zacharias his verbis: *Ecce Rex tuus venit, &c.* Hebræi *Eccles. 5.* *Zacha. 9.*
36 dixerunt Samueli: Constitue nobis Regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. Displicuitque sermo in oculis Samuelis. Quid (inquit) non habetis Deum Regem, consiliarium in quæstionibus, adiutoremque in necessitatibus vestris? Nolumus nisi vnum, quem aspiciamus, qui sit homo Rex. Cœpit ergo Sanctus Samuel magno dolore lamentari, quem Dominus consolatus est, dicens: Non enim te abiecerunt, sed me ne regnem super eos. Nũc ergo vocem eorum audi: veruntamen contestare eos, & prædic eis ius Regis, qui regnaturus est super eos. Nunciauitq; Samuel omnia verba Domini Hebræis admonens eos, vt animaduerterent quid facerent; si enim Regem hominem vellent plurimis eos tributis oppressurum esse affirmauit; illi verò: Nequaquã (aiunt) Rex enim *1. Reg. 8.*
37 erit super nos. &c. O diabolicam pertinaciam, asseuerabant enim se hominem Regem esse habituros. Dedit igitur eis Dominus Saulem in Regem, qui qualis fuerit, planè compertum est. Etenim videbatur illis Dominus dicere. Ecce Regem hominem: veruntamen vos experiemini qualis sit erga vos: fortassè cùm vos auxilijs priuatos animaduerteritis ad me cõuertemini. O ineffabilem Dei probitatem, quàm manifestè ostendit desiderium, quo flagrat bene faciendi nobis & nobiscum commorandi! sciens enim quantoperè homines desiderarent Regem hominem habere dicit: Ego me hominem faciam, & ero Rex vester, & vos Regem hominem, ac Deum habebitis. Siquidem adeò exoptatis Regem hominem habere adimplebuntur vestra desideria. Et (si ita dici potest) mea

 etiam

etiam complebuntur. Hic igitur potentissimus Deus factus homo, & Rex hominum venit nunc hominum salutem perfecturus, & in hoc ingressu completa est celebris illa prophetia, quæ de ipso scripta erat: scilicet ipsum ingressurũ esse mansuetum, & humilem, sedentem super asinam. Mirabile est Dominum in hoc aduentu, qui erat aduersus vniuersas potestates tenebrarum, tam mitem, humilem, pauperemque se præbuisse, atque in asina sedentem humilis atque infimæ conditionis hominibus comitatum venisse. Quando autem aduersus debilem hominum potentiam in nouissimum iudicij diem venerit: cum maiestate, ira, & indignatione descensurus est? Quare hoc? hinc cognoscetis qua pœna dignus sit homo, qui tot à Deo beneficia accepit; cum propter illum Deus humilis, & mansuetus venerit, ipse verò nullum ex hac mansuetudine fructum perceperit. Dignus est profectò maximæ iræ supplicio, siquidem ex tam ineffabili misericordia fructum noluit percipere. Quæ cùm ita sint fratres charissimi, quandoquidem nunc opportunum tempus, dispositionemque habemus, vt illum humilem, atque mansuetum excipiamus: ne tantam misericordiam despiciamus, cum charitate ardentissima, & gratitudine maxima illum recipiamus, & pro tam singulari beneficio illi gratias agamus, vt illum in hoc seculo per gratiam recipientes illo in perpetuum in cælesti gloria perfrui valeamus. Amen.

¶ Feria V. in Cœna Domini. 1

Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, &c. Ioannis. 13.

Gene. 18. CVM Abraham ad ostium tabernaculi sui commoraretur vidit tres viatores, illosque ad pedum lauacrum, buccellamq; panis inuitauit. In hoc enim sibi persuasit includi totum ministerium, quod eis poterat exhiberi. O quàm simile fuit factum illud huic insigni operi, quod verus fidei nostræ Pater Iesus Christus cùm iam in ostio vitæ, quæ est mors, & in charitatis suæ feruore

2 nore esset viatoribus, & peregrinis operatus est: illis enim pedes lauit, cælestique buccella eos cibauit, dicens: Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum. Hæc mysteria operatus est vnigenitus filius Dei in hoc vesperi, siue nocte. Atque hæc nunc alma mater Ecclesia celebrat: in quorum celebratione nobis hoc Euangelium proponit, quod sic incipit: *Ante diem festum Paschæ*. Vsque ibi: *Venit hora eius*. Videamus nunc Domine, hora in qua nos tantum beneficium consequuti sumus: siquidem in illa mediante tua sacratissima morte ius ad æternam vitam impetrauimus: nonne melius nostra, quàm tua hora nuncupabitur? In illa enim lucra tua erunt verbera, tormenta, blasphemiæ, &c. O diuinum atque ineffabilem amorem, quia cum hic sit thesaurus noster, vult tamen vnigenitus filius Dei hanc horam suam appellari: lucrum enim, atque

3 emolumentum nostrum, suum ipse esse ducit. Et quanquam ipse patiebatur: mortem tamen voluptatem esse iudicabat, quia illam propter homines perferebat. O dilectissimi fratres, quàm singularis est hic amor, & quanta nobis confusio, nullam enim aliam horam nostram esse ducimus, nisi illam in qua voluptatibus fruimur, licet sit cum offensione huius cælestis Domini. Præterea si Iesus Christus filius Dei hodie maximis honoribus afficeretur, plurimisque voluptatibus frueretur, non mirum esset si duo de viginti horæ, quas sanctissima eius passio durauit, vna tantum illi hora videretur. Quòd autem tempus, in quo tot vituperia, tot flagella, tot tormenta, ac denique crucem pertulit: vnam tantum bonus Iesus horam esse iudicaret; maximus est ardentissimi amoris effectus. O fratres, quàm euidens signum est amorem nostrum erga

4 Deum nimis tepidum esse, quòd cum diuina Maiestas tot passionis horas vnam tantum propter nos esse duxerit: nos verò si vnicã horam in oratione, in audienda concione, aut in alia virtutis exercitatione consumimus, viginti horas esse arbitramur. Signum (inquã) est hoc nullius, aut saltem parui amoris. Quid autem esset si in ista hora vapularemus, aut spinea corona capiti nostro imponeretur; aut demum crucifigeremur? quare non confundimur fratres hæc animaduertentes?

In finem dilexit eos. Beatus Augustinus super hæc verba dicit; Dominũ dilexisse suos in finem, id est, in se; id est, vt semetipsum illis traderet. Etenim hic est finis, in quem operum nostrorũ sagittas dirigi oportet. *In finem dilexit eos*. Vt ipsi illum peculiariter

suum

Matt. 26
Marc. 14.
Luc. 22.

Augusti.

ſuum haberent. Beatus Cyrillus dicit. *In finem dilexit eos*. Hoc eſt
Cyrillus. tunc ardentioris amoris ſigna illis oſtendit. Beatus Chryſoſtomus
Chryſoſt. dicit: Omnia terminis ac finibus ſuis ſepta teneri. Et dicere: Dominum dilexiſſe eos in finem, eſſe dicere: eius amorem illuc peruenisse, quò vltimò potuerat peruenire, ſcilicet perueniſſe, ad terminos amoris, neque vltra progredi potuiſſe. Etiam in finem dilexit eos: ſignificat Dominum illos vſque ad vitæ terminum dilexiſſe. Hic quippè eſt perſeuerans amor, ſcilicet, qui durat vſque ad mortem. Non ſumus nos ita in amore perſeuerantes: duos enim dies diligimus; poſtea verô ſtatim in charitate deficimus, & regredimur, quæcunque enim ſæcularis nænia nos regredi facit. O quanto dolore conquerebatur Beatus Paulus de inconſtantia illorum Chriſtianorum, & de parua illorum perſeuerantia, dicens: O in-
Galat. 3. ſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati? ſic ſtulti eſtis, vt cùm ſpiritu cœperitis, nunc carne conſumamini. Incepiſtis (inquit) magnæ perfectionis, & ſpiritualia opera facientes nunc autem vos carnales factos eſſe video. Ad literam illos reprehendit, eo quòd cùm tanto ſpiritu Euangelium ſuſcepiſſent, nunc ad Iudaicam legem, & carnales cæremonias reuertebantur, quod quidem erat regredi. Tantum autem malum eſt in incepto bono firmitatem non habere, & retro cedere: vt idcircò eos tam aſperè reprehendat, ſtultos atque inſanos illos appellans, eo quòd tam facilè decepti fuerint. Faſcinare ſignificat malefico aſpectu [illegible] venenoſo intuitu infantibus nocere; quod Hiſpanè dicimus (*aojar*:) & dicens eis: quis vos faſcinauit; illos quaſi teneros [illegible] tes leuiſsima quaq; occaſione deceptos fuiſſe ſignificauit. O quam meritò vos huius etiam mali poſſumus reprehendere, qui [illegible] pueri vnius fœminæ oculo deijcimini: te etiam ò fœmina, quam vnius viri oculus deperdit, quis vos faſcinauit ò inſenſati? qui [illegible] Deum diligere cœperitis, tam parua occaſione regreſsi eſtis, & ab
Simile. incepta charitate defeciſtis. Optimum vinum, optimum [illegible] efficit; & quod in fine exit, eſt melius: fundus vini de Riba[illegible] melior eſt, quàm quòd in initio cuppæ abſtractum eſt. In [illegible] autem vinis peius exit in fine, quæ ſunt fæces. Sic etiam per[illegible] amor ſemper melior, atque perfectior efficitur vſque in finem. [illegible] conſtantium autem hominum amor in dies magis, ac magis [illegible] cit, quouſque conſumitur, & in fæces conuertitur. Et quod in [illegible] re magis miſerandum eſt, hoc eſt, quòd cum in bonis operibus [illegible]

ti[illegible]

8 firmi, atque inconstantes sumus; in malo tamen nimis perseuerantes, seu potiùs pertinaces sumus: sicut lamentabatur Hieremias, dicens: Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Hiere. 5.
Nauis licèt ventus aspiret, si anchoræ in profundum iactæ sunt, nō poterit nauigare, nec vlteriùs progredi, quanquam in illo loco, in quo est, nō quiescit; sed semper huc, atque illuc declinat: sic etiam peccatoribus voluptatum, honorum, odij, cupiditatumque anchoris alligatis, licèt sæpenumerò Spiritus sancti flatus aspirat, prædicationibus, ac sanctis sermonibus excitat: non ideò à suis pessimis statibus commouentur: quamuis in ipsis statibus, in quibus commorantur, crebris timoribus, scrupulis, ac morsibus conscientiæ deflectuntur. Et tamen quæ male parta habent, quæque illicitè possident, nolūt derelinquere: adeò vinctos eos retinet Sathanas. *Simile.*
9 O perdite, ac miser concubinarie, quàm fortiter ad concubinam istam deuinctus es, tu verò ò auare, ac cupide quàm tenaciter illicito isti lucro alligatus es. Abscindite, abscindite funes istos, & anchoras ab isto periculoso loco extollite, vt ad saluationis portum nauigare valeatis. In cælestem nautam Iesum Christum oculos conijcite: cōsiderate quomodo per sui ineffabilis amoris pelagus vsque ad litus, hoc est, vsque ad mortem nauigat.

In finem dilexit eos. Beatus Augustinus super hunc locum dicit: Tunc in Saluatore nostro Iesu Christo duplicem fuisse amorem, quorum alter eum admonebat, vt in hac vita remaneret ad amicos suos consolandos, qui eius discessum grauiter, ac molestè patiebantur: alter verò illum abire compellebat. Si enim (inquit Dominus)
10 ego non abiero, paracletus nō veniet ad vos. Hoc duplici amore clementissima Domini viscera oppugnabantur. O Christe Iesu maxime animarum nostrarum Redemptor. Dic quæso, vtri horum amorum mauis satisfacere? vis abire, vt nobis Spiritum sanctum mittas: an vis remanere, vt mœrorem nostrum tollas? *Ioan. 16.*

Cùm dilexit suos, in finem dilexit eos. Vt meum erga vos (ait Dominus) amorem ardentissimum cognoscatis, vtrique horum satisfaciam: alter me abire, alter vero remanere compellit. Volo igitur & abire, & simul vobiscum remanere! Volo discedere, in cruce moriens: & volo manere in admirabili altaris sacramento. O bene dictus sit talis Deus? ó glorificatus sit tam suauis amator ac Dominus. Aduertite quàm meritò dixerit Sanctus Euangelista: *in finem dilexit eos.*

Et Cœna facta cum iam diabolus misisset in cor, &c. Vt hæc verba ... perspicuè intelligantur, oportet nos declarare quomodo Sathana in anima operatur. De hoc enim nequissimo spiritu dicit Beatus Paulus: Qui nunc operatur in filios diffidentiæ. Et quid operatur hoc ex philosophia cónstat: Omne quippè agens, sibi simile producit. Hoc igitur conatur diabolus quoad potest hominem sibi similem efficere, superbum, scilicet, crudelem, mendacem tumultuosum, &c. Deniqúe alium diabolum illum reddere intendit. Ideò dicitur: Vnus ex vobis diabolus est. ¶ Sed quæret quispiam, quomodo hoc efficit? quia est res scitu dignissima, illam nunc declarabo. Circa quod primò adimaduertendum est, diabolum nec posse liberum arbitrium cogere, nec per se spiritualem animæ nostræ partem attingere velere: potest tamen inferioribus eius viribus officere, præcipueque phantasiam alterare, & in ea quicquid vult, vt anima cogitet, collocare. Et sic vt appetitus, affectionesque nostras ad malum excitet, maximi cuiusdam pictoris vtitur artificio, qui id quod pingit, sæpè depingit, non quidem sicut illud est, sed sicut ei libet. Vnde nòs ad alicuius rei amorem volens commouere illam pulcherrimam, & nimis amabilem depingit, licet res ipsa talis non sit: si verò ad alterius rei odium nos incitare conatur, illam deformem, atque execrabilem nobis repræsentat. O quam pulchram depingit vindictam homini furioso! & quàm decorum aurum auaro, & quàm elegantem honorem superbo! quàmque difficilem atque acerbam virtutis viam pœnitentibus depingit. Atque vt terribile huius maledicti atque nefarij opificis artificium intelligatis: vnam, & eandem rem nobis nunc pulchram, nunc verò deformem pingit, & sic cor nostrum ad amorem, aut odium accendit. Hoc artificio vsus est cum hoc infœlici discipulo, cui lucrum, & pretium, quod ex venditione sperabat adeò decorum, atque vtile depinxit, vt pro illo autorem vitæ Pharisæis tradere non dubitarit, illi hoc repræsentante diabolo. Si hanc pecuniam acquisieris necessitatibus tuis poteris occurrere, & sic tot labores cum hoc homine non tolerabis: postquam autem sacrilegam illam atque simoniacam proditionem commisi, tam vile, atque perniciosum lucrum illud ei depinxit, vt id secum habere noluerit, sacerdotibusque illud reddiderit. Nec verò hoc contentus est: sed tam pulchrum atque conducibile ei pinxit suspendium, vt absque

Ephes. 2.
Aristot. 1 de genera. tex. 51.
Ioan. 6.

14 absque vlla mora se laqueo suspenderit. Sicut etiam idem Satha- 2 Reg 13.
nas tam decoram pinxit Amnon filio Dauid, sororem eius Tha-
mar, vt ad eam turpiter accesserit: postea verò ipsam nimis odibi-
lem, & deformem repræsentauit. O fratres mei, quàm crebrò vos
hoc modo decipiet, nisi centum oculos habeatis, & diligentissimè
ab eius fraudibus caueatis. Quòd si Iudam tam nefariam proditio
nem commisisse admiramini, quare super vobismetipsis non ob-
stupescitis: cùm toties pro minori pretio, quàm triginta argenteis,
& aliquando pro nihilo hunc ipsum Dominum vendideritis, eo
quòd passi fueritis, vos ab his diaboli repræsentationibus decipi?
Hoc artificium, quo Sathanas tentat, ingenuè declaratum est in
admirabili quadam visione B. Ioannis: etenim dicit se puteũ abys- Apoca.6.
si apertum vidisse. Et ascendit (inquit) fumus putei sicut fumus
15 fornacis magnæ, & de fumo putei exierunt locustæ in terram. Et
paulò post: Et facies earum tanquam facies hominum, & habebãt
capillos, sicut capillos mulierũ, & dentes earum sicut dentes leonũ
erant. Hæ locustæ, quæ ab inferis exierunt, sunt diaboli. Vbi Ricar-
dus de sancto Victore notat hostem cum tentat, prius quasi homi-
nem nos rationibus aggredi. Et hoc est, locustas habere facies, quasi
hominum: postea accedit promittens voluptates, & illecebris homi
nem blandiens, quod per mulierum crines significatur: tertio tan-
dem terroribus comminatur, dicens. Si hoc non feceris, in morbum
incides, in paupertatem deuenies, & honorem amittes, qui quidẽ
sunt dentes leonum. Immisit hic Sanctus Euangelista hanc paren-
thesin proditionis Iudæ, vt Saluatoris nostri Iesu Christi amor in
homines clariùs appareret: quia quo tempore homines indigniores
16 erant, ipse tunc mundo maiora contulit beneficia.

Vt autem humillimum opus lauacri pedum referat, illius mag-
nitudinem, qui ita se se humiliauit, priùs commemorat, dicens:
Sciens quia omnia tradidit ei Pater, &c. Domini huius seculi semper
quærunt villicos parcos, vt quamuis ipsi tanquam domini se se ma
gnificos ostendant, plurimaq; polliceãtur, villici tamen largiendo
se parcos præbeant. Vice versa fecit æternus Pater, elegit enim vil
licum liberalissimum, qui est Christus Redemptor noster, in cu-
ius manibus omnia bona sua constituit, sciens illum esse liberalis-
simum, atque omnia hominibus largiri, siquidem & sui ipsius
prodigum se præbet. O miserum illum, qui nescit ex eius liberali
tate fructum percipere.

Et

Et quia à Deo exiuit. Non solùm sapientiam, diuitiasque eius recensuit, verùm in hoc etiam generis eius nobilitatem detegit, dicens eum filium esse Dei. Et eius sanctitatem etiam manifestat cùm dicit: *Et ad Deum vadit.* Sancti enim tantummodo ad Deum vadunt; mali autem ad infernum æternis ignibus comburendi properant. Hic igitur sapientissimus, locupletissimus, nobilissimus, atque sanctissimus: *Surgit à Cœna & cum accepisset linteum præcinxit se.* Admonens in hoc ita nos oportere curare, vt alios mundemus, vt puritatem nostram periculo non offeramus. Ita submergentibus se in mari occurramus, vt simul cum eis non submergamur. Chirurgus, qui quando vulneri medetur, sibi non præcauet totus sanguine maculabitur. Qui sibi nequam est, cui bonus erit?
Eccle. 14. Ideò Dominus linteo se præcinxit volens discipulorum pedes abluere, ne se inficeret. Et postquam eos lauit, dixit: *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Non solùm nos diuinus magister humiles esse, atque bene operari docuit, sed etiam bene operandi rationem & artem erudiuit. Potest enim aliquod opus de se moraliter bonum; ratione modi, quo factū est, non meritorium esse. Ideò dicitur: Iustè, quod iustum est persequeris, vt viuas. Cibus quidam potest esse bonus, & tamen incomestibilis quia est malè conditus. Perdix optimus cibus est: veruntamen, si cùm assatur, comburitur, nihil prodest: nec verò defectus est ex parte cibi, sed ex parte coqui, qui illum male condiuit. Maxime perpendamus sancti patientiam, & obedientiam, quam Abraham præstitit in illo holocausto filij sui: prudentiamque qua in omnibus disponendis vsus est. Cui cùm Deus diceret: Tolle filium tuum
Gen. 22. vnigenitum, &c. dicit Sanctus Textus: Igitur Abraham de nocte consurgens strauit asinum ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum. Animaduertite prudentiam sancti viri, quòd de nocte surrexit, ne vxor eius hoc cognosceret: quòd si Sara intelligeret, talia faceret, tantumque dolorem se percipere ostenderet, vt fortasse Abraham virum suum in periculo poneret, ne Deo obtemperaret: atque vt hæc inconuenientia tolleret, vir prudentissimus de nocte surrexit. Cumque iam ad vallem montis accederet, dixit ad pueros suos: Expectate hic cum asino. Ego autem & puer illuc vsque properantes postquàm adorauerimus, reuertemur ad vos. Noluit famulos secum deferre, quia cum Isaac virtute præditus esset, summoperè à famulis amabatur. Et fieri posse

20 est quòd illum à patris etiam inuiti manibus auferrent, & sic nun quam Dei præceptum compleretur. Abraham autem omnia circunspexit, & ita hic cibus sale prudentiæ optimè conditus fuit, ideoque Deo gratissimus extitit: sicuti ei Angelus declarauit, dicens: Nunc cognoui quòd timeas Deum. Non vult Deus seruos suos stultos esse, nec imprudentes, sed sapientes, atque circunspectos. Et qui imprudenter Deo seruit, est sicuti qui in tenebris currit, qui quò maiori impetu properat, eo in maiori periculo versatur confringendi caput: sic ille, qui cum ardenti spiritus feruore Deo inseruit, nisi prudentiæ luce gubernetur, in maiori periculo versatur. Vnum autem ex ijs, in quibus præsertim hæc prudentia requiritur, est quòd sic de aliorum lauacro curemus, vt nosmetipsos non inficiamus. *Simile.*

21 *Misit aquam, &c.* Vsque ibi. *Et tergere linteo, quo erat præcinctus.* Ita se Dominus linteo præcinxit, vt duæ extremitates superessent, quibus illorum ablutos pedes abstergeret. In quo docuit ita vos rebus vestris moderatè vti oportere, illisque vos cingere debere, vt semper aliquid pedibus, qui sunt pauperes supersit. Beatus Paulus nos admonet, dicens: Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Si ergo ij, qui non habent, laborare, atque insudare debent, vt habeant quid pauperibus largiantur, quid eos oportet facere, qui absque suo labore locupletissima patrimonia hæreditate compararunt, quibus facilè pauperum necessitatibus subuenire queunt? Dicetis vobis nihil superesse, imò pluribus quàm habetis, vos indigere. Hoc *Ephes. 4.*
22 ego profectò credo, quia bonis vestris Iesu Christi exemplo vos non succingitis: quòd si vos cingeretis, & in his pompis, ac fastibus viuere nolletis, absque dubio vobis superesset aliquid, & multum etiam, quo pauperibus faueretis: si cupiditati atque ambitioni locum ceditis, nihil vobis supererit. Ideò Seneca de hac materia loquens similitudinem quandam canis magni, & famelici adhibuit: qui quando ad mensam sedetis, si ei fragmentum panis injcitis, illud in aere colligit, & postea incipit sublatrare. Et quamuis aliud, & aliud, & plurima illi injciatis, omnia in instanti deuorat, & semper remanet sublatrans. Sic est cupidus, & ambitiosus, qui canonicatum, episcopatum, præsidentiam, & vniuersi mundi dominium deuorat, & nulla re satiatur, nec ei aliquid *Seneca.* *Simile.*

super est: sed semper plura appetens, grunnit. Et omnia quæ acce-
pit, vult, sibi fastibusque suis, non recordans pauperes esse in mun-
do. Confusio nostra est antiquarum gentium libros legere, & tem-
perantiam, qua plurimi eorum vsi sunt, cognoscere. Qui quidem
Deum pro illis pauperem factum fuisse nunquam crediderunt, &
Luc. 16. diuitē epulonem propter crudelitatem, qua in pauperē Lazarū
vsus est, condemnatum fuisse audierunt. Nobis autē, qui Deum no-
strum pro nobis nudū in cruce pendentem mortuū credimus, vix
totus mundus sufficit, nec maribus, ac terris satiamur. O Deus in-
finitæ Maiestatis, quàm parum impressa sunt tua diuina, atque ef-
ficacissima exempla in eorum cordibus, qui tuus pópulus nuncu-
pantur! Scitote fratres ita virtutem, ac sanctitatem cum libera-
litate, ac misericordia esse coniunctam, vt apud Isaiam Prophetam
Isai. 57. viri iusti, viri misericordiæ nuncupentur. Vnde super illud Psalmi:
Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum, dicit quæ-
Psal. 4. dam glossa interpretem Latinum vocabulum Græcum sequutum
transtulisse, Sanctum: vocabulum autem quod illic in Hebræo
est, dicit illis propriè conuenire, qui magnifico sunt animo, ac li-
berali pectore. Adeo enim coniuncta est liberalitas sanctitati, vt
sanctus vir magnificus, ac liberalis appelletur. Ideò de sancto vi-
Psal. 36. ro dicitur: Tota die miseretur, & commodat. In quibus verbis si-
gnificatur hoc esse præcipuum, ac crebrum munus viri iusti, vi-
delicet omnibus benefacere, & in hoc Deum imitatur, qui semper
in nos beneficia confert. Quid dicitis ad hoc fratres? satis aperte
hîc probatum est vos non esse iustos, cum tam parci, ac illiberà-
les sitis. Per reuerentiam Domini Iesu Christi non ita sit fratres:
sed taliter vos temporalium bonorum linteo præcingite, vt ...
quid vobis maneat, quo in proximos vestros liberales vos, & mi-
Prou. 11. sericordes præbere valeatis. Attendite quòd dicit sapiens: Benefa-
cit animæ suæ vir misericors. Et paulò post: Alij diuidunt propria,
& ditiores fiunt; alij rapiunt non sua: & semper in egestate sunt.
Quot homines negociatores, fraudulentos, ac dolosos intuemur,
qui plurimos dolos excogitant, plurimosque fraudulentos contra-
ctus faciunt, quibus fratres suos decipiunt, nec tamen ab ærumnis
vllo vnquam tempore exeunt. Si autem pauperibus aliquam par-
tem bonorum tuorum erogaueris, cum animæ tuæ benefacies, tunc
etiam tibi Deus multò plura largietur. Cum Romæ sepulchrum
quoddam aperiretur inuentus est in eo lapis, in quo verba hæc
insculpta

26 insculpta erant: Expendi, donaui, seruaui, habui, habeo, perdidi. Et conuenientes plurimi Philosophi, & viri eruditi, cognouerunt hunc esse horum verborum sensum: Quod expendi, habui, quod donaui habeo, quod seruaui, perdidi. Quasi mortuus loqueretur, dicens solum bonum, quod fecerat, illud se nunc habere, & eo perfrui.

Venit ergo ad Simonem Petrum. Ex his verbis infert Diuus Ioannes Chrysostomus Iudam primum fuisse, quem Dominus lauare cœpit. Videtur enim Sanctus Euangelista significare Dominum iam alium antè quàm ad Beatum Petrum accederet, abluisse, & quicunque alius esset, eadem Diui Petri vrbanitate vteretur, nisi ille, quem adeò diabolus excæcarat. O quis adeò dignus esset, vt illum, quem vniuersi Angelorum chori adorant, coram eo
27 prostratum videret, qui eius sanguinem nefaria proditione tradebat. O nimis profundam humilitatem, quòd vnigenitus filius Dei pedes Iudæ manibus suis acciperet, lauaret, atque suo sacratissimo ore deoscularetur! Dicit quidam vir contemplatiuus tantam fuisse lachrymarum multitudinem, quam clementissimus Iesus pre illius compassione effundebat, vt illæ ad eum abluendum sufficerent, Iudam verò ne sanctissimum Dominum videret, caput alio diuertisse. O perspicue cordium scrutator, optimè cognita, atque perspecta habes Domine eius viscera; sæpenumero in illum oculos conijcito, plurimas ab oculis tuis lachrymas effunde, millies illum osculare, optimè etenim nosti nihil horum esse profuturum. Quare igitur Domine cum illo tempus consumis? O ineffabilem Dei clementiam: in hoc quippe eius misericordia satis
28 manifestè declaratur: cùm etiam & præscitos ad se curet allicere. Quando infirmus est iam desperatus à medicis, eum derelinquũt, nec ampliùs volunt visere, nec de illo curam habent. Pater tamen & mater eius, qui eum tenero amore complectuntur, diuitias suas nihilominus in eo curando consumunt, noctes insomnes ducunt, nec vllo vnquam tempore ab eo recedunt, vt eum omnibus rationibus curent. O bone Deus quantus est amor, quo hominem prosequeris, nam etiam reprobo, & præscito remedia non cessas adhibere, vt eum ad te conuertas. Vt cognoscamus fratres neminem, nisi sua culpa condemnari. Quem diligenter curauit impium Pharaonem admonitionibus, miraculis, ac denique verberibus ad se conuertere, & quamuis hæc omnia

Chrysost.

Simile.

Exod. 8.

[illegible] prosternere se commouebat, non id eò [illegible]
[illegible] Pater illum curare, quousque ipsemet se [illegible]
re [illegible]. Contemplamini autem Iudam, qui iam Dominum
tradere proposuerat. Et tamen quàm crebrò illum admonet, di-
cens: Melius esset ei, si natus non fuisset homo ille. Singulare [illegible]
peri[illegible] beneficium in eum confert, pedes eius abluit, amicum il-
lum appellat, &c. Quousque ipsemet laqueo se suspendit. Hæc
est vna ex rationibus, quare Dominus Iudam lauit. Hanc ineffa-
bilem misericordiam, qua cum peccatoribus vtitur, significat
Luc. 13. Dominus illa parabola ficulneæ. Arborem (inquit) fici habe-
bat quidam plantatam in vinea sua, &c. Dixit autem ad cultorem vi-
neæ, &c. Et eam volebat succidere: quorsum hoc dicebat? [illegible]
Exod. 32. tor vineæ pro illa eum rogaret. Sicuti Moysi peccatum popu-
li reuelauit, vt pro eo apud se intercederet. Et verba illa, quæ dixit
cultor vineæ: Dimitte illam vsque dum fodiam circa illam, & mit-
tam stercora: significant remedia, quæ Deus ad peccatorem cu-
randum inuestigat. Si Dominus nunc omnes arbores, quæ fru-
ctum non ferunt, euelleret; quàm pauci homines in seculo rema-
Gene. 6. nerent! Quid autem erit de illo, qui non modo ipse non fert fru-
ctum, verum alios impedit, & peruertit, quominus illum ferant?
Et quando iam Deus iustitia sua compulsus hominem à terra euel-
lit, tollens eum ab hoc mundo, dicit diuina Scriptura illum fe-
cisse lachrymantem. Tanta est eius in homines misericordia, vt
dicatur: Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, &
non taceant, quoniam contritione magna contrita est virgo filia
Hiere. 14. populi mei. Hæc sunt verba Domini plorantis propter supplicium,
quo peccatores punit.

Tu Domine mihi lauas pedes? quod ego facio, tu nescis modò. Arbitra-
mur hæc verba nō D. Petro solùm, sed nobis etiam omnibus dici.
Quando aliquod vobis accidit infortunium existimate aliquan-
do vos illius causam esse intellecturos, quòd si in hoc seculo non
Simile. fuerit, absque dubio in futuro erit. Quādo auceps immittit accipi-
trē ad capiendā ardeā, non statim directè ad illam tēdit: sed ad dex-
terā, siue ad sinistram pergit longè ab ea remotus: & qui de vena-
tione nihil intelligit, arbitrabitur accipitrem potius fugere, quàm
ardeam capere conari; veruntamen illam in altum volans ce-
leriter superat, & decidens super illam vnguibus apprehendit.
Plurimis rebus vtitur Deus cum hominibus, quæ magis ad eo-
rum

32 rum incommodum, & perditionem, quam ad commodum videntur attinere, quibus singulis dici potest: *Nescis modo, scies autem postea.* Hoc intellexit Sanctus Iob, cum videns se vndique doloribus circunseptum, & humano videri quodammodo derelictum à Deo, àdeò vt dixerit: Quasi arbori euulsæ abstulit spem meam. Et sic me habuit quasi hostem: adeò tamen confidens cor habebat, vt dixerit: Etiam si occiderit me, in eo sperabo. Poterit (inquit) Sathanas cum facultate Dei mihi vitam adimere, non autem spem meam valebit extinguere. Sic etiam Dauid vndique infortunijs circunseptus dicebat: Ego autem semper sperabo, & adijciam super omnem laudem tuam. Quo magis tribulabatur eo magis os eius laudibus replebatur. Quid vobis videtur fratres de his sanctis viris, qui altissimas radices in Deo egerant? sic oportet

Iob. 19.

Iob. 13.

Psal. 70.

33 vos facere in omnibus tribulationibus vestris, considerantes eas à Deo prouenire, qui quidem facit, quod vobis potiùs expedit. Hoc significauit per Hieremiam, dicens: Putas ne Deus è vicino ego sum, & non Deus de longè? gloriatur Deus se Deum expertum esse. Non sum (inquit) Deus nouitius, non sum Deus ab heri, vt quid vnicuique conuenit, ignorem. Ijs qui in aduersitatibus conquerimini, dicit hæc Dominus. Sicut medicus vetus, & expertus, cui cùm infirmus dicit illum in medicamentis errare, respondet: Non sum medicus ab heri, plures, & grauiores morbos curaui, quam hunc. Sed quæro Deus animæ meæ: siquidem eorum pedes volebas abluere, nonne conuenientius esset; hoc post Cœnam, quàm in medio Cœnæ facere, vt illis Cœna non prosit? O

Hiere. 23.

Simile.

34 profunda mysteria? Comedens bonus Magister paschalem agnum cum discipulis suis legi veteri finem imponit, & sacratissimum corpus suum in cibum illis donans, introducit legem gratiæ. Inter duo igitur tam disparia extrema aliquod interuallum esse oportebat: quod autem conuenientius interuallum esse posset, quam pedum ablutio? Ad significandam puritatem, quam hæc lex gratiæ requirebat, synceritatemque non solum manuum, per quas opera designantur: sed pedum etiam, qui significant affectus, quibus ad hoc sacramentum accedere oportet. O patres mei sacerdotes attendite, qualem puritatem à vobis hîc Dominus petit, quia enim hæc deest cum tam modico affectu, & deuotione hodie viuimus. Nam quamuis peccata venialia non impediant gratiam; impediunt tamen spiritualem affectum, & deuotionem. Atque

hæc est causa, quare cùm quotidie sacratissimum Domini corpus assumimus, non sumus mortificati, nec præ deuotione erumpimus. Nam siquidem hoc sanctissimum Sacramentum ex opere operato confert gratiã, quomodo in compositione, actionibusq; nostris, in affectu, & deuotione tot gradus gratiæ non apparent? quare tam remissi, ac tepidi post multos annos, quibus celebramus, inuenimus; sicuti prima die? quia peccata venialia impediunt deuotionẽ.
Bern. li. 2. de conside. ad Eugenium. Beatus Bernardus quærit, quid nam sint peccata venialia in viris Ecclesiasticis? Et dicit. Nugæ in ore secularis nugæ sunt. Non progrediuntur vlterius, ibi manent. Verùm nugæ in ore sacerdotis blasphemiæ sunt. Vlteriùs procedunt; licet sint peccata venialia: quia grauiora peccata sunt. Hoc dicit per exaggerationem. Quid autem
Malach. erit, si sint aliæ grauiores res? Malachias Propheta dicit. Et nunc ad vos mandatum hoc ô sacerdotes; si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriã nomini meo, ait Dñs exercituum: maledicam benedictionibus vestris. Ecce ego mittam super vos brachium, & dispergam super vultũ vestrum stercus solennitatum vestrarum. O quã terribilia verba; ô infœlicem sacerdotem, qui ea non senserit. Vt hoc melius intelligatur, notandũ est quod in lege veteri ex sacrificijs dabatur sacerdoti armus animalis quod offerebatur, & brachium cum armo, & venter etiam. Dicit igitur Dñs: Efficiam, vt hic armus & brachium tibi non proficiat, & venter ... stercus vultui tuo. Hoc est, efficiam vt omnia tibi in malũ, confusionem, & condemnationem conuertantur. Super quo dicit Diuus
Hierony. Hieronymus: Quales sunt sacerdotes, talia sunt sacrificia. Quid vir sancte? nunquid sacrificium mali sacerdotis non est tam sanctum, sicut sacrificium boni? Nunquid ambo pariter non consecrant? Etiam; sed vult dicere: quales sunt sacerdotes, talem effectum, quẽ ex sacrificio recipiunt. Attẽdite per charitatẽ patres mei, verba quæ dicit sancta Ecclesia in offertorio huius festiuitatis: Sacerdotes (inquit) Domini panes, & incensum offerunt Deo: ideò sancti erunt, & non polluent nomen eius, id est, non ponent obicem virtuti Dei peccatis suis, ne illis diuinum mysterium non
1. Mach. 4. proficiat. Lapides altaris, quod gentes prophanarant, quia sacrilegium erat in illo sacrificium offerri, eo quòd idolorum sacrificijs fuerat pollutum, imperauit Iudas Machabæus, vt in loco immundo reponerentur. Et reposuerunt (inquit) lapides in monte in loco apto, quoad vsque veniret Propheta, & responderet de eis,

38 eis. Ergo si Dominus Deus noster adeò puritate, ac munditia delectatur, vt lapides altaris sui iam idolorum sacrificijs pollutos in mundo, ac syncero loco voluerit collocari: qualem puritatem à nobis exposcet, vt sacratissimum corpus suum in nostris visceribus assumamus? Non dubito, quin quantum interest inter illos altaris lapides, & hoc sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum tantum oporteret interesse inter illam, & nostram puritatem, si fieri posset. Hoc diuinitus exaggerat Diuus Paulus, dicens: Non enim *Heb. 12.*
accessistis ad tractabilem, & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, &c. Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis: & iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum perfe- *Gene. 4.*
39 ctorum, & Testamẽti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem, quàm Abel. Nam sanguis ille vindictam, hic verò misericordiam efflagitat. Et de illo monte dicit hic B. Paulus: Si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Si igitur multũ interest inter hoc mysteriũ, quod in monte Sion, & illud, quod in monte Sinai celebratũ est: quia hic est verus Deus, & verus homo Iesus Christus millibus Angelorum, beatorumq; spirituũ circũse- *Exod. 31.*
ptus, vbi etiam pretiosi eius sanguinis effusio, & mors sanctissima repræsentatur. Si igitur bestia, quæ montẽ illum tangebat, lapidabatur, homo bestialis, qui diuinum hoc mysteriũ tetigerit multò dignior est lapidatu, vt certè in perpetuum in inferno lapidabitur, nisi tanti sacrilegij in hoc seculo pœnitentiam egerit. Nec verò illic solum punietur: verum etiam dicit Beatus Paulus, loquens de hoc
40 sanctissimo Sacramento. Etiam in hoc seculo plerimos grauissimis morborum, mortisque pœnis puniri. Et sic postquã dixit: Quicum- *1. Cor. 11.*
que manducauerit panẽ hunc, & biberit Calicẽ Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini, statim inferius subdidit, dicens: Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Quid scimus de multis quos infœlici interitu perire cõspicimus deque alijs, quos longissimis, grauissimisque infirmitatibus affligi videmus, vtrum fortasse hoc sit supplicium culpæ, quã cõmiserunt accedentes aliquando indignè ad sanctissimũ Eucharistiæ sacramẽtum? D. Cyprianus aliquot terribilia supplicia, quibus Deus homines punivit, eo quod indignè ad sacrosanctum hoc Sacramentum accessissent commemorat, & postea dicit: Vnusquisque conti- *Cypria in ser. de lapsis.*

ret non quid alius passus sit, sed quid pati, & ipse mereatur: neque euasisse se credat, si cùm interim pœna distulerit, cum timere plus debeat, quæ ibi Dei iudicis censura seruabit. Quia Balthasar Rex
Dan. 6. Babylonis prophane consecrata templi Hierosolymitani tetigit vasa, metuendo illo supplicio punitus est. Quid igitur speras tu, peccator infœlix, immunda anima, & turpi corpore ad Deum totius puritatis ac synceritatis accedens? O quanto cum timore, ac reuerentia oportet accedere illos etiam, qui maximam præparationem fecerunt?
Simile. Quasi si famulus in mensa magni alicuius domini vas poneret, quod in hospitali fuerat, & in eo pauperes vomere consueuerant: licèt iterum, atque iterum illud ablueret, semper tamen vereretur, ne aliquid in eo dominus suus inueniret, quod illi displiceret, & sic illud in ipsius oculos conijceret. Sola enim recordatio, quod tam obscœno ministerio seruierat, sufficiens esset, eius intestina reuoluere. Talem oportet adstare Christianum mensæ huius diuini Domini, licet sibi mundus, & absque peccato esse videatur: cum antea vas fuerit, in quo Sathanas turpia desideria, & opera vomuit. O infinitam Dei pietatem, quod talibus vasis, quæ diaboli ministerio seruierunt, ipse vult vti: sed quamuis diuina Maiestas conuersos peccatores non horrescit; peccator tamen semper timidus debet accedere. Fratres charissimi per reuerentiam huius Domini, qui adeò vos diligit, vt ad animarum vestrarum salutem semetipsum in cibum vobis reliquerit, vos rogo, vt hæc, quæ vobis hîc dixi, semper memoria teneatis: & recordemini Dominum, vt sacros Apostolos suos diuino corpore, ac sanguine suo cibaret, priùs eorum pedes abluisse, eisque dixisse: *Qui lotus est, non indiget nisi, vt pedes lauet.* Vt, scilicet, puluerem, si quis fortè pedibus adhæsisset, excutiat. Significando in hoc magnam puritatem, qua vult nos ad diuinum eius corpus accedere: vt cibus hic non solùm vita gratiæ nos viuificet, sed affectu etiam, feruore, spiritualibus virtutibus, donoq; perseuerantiæ, aliarumq; complurium gratiarum beneficijs nos ditet, & in posterum cœlestis gloriæ faciat esse participes, Amen.

Sermo

1 Sermo in Pasione Domini.

*Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus ad
uersus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemi
ni animis vestris deficientes.* Paul. ad Hebr. 12.

RES Est mirabilis visu quomodo sacra scrip- *Genes. 21.*
tura mœrorem Agar sigillatim, atque diuisim
commemorat, doloremq́ue quo affecta est di
scedens de domo Abrahæ cũ filio suo Ismael:
2 refertq́; illam abiecisse puerum subter vnam
arborem, quæ ibi erat. Dixit enim: non vide-
bo morientem puerum, & sedens contra leua
uit vocem suam, & fleuit. Dolorem autem, quem sacratissima vir-
go Maria Domina nostra ex obitu dilectissimi filij sui percepit, la
chrymasque innumeras, quas in eius sanctissima passione perfu-
dit, silentio maximo prętermittit. Copiose etiam refert lachrymas *Genes. 37.*
Sancti Patriarchæ Iacob arbitrantis filium suum esse defunctum,
de quo dicitur: scissisq́ue vestibus indutus est cilicio lugens filium
suum multo tempore. Extense etiam narrat dolorem Iob audientis *Iob.*
omnes liberos suos mortuos esse domumq́ue super illos corruisse.
Et de illo dicit quòd tunc surrexit, & scidit vestimenta sua tonso
capite corruens in terram. Virginem autem sanctissimam vniuer-
3 sam domum Israel, atque totum terrarum orbem super vnigeni-
ti filij sui dorsum cadere vidisse, quasi silentio prætermittitur. Ma- *Tobi. 10.*
gnoperè etiam exaggeratur apud Tobiam tristitia Annæ propter
absentiam filij sui Tobiæ, vbi dicitur: Flebat mater eius irremedia-
bilibus lachrymis atque dicebat: Heu heu me fili mi, vt quid te mi
simus peregrinari lumen oculorum nostrorum: baculum senectu-
tis nostræ, solatium vitæ nostræ: spem posteritatis nostræ? O Anna
mater Tobiæ quid filium tuum deploras, quem Angelus Raphael
deduxit, comitatusq́ue est, saluumq́ue atque incolumem domum
tuam reduxit? desine lachrymas Mariæ sacratissimæ matri crucifi-
xi Iesu, cuius filius non ab Angelo quidem sed ab atrocissimo Iu-
dæorum populo, non incolumis reducendus, sed durissimæ cruci

affigendus deducitur. Quod autem has lachrymas sileat diuina scriptura! Memorat etiam fletum Dauid ob mortem filij sui Ab-
2. Reg. 18 salon, & quomodo contristatus rex fleuit, & quód sic loquebatur: fili mi Absalon Absalon fili mi. Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Absalon fili mi, fili mi Absalon. Nec verò Dauid propriis oculis filium suum à quercu pendentem, tribusque lanceis transfossum aspexit, sed tantùm audiuit. Hæc autem mœstissima mater suismet oculis intuita est elegantissimum Iesum filium suum sanguine suo perfusum, à cruce pendentem, fortissimisque clauis affixum. Hæc verò omnia tanto silentio diuinæ literæ prætermittant? Hoc autem maiorem nobis affert admirationem: quia cùm Sancti Euangelistæ tam diuisim labores omnes ac contumelias diuini Redemptoris nostri descripserint, cùmq; tam solicitos se præberent in sanctissimi filij afflictionibus enarrandis, mœrores & angustias tristissimæ matris silentio inuoluerint. Ad hoc respondeo, dolores Iesu Christi filij Dei dolores fuisse redemptionis, ac idcircò Sanctos Euangelistas illos tanta cũ diligentia scripsisse, quia oportet eos ab omnibus sciri, vt debitæ illis gratiæ referantur. Dico etiam non opus fuisse labores sanctissimæ virginis explicari: quia ex ijs quos sacrosanctus filius passus est, facile conijci potest, quot quantosque amantissima mater fuerit perpessa. Nam anima magis est vbi amat, quàm vbi animat. Et quia hæc sancta virgo magis in Iesu Christo filio suo quàm in semetipsa morabatur, quia plus eum, quã se diligebat: idcircò maximè filij sui afflictiones sensit, atque etiam consensit, quia diuinæ voluntati summopere conformata erat: nimis enim mundi remedium exoptabat. Eclipsato igitur & obscurato sole, qualis remaneret luna, quæ totum lumen
Ioan. 19. suum à sole recipit? Et sic commemorans Diuus Ioannes hoc dolorosum mysterium dicit: stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Et referens Sanctus Euangelista beatissimam virginem immediatè post crucem ante omnes alias, quæ aderant, significat hanc afflictissimam matrem magis sensisse crucem, & ea, quæ illa tolerata sunt, quàm cæteras omnes. In mensa regis nemo præter reginam comedit. Principes, & reliqui magnates condunt in mensa status: sic etiam quandò supernus rex Iesus Christus manducabat in mensa crucis tormentorum cibos: quis alius nisi regina mater eius in hac mensa manducaturus erat? reliquas

omnes

7 omnes principes & magnates hoc est Apostoli cæterique sancti instatus mensa manducent: id est aliud tormentorum, ac crucis genus patiantur. Itaque clementissimi Iesu labores ac tormenta nullus sanctorum sensit sicut sanctissima eius mater. Et hoc est illam solam in eius mensa manducare. O quam merito potuit dicere Thren 3. hæc afflictissima mater verba illa Hieremiæ, quæ ad aliud propositum ipse dixit: Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. Factus est Christus Iesus arcus quandò corda misericordiæ suæ infinitæ fecit arcum ex virga iustitiæ. Idest, quando misericordia iustitiæ rigorem fecit reflecti. Hunc arcum Deus permisit tempore passionis tendi. Et ideò diceret beata virgo. Pater æternus tetendit arcum suum, quandò permisit in cruce tendi, & posuit me quasi signum, vt reciperem omnes sagittas dolorum, & angustia
8 rum, quæ ex illo immittebantur. Et hæc est ratio, quarè stabat iuxta crucè, & non sedebat: quare non sedes ô benedicta virgo fatigata & dolore, & itinere? quia posuit me quasi signū ad sagittam: & si sederem per altū transirent sagittæ, nec cor meum attingerent. Præ nimia hominū multitudine, si sederē, non possem profectò videre omnes labores, ignominias, ac tormenta, quæ sanctissimus filius meus pertulit, & ideò vt cuncta prospicerem & sentirem, stabam iuxta crucem erecta. Stabat etiam, quia graue est corpori sedere, quandò cor erectum est: quomodò sessura erat in solo, quæ cor affixum habebat in ligno? In diluuio vniuersali, non inuenit columba vbi requiesceret pes eius: sic etiam in hoc diluuio passionis non inuenit Gene. 8. mitissima columba vbi sedere posset. Si sanctissimum caput aspiciebat, spinis illud circunseptum videbat. Si in pedes, ac manus
9 oculos conijciebat, clauis transfossos eos intuebatur, si in oculos, cruore coopertos eos videbat, si in sacrosanctum corpus aspiciebat, totum sæuissimis plagis consitum videbat: non habebat vbi spiritu quiesceret, & ideò corpore stabat. Etiam stabat, vt nos doceret si sanctæ crucis mysteria sentire volumus non oportere nos in terrestribus rebus sedere: affectuosè enim in eis collocati ferè nihil bonum sentiemus, nec sapiemus. Sed vellem ego scire ò maxime Redemptor animæ meæ, quarè ad transfigurationem tuam discipulos tuos deduxeris, qui te gloriosum cernerent, benedictamque matrem tuam reliqueris: hodie verò eam assumis vt te moriētem videat, illos verò derelinquis nè te tot tormenta perpeti conspiciant? Nunquid non præcipiebat lex, Non coques hœdum in lacte

matris?

Deut. 22. matris? quomodò igitur quoquitur hodiè filius in lachrymis matris, & mater in sanguine filij sui? etiam præceptum erat: qui inuenerit nidum auis & matrē pullis vel ouis desuper incubantē; nō tenebit eam cum filijs, sed abire patietur captos tenens filios. Si quando ergò tu ô cœlestis passer in crucis nido à crudelissimis carnificibus laceraris quarè mitissima etiam passercula, quæ est mater tua, cruciabitur? Nam remanente tuo pretioso sanguine in terra, cute in cruce, carne in sepulchro, anima in sinu Abrahæ, in omnes has partes erat ipsa sanctissima virgo diuisa, & in tot frusta purissimum eius cor discerptum. Vnū fragmentum erat in terra cum sanguine, aliud in cruce cum cutis partibus, aliud in sepulchro cum corpore, aliud in sinu Abrahæ cum anima, atque etiam aliud in monte Caluariæ cum ijs, qui ex sua familia illic lamentabantur. O filiæ æterni patris siquidem legis sancitor es, quare illam violas? Nonne præcipit lex, non immolabitur vna die ouis cum fœtibus suis? quæ mitior fuit ouis hac sancta virgine, & quis mitior agnus, quā tu, qui tollis peccata mundi? quare igitur vis ô Domine, vt eadem die in eadem cruce offerens tu temetipsum æterno patri sacrificium etiam tua mater sanctissima ibidem immoletur? Ad hoc respondet Beatus Anselmus filium Dei voluisse, vt mater sua sanctissima illi vltimæ mortis suæ horæ interesset, vt eam vnicam hæredem suam institueret tanquam proximiorem consanguineam. Quandò Patriarcha Iacob mori voluit, dilectum filium suum Ioseph accersiuit dixitque ei. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. O dulcissime Iesu, qui ad pedem crucis defers sacratissimam genitricem tuam in hora mortis tuæ, illamque hæredem constituis super arcum crucis & super sagittas, ac dolores, vniuersorumque, quæ illi comparasti. Et ita meritorum tuorū illam hæredem esse voluisti, quo eius intercessione æternus pater, gratias quas cum illis laboribus meruisti, eis diuideret, pro quibus ipsa illum exoraret. Quare cùm ita sit dilectissimi fratres nunc, cùm gratia cœlesti indigemus ad hanc pretiosissimam virginem Mariam confugiamus, eamque suppliciter exoremus, vt eam nobis consequi velit, dicentes singuli deuotissimè. Aue Maria.

Leuit. 22.

Anselm.

Gen. 48.

Recogitate eum, &c. Si homines gustū nō amisissemus, nihil in toto terrarum orbe affectuosius ageretur, quàm pretiosissima Saluatoris nostri passio. Plerumq; admirabilia, ad noua, atq; ad vtilia concurrere

13 resolemus. Nec vero quicquam tam admirabile tam nouum, atque tam vtile in vniuerso extitit, quàm Deum mortem tam crudelem, atq; ignominiosam fuisse perpessum. Ortus, & vita immaculata Christi Redemptoris nostri aliquo modo nomen mirabilis videntur amittere, si eius morti, & tali morti conferantur. Et non solum fuit admirabilis, sed etiam vtilissima, cum omnia bona, quę in Sancta Ecclesia sunt, inde oriantur. Idcirco non contentus est Diuus Paulus dicere: cogitate: sed dicit: *Recogitate*. Quantum fuerit hoc beneficium non potest in hac vita penitus cognosci.

Sed in alia cognoscetur. Nam ad hoc beneficiũ plenè cognoscendum oportet intelligere quid nobis propter id datum fuerit, quæ est cœlestis beatitudo, & liberatio ab inferno. Per illud gloriam
concedi patet ex eo, quod Dominus dixit, ego veni, vt vitam ha- *Ioan. 10.*
14 beant, & abundantius habeãt. Et ex eo quod dixit Zachæo, venit *Luc. 19.*
filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Et propter hoc etiam beneficium iustos ab inferno esse liberandos ex eo pa-
tet, quod dicitur, sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita *Ioan. 3.*
exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Quantum autem bonum sit gloria perfrui, & ab inferno liberari non potest in hac vita plane intelligi, quousque homines sese in illa suprema beatitudine videant, & inde damnatorum tormenta conspiciant. Nam vt Esaias
dicit: erunt ad visionem omni carni. Quandò igitur illos clamores *Esai. 66.*
miserias, & ignem conspexerint, & se ab illis liberatos fuisse, & ea, quæ possident, impetrasse omnia hæc ex Iesu Christi filij Dei morte dimanasse cognouerint: quibus, quæso oculis sacratissima
15 illa, atque pulcherrima Domini vulnera conspicient, per quæ tanti boni ianua illis aperta fuit, & à tanto malo liberati sunt? & quot gratiarum actiones Redemptori Iesu Christo referent, qui eos redemit non corruptibilibus auro, & argento, sed pretioso san-
guine suo? Vsque illud tempus non poterit omnino huius bene- *1. Pet. 1.*
ficij magnitudo cognosci: nec quidem tunc illud penitus poterunt complecti. Nam ad illud complectendum opus esset passi personam, quæ est infinita, & incomprehensibilis, complecti. Hæc dictio illa: *Eum*. Quam ponit Beatus Paulus, magnam ha-
bet emphasim. *Recogitate* (inquit) *Eum*. Qui est pelagus perfectio- *Hebr. 1.*
num. De quo anteà dixerat: portans omnia verbo virtutis suæ. Atque hinc fuit commotio, quã vniuersus mundus ostendit. quod

tempore passionis eius obscuratus est sol, contremuit terra, con-
sæ sunt rupes, monumēta aperta sunt, cardines orbis terrarum co-
ruere videbantur. Cōtremuit hæc domus, quam Deus homini
construxit: quia percutiebatur columna, & fundamētum, in
vniuersa nitebātur. Hic est ille: *Eum, &c.* Itaque quamuis to-
ta omnium, & mille aliorum sæculorum tempus consume-
loquendo de illo, qui patiebatur, nunquam eius perfectiones p-
sent penitus explicari. Hic igitur tantus Dominus voluit pati,
passus est, vt nobis mederetur.

Exod. 10. Vna ex magnis plagis quibus Deus tetigit AEgyptum, fuit lo-
custa quæ vniuersam regionē destruxit, quā cū auferre vellet
fecit ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam lo-
stam proiecit in mare rubrū, vbi penitus cōsumpta fuit. Cum
Dominus plagæ illi aliter mederi posset, hāc potissimā rationē
git, in qua redēptionis nostræ modum figuraret. Peccatorum
locustā, quæ non solū AEgyptū, verū vniuersum etiā terrarum
destruebat; voluit Deus sua immensa charitate in mari rubro
tissimi sanguinis, passionis, mortisq; suæ consumere. Ita pro-
Mich. 7. rat S. Michæas dicēs: deponet omnes iniquitates nostras, & pro-
ciet in profundum maris omnia peccata nostra. Vnde quoties-
que æternū patrē placare volumus, vt peccata nostra dimittat, p-
tiosissimum hunc sanguinē atq; sanctissimā mortem eius
proponere debemus, quo illum ad ea dimittenda moueamus.
quę fuerunt fœminæ quæ, virorum suorum qui ab hostibus
fuerant interfecti, sanguine cruentatas tunicas conseruarunt, vt il-
las filijs suis adultis ostenderent, quò eos ad patris sui mortem
cendam concitarent. Nos verò vice versa facere oportet:
enim æterno patri corpus dilectissimi filij sui Iesu Christi
nō vt eum ad iracundiā quidē, sed vt ad misericordiā peccato-
Exod. 12. veniā prouocemus. Hoc significauit Deus præcipiens He-
sumerent de sanguine agni, & ponerēt super vtrunq; postem
superliminaribus domorum, in quibus comederēt illum. V-
ciens Dñs liminaria illa sanguine intincta pertransiret vlt-
cutiens gladio suo AEgyptiorum domos, illas verò in quo-
nibus esset sanguis agni, indemnes relinqueret. Sic enim dixit
autē sanguis vobis in signum in ædibus, in quibus eritis, & vid-
sanguinē, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens qua-
dò percussero terrā AEgypti. O admirabile mysteriū, quid opus
erat

19 erat tibi Domine sanguine, qui esset tibi in signum, ad domos ciuium tuorum cognoscendas? Quid? nonnè omnia nuda, & aperta sunt oculis tuis? Ne quaquam profectò necesse erat Deo ad domos suorum cognoscendas, vt sanguine conspersæ essent: hoc autem præcepit, vt nos erudiret, quid ad suam diuinam maiestatē placandum facere deberemus. Scilicèt, vt sanguinem immaculati agni, qui in cruce effusus est, in diuino eius conspectu proponamus: per eum enim, & cum eo illum sedabimus. Quid autem hic omnipotens Dñs pro hoc tanto beneficio à nobis petat, ipse explicauit, loquens cum sponsa, beneficij magnitudinem priùs declarauit dicens: sub *Cant. 8.* arbore malo, suscitaui te: ibi corrupta est mater tua: ibi violata est genitrix tua: in his verbis mundi ruinam, ipsiusque remedium comprehendit. Omnium mater iuxta arborem vetitam violata,
20 corruptaque fuit, integritatem, idest, diuinam gratiam, originalemque iustitiam amittens. Dicere igitur Dominum, vbi mater nostra corrupta fuit, ibi nos ab illo resuscitatos fuisse, significat per arborem vetitam mundum perditum, per arborem verò crucis redemptum, atque reparatum fuisse. Cùmque huius singularis beneficij magnitudinem declarasset, subdidit statim quid pro illo petat dicens: pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculũ super brachium tuum. Verba sunt hæc sponsi in cruce pendentis, dicentisque animæ Christianæ, vt imaginem illam sponsi sui crucifixi semper in corde suo gerat impressam, nè vnquam tanti beneficij sit immemor. Etiam vult sponsus, vt eius signaculum in brachijs nostris sit positum, idest, in operationibus. Ideò enim præcipuè tot tormenta pertulit, vt nos moueret ad patiendum
21 cum tolerantia pro eo, atque vt in eius ministerio mirabilia opera faceremus. Ad vniuersum enim mundum, atque etiam mille mundos redimendos vna gutta pretiosi eius sanguinis sufficiebat. Quapropter ò anima Christiana posita in imaginatione tua ante hunc cœlestem sponsum considera illum tibi dicentem: Pone me, vt signaculum super cor tuum. Beatus Chrysostomus *Chrysost.* sic dicit: Nunquid si per singulos dies mortem subiremus pro eo, qui nos ita dilexit, meritum hoc, vel minimam eius partem exolueremus? & quandoquidem nequaquam debitum hoc exoluere possumus, saltem adimpleamus, quod hic nobis præcipitur. Et Beatus Bernardus, Beatus Bonauentura, alijque sancti pa- *Bernard.* tres nobis diligentissimè commendant, ne qua dies prætereat, *Bonauent.*

quin

quin aliquantum temporis in huius beneficij consideratione co-
sumamus, atq; in hoc cælesti sponso pro nobis in cruce pende[nte]
Aug. lib. de virgin. contemplando occupemus. Ad hoc nos etiā inuitat D. Augustin.
dicens: inspicite vulnera pendentis, sanguinē morientis, pretiū re-
mentis: caput habet inclinatum ad osculandum, cor apertū ad dili-
gendū, brachia extensa ad amplectendū, totum corpus expositū ad
redimendū: hæc quanta sint cogitate, hęc in statera vestri cordis ap-
pendite, vt totus vobis figatur in corde qui totus pro vobis fi-
Gala. 2. xus in cruce. Idcirco dicit Beatus Paulus: *Recogitate eum, &c.* Hac con-
sideratione fulciebatur sanctus Apostolus ad omnia huius sæculi
infortunia toleranda. Et sic cùm dixisset: Christo confixus sum cru-
ci, viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus: statim ratio-
nem addidit dicēs: qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.
Quid etenim iustius, quā pro eo pati, qui propter me passus est?

Vt autem sciatis fratres charissimi quid vobis cogitandū hodie
tioni consentaneum erit, aliquot hîc passionis loca recenseri, quæ
quidem maximi sunt doloris, atq; afflictionis plena. Verū quis ho-
Iob. 2. die linguam habebit ad loquendum? Cum amici Iob illum in ster-
quilinio sedentē, lepramq; ac vermes testa radentem aspicerent, quem
anteà tam prosperum, atq; honestatum viderāt, adeò obstupuerunt,
vt exclamantes plorauerint, scissisq; vestibus sparserint puluerem
super caput suum in cælum, & sederint cum eo in terra septem die-
bus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. Videbant
enim dolorem esse vehementē. Res mirabilis. Tā obstupuerunt
runt, vt nullus eorum omnibus his diebus præ stupore, vnum verbum
fuerit locutus. Sic enim obmutuerunt. Quòd si illi tanto repleti
sunt stupore videntes hominem vulneribus illis percussum: quan-
topere nos deberemus obstupescere cōtemplantes Deum, & homi-
nem in cruce pendentem, leprosum, vulneribus consitum, lateris
manibus transfossum, nec habētem linteum, nec saltem testam qua
se mūdaret, sicut Iob? Si illi obmutuerunt, & septem dies ne vnum
quidē locuti sunt, quomodò loquemur nos cum ante oculos nostros
spectaculum habeamus? Quapropter hodiernus dies lachrymis po-
tiùs quàm verbis est aptus: immensi enim dolores Iesu Christi cru-
cifixi meliùs deplorari, quam recēseri possunt. Hodie fieri oportet
Thren. 2. quod dicit Hieremias. Deduc quasi torrentem lachrymas
Leui. 23. taceat pupilla oculi tui, hodie enim moritur flos Israel. De qua
die dicebat Deus: omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac

25 ſcribit de populis ſuis. Et iam dicere poſſumus ſatis malum ſignum eſſe animæ, quæ hodiè non fuerit afflicta, cum hoc maximè ratio poſtulet. Veruntamen, quamuis hæ res paſsionis aptiores ſunt vt ſentiantur quam vt dicantur: oportet nos de illis quo meliori modo poterimus aliquid agere.

Primùm recogitate quomodò hic clementiſsimus Dominus in horto. *Cœpit pauere, & tædere.* O anima mea tenera nũc obſecro efficiaris contemplans illum potentiſsimum Dominum, (de quo dixit Dauid qui reſpicit terram, & facit eam tremere:) nunc pauore plenum eſſe, vt te ſecuritate repleat. Recogitate quomodò mœrore plenus à diſcipulis ſuis receſsit ad patrem oraturus. Quod vt Beatus Lucas narraret, dixit, auulſus eſt ab eis. Quia ſe ab eis ſegregari durum illi erat quaſi anima ab eius corpore auelleretur. O ineffa- *Psal. 103.* *Lucæ. 22.*
26 bilem Dei erga homines charitatem? O anima Chriſtiana quomodò recedis tu ab hoc Deo, à quo tantopere amaris? & tandiu, & abſque vlla ſenſatione & dolore? non equidem negare potes, hoc ex amoris defectu prouenire.

Et factus eſt in agonia. prolixius orabat. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terrã. In oratione, quam ad patrẽ habebat, diceret, credo, illud Eſaiæ, ſine cauſa, & vanè fortitudinẽ meam con ſumpſi. O ingratos homines? ô corda marmorea iam enim Deus dolet, quòd pretioſiſsimus eius ſanguis non eſt omnibus profuturus. Hic erat dolor, qui ſanctiſsimum Redemptorem maximè cruciabat. Videbat enim ſe cum tantopere laboraſſet racemationem eſſe percepturum, diabolum verò cum nihil in vinea feciſſet, fere totam vindemiam eſſe laturum. Conſiderate dilectiſsimi fratres quo *Esai. 49.*
27 maiori affectu atque attentione poteritis nullum martyrum, quantumcunque acerbiſsima tormenta pateretur, ſanguineis guttis inſudaſſe: & hæc fuit res in omnibus ſæculis inaudita. Tantaq; fuit ſanguinis, quo ſudauit, abundantia, vt poſtquam veſtes illo madefactæ ſunt, magna illius copia in terram exciderit. O terra, quæ talem à Deo liquorem recipis, ne illum abſorbeas, vt animæ noſtræ in eo perfundantur. Fons paradiſi voluptatis, de quo dicit ſacra ſcriptura in quatuor partes diuidebatur. Et fluuius (inquit) egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Hic autem diuinus fons nõ in quatuor quidẽ, ſed in innumerabiles partes diuidebatur, ex omnibus enim poris ſanguis abundantiſsimè defluebat. O ſanguis cælo multò pretioſior *Gene. 2.*

quomodò tam paruo precio venderis? O fœlicissimam animam, quæ ex tanto bono fructum nouerit percipere. Beatus Hirenæus probans Christum Redemptorem nostrum veram carnem assumpsisse, dicit. Alioquin enim non sudasset globos sanguinis. In quo verbo adnotatur maxima sanguinis multitudo, quam illic Bonus Iesus effudit. Prouenitq; hic sudor ex maximo quodam conflictu qui in sanctissimo eius corde tanquam in campo gerebantur inter amorem, & timorẽ. Naturalis etenim timor vehementissimus erat, nostræ etiam salutis amor ardentissimus in eo vigebat. Et adeo fortatus est amor, vt timorem à corde expulerit, qui quidem absque magna violentia non potuit exire: & sic quandò exitus fuit tantus sartagon, & feruor, vt factus fuerit *sudor eius sicut guttæ sanguinis &c.* Dux Iephte procedens ad bellum contra filios Ammon votum vouit Domino dicens: si tradideris filios Ammon in manus meas: quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ mihiq́ue occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon; eum holocaustum offeram Domino. Reuertenti autem Iephte in domum suam occurrit ei vnigenita filia sua; neq́ue enim habebat alios liberos. Qua visa lachrymis perfusus scidit vestimenta sua, & ait: Heu me filia mi decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ad Dominum & aliud facere non potero. Cui illa respondit: Pater mi si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es concessa tibi vltione, atque victoria de hostibus. Dixitq́ue ad patrem: hoc solum mihi præsta quod deprecor: dimitte me, vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Qua mortua cõsuetudo fuit inter virgines Israel vt semel in anno mortem eius lamentaturæ conuenirent. O admirabilis dux Iesu Christe, qui promisisti æterno patri te sacratissimam humanitatem tuam virginem elegantissimam in holocaustum pro victoria de peccatis, & diabolis reportata esse oblaturum. Lamentabatur filia ducis illius eò quòd nupta non fuerat, vt sobolem in mundo relinqueret, quæ diuitias suas possideret. Sic etiam plorabat tua sacratissima humanitas suam virginitatem, eo quòd cum tu in mundum veneris vt animas fœcundares, easq́ue bonorum operum fœtus faceres producere: moreris virgo, absque tanta generatione, quantam desiderabas. Non deploras Domine corruptibilem, sed incorruptibilem virginitatem. Magis enim anima Deo, quàm virgo marito indiget. Plorat Christus

Hirenæus. lib. 3. cap. 32. aduer. hæret.

Iud. 11.

31 flet Iesus virginitaté suã: quia sine spirituali generatione moritur: quid ploras o dulcissime redemptor animæ meæ? plango virginitaté meã: quia vix in mũdo reperi, quis meũ matrimoniũ vellet cõtrahere, nec quis meis diuinis inspirationibus vellet prægnari. Plango virginitaté meam: quia cum triginta tres annos in hoc mundo cum tot miraculis, prædicationibus, bonisq; exemplis vixerim: videor mihi parum fructus percepisse: in comparatione plurimorum laborum, quos pertuli. Plango virginitatem meã, quia cum ego pro hominibus moriar, vix reperio quis ex morte mea velit fructum percipere, nec quis pro maximis meis beneficiis gratias mihi velit agere. Quòd si virgines Israel conueniebant virginis illius obitum ploraturæ: quantò magis nos Saluatoris nostri mortem lamentari oportet, siquidem mortuus est, vt nos à perpetua morte liberaret? Animaduerte ò anima Christiana Christum omnibus membris
32 suis sanguineas lachrimas effundere, quia ex diuinis eius meritis non vis fructum percipere. Attende illum tibi dicere. Aperi mihi soror mea, sponsa: quia caput meum plenum est rore & cincinni mei pleni sunt guttis noctium. Aspice illum totum suo pretioso sanguine conspersum in obscura, & frigida nocte: aperi ei cor tuum siquidem tot labores patitur, vt in illud ingrediatur. Cant. 5.

Illi sic in hoc agone commoranti *Apparuit Angelus confortans eum*. Quid est hoc Domine? tu, qui alios à periculis, & calamitatibus liberas; tu, qui Ionam à ventre ceti liberasti, quique Dauid à Saulis manibus eripuisti, Danielemque à lacu leonum abstraxisti: Angelum accersis, qui te adiuuet, & consoletur? O vere prælate, & qui gaudet facere illa, quæ alij faciunt? vt enim san- 1. Reg. 22. Dani. 6.
33 ctissimus Dominus fratribus suis conformaretur, voluit ab Angelo confortari. Vnde dixit quidam: sicut verè infirmatus est, & verè tristatus; noluit spernere confortationem per Angelum à patre missum vt nos doceret in afflictionibus nostris Angelos exposcere oportere, qui nos confortentur, ne in illis deficiamus. Quæ verba dixerit ei Angelus consolans illum, non refert Sanctus Euangelista, vt deuoto, atque affectuoso contemplanti locum merendi cedat. Veruntamen, vt aliquorum seruorum Dei voluntati satisfaciam aliquot nunc recensebo, quæ potuit dicere prophetijs innitens, quæ hoc ita prædixerunt. Accedens Angelus ad mœstissimum, nimisque fatigatum Dominum, sic illum æterni patris nomine alloquitur. Dilectissime fili satis superque ti-

bi compertum eſt meum erga te amorem nullis terminis poſſe
teneri, omniaq; mea tibi à me tradita fuiſſe, vt ab æterno illa poſ-
deas: ego in te ſemper, tuq́; in me in perpetuũ cõmoraris, vbicun-
ſis. Quia autem peccatorũ cauſam volens propugnare illam vt tu
ſuſcepiſti: iuſtitia mea expoſcit vt te abſq; vlla miſericordia cruci-
tibus tradam & de te vno ſupplicium ſumã, quod de ſingulis pec-
catoribus ſumpturus erã. Optimè noſti fili mi lege vſitatũ, atque
obſeruatum eſſe: quòd in cuius poteſtate furtũ inuenitur, ipſe fur-
ti pœnas luat. Quis tua ſacratiſsima mẽbra ſufficeret cruciare, niſi
iuſtitia mea in te omnia peccata incluſa reperiret? ſcriptũ habes in
Luc. 15. oſtio tuo: Hic peccatores recipit: & non es puniendus tanquã pec-
cator? Omnes quaſi oues errauerunt tenentes vnuſquiſq; viã ſuam
& quia tu vnice fili mi de cælo in terrã pro illis ſoluturus deſcendi-
ſti, in te vno omniũ iniquitatem conſtituã & pro peccato populi
mei te puniam: & in humanitate iſta quam aſſumpſiſti te affligam
vt illos à te vno ſaluos eſſe apertè omnibus innoteſcat. Vniuerſi-
orbis contra te arma ſuſcipiet: Sol & Stellæ in morte tua obſcura-
buntur: terra motu ſuo tua ſacrata mẽbra faciens cõtremiſcere, ſan-
ctiſsimũ corpus tuum affliget: aqua in fel amariſsimum vinum
in acetum acerrimum conuertetur. Inimicorum tuorũ voluntati te
tradam, quibus ego permiſi, vt in te omnem furorem, omnem do-
lorem, omnem deniq́ue immanitatẽ exerceant, & illi quos in pecu-
liarem populum elegiſti te blaſphemabunt, atrociſsimaque mor-
te afficient. Veruntamen confortare fili mi: nam denique perditã
ouem recuperabis, illamq́ue à peccati luto abſtrahes, atq; in amœ-
niſsimum beatitudinis pratum deduces.

Surrexit tunc Dominus nimis ad patiendum confortatus & in-
ueniens tertiò diſcipulos ſuos dormientes dixit eis: *Dormite iam &
requieſcite*: Et ſic vigilauit, eoſq́ue dormientes, ac quieſcentes cu-
ſtodiuit. O ineffabilem huius diuini paſtoris clementiam? conſide-
rate quomodo vigilat, vt oues eius requieſcant, contẽplamini pii-
ſima eius viſcera: nam paulò anteà cum illos reprehendit, quia dor-
miebant: ſtatim eos excuſauit dicens: ſpiritus quidem promptus
eſt: caro autem infirma. Nunc, autem illos vigilans cuſtodit. Per-
pendite quomodo quantò propinquior erat morti, tantò magis
ſuum ardentiſsimum amorem erga diſcipulos ſuos oſtendebat: &
eo tempore quaſi ſui ipſius immemor illorum tranquillitatem cu-
rabat. Cum ita vigilaret cohortẽ ad ſe apprehẽdendum ſentit pro-

pe

37 perare. In horto erat Susanna balneans se quãdò ab illis maledictis
senibus cõprehensa: falsoq; accusata fuit. Sic etiam dulcissimus Re- *Dani.* 13.
demptor quo tẽpore suomet sanguine fuerat balneatus à ministris
iniquitatis cõprehensus fuit. Sciens autẽ Dominus illos propinqua
re discipulos suos excitauit, vt dicit D. Marcus, dixitq; eis: *sufficit,* *Marc.* 15.
venit hora ecce filius hominis tradetur in manus peccatorũ, surgite eamus.
Eamus (inquit) ad illos recipiendos, qui mihi mortẽ inferre volunt.
O benedictus sit talis Deus, benedicta talis charitas. Si exis Domi-
ne ad recipiendos eos, qui te volunt apprehendere, quomodò non
exibis obuiam eis, qui veniunt vt tibi seruiant? & *Adhuc eo loquente*
venit Iudas, & cũ eo turba multa cũ gladijs, &c. O peruerse, & nequã
homo non sufficeret te illum quasi rem aliquã vilissimã triginta ar
genteis vendidisse, (secũdũ quippè doctores, qui de hac materia lo-
quuntur totum pretiũ erat trecenti dipondij, argenteus enim vale-
38 bat decẽ dipondios) & tam vili pretio illum vendidisti, quòd nullo
precio poterat ęstimari. Maiori equidem pretio vendi solet aries in
emporio. Nec verò hac tanta simonia cõtentus es sed quasi canis as-
suetus venationi, qui Hispanè dicitur (*De muestra.*) sacrilegam turbã
præcedis, vt eis mansuetissimum agnũ quasi immanissimis belluis
ostẽdas, qui eum morsibus conficiant? *Recogitate eum qui talem, &c.*

Hic considerare poteritis mysteria, quæ illic acta sunt, crudelita-
temque qua illic vinctus, & ab horto inter illam atrocissimã bellua
rum turbã deductus est. O sancta sanctorũ, ô arca deifera interiùs &
exteriùs diuinitate deaurata quã transuersam te video, vtq; animad
uerto manna tibi effundi, ex quo vniuersa hominũ salus dimanat.
O quam atrociter legales tabulæ, atq; etiam ipse legislator percuti-
39 tur, atque per terram trahitur. O virga Aaron potentissima quàm
reflexam te ictibus crudelissimis aspicio? ô virga iuuentute viridis,
virtutibusque florẽtissima, virga ex radice Iesse quàm excoriatam
cortice, cunctaq; pulchritudine priuatã te video? O panis proposi-
tionis quam immanes morsus in te crudelissimi isti canes affigunt?
O rex Dauid quam dispari cultu arcam Dei venerabaris, etsi nihil
aliud erat nisi vmbra huius veritatis, non illam ita tractabas cũ præ
gaudio ante illam saltabas regiæ autoritatis immemor. Non didicit
profectò à te populus tuus siquidem hi non humeris quidem illam
asportabant, sed humi deijciebant. Confracta trahitur & pedibus
conculcata per terram, & mundi pretium effundens. O pretiose
raceme de vinea Engaddi, quam strictè premeris, & contereris

& omnibus conticescis. O animæ deuotæ pio affectu Deum vestrum propter vos ita cruciatum comitamini. *Recogitate eum qui talē, &c.*

Contemplamini quod in hac nocte in domibus illorum pontificū iniquissimorū passus est, vbi alapis cęsus, consputus ac plurimis contumelijs dedecoratus fuit. Posteà verò mane quòd in domo Herodis, & in domo Pilati pertulit: in quarum altera vt stultus, & insanus reputatus; in altera verò quasi malefactor plurimis, ac sæuissimis verberibus flagellatus est. Considerate quomodo diuina Dei sapientia à stultitia mundi irridetur: & quomodò Herodes, & Pilatus Deo vestro quasi pila ludunt: alter enim ad alterum eum mittit, & inuicem alter ad alterum remittit. Et postquā illum dirissimè verberarunt: induunt eum purpura, & imponūt ei plectētes spineā coronam. O terra Iudæorū, quæ lac, & mel ferre consueueras, nunc autem spinas producis, quæ creatorem tuum feriunt. Et cœperunt salutare eum dicentes: *Aue rex Iudæorum.* O quàm ad literā impleta est hîc veritas illius visionis, quæ facta est Zachariæ vbi dicitur:
Zacha. 3. Ostēdit mihi (scilicet Dominus) Iesum sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini. Nunquid non iste torris erutus de igne? & Iesus erat indutus vestibus sordidis. Dicens hunc summum sacerdotem stetisse, denotat solicitudinem, & illum semper stare in adiutorium nostrū. Sicut illum vidit B. Stephanus. Ipse quidē stetit
Actor. 7. vt nos sederemus, & quiescerenius. Et dicit: Iste torris: id est: hic vnus titio qui euasit ab igne. Non dicit illum esse prunam, aut ignem, aut lignum, sed torrem accensum. In quo significat Christum redemptorem mundi nec totum fuisse prunam, nec totum lignum: id est, nec solum Deum nec solum hominem, sed verum Deum, & verū hominem. Et ante quàm esset torris, erat purus ignis, qui non patiebatur se tangi. Sed introductus ignis in torrem patitur se per eam partem, quæ non ardet quæ fuit humanitas, quasi torrem attingi: & hic vnus torris à generali peccati igne euasit. Et hunc diuinum sacerdotem induerunt illi milites sordidis vestibus purpuræ tritis, & ruptis per contemptum, & illusionem. Et sic vestitum, & spinis coronatum in publicum protulerunt: hoc est, in infamiam publicam. Exibat filius Dei cælorum pulchritudo adeò deformis, vultuque cruore, & sputis ita infecto, vt horrorem maximum aspicientibus afferret: & sic maledicti illi homines facies suas aliò conuertebant, vt illum non viderent. Sicut scriptum erat qui videbant me
Psal. 30. foris fugiebant à me. Et metu perculsus infœlix Pilatus propter

verba

43 verba Iudæorum dicentium: *Si hunc dimittis non eris amicus Cæſaris.* Innocentiſsimum agnum morte damnauit. Et conſiderandum vobis eſt: vix iniquiſsimi iudicis ore ſententiam fuiſſe prolatam, vt crucifigeretur bonus Ieſus: cùm omnes, qui atrij oſtio adſtabant maximum præ lætitia, & victoria clamorem extollunt. Tantum quippè erat eorum odium in illum, vt vix quiſquam illorum tantopere vitam ſibi, quàm mortem ſancto Redemptori exoptaret. *Thren. 2* Plauſerunt ſuper te manibus, ſibilauerunt, & mouerunt capita ſua, dicebat Sanctus Propheta Hieremias de miſera Hieruſalem quandò per Aſsyrios direpta fuit. Acſi diceret: Non ſunt contenti hoſtes tui templum tuum incendio concremare, muroſque tuos ſolo adæquare, theſauros diripere, filios deniq; tuos captiuos ducere, ſed vt magis te illuderent præ nimia lætitia proclamabãt, & ma-
44 nibus complodebant. O ſancte Hieremia ceſſa iam plorare populi tui euerſionem: & ego, ac tu crudeliſsimam Redemptoris mei ſententiam lamentemur. Nam ſi populum tuum extranei euertunt, illius terram arripiunt eumq́ue captiuant: meum Redemptorem ſuæmet creaturæ vita priuant. Nec illum ita afflictum aſpicientes contenti ſunt, ſed manibus etiam plaudunt, & præ lætitia linguis ſacrilegis conclamant.

Recogitate etiam quomodò prolata ſententia deductus eſt agnus manſuetiſsimus ad immolandum, & occidendum in montem Caluariæ cum voce præconis proclamantis, & dicentis: Hoc eſt ſupplicium, quod imperat ſumi præſes Pilatus de hoc homine: quia eſt incantator, veneficus, & necromanticus. &c. Et quia diuinum honorem vſurpat, filium Dei ſe faciẽs, & quia ſua falſa doctri-
45 na populum decipiebat. Imperat vt ligno tribus clauis affigatur. Qui tale facit, tale perſoluat. Tunc autem præconiũ ederent Angeli in cælis dicentes: Hoc eſt ſupplicium quod æternus pater ſumi permittit, & conſentit de filio ſuo naturali primogenito ab æterno, & intemeratæ, atque immaculatæ virginis filio ab illa in tempore genito, & nato: quia eſt fons ſapientiæ, & in ſe ſperantibus vitam tribuit: quia potens eſt pro peccatis hominum ſatisfacere, gratiamq́ue ac gloriam prædeſtinatis promereri permittit vt moriatur quo omnibus medeatur. Qui tale facit, tale perſoluat.

Recogitate etiam quomodò vbi primũ ad mõtis Caluariæ faſtigiũ peruenit, eum ſacris veſtibus exuerunt, quæ quidẽ ſanctiſsimis pretioſæ carnis vulneribus inhærebant, eumq; quaſi excoriatum,

[illegible] omnium conspectu nudatum reliquerunt. Nullus [illegible] [illegible] malefactor, cui desit vestis, qua patibulum petitur, & sindon, qua inuolutus sepeliatur: hæc autem omnia bono Iesu defuerunt. O quam meritò de illo prædixerat Dauid dicens: tota

Psal. 43 die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me. Optimè dicit: contra me est: quia vnum ex ijs, quæ ei bellum maximum inferebant, erat propria eius verecundia. O viscera mea quomodò fieri potest, quòd hîc non deficiatis aut in lachrymas non conuertamini? Maiori enim tormento est vestro suauissimo sponso Iesu vos peccatis vestita videre, quam se ipsum pelle ac vestibus nudatum animaduertere. Nudauerunt Ioseph tu-

Gene. 37. nica talari, & miserunt in cisternam veterem, quæ non habebat aquam. Sic nudatus est cœlorum imperator, & in illa aridissima cisterna collocatus, in illa cruce suspensus est, in qua ne guttã quidem aquæ inuenit, etiam si magnis vociferationibus dicebat: *Sitio*. Dignum est equidem consideratu quare voluerit hîc diuinus Dominus nudatus mori sanctissimasque carnes suas in loco Caluariæ nudatas ostendere cum ipse fuerit propheta sanctioris, atque honestioris vitæ, omnium qui fuerunt, aut in futuris sæculis erũt? Quod quidem fecit vt nos doceret diabolum à nobis nudatis esse superandum. Denudate ergo fratres vos passionibus, cupiditatibus, odijs, omnium denique temporalium rerum affectione, vt omni malo exuti cum Christo Iesu nudi mundo moriamini, & cum ipso per gratiam resurgatis, vt in posterum cum eo cœlesti gloria perfrui valeatis. Amen.

Dominica Resurrectionis Dñi

Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome, emerunt aromata, vt veniẽtes vngerẽt Iesum. Marc. 16.

QVEMADMODVM Regias scripturas, vt autoritatem habeant, fidesque eis adhibeatur, regio sigillo muniri oportet; sic negotia maximè necessaria, quæ Christus Redemptor noster in hoc mundo egit, admirabilisque ac cælestis doctrina, quam in hoc seculo erudiuit, omnia sacratissimæ Resurrectionis eius

2 eius sigillo confirmata, munitaq́; fuerunt. Ita vt dicat Beatus Paulus: Si Christus non resurrexit: inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra: omnia absque autoritate, quasi scriptura sine sigillo, remanebunt. Vnde quandò à Christo Saluatore nostro personæ, & diuinitatis illius testimonium petebatur: suã admirabilem resurrectionẽ in testimoniũ & signum reddebat. Quandò è templo oues, & boues eiecit eiq́; dixerunt pharisæi: quod signũ ostendis nobis quia hæc facis? respondit Iesus, & dixit eis: soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et quanquàm illi arbitrati sunt eum de materiali illo templo loqui; dicit tamen Beatus Ioannes: Ille autem dicebat de templo corporis sui. Et Beatus Matthæus dicit, quando illi dixerunt Pharisæi: Volumus à te signum videre, Dominum respondisse: Non dabitur ei nisi signũ

1. Cor. 15. *Ioan. 2.* *Matt. 12.*

3 Ionæ Prophetæ: sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ. Signum omnipotentiæ suæ illis sacratam resurrectionem suam reddit. Qui enim seipsum resuscitat nemo alius esse potest nisi verus Deus, & verus homo. Et quamuis plurimis rationibus, & miraculis se verum esse Deum, & hominem comprobauit: vna tamen ex efficacioribus comprobationibus, quibus hoc confirmauit, fuit admirabilis eius resurrectio. Vnde vna ex maioribus rationibus, quibus Diuus Paulus Iesu Christi filij Dei diuinitatem probat, hæc est: dicit enim: Qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi. His tribus rebus declaratum est illum esse filium Dei, & in fine tanquam præcipuam ponit resurrectionem. Prædestina-

Roma. 1.

4 tus non significat illic eum fuisse præuisum, sicut aliquem iustorum, vt communiter dicitur de prædestinatis: sed idem est quod declaratus, & manifestatus. Et sic dicit B. Chrysostomus, esse in contextu Græco. Itaque declaratus, & comprobatus est esse filium Dei. Primum in virtute: hoc est, in potestate faciendi miracula, & in modo faciendi ea. Secundò, propter spiritum sanctificationis, solus namq́; Deus alios sanctificat, gratiam, charitatemque largiri qua Deum amemus nosque inuicem in Christo diligamus solius Dei est officium: siquidem autem Christus Saluator noster tot hominibus gratiam dedit, totq́; sanctos effecit, ergo Deus est. Tertiò manifestatum est ex resurrectione mortuorũ: ibi resurrectio sumitur actiuè secundum Chrysostomum: id est, per resur-

Chrysost. *Chrysost.*

rectionem à mortuis, quia ipsemet se suscitauit. Maximum est alios suscitare; sed plus denotat se ipsum suscitare. Hoc enim nullus alius facere potest, præter eum, qui est Deus & homo; quia quatenus homo mortuus est, & quatenus Deus se suscitauit. Si solus Deus esset, non posset mori: & si purus esset homo non posset se suscitare: & quandoquidem semetipsum suscitauit: infallibiliter ostenditur verus esse Deus, & verus homo. Et quia hoc diuinum mysterium fidei, legisque nostræ erat sigillum, curauit Christus Redemptor noster illud in Apostolorum suorum cordibus imprimere, sæpenumerò eis apparens, plurimisque rationibus, & argumentis suæ sanctissimæ resurrectionis comprobans veritatem. Si-
Act. 1. cut affirmat Beatus Lucas, dicens: Quibus & præbuit seipsum viuum in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis. Quemadmodum quadraginta horis probauit se vere mortuum fuisse: sic etiam quadraginta diebus suam resurrectionem sanctissimam comprobauit. Et sancti etiam Apostoli in hoc articulo persuadendo, & in hominum animos inducendo præcipuam miraculorum suorum, ac doctrinæ vim adhibebant. Et sic dixit Beatus
Act. 1. Petrus in electione Sancti Matthiæ: Oportet ex his viris, qui nobiscum sunt, &c. testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum
Act. 4. ex istis: & infra dicitur: Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri. Et B. Paulus
Roma. 10. dicit ad hoc propositum valdè notabilia quædam verba. Hoc est (inquit) verbum fidei, quod prædicamus: quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum Christum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. O quam decora, & consolatoria sentẽtia est hæc Beati Apostoli, in qua magnopere credẽtium salus abbreuiatur. Sed dicet aliquis: si istud ita est, nullus Christianorum credentium condemnatur: omnes enim hoc credunt. Veruntamen in contrarium obstat illud Matthæi: Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nõne in nomine tuo prophetauimus?
Matth. 7. & in nomine tuo dæmonia eiecim⁹? & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquã noui vos; Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatẽ. O nimis metuẽda verba, quod marmor hæc audiens præ tremore nõ cõfringitur, cum dicat summa Veritas: Plurimos, qui miracula fecerunt, in perpetuũ esse comburẽdos: quomodo ergo dicit B. Paul. Si confitearis, &c. saluus eris? Pro hujus dubij responsione aduertendum est illum confitentem

Christum

8 Christum Redemptorem nostrũ esse vniuersalẽ rerum omniũ Dominum; sicut oportet illum confiteri: qui verus est, & obediens eius seruus. Quid enim prodest q̃ tu credas, & confitearis illum rerum omnium esse Dominũ; si tamen ab eius dominio cor tuũ subtrahis, nec ei obedire vis? vis omniũ aliorum eũ esse Dominum, & nõ vis, vt tui dominetur? vis omnes illi obedire, tu verò non vis ei esse subiectus? Præterea nos admonet Sanctus Paulus, vt accedamus ad eũ vero corde in plenitudine fidei. Fides plena, est in Iesum Christum credere, eumq; triumphatorem, ac gloriosum confiteri; sicut ipse dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo, & terra: téque puro, ac vero corde illi submittere, eiusque voluntatem exequi: quod cum feceris, saluus eris. Et idcirco postquàm S. Apostolus dixit hæc verba: Si confitearis, &c. saluus eris, statim immediatè subdidit, dicens: *Heb.* 10. *Mat.* 28.
9 Corde enim creditur ad iustitiam, scilicet habẽdam: Nam, sicut ipse dixit: Arbitramur hominem iustificari per fidem, id est quòd fides datur, vt sit prima via ad iustificationem. Et sic innuit, quòd qui credit, & non iustificatur, frustra credit, dicens quibusdam; nisi frustra credidistis. *Rom.* 14. 1. *Cor.* 14.

Quia hoc mysterium tam sublime, tamque necessarium est ideò tam alacriter ab Ecclesia celebratur, nec cessat sæpenumerò verba illa Psalmi repetere. Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea. Quomodo autem in hac festiuitate oportet nos lætari, declarat Beatus Paulus, dicens: Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete; & ad maiorem declarationem statim addit: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Non hoc modo gaudent, qui lætãtur eo quòd ieiunia, & tempus pœnitentiæ *Psal.* 117. *Philip.* 4.
10 finitum est, quia iam carnibus vesci poterunt, & minori cum pudore ludent, appetitibusque suis satisfacient: & quia iam à confessionis verecundia sunt liberi. Qui ita gaudent, non in Dño quidẽ, nec in Iesu Christi filij eius resurrectione gaudent. Quam similitudinem habet spiritale gaudium cum illo, quod ex illis rebus oritur, quas vt filius Dei ab hominum animis euelleret, mortem atrocissimam tolerauit? Mortuus est largitor vitæ, vt carnales voluptates à mũdo expelleret, pompasq; eius, ac prophanitates eijceret. Tu verò Pascha celebrare vis, te per hæc omnia penitus effundens? longè à recta via aberras. Sępenumero accidit infirmum medico nimis obedijsse, atq; ideò celeriter ab infirmitate conualuisse. Cũ verò in maxima dieta fuerit, medicamentaque illum magnoperè debilitarint: *Simile.*

postea

postea præ canina fame, qua premitur, tantam ciborum copiā man-
ducat, vt cum magno vitæ suæ periculo in grauissimū morbū re-
cidat. Sic aliqui vestrum hac Quadragesima spiritualiū medicorū
qui sunt prædicatores, & auditores pœnitentiarij, salubribus præce-
ptis obedijstis, longamque vitiorum dietam habuistis: & nunc pe-
stifera quadā fame ad ea reuertimini atq; in alia grauiora scelera
inciditis. O quam maxima miseria est tam parū in bono perseue-
rare! Quòd si dicatis: Pater adhuc per diuinam misericordiam in bo-
nis propositis perseueramus, & hodie deuotè ad sacratissimum alta-
ris sacramentum assumendum accessimus, glorificata sit pro eo di-
Simile. uina Maiestas. Cauete ne sitis tāquam sacristæ, qui in magnis festi-
uitatibus consuescunt ponere in altari omnia pretiosa, vasaque au-
rea, & argentea, quæ sunt in sacrario: transacta autem festiuitate, sta-
tim illa tollunt, & in pristina custodia reponunt. Siquidem animas
vestras quasi altaria Dei bonis operibus, quæ hucusq; fecistis, san-
ctissimisq; sacramentis, quæ recepistis, exornastis, ne vos transacto
Paschate (atq; vtinam nō sit in ipsa festiuitate) deformetis, & virtu-
tes istas ab animis tollatis. Per amorem, & reuerentiā huius sanctis-
simi Domini, qui hodie gloriosus resurrexit, vos deprecor fratres
Psal. 83. charissimi, ne in die resurrectionis illū denuò crucifigere velitis, sed
ita vos recolligite, vt singuli cum Dauid dicere possitis: Cor meum,
& caro mea exultauerunt in Deum viuum; & finis gaudij nostri sit
illius gloria, qui nostrum caput est: & quia eo resurgente ad immor-
talem vitam spes salutis nostræ cū ipso etiā resurrexit. Resurgente
enim capite glorioso certum est membra, quæ illi verè conformata
2. Tim. 2. sunt, suo etiam tēpore surrectura esse. Et sic dicit D. Paul. discipulo
suo Timotheo ad hāc diuinā conformitatē illum cōfortans: Labora
sicut bonus miles Christi Iesu. Nam, & qui certat in agone, nō coro-
nabitur, nisi legitimè certauerit, atq; vt ad istud illū melius excitet,
addit, dicēs: Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse
à mortuis: Fidelis sermo. O quàm fœlicissimum nuntium, quia
Dominus noster Iesus Christus, qui pro nobis mortuus est, glorio-
sus resurrexit. Atque huius fœlicissimi nuntij rationem reddit, di-
cens: Nam si commortui sumus & conuiuemus; si sustinebimus, &
conregnabimus. Hoc nos in laboribus nostris debet non solū ad vir-
tutem ardentissimè inflammare, sed etiam maximè consolari.

Hoc enim Sanctum Iob in sterquilinio sedentem, magno-
perè consolabatur, cū hoc mysteriū mirabiliter exaggerabat, dicēs:
Quis

14 Quis mihi hoc tribuat, vt scribantur sermones mei; quis mihi det, *Iob.19.*
vt exarentur in libro stylo ferreo, & plũbi lamina, vel celte sculpã
tur in silice. O quã sublime principium, in quo manifestatur quã
magnũ erat quod dicere volebat: siquidẽ exoptabat, vt tam singu-
lari modo, indelebilibusq; characteribus in futurorum temporum
memoriã scriberetur? Et quãtoperè hoc desideriũ in eius corde ar-
deret, ex eo vel maximè detegitur, ꝙ vnã & eandem rem pluribus
verbis repetijt, dicẽs: Quis mihi hoc tribuat, quis mihi det. Videa-
mus nunc quidnam esset hoc, quod tam fixum hominũ memorijs
inhærere cupiebat? ipsemet hoc declarat dicens: Scio enim quòd
Redẽptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrectur⁹ sum,
& rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum
Saluatorẽ meũ: quem visurus sum ego ipse, & oculi mei cõspectu
15 ri sunt, & nõ alius: reposita est hæc spes mea in sinu meo. O singu-
larẽ fidẽ, & firmissimam spẽ hominis viuentis in lege naturali. Et
quia res est grauissima, atq; vt nemo de horũ verborũ sensu dubita
ret: aduertite quot modis vnam sententiam repetit, in ijs omnibus
vnã, & eandẽ rẽ significãs. Nã hęc verba: De terra surrecturus sum:
& hæc: Rursum circũdabor pelle mea: & hæc: In carne mea vide-
bo Deũ Saluatorẽ meum: & hæc: Quem visurus sum ego ipse? &
hæc: Et oculi mei cõspecturi sunt, & nõ ali⁹ scilicet pro me omnia
vnã, & eandẽ rẽ significãt: O vir Dei quid te cõsolatur mortuis li-
beris, amissis diuitijs, ab amicis tuis persecutũ, & ab vxore tua affli-
ctum, toto deniq; corpore vlcere percussum? Nihil (inquit) me cõ-
solatur, nisi hæc duo: alterũ, quia credo quod Redemptor meus vi-
uit: alterũ verò, quòd in nouissimo die de terra surrecturus sum, &
16 in carne mea videbo Deũ. Hanc autẽ spem non custodiã, vbi the-
sauros meos custodire cõsueuerã, ne quis illam mihi arripiat, sicut
thesauri direpti sunt: sed reposita est hæc spes mea in sinu meo. Si-
quidem in sinu, & in corde meo est mœror, & amaritudo mea: vbi
est vulnus, medicinam applicare volo. O quàm cęleste medicamẽ
tũ ad cordis vulnera curanda: scilicet spes, quòd Deo in æternum
fruiturus sum. Etiã hanc spẽ in sinu repositã esse significat, esse spẽ
in charitate, & diuino amore innitentẽ. Sinus enim animæ est cha-
ritas, & spes vt qualificata, & firma sic in charitatis sinu inclusa de-
bet commorari, vt sit calida, & viua: nimis enim frigida, & mortua
est spes, quæ in charitate inclusa, & conseruata non est. Nullus est
latro, & homicida quantũcunq; sceleratissimus, qui non speret se
esse

esse saluandum. Veruntamen, vt hæc spes extra sinum commo-
tur, nimis frigida, & mortua est. Non erat talis spes S. Iob, sed re-
sita in sinu suo. Talis erat etiam spes S. Petri, & illorum, de qui-
ipse dicebat: Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Chri-
1. Pet. 1. sti, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit
in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in
hæreditatem incorruptibilem, & immarcescibilem, conser-
tam in cælis in vobis, qui in virtute Dei custodimini. Pensate di-
ligenter verbum illud: spem viuam, & non mortuam. Et hanc
spem viuam cælestis beatitudinis consequendæ, in eis dicit e-
qui in virtute Dei custodiuntur, dicitque Patrem æternum nos
ad hanc spem eleuasse per resurrectionem Iesu Christi ex mor-
tuis. Hanc igitur oportet esse gaudij nostri, atque exultationis
causam, vt cum nostro sanctissimo capite conformemur, qui
quidem est Iesus Christus, qui hodie cum ineffabili gloria re-
Simile. surrexit. Nunquam vidistis magnum quendam Dominum lu-
gubribus vestibus indutum, qui dicit se vestes illas non esse depo-
siturum, quousque filius, aut amicus, aut frater suus à captiuitate
exeat; aut quousque aliquam sibi illatam iniuriam vlciscatur?
Christus Iesus frater, & amicus noster lugubri veste indutus est,
quousque de Sathana, qui totius generis humani ruinæ causa
Mat. 26. fuit, vindictam sumpsit. Et sic dicebat: Tristis est anima mea
vsque ad mortem. Ex quo in sacratissimo purissimæ Virginis
vtero conceptus est, lugubribus vestibus sese cooperuit. Optimè
nostis fratres, corpus animæ esse indumentum, sicut dixit Iob:
Iob. 10. Pelle, & carnibus vestisti me. Et loquens ipse Iob de afflictioni-
Iob. 30. bus, ac doloribus suis dicit: In multitudine eorum consumitur ve-
stimentum meum. Vbi apparet illũ non de his quidem laneis, aut
lineis vestibus loqui: hæ namq; doloribus non consumuntur, sed
hoc de corpore dixit: Quod quidẽ locutus est in figura Christi Re-
dẽptoris nostri, qui naturaliter posset viuere octoginta, aut centum
annos, quia erat mirificæ complexionis: sed plurimi labores, quos
in vita perpessus est, immensiq; dolores, quos in passione tolerauit,
effecerunt, vt tã citò moreretur. Et induit benedicta eius anima sa-
ctam illam carnem, quasi lugubrem vestem, quæ intonsa erat,
quia illam pœnalitatibus plenam accepit, & sicut funebris ve-
stis, deferenti grauissima est: sic etiam sacratissimum eius cor-
pus Christo Saluatori nostro pœnosum erat. Sicut enim dixit
filio

20 subtilis doctor Scotus: Vnum ex ijs, quæ Christo Redemptori nostro in vita sua grauia fuerunt, fuit coniunctio animæ cum corpore mortali, & compassio quam anima habuit propter labores, quos corpus patiebatur. Postquam autem nos à captiuitate liberauit, & pro nobis Redemptionis precium soluit, diabolumque superauit; statim lugubres vestes exuit: quia nudans se per mortem corpore passibili, illud omnibus doloribus, ac pœnalitatibus pertusum; quatuorque mirabilibus dotibus, scilicet claritate, impassibilitate, agilitate, atq; immortalitate exornatũ induit, vt iam non lugubris quidem, sed festiualis esset vestis. Vnde meritò dicere possumus verba illa Psalmi: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Quales fuerunt tenebræ passionis, & nox laborũ: talis fuit lux, & splendor resurrectionis. Qualia fuerunt opprobria talis fuit sacrati corporis eius glorificatio, & triũphus in resurrectione ipsius. Et sic quanto
21 obscuriorem, & humiliorẽ se quis propter Deũ apud homines fecerit: tanto splendidiorẽ illũ Deus in cælesti gloria efficiet. Cauete autẽ fratres mei, ne de vobis hoc viceuersa dicatur; sicut lumen eius, ita & tenebræ eius. Quòd quanto magis in hoc seculo diuitijs polletis, scientiaq; ac generis nobilitate æstimari vultis, tãto magis obscurabimini, & humiliabimini in futuro seculo. O in quantam obscuritatem, & tenebras deuenient plurimi illustres huius seculi, qui hic nimis gloriosi fuerunt: & in quantã claritatem peruenient multi; qui in hac vita opprobrijs affecti, vilesque apud homines habiti sunt? Dixit Dominus Pharisæis; Facto vespere, dicitis serenum erit: rubicundũ est enim cælum. Vult dicere, quòd quando sol cũ ruboribus occidit, aurora clara, ac serena illucescet. Occidit nobis sol iu-
22 stitiæ Christus Iesus Feria sexta vesperi cum multis ruboribus, totus, rubicundus, & sanguine suo perfusus: quod fuit signũ quòd hodie splendidissimus nobis deberet illucescere. Verum animaduertite lunam solere easdem solis immutationes efficere, quòd si sol lucidus est: etiam luna splendorem habet: si verò sol est obscurus, nec radios immittit, etiam luna luce caret, & tenebrosa apparet. Vnde quando verus sol Iesus Christus factus est tanquam saccus silicinus, etiam luna, quæ est sacratissima virgo Maria Domina nostra mater eius non dedit lumen suum, quia eius lux ab illo diuino sole proficiscebatur. Atque vt hoc mane sol tam lucidus, rutilantibusque radijs illucescit etiam pretiosissima luna est lætior, & maiori gaudio repleta, quam mulier vllo vnquam tempore visa est

Scotus in 3. sent. d. 15. q. vnica.

Psal. 128.

Matt. 16.

Luc.15. sa est. O quàm merito potuit hodie dicere sacratissima hæc virgo illud Lucæ: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam
Gen.21 & 22. perdideram. Sanctus Patriarcha Abraham filium suum bis viuum suscepit: primum quando natus est: secundo, quando illum in sa-
Gen.30 & 45. crificio recepit, quem iam mortuum reputabat; siquidem illum volebat interficere: & sic bis eo fruitus est. Etiam sanctus Patriarcha Iacob filium suum bis viuum accepit: semel quando ortus est, iterum quando illi fœlices nuncij relati sunt, quòd viuus erat in Aegypto. Vterque horum Sanctorum Patrum, quando secundo Deus illis dedit filios viuos meritò posset dicere: Congratulamini mihi, &c. Siquidem illos iam perditos reputabant. Veruntamen; ô quàm maiori ratione hec poterit hodie dicere hæc mater pijssima: Congratulamini mihi, quia pretiosissimam margaritam, quam perdideram scilicet filium meum iam inueni. Nec verò arbitremini me illum inuenisse, sicuti res perditæ inueniri solent: quæ quidem nunquam tam bonæ tamq; pretiosæ inueniuntur, sicut amittūtur: ego verò illum talem inueni, vt nullis hominum, aut Angelorum linguis explicari posit, quam pulchrior esset hodie cum eum inueni, quam Feria sexta quando illum in cruce perdidi. Quando in cruce animam exhalauit illum abiectissimum, atque vilissimum omnium hominum perdidi: hodie verò illum cum inæstimabili pulchritudine, & gloria recuperaui.

Gaudeamus ergo etiam cum hac sanctissima Virgine, ... ipsa nos inuitat. Atque etiā cū his sanctis mulieribus, de quibus dicit sanctū Euangelium: quòd, *Emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum: & valdè manè vna Sabbathorū veniūt ad monumentū.* Vna Sabbathorū: idest prima die heb domadæ. Hebræi solēt dicere vna die pro prima die: vt in Genesi: Factus est vespere, & manè dies vnus:
Genes.1. idest dies primus. Et in hobdierna die, quæ tunc erat prima hebdomadæ, post Sabbathū diluculo surrexerunt, vt irent ad monumentum: & quanquam timebāt se in monumentū non posse introire quia lapis, qui ad ostium erat, nimis grauis erat, & sic dicebant: *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?* Veruntamen nō ideo ab incepta via desistebant: Nam qui verè amat, non respicit ad inconuenientia, sed solum vult facere quod debet, & amori satisfa-
Augusti. cere conatur. Vnde dicit Beatus Augustinus, illum diuino amori iniuriam inferre, qui se Deum diligere profitetur, si amor ille in eo minores effectus efficit, quàm turpis, & inhonestus amor in eis

26 eis facit, in quibus commoratur. O quàm metuenda sententia? in
qua ostēditur quàm periculose decipimur arbitrātes Deū à nobis
diligi, cum tā facile, ac tā leuibus occasionibus ab eius amore, ac
seruitute reuocemur. Has sanctas mulieres, nec lapidis grauitas,
nec scire illic esse custodes, qui sanctum sepulchrū custodiebant,
nec mortis periculū potuit impedire, quominus vlterius propera
rent. Considerate amorem, qui in illorū triū sanctorum iuuenū
pectoribus æstuabat: de quibus dicit Daniel quod cū eis diceret *Danie.3.*
Nabuchodonosor. Prosternite vos, & adorate statuā, quam feci:
quod si non adoraueritis, eadē hora mittemini in fornacē ignis ar-
dētis: illi responderunt dicētes. Non oportet nos de hac re respon
dere tibi. Ecce enim Deus noster, quem colimus, potens est eripe
re nos de camino ignis ardētis, quod si noluerit notū sit tibi Rex,
27 quia Deos tuos nō colimus, & statuā aureā, quā erexisti, non ado
ramus: tales enim oportet esse seruos Dei. Nec oportet eos ad incō
ueniētia respicere, sed facere quod debēt, sicut hi, qui respōdent,
faciamus nos quod debemus, siue nos liberet Deus, siue non: fiat
in omnibus sanctissima voluntas eius. Sic etiam hæ sanctę mulie
res dicebant, faciamus ex nobis quod debemus: siue introire possi
mus, siue non, siue interficiamur, siue liberemur: nihil aliud præ-
ter vnū Dei amorē ante oculos proponunt. Hoc significauit spon *Ioan.20.*
sa spōsum suū quærens, & dicens. Inuenerūt me custodes, percus
serunt me, & tulerunt palliū meū, & immediate postquā depræ
data, & percussa fuit, inuenit quasdā filias Hierusalē, & absq; eo,
quòd eis aliquid laborum, quos pertulerat, narraret, eas adiurare
cœpit dicens. Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectū
28 meum, vt nūcietis ei: quia amore lāgueo. Duo notabilia sunt hîc,
alterum quòd cū tantoperè cōqueri posset de plurimis laboribus
quos in quærēdo sponso pertulerat, de nullo illorū conqueritur:
sed dicit, quia amore lāgueo. Amor dilecti sui, desideriūq; viden-
di illum eā crudelius sauciabant, quam omnia vulnera, & infortu
nia, quę potuit tolerare. Alterum est vis ingens amoris illius, quia
cum loquatur eis, quæ nec ipsam, nec eius sponsum norāt, ita cū
illis loquitur, ac si illæ vtrūque cognoscerent: quia vis ardētissimi
amoris, quæ in ea vigebat, efficiebat, vt arbitraretur omnes alias
cogitare ꝙ ipsa cogitabat, sicut hodie accidit benedictæ Magdale
næ quādo cōmorās iuxta sepulchrū dixit illi, quē hortulanū esse
credebat. Dñe si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eū, vt *Canti.5.*

ego eum tollam, O beatũ illum, qui cũ hac amoris efficacia Deũ sic perquirit, sic eũ quærebat Dauid cũ dicebat. Tibi dixit cor meũ, exquisiuit te facies mea: faciẽ tuam Dñe requiram. O ardẽtissima verba producta ex pectore feruẽtissimo amore inflãmato! Postquã dixit: tibi dixit cor meũ, ibi stetit cũ sententia, neq; vlterius progressus est: quia desideriũ, & diuinus amor non eũ patiebatur rationes cõnectere, & adaptare. Et statim ab alio initio exorditur, illudq; insolutũ reliquit, dicẽs. Exquisiuit te facies mea. Aliudq; principium assumpsit dicẽs, Faciem tuam Dñe requiram. Amor moderatus, & terminis breuib⁹ septus viget in eo, qui omnia quę sentit valet dicere. Ille autẽ maximis ardẽtissimi amoris flammis æstuat, qui in medio sentẽtiarũ perstringitur, nec scit vlterius cũ sermone progredi, sicut fecit hic Dauid dicẽs: tibi dixit cor meũ. O sancte Deus quot res in his verbis inclusit: hoc est, ad te vnum suspirat cor meũ, te vnum semper alloqui, ac conuersari vellẽ: tibi soli clamat spiritus meus, alijs autẽ obmutescit, tibi dixit cor meũ, omnibus obmutescit, nisi tibi: De te vno cogitat, te vnũ exoptat, tu es pater meus, lux mea, bonum, & refugiũ meum, &c. Nec vero cor meum solũ, sed oculi etiã mei in omnibus te quęrũt: in omnibus, quæ aspiciunt, mirabilia tua intuẽtur. Exquisiuit te facies mea. Quòd si in omnibus te facies mea exquirit, est quia volũtas mea nihil aliud præter te desiderat: nec requiescã donec vultum tuũ aspiciam. In quo significat nullũ obstaculũ esse sufficiens ad hãc viã illi impediendam. Quare non cõfundimur fratres hæc audiẽtes, & cognoscentes quã aliter nos facimus? Amor rei inuestigatæ efficit, vt magna diligẽtia in illa exquirẽda adhibeatur. Qui pretiosam margaritã, quã perdidit, exquirit non defatigatur quærendo illã, quousq; inueniat. Qui iter facit nullam etiã solicitudinem habet nisi illius conficiendi, & in optatum locũ perueniendi. Qui à vena aurea aurũ fodit, tãta cupiditate exardescit, vt quilibet globulus terræ ei aurũ esse videatur, & singulis ictibus aurũ se abstracturũ arbitretur. Qui expiscatur semper intẽdit in corticẽ super aquã innatãtem, & omnis eius cogitatio est de piscibus, quos piscaturus est. Hæc omnia ex illarũ rerũ amore proficiscitur. Multo profectò maiorẽ curã habere oporteret semper Christianum quærentem Deum: in eo deberet omnem cogitationem desideriumque suum collocare: ita vt quiescere non posset quousque illo in cælestibus mansionibus frueretur. Idcirco enim dixit

Psal. 26.

Simile.

32 dixit Dauid: satiabor cũ apparuerit gloria tua. Et fames huius sa- *Psalm. 16.*
turitatis deberet nõ sinere nos in rebus terrestrib⁹ requiescere. Ro-
gate fratres charissimi diuinã maiestatẽ, vt hanc vobis cęlestiũ do-
norũ famẽ cõcedat, vosq; ad ea diligẽtissime perquirenda cõmo-
ueat. De quibusdã peccatorib⁹ dixit De⁹: Ego ero eis quasi leęna, *Osea.13.*
Occurrã eis quasi vrsa raptis catulis, & dirũpã interiora iecoris eo-
rũ: significãs in hoc nihil posse Deo esse impedimẽto, quãdo sup-
pliciũ de aliquo sumere decernit. Cũq; hic diuin⁹ Dñs sit pronior
ad misericordiã, quam ad suppliciũ, cõsiderãdũ vobis est quibus
rugitibus, quãtoq; amore animã perditã exquirit, omnia inconue-
niẽtia dirũpens quę eam impedire possunt quominus ad Deũ re-
uertatur: sicut leęna, & vrsa raptis catulis. Et siquidẽ De⁹ nos tãto
cũ amore inquirit cũ vtilitas sit nostra, cũ nihil ei opus simus: qua-
33 re eum nos summo cũ studio nõ quærremus omnia obstacula deui-
tãtes: atq; fortissime dirũpentes, quæ sese nobis obtulerint: cùm
res hæc tanti nostra intersit? O Deus infinitę maiestatis per clemẽ-
tiam tuam te deprecor vt rem tam grauem nos facias cognoscere.

Vt venientes vngerent Iesum. Non contẽtus est Deus amore desi-
deriorum, sed operum. Ingredientes in aulam viri primarij videbi- *Simile.*
tis tapetem, in quo depicta est quædam imago Herculis habẽs cla-
uam in manu, quæ omnes videtur comminari, nec tamen aliquẽ
vnquam percutit. Et iterum atque iterum illuc ingredientes vna,
& altera die illam aspicitis, & semper eodem modo persistit, nec
commouetur, quousque puluis desuper cadens illã operit, & pan-
nus vetustate dirumpitur, & in varias partes dissecatur. Amor plu-
rimorum erga Deum est quædã imago Herculis, totum est faciã
34 faciam: & sic sistit quousq; venit mors, & diuisa anima à corpore
homo laceratur. Non erat talis amor harum sanctarum mulierũ:
sed vnguentis, & aromatibus onustę diluculo surrexerunt, vt pijs-
simũ illud opus exercẽdo suo ardẽtissimo in Iesum Christũ amo-
ri satisfacerẽt. Quæ cùm accessissent ad monumentum. *Viderunt re-
uolutum lapidem.* Ecce difficultates, quæ volenti Deo seruire rẽpræ-
sentãtur: ecce quomodo per diuinã potẽtiã illas omnes opportu-
niori tẽpore sublatas experitur. Et sic. B. Hieronymus loquẽs de il- *Hierony.*
lo versu psalmi nonagesimi vbi dicitur. Cum ipso sum in tribu- *Psalm. 90*
latione, transtulit ex Hebræo, Portauit nos Deus nostra salute;
sicut mater (inquit) filium suum, & sicut pastor ouem, & sicut
aquila pullum alis deportat: sic nos etiam Deus subleuat, ne in

eius ministerio tãtum laboris sentiamus: siue quẽadmodum qui-
do vitulus debilis, ac tener arat cum boue fortissimo, totum vituli
viribus suis aratriq; põdus sustinet. Huius rei non possunt esse te-
stes qui in virtute nunquã se exercuerunt, illãq; infamant dicẽtes
esse asperrimã, cùm tamen ne minimis quidẽ labijs eius rudimẽta
tetigerint. Si verò ex seruo Dei circa hoc quęratur: ipse vobis hãc
veritatẽ ingenue confitebitur. Interrogate Dauidẽ, & dicet vobis.
Psálm. 18. Iudicia Dñi vera & iustificata in semetipsa: desiderabilia super au-
rum, & lapidẽ pretiosum multum. Quomodo hoc scis vir sancte?
Respondet. Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis re-
tributio multa. Ego illa expertus sum, & ea dulciora super mel, &
fauum esse comperio. O fratres charissimi si hanc veritatem velle-
tis experiri, quàm reuolutum reperiretis lapidẽ sicuti hæ sanctæ
mulieres inuenerũt. Et simul pulcherrimũ Angelum stola candi-
da indutum repererunt: qui eis fœlissimum nuncium de Dñi re-
surrectione portauit. Sic ego vobis dico quôd si vere & ex animo
Deũ quęsieritis nõ solũ impedimẽta, quę arbitramini, nõ reperie-
tis: sed gustũ etiã, consolationẽq; spiritualẽ inuenietis, quę in hoc
seculo cũ diuina gr̃a cõceditur, quò postea in integrũ æterna glo-
ria perfruamur. Ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

¶ Feria. II. in Resurrectione Domini.

Duo ex discipulis Iesu ibãt ipsa die in castellum, quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus. Lucæ. 24.

Iona. 2. POstquam Ionas immissus fuit in mare, pręparauit Dñs (ait tex-
tus) piscem grandẽ, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in vẽtre
piscis tribus diebus, & tribus noctibus, & ibi dicitur. Et dixit Dñs
pisci: & euomuit Ionã in aridã. Et quãquam hoc sacratissimã Do-
mini nostri Iesu Christi mortẽ gloriosissimãq; eius resurrectionẽ
præfigurauit: fuit tñ dispar ratio. Nam Ionas surrexit à terra, vbi a
ceto vomitus fuit, luto & arena conspersus: sed noster supernus re-
demptor surrexit hodie à corde terræ fulgẽtissimus, ac gloriosissi-
mus: quia etsi hodie redijt esse homo sicut antea erat nõ tamen re-
dijt in forma serui, sicut antea: sed cũ magnifico dominij appara-
tu, & cũ claritatis gloria, cũ immortalitatis dono, cum clarissimo

2 triũpho victor, triumphũ à morte reportãs, quæ hominib⁹ domi
nabatur: infernũ expolians, qui hominẽ catenis vinctũ tenebat.
Diabolũq; prosternens, qui hominẽ in terrã proiecerat. Eia Dñe *Psal.87.*
fac sicut homo. Sic dixit Dauid in eius nomine. AEstimatus sũ cũ
descendẽtibus in lacũ, factus sum sicut homo sine adiutorio inter
mortuos liber. O admirabilẽ fortitudinẽ, arbitrati sũt Hebrei me
in morte sicut alios homines in infernũ descendere (ait Dñs) Verũ
ego inter mortuos absq; vllius adiutorio libertatẽ habui, quia sum
Deus omnipotens ad eos liberãdos. Hoc expetebat Dauid, totius *Psalm.34*
humani generis nomine dicẽs. Effunde frameã, & cõclude aduer
sus eos, qui persequũtur me: & dic animę meę salus tua ego sum.
Dux fortis quãdo gladiũ euaginat, dextra ensem, sinistra vero va *simile.*
ginã tenet, & neutrũ deponit. Et postquã vltus est, victoriãq; cõ
parauit, recludit gladiũ in vagina. Sic etiã verbum diuinũ, ad vin
3 dictã sumẽdã à diabolo euaginauit gladiũ, quæ est anima ex vagi
na, quod est corpus in morte. Et quãuis anima à corpore, sicut gla
dius à vagina, esset segregata: nõ idcirco deposuit verbũ diuinũ si
cut Dux fortissimus animã, aut corpus, & post vindictã sumptã,
victoriãq; ab hostibus reportatã, ensem in vagina reclusit, animã
iterum in corpus infundẽs in sacratissima resurrectione. Hoc est, *Habac.3.*
quod Habacuc propheta prædixerat his verbis: suscitans suscita-
bis arcũ tuum: iuramẽta tribubus, quę locutus es. Vt Dñe iuramẽ
ta, & pollicitationes, quas hominibus promisisti, adimpleas, arcũ
tuum suscitabis. Hęc iuramẽta sunt, quorũ alterum fecit Abrahæ *Luc.1.*
sicut dixit Zacharias. Iusiurãdum quod iurauit ad Abrahã patrẽ *Psal.131.*
nostrũ daturũ se nobis. Alterum Dauidi, dicens. Iurauit Dñs Da-
4 uid veritatẽ, & nõ frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponã su
per sedẽ tuã. Ecquis est hic arcus, quẽ suscitaturus erat? Est vnige
nitus eius filius. In arcu est virga reflexa, & chorda, sic etiã in Chri *simile.*
sto redemptore nostro est chorda & virga, chorda est diuinitas:
virga autẽ est humanitas, quæ laboribus, atq; angustijs nostris re
flexa, & incuruata est. Hoc arcu percussit Deus Sathanã: sagittæ
quæ ab hoc arcu immissæ fuerunt, sunt plurima, & maxima mi-
racula, præstãtissimaq; saluatoris nostri Iesu Christi opera, quæ
acutissima erãt tela ad diabolũ euertendũ: hic arcus adeò extẽsus
est, (*Cõ las gafas d la Cruz*) vt per mortẽ fuerit cõfract⁹. Et queãdmo
dum quãdo arcus infringitur quanquã duæ partes ligni separatæ
remanent, vtraque tamẽ chorda remanet alligata. Sic etiã cũ hic

 arcus per

arcus per mortẽ frangeretur, duæ partes ligni, ideſt, humanitatis, quæ ſunt, corpus & anima ſegregatæ ſunt, & quamuis altera ab altera ſeparata erat: vtraque tamẽ chorda, ideſt diuinitate manſit colligata: hodie autẽ ſuſcitatus eſt, atq; redintegratus hic arcus. Et illa

Iſai. 30.

verborũ geminatio: ſcilicet, ſuſcitans ſuſcitabis arcũ tuũ, glorioſiſſimã Domini reſurrectionẽ fuiſſe ſignificat. Sic prædixerat ſanctus Iſaias his verbis: & lux ſolis erit ſeptẽpliciter in die, qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſurã plagæ eius ſa-

Simile.

nauerit. Dies in qua Dominus populi ſui vulnus curauit, fuit dies ſuæ ſanctiſsimæ paſsionis: in die verô reſurrectionis ſuæ vulnus ſanũ eſſe demõſtrauit. Habuit ſe Deus in hoc ſicut chirurgus, qui vt putrefacti vulneris corruptionẽ auferat, parti ſanæ & incorru-

Pſalm. 13.

ptæ vulnus & cauteriũ infligit. Vniuerſum quippe genus humanũ erat corruptũ: quia corrupti ſunt: abominabiles facti ſunt, nõ eſt qui faciat bonũ, nõ eſt vſque ad vnũ. Nulla erat pars ſana præter vnã, qui eſt Chriſtus redẽptor noſter. Et in hac parte ſana oportuit vulnus fieri, vt corruptio, & culpa humani generis tolleretur.

Iſai. 53.

Et hoc factum eſt in pretioſiſsima paſsione eius: vt ait Iſaias. Ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: & liuore eius ſanati ſumus. O clemẽtiſsimũ animarum noſtrarum medicum, qui cum nos eſſemus vulnerati, ipſe pro nobis cauteria tolerauit. Et hæc vulnera, & cauteria, in glorioſa eius reſurrectione ſanata ſunt, in ſignũ, quòd iam erat ſufficiẽtiſsimũ remedium ad vulnera noſtra ſanãda. Et in hac die dicit Iſaias ſolis lucem ſeptemplicẽ eſſe, quia hic diuinus Sol iuſtitiæ hodie cũ ſeptẽ donis mirabilibus, reſurrexit tribus videlicet in anima, quæ ſunt viſio, retẽtio, & fruitio, & quatuor in corpore, quæ ſunt agilitas, impaſsibilitas, ſubtilitas, & claritas: licet enim antea in ſua beatiſsima anima tres dotes habuerit, ita tamen eas habebat, vt cum illis ſummam triſtitiam in eadem anima pro peccatis noſtris habuerit. Hoc eſt quod hodie celebramus. Huius glorioſę reſurrectionis clariſsima ſunt in ſanctis Euangeliis teſtimonia quorum vnum eſt quod in hodierna ſancti Euangelii lectione agitur, quod ſic dicit.

Duo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die, &c. vſque ibi. *Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent.* Valde notandum eſt quod poſtquã Dominus ſurrexit, modo Magdalenæ apparet, modo cũ ſancto Petro cõuerſatur, modo cum his duobus diſcipulis iter facit: nũc in Galilæam pergit, nunc reuertitur Hieroſolymam, nunc deniq;

teri-

8 tendit in Emaus. O quot itinera facit: & tanquam peregrinus celeriter properat: adeò, vt cum apparet Magdalenæ, & ipsa sacratissimos eius pedes vellet amplecti, & osculari maxima cum reuerentia prę nimia lætitia, quam ex eius resurrectione perceperat, ei dixerit Dominus. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrē meum, quasi diceret. Ne me retineas ò Magdalene, quia me oportet hæc, nunc cum solicitudine operari. In quo significare voluit vnum ex euidētioribus signis, quod homo ad diuinam gratiā surrexerit, est: omnibus occurrere, omnes consolari, omnibusq; diligentissimè, ac feruentissimè fauere, atque etiam idem sanctissimę Dñi resurrectionis mysterium nos ad hāc sedulitatem inuitat. Et sic Beatus Paulus, postquam maximis, & euidentissimis rationibus hūc articulum cōprobarat, statim fideles omnes ad diligentissimam virtutum exercitationem inuitat dicens. Itaque fratres stabiles estote abundantes in omni opere Domini: scientes quòd labor vester non est inanis in Domino, idest, ne vos breuissimæ vitæ labor deterreat, qui æternis præmijs postea remunerandus est. *1. Cor. 15.*

9 (marginal number beside "simam virtutum")

Oculi eorum tenebantur, &c. Non est necesse miracula multiplicare in hoc opere, quòd eis apparebat, nec eum agnoscebant, sed vt acutissime dicit gloriosus doctor Bonauentura super hūc locum, Notitiam abstractiuam, quam de eo habebāt, sustulit ab eis. Et sola notitia intuitiua non poterant eum cognoscere. Etenim si quē cognoscimus, est quia de eo notitiam abstractiuam habemus. Et nimis mirandum est quòd Magdalenæ hortulanus, his autē discipulis pereginus visus est Dominus. Chamęleō est animal quod tot colores repræsentat, quot ei obijciuntur. Et Aristoteles dicit, *D. Bonau. super Lucam cap. 24.* *Arist. 2. de anima.*

10 quòd omne quod recipitur, ad modum recipientis recipitur sicuti solis radius vitri per quod præterit colorem recipit. Et quia hi fide peregrini erant, idcirco se se Dominus eis peregrinum repræsentauit, talem se eis ostendit, quale ipsi cor habebant. Videbitis quosdam viros sanctos, qui vix peccāt venialiter, nunquā cessant se confiteri, & peccata sua lamentari, nouissimæ rationis diē in memoriā reuocātes obstupescunt, inferniq; tormenta cogitātes toto corpore contremiscunt. Vt enim ipsi iustum habēt cor, etiam sese illis Deus iustissimū repręsentat, alij autē sunt qui grauissima passim peccata cōmittunt, nec mortis, iudicij, aut inferni recordātur, nec tamē possibile esse se condēnandos credunt, cuius rei causa est quia remisso, & immēsurato cordi remiss⁹ etiā De⁹ repręsentatur.

O bone Deus quantopere te cordibus cõformas. O maxime Camæleon qui ex cordium colore colorem recipis. Et idcirco his peregrinis peregrinus appares.

Et ait ad illos, *Qui sunt hi sermones, quos cõfertis ad inuicẽ inter vos?* O Christe Iesu æterna patris sapiẽtia quare illos hoc interrogas? Nunquid quæ illi loquãtur, ignoras? Etiã scio (ait Dñs) sed gratissimũ mihi est qđ sæpenumero quæ illorũ causa passus sum repetãt. Et sic totũ hoc respõsum quod illi reddiderũt: quia loquebãtur, *de Iesu Nazareno, &c. & quomodo tradiderũt eũ summi sacerdotes in dãnationẽ mortis, & crucifixerũt eũ*, fuit clemẽtissimo Iesu suauissimũ. Hoc etenim est quod à nobis exposcit, scilicet, vt eius beneficia sępenumero repetamus: & hoc nõ propter suã quidẽ, sed propter nostrã vtilitatẽ, vt ei gratissimi simus, illũq; ardẽtissimo amore diligam⁹.

Deut. 26. Maximã minimorũ beneficiorũ quæ Hebræis fecit, recordationẽ ab illis postulabat. Pręcipiebat enim vt quotãnis offerrẽtur primitię fructuũ terrę atq; vt Hebręi illas offerẽtes accepta beneficia recẽserẽt. Cũq; intraueris (inquit) in terrã quã Dñs daturus est tibi posidẽdã, tolles de cũctis frugibus tuis primitias, & pones in cartalo, pergesq; ad locũ quẽ Dñs De⁹ tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomẽ eius: accedesq; ad Sacerdotẽ, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eũ. Profiteor hodie corã Dño Deo tuo ꝙ ingressus sum in terrã, pro qua iurauit Dñs patribus nostris, vt daret eã nobis: & loqueris in cõspectu Dñi Dei tui. Syrus persequebatur patrẽ meũ: (Syrus, idest Laban, quia erat ex Mesopotamia Syrię, ideoq; dicitur hîc Syrus) qui descẽdit in AEgyptũ, & ibi peregrinatus est in paucissimo numero: creuitq; in gentẽ magnã, ac robustã, ac infinitæ multitudinis. Afflixeruntq; nos AEgyptij, & clamauimus ad Dñm, qui exaudiuit nos, & eduxit nos de AEgypto in manu forti, & brachio extẽto in signis atq; portẽtis, & introduxit nos ad locũ istũ, & tradidit nobis terrã lacte & melle manãtem. Et idcirco nũc offero primitias frugũ terræ, quã Dñs Deus dedit mihi. Non animaduertitis fratres mei quam diligẽtem recordationẽ exposceret Deus illorum beneficiorũ, quæ si cũ hoc cõferantur, minima profecto sunt? Notate igitur, ꝙ quẽadmodũ omnia beneficia nouę legis prius in veteri lege pręfigurata sunt: sic etiã voluit, vt illorũ gratitudo esset quasi vmbra quædã gratitudinis istorũ. Quãdo

Exod. 11. Dñs præcipiebat, vt oẽs primogeniti sibi offerrentur, pro nece primogenitorũ AEgypti, qđ aliud significabat, nisi vt intelligeremus

14 mus nos quātum à nobis pro morte vnigeniti filij sui esset petiturus: cùm pro illorū morte tantū postularet? Reges terrę pro beneficijs, quæ alijs cōferunt, solū intendunt ministeria cōparare: Deus aūt suis beneficijs te gratū efficere conatur, vt sic ad alia maiora recipiēda disponaris. O glorificatus sit talis Deus! Laudent te Dñe vniuersæ cæli Hierarchiæ, quia tantoperè delectaris in vilissimos terræ vermiculos cōferēdo beneficia: & alia beneficia vis, vt gratitudinis ianuam aperiant, quò alia valeant introire. Idcircò sancti viri quādo noua dona postulāt, vetera beneficia recēsent. Ita Esaias ait: Dñe dabis pacem nobis, & statim reddit rationē: quia omnia (inquit) opera nostra operatus es in nobis. Idcircò ad te (ait vir sanctus) confidēter accedimus: quia iam te liberalissimū experti sumus. Sic etiā sanctus Rex Ezechias postulans vitā à Dño acce- *Esai. 26.*
15 pta bñficia refert dicens: Obsecro Dñe vide quomodo ambulauerim corā te in veritate, & in corde perfecto, & quod rectū est in oculis tuis fecerim. Quare ò rex sancte ministeria quæ Deo exhibuisti, nunc ei allegas? Melius videretur esse si miserias, paupertatē q; tuā illi reuelares: sicut faciūt pauperes, qui vt eos à quibus eleemosynam petunt ad misericordiā cōmoueant, vulnera sua, atq; miserias eis patefaciunt. Ad hoc respondet B. Gregorius sanctū regem nō hic has virtutes, quasi merita sua allegasse, sed vt Dei beneficia: cuncta quippe bona, quę facimus beneficia sunt Dei. Et ita B. Augustinus explicans illud psalmi: qui coronat te in misericordia: & miserationibus, ait, nunquid nō corona bonis operibus datur? Sed qa ipsa bona opera ille in nobis operatur: ideò dixit: qui coronat te in misericordia, & miserationibus: quia nostra bona opera, mise- *Gregorius.* *Augustinus super Psalm. 102.* *Philipp. 2.*
16 ricordiæ sunt Dei: ipse est enim (vt ait Apostolus) qui operatur in nobis, & velle, & perficere pro bona sua voluntate. Idcircò hic bonus rex cum iam plurima beneficia accepisset, lōgā vitam exposcit ad misericordiā eius prædicandam, & sic dicit: Dñe saluum me fac. Idest præbe mihi longiorem vitā, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Dñi. Perpendite nūc ad quid vellet hic bonus rex longā vitā. O vtinam ad hoc nūc eā nos desideraremus, non verò ad Deū offendendū, atq; turpissimè viuēdū. Ex tota hac cęlesti doctrina sequitur quàm necessariū sit quod crebro de diuinis Dei beneficijs loquamur, eaque sæpissimè in memoriam reducamus, quò in diuino eius amore inflāmemur, & gratissimi ei simus, vt sic ad alia plura & maiora recipienda disponamur.

mur. Verum Proh dolor! quantus defectus est in mundo circa hoc! Si ego nũc vos interrogarem: qui sunt hi sermones, quos die noctuq; confertis inter vos? Nunquid verè possetis respondere: de Iesu Nazareno? O miseros vos atq; infelices homines, qui in tantam ingratitudinem deuenistis, vt vniuersi sermones, cogitationes, desideria, ac deniq; actiones vestræ de terrestribus, ac caducis rebus sint! nec magis Dei, quam si essetis bruta animalia, recordamini. O Deus infinitæ maiestatis tu per immẽsam clementiam tuam obuia tanto malo.

Dicunt amplius hi discipuli: *Nos autem sperabamus, &c.* His verbis infidelitatem suã ostenderunt, significantes se iam non sperare. O homines increduli nondum dies tertius trãsactus est, in quo Dñs se resurrecturũ esse promisit, quare verbo eius diffiditis? Super hoc verbum. *Tertia dies.* Quæro quæ nam fuerit causa quare Dñs tertia potiùs q̃ quarta die voluerit resurgere? Ad hoc respondeo adeò celebrem esse hũc numerũ ternariũ, vt nihil in vniuerso possit esse perfectũ nisi trinitate numeri perficiatur. Principium quippe, medium & finem debet res habere, vt omnino perfecta dicatur. Vnde vniuersam mũdi perfectionẽ in trib⁹ operibus cõsistere reperimus quæ tribus personis sanctissimæ Trinitatis attributæ sunt: quorũ primum est creatio, quæ patris omnipotẽtiæ: secundum, redemptio, quæ filij sapiẽtiæ: tertium deniq; & vltimũ, est iustificatio, quæ Spiritus sancti amori, gratiæ, ac pietati attribuitur. Et quia hic numerus tãtæ est excellẽtiæ voluit Dñs tertia die resurgere: atq; etiam vt eius mors vitæ ipsius conformaretur.

Genes. 6. Cùm Deus hominum consummatam nequitiam: corruptionemq; prospexisset, dixit: Pœnitet me fecisse eos. Et vnus ex sensibus, in quibus hæc verba declarantur à nonnullis est, pœnitet me, id est, pœnitentiam me oportet facere propter homines. Domine ergo si pœnitentiam facere debes: in tres partes diuiditur pœnitentia, quam homines agunt: contritionem, scilicet, confessionem, & satisfactionem, & faciens se Deus hominem totam vitam suam in his tribus rebus faciendis consumpsit, etsi dispari ratione atq; homines facere consueuerunt: cæteri nanq; homines suorum met peccatorum habent dolorem, ac contritionem: sed Christus redemptor noster ab instanti suæ conceptionis, quousque in Cruce expirauit propter aliorũ hominum peccata immensam habuit tristitiam. Et sic dixit: Tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Alij homines

20 mines peccata sua confitentur: sed Christus Iesus Saluator noster totum vitæ tēpus in laudum confessione æterno patri facienda, & in sanctissimæ, atq; ineffabilis Trinitatis mysterio reuelando consumpsit: quod quidem antea nimis abscōditū fuerat hominibus. Etiam vitā suam in satisfaciendo æternæ maiestati pro sceleribus nostris cōsumpsit. Et quia vt satisfactio sit integra, debet esse rei æqualis illi, quę amissa est (est enim satisfactio redditio ęquiualentis pro æquiualenti) idcircò hic diuinus Redemptor satisfecit pro omnibus quæ æternus Pater per peccatū perdiderat. Pater per peccatum vniuersos homines amisit, vt igitur in integrum ei fieret satisfactio, omnes ei homines restitui oportebat. Et quia plurimi iam in inferno cōdemnati erant, plurimi etiam sua malitia ac culpa erant cōdemnandi: quocirca ei omnes homines resti
21 tui non poterant, quid ergo remedij est? quod ei pretiosior cūctis hominibus vnus homo restituatur. Hic vnus est Iesus Christus, qui in quantū homo plus valet quàm cæteri omnes homines: eo quod eius humanitas sanctissima sacratissimæ diuinitati cōiūcta erat. Et offerēs se ipsum æterno patri in cruce æqualē fecit satisfactionē omniū, quę perdita fuerant. Et quia tota eius vita has tres partes habuerat, voluit, vt mors vitæ respōderet cū tres dies mortuus esset, nec vsque ad tertium diem resurgeret: cumq; iam Dñs surrexisset Angelusq; mulieres misisset, quæ fœlicissimos resurrectionis nūcios discipulis referrēt, isti non solū nō crediderūt eis, sed illis nuncijs maiori timore perculsi sunt, sicut hìc ipsi fatētur dicētes: *Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, &c.* Ac si dicerent: fecerunt, vt metu perterriti fugeremus, timētes ne fortè ali
22 quod damnum nobis Pharisæi inferrent, arbitrantes sacratissimū Domini corpus à nobis fuisse sublatū. Eccè quam parum profuerit prædicatio Magdalenæ. Duas mulieres reperimus in sanctis Euangelijs, quæ Christum redemptorē nostrū prædicarunt: quarum altera fuit Samaritana: altera verò Magdalena, quæ vniuerso Apostolorum senatui cōgregato sacratissimā resurrectionē Domini prædicauit. Et Samaritana communi & populari genti prędicans eos conuertit: Magdalena autem, quæ excelsi status viris, & principibus Ecclesiæ, quique tot annos sub Iesu Christi disciplina didicerant, prædicabat, non eos conuertit, nec commouit, imò eius verba, & concionem irridebant, & sicut dicit Diuus Lucas in hoc ipso capite: Et visa sunt ante illos sicut delira-

mentum

mentũ verba illa. Hoc est equidem, quod maximã affert admi-
rationem, ꝙ cōciones sæpenumerò popularibus, paruulis, ac sim-
plicibus hominib⁹ proficiunt, & à suis deprauatis viuẽdi rationi-
bus resipiscũt: raro tamẽ viros primarios, literatos, ecclesiasticos-
ve prędicationibus cõmotos scelera sua reliquisse videmus quo-
si aliquid in cõcione audiunt, quod eorũ vitia perstringat, statim
quasi mula cuius vulnera strigili ferrea feriuntur, calces tollũt, &
irascuntur, prædicatorẽq; irrident dicentes eũ nescire quid dicat:
sed delirare: quẽadmodũ Apostoli sanctã Magdalenã irridebant.
1. Cor. 1. Cuius rei ratio satis manifesta est. Vt enim dicit D. Paulus: Nos
prædicamus Christum crucifixũ, & vt ad eius imitationẽ pœniten-
tiã agamus, eiusq; crucẽ nostris humeris deferamus. Dic ergò ip-
so viro primario, aut archidiacono, aut alij ecclesiastico viro, cui
plurimi sũt redditus ecclesiastici, vt in processione deferat crucẽ:
statim vobis respõdebit vir primarius, istud nõ esse officiũ mag-
natũ: & archidiaconus, & alius dicet, hoc mun⁹ ad sacristanos...
autẽ ad eos attinere, qui primas cathedras primasq; voces habent
in capitulo. Sic igitur viri primarij, & ecclesiastici isti dedecorari-
tur, si eis pœnitentiæ crucem iubeas asportare: dicuntq; has aspe-
ritates infimæ cõditionis hominibus cõuenire. Et si eos prædica-
tor reprehẽdit, dicunt has reprehensiones, & spirituales prædica-
tiones ad communes popularesq; homines pertinere. O miseros
vos, quibus siquidem nec Domini Iesu Christi crux, nec etiam
eius doctrina quadrat: ergò nec eius gloria vobis est.

Audiens hęc Dñs ab his duobus discipulis acrè reprehẽdit eos
dicẽs: *O stulti, & tardi corde ad credendum.* Illi verò hanc reprehensio-
nẽ tãquã viri bene morati, ac patientes, æquo animo pertulerũt.
Hoc est ad confusionẽ eorũ, de quibus modò dicebamus. Hi pec-
carunt: & reprehensionẽ patiẽtissimè receperunt: vos autẽ pecca-
tis, nec verò asperum verbũ vultis audire. De vobis, & alijs simili-
bus dicit Propheta Amos: odio habuerũt corripientẽ in porta: &
e Amos. 5. loquentẽ perfectè abominati sunt. Diligẽter pẽsate verbũ illud:
in porta: in quo significatur ꝙ statim in principio reprehensionis
antequã corripiẽs in eam ingrediatur, eũ peccatores abominãtur
dicẽtes: Ecce iam incipit delirare. Et vnũ ex maioribus argumen-
tis ex quibus cõijci põt est eos ea peccata cõmisisse, quę à prędica-
tore vituperãtur, est illa murmuratio, & impatientia, qua de præ-
dicatore detrahunt. Quãdo sartor forfices amisit, vt eas perquirat,
pugne

26 pugno mensam percutit, & statim sonant & sic apparet vbi sunt: *simile.*
sic prædicator reprehẽsionis ictum facit, & statim apparet vbi est culpa quia statim culpatus strîdet & conqueritur. Conquereris? in te est ergò peccatum. Ego quippe nesciebam, in quo esset, quã do illud reprehendebam, & siquidem in te strident forfices, in te sunt. O fratres charissimi per clementissimi Domini viscera vos rogo, vt consideretis charitatẽ, qua vobis prædicatur, & reprehensio perhibetur: eamq; tanquam à Iesu Christi ore suscipite: quod si in culpa estis, emẽdamini, sin minus, Deum laudate, qui per misericordiam suam vos manu tenuit.

Et incipiens à Mose, & omnibus prophetis, interpretabatur illis, &c. Vnum locum tantummodo eò quod sit singularis, & excellens, hic declarabo, quem vnum, ex pręcipuis, quos eis Dñs declarauit,
27 fuisse existimo: qui est ille Oseæ dicentis: Ero mors tua ò mors: *Oseæ.13.*
morsus tuus ero inferne. Et sic dicit B. Paulus: Hunc ipsum locum *1. Cor. 15.*
citans: Tunc fiet sermo, qui scriptus est: absorpta est mors in victoria, in victoria, id est in sacratissima resurrectione Domini. Ibi enim mors mortua remansit. Sed quæret aliquis: quomodo mortua fuit mors, siquidẽ etiã nũc sicut olim homines occidit? Ad hoc respõdeo aliquas res esse, quarũ vita quia manifesta est nimis, ideò etiã earũdẽ mors est euidẽtissima: qualia sunt vniuersa animãtia, quæ quia cùm viuũt, apertè in motibus & actionibus vidẽtur viuere, etiã cum sunt mortua satis clarè mortua esse apparẽt. Aliæ autẽ res sunt quarũ quia vita est occulta, mors etiã est occulta. Vita mellis est dulcedo: & quãdo nõ est dulce, dicitis: hoc non est mel: nec aliter cognosci potest nisi gustãdo illud. Vita aceti est acor: quod
28 si nõ est acre dicitis: hoc nõ est acetũ. Vita aloes, id est del *Azibar,*
est amaritudo, quod si non sit amarũ dicitis: hoc nõ est aloe. Vita quidẽ mortis erat amaritudo, & insulsitas: quia erat ianua inferni: quantũcunq; enim iusti essent homines, vbi primũ moriebãtur. in infernũ descẽdebãt, etsi ad diuersa loca, sicut exaggerat Dauid *Psalm.88.*
dicens: quis est homo qui viuit, & nõ videbit mortẽ, eruet animã suã de manu inferi? quasi dicat: nullus. Et hãc vitã, quæ erat hæc amaritudo ei ademit Christus redẽptor noster: efficiens vt mors, quæ antea erat ianua inferni, iã nũc iustis esset porta cæli. Et quæ antea erat amarissima, iã nũc dulcissima videatur. Et hoc fuit mortẽ occidere. De illo illustrissimo viro Eleazaro dicitur quod adeò *1. Mach.6.*
populum Israel diligebat, vt cùm ingentẽ Elephantẽ videret acce

dere

dere arbitrans in eo venire regẽ maximo ſe periculo obtulerit, vt liberaret populũ ſuum. Et dedit ſe (ait ſacra ſcriptura) vt liberaret populũ ſuũ, & cucurrit ad eam, ſcilicet beſtiam, audacter. Et iuit ſub elephãtum, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum, & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic. Et ſic vincens occubuit. Sic nobiliſsimus dux Ieſus Chriſtus proſpiciens maximã illã beſtiã quæ eſt mors aduẽtare, quæ omnes deuorabat, & per eam omnes in infernũ deſcendebant, mori maluit, quam ſinere hanc beſtiam populo ſuo dominari: atq; vt eam interficeret eam cõplexus eſt, & quãdo ab ea interfectus eſt ipſam ille diuinitatis ſuæ gladio interemit. Dicit vlteriùs: morſus tuus ero inferne. Hæc dictio: morſus, actiue & paſsiue ſumi poteſt. Actiuè, ſignificat infernum à filio Dei morſum fuiſſe. O inferne (ait Dns) ego te morſibus conteram.

Simile. Qui morſum affigit partem ſumit, & partẽ deſinit. Habes pomũ putre, quod tamẽ partẽ aliquã habet ſanã, affigis ei morſum, & capis bonũ, ac putre relinquis. Infernus erat ſicut pomũ putre propter ingẽtem peccatorũ multitudinẽ, quæ in eo erat: habebat tamen partẽ ſanã, quæ erat cõgregatio fideliũ, qui in eo erant. Deſcendit igitur anima ſanctiſsima ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti diuinitate plena, & in infernũ morſum affixit; aſſumens totũ ſanũ quod in eo erat: qui erant oẽs iuſti, & totũ corruptũ, qui ſunt peccatores, reliquit.

Simile. Vt meliùs hoc intelligatur, notãdum eſt, quòd quemadmodum in carcere diuerſa ſunt domicilia, alia, ſcilicet viris nobilibus, & honeſtis, alia verò vilibus, & abiectis hominibus: ita etiam in inferno, qui eſt delinquẽtium carcer diuerſa eſſe domicilia, & ſegregationes: nõ enim omnes pœnæ ſunt æquales.

Ioan. 14. Quemadmodum dixit Dominus in domo patris mei manſiones multæ ſunt, ſic etiam in inferno manſiones multæ ſunt. Vnde infertur quòd quamuis quiſquam ſe condemnandum eſſe certò ſciret non deberet malũ operari ne tot pœnis ibi torqueretur. Itaq; in illa parte inferni, in quã detrudãtur illi, qui in peccato mortali actuali moriuntur, diuerſitates ſunt pœnarũ, & idcirco dicimus in illa eſſe diuerſas ſeparationes, & domicilia. Præter hanc partem inferni alia eſt, in quam deſcendunt infantes, qui abſq; baptiſmo, cũ peccato originali, moriũtur. Qui illic deſcendũt, hac vna pœna torquentur, q Deũ non videbunt in æternũ nec aliam pœnam habẽt. Ad neutrã harũ partiũ acceſsit anima Ieſu Chriſti redeptoris noſtri nec eas momordit, tãto enim bono indignæ fuerunt. Nam illic vt

dicit

32 dicit Iob vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror in *Iob.10.*
habitat. Si autē illa sacratissima anima illic ingrederetur, iam non esset sempiternus horror. Aliud est domicilium eorum qui in statu gratiæ moriuntur, nec tamen integram peccatorum suorum satisfactionem fecerunt, quod dicitur purgatorium. Alia mansio erat ante sacratissimam Domini passionem, in quam descendebant omnes, qui nunc in cœlū ascendunt, & hæc dicebatur sinus Abrahę. In hæc duo loca ingressa est illa anima sanctissima, cuius introeuntis diuinitatem aspexerunt, qui in ijs morabātur, & promissa sibi gloria perfrui cœperunt. Itaque quamuis statim locum non mutarint, statum tamen illico commutarūt: statim enim beati manserunt, sed non illinc vsque ad diem tertium exierunt. O æterne Deus, & quid sentirent illi patres cum in tanta obscuritate
33 commorantes subito tantum bonum sibi aduenire conspexerūt? Hic igitur est morsus, quē hodie Dominus ab inferno abstraxit, & sic hodie quatuor præstantissimis legionibus comitatus exiuit. Prima animarum, quæ in sinu Abrahæ morabantur: Secunda, Angelorum, qui illas sanctas animas custodiebant, ac consolabantur. Abraham enim dixit auaro: Tu cruciaris: Lazarus verò consolatur. Quòd si ille, atque alij consolabantur, à quibus alijs, *Luc.16.*
nisi ab Angelis poterant consolari? Si ergo Angelorum munus erat consolari eos, qui illic morabantur, & hic sinus Abrahæ iam non est necesse, nec existit: ergò etiam Angeli, sicut sancti patres exierunt. Tertia legio erat animarum, quæ in purgatorio commorabantur, quæ hodie omnes per dominicæ passionis virtutem exierunt. Nam si ad principis coronationem: aut ortum *Simile.*
4 vincti, qui in carcere tenentur, dimittūtur, maior ratio erat, quod in victoria, ac triumpho principis regum omnium terræ, atque cælorum imperatoris, ij qui in purgatorij carcere tenebantur, liberi dimitterentur. Sic tenet Doctor Seraphicus Beatus Bonauē- *D. Bonauen*
tura. Et sanctus Gregorius super Euangelium, vna sabbathi, sic *in.3. d. 22.*
dicit: quod ante passionem dixit, in resurrectione Dominus *q.5.*
impleuit. Si exaltatus (inquit) fuero à terra, omnia traham ad me *Grego.hom.*
ipsum. Omnia etenim traxit, qui de electis suis apud inferos ni- *22.*
hil reliquit, ij autem, qui in purgatorio morabantur, electi *Ioan.12.*
eius erant. Hoc etiam comprobatur: quia Beatus Petrus loquens de Christo Domino nostro inquit: quem Deus suscitauit, *Act.2.*
solutis doloribꝰ inferni. Quos dolores soluit? nūquid suos? Absit:

nun-

nunquam enim in inferno dolorẽ habuit: nec eorum, qui erãt in sinu Abrahæ, quia nec hi dolores habuerũt: nec damnatorũ, qui erant in inferno: nam hi non exierunt. Verissimè igitur dicemus dolores, qui soluti sunt, fuisse eorum, qui in purgatorio morabantur. Et illic erant cum eis alia legio Angelorum, qui eos consolabantur, etenim in purgatorio nõ sunt dæmones, sed Angeli: nam ij, qui in purgatorio cruciantur filij sunt Dei. Nec verò filios suos Deus Dæmonijs tradit, sed Angelis, qui eos consolẽtur in pœnis quas patiuntur. Hi etiam hodie sanctissimam illam animam comitantes exierunt. Ecce quatuor legiones, quæ diuinum hũc Dominum comitabantur. Dispares sunt hæ profectò & diuersa ab eis, quæ illum triduo antea comitabãtur. Tunc eum videretis infernalibus hominibus comitatum, qui eum per vias Hierosolymæ blasphemabant: nunc autem innumera sanctorũ, atq; angelorum multitudine circunseptus venit, cum ingenti maiestate & gloria. Hæc mutatio dexteræ excelsi. Eccè quã meritò dicere potuit, morsus tuus ero inferne: cùm talem ab eo morsum abstraxerit. Si autẽ morsus passiuè accipiatur significat Iesum Christum filium Dei fuisse morsum, quẽ infernus, ad suum tamẽ malum, deuorauit.

Simile.1. Quandò quis stomachum nimis repletum habet, accipit pilulam, quæ facit eum omnia purgare etsi nolit. Stomachus diaboli est infernus, qui iustos illos retinebat: veruntamẽ ingressus est saluator in hunc stomachum tãquam pilula, & fecit eum omnia, quæ intus habebat euomere omnia (inquam) scilicet iustos: reliqui enim in sacris literis dicuntur nihil, etsi potentiores sint mundi. Vnde dicit Apostolus: Si charitatem nõ habuero, nihil sum, quanto igitur minus erunt damnati, qui sunt in inferno. *1.Cor.13.* Hunc locum, & alios plurimos eis Dominus exposuit vt credo. Et sic tandem cum illis comedens sese eis reuelauit, & nimis consolatos illos reliquit. Vtinam diuina ipsius maiestas mẽtes nostras hoc modo clarificet, vt eum optimè cognoscamus, cognoscentesque diligamus, diligentesque in cælesti gloria illo perfruamur.

Amen.

FINIS.

1

QVARTA PARS QVADRAGESIMALIS

IN QVA CONTINENTVR OMnes Dominicæ, quæ in sacrosancta Ecclesia solent decantari à Dominica in Septuagesima vsq; ad Feriam secundam in Resurrectione Domini inclusiuè: & quartæ, & sextæ Feriæ Quadragesimæ.

2

Dominica in Septuagesima.

Simile est regnum cælorum homini Patri familias. Matth.20.

BEATVS Bernardus sermone quodam de hebdomada sancta dicit. Cùm diuina verba sint spiritus alimenta, quemadmodum materiales cibi sunt corporis sustentatio: sicut ea, quæ comedimus, sunt *Bernar.*
3 in duplici differẽtia: alia enim vbi primum lingua tanguntur, saporem emittunt: alia verò confracto cortice, quo operitur medula, in qua inest sapor, suauitatem afferunt: quousque autem cortex iste auferatur, quantumcunque ore voluentur, semper tamen insipida videbuntur. Quod videre est in pomo, & nuce: etenim pomum, vt ore contingitur, saporem edit: nucem autem priùs oportet conteri, nucleumque cortice denudari: & posteà eius suauitas innotescit: sic etiam diuinorum verborum alia esse, quæ statim, vt audiuntur, dulcorem, ac suauitatem animæ afferunt: cuiusmodi sunt: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnum cælorum, Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Alia verò, quæ suauitatem hanc non gignunt, nisi *Simile.* *Luca.6.*

priùs exuantur cortice; cui iucundissima medulla subest, quæ animam alit, & iucunditate reficit: quales sunt vniuersæ parabolæ, quas Dominus prædicauit, quæque in sanctis Euangelijs scriptæ sunt: quarum vnam hodie præstantissimam nobis sancta Mater Ecclesia proponit: cuius corticem diuino auxilio à nobis oportet infringi, nucleumq; iucundæ, ac cælestis doctrinæ, qui sub eo latet, auferri.

Simile est regnum cælorum, &c. Nusquàm veteris testamēti reperimus Dominum hanc rempublicam, quam habet in terra, cælorum regnum appellasse, sicut hodiè illud nuncupat: & ratio erat, quia ante ipsius aduentum princeps tenebrarum in hoc sæculo dominabatur, Deique principatū tyrannice vsurpabat. Veniens autem verbum diuinum incarnatum, vt principem tenebrarum ab hoc regno expelleret; sicut ipse Dominus dixit, Nunc princeps mundi huius eijcietur foras; liberam iam rempublicam istā
Ioan.12. ab illa tyrannica seruitute regnum cœlorum vocat: & sic illic subdidit dicens: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Ex quo cognoscetis dilectissimi fratres quantò meliores & spiritaliores patribus illis veteris legis esse debeamus: quandoquidem iam misera illa captiuitate redempti sumus, vt sicut spiritales, cœlestesque viuamus. Hoc tanquam sufficientem rationem adducit Beatus Paulus vt nobis peccatum fugiendum
Roma.6. esse persuadeat, dicens: Peccatum vobis non dominetur: non enim estis sub lege, sed sub gratia. Et in hac Parabola confert Dominus Christianos operarijs à Patre familias ad laborandum in vinea conductis. Quod vt meliùs intelligatis; animaduertendum vobis est totam Philosophiam Christianam in duas partes esse diuisam. Altera est finis: altera verò media ad finem consequendum. Finem autem esse charitatem docet Beatus Apostolus dicens: Finis præcepti charitas de corde puro, & conscien-
1.Tim.1. tia bona, & fide non ficta. Huc omnia legis præcepta, & consilia diriguntur: videlicet, vt Deum, ac proximos diligamus. Nam secūdum Theologos vnus, & idem est habitus, ex quo hic duplex actus, quasi duplex ramus ex vna stirpe procedit. Cumq; ad hūc finem consequendum complura requirantur, in hunc finem omnia ferè tēdunt, vt sui ipsius amor effrænatus superetur. Effrænatus (inquam) quia quamdiù hic amor rationis diuinæq; legis terminis septus tenetur, non est malus, sed bonus: proprium enim sui amo-

7 sui amorem Deus homini tribuit, vt sui ipsius rationem haberet, vitæque suæ custos existeret, qui si hos terminos prætetit, in plurimos morbos spiritum inducit, nec in simul cum Dei amore cõmorari potest. Et quãquàm Dei amor ex natura sua dulcis est atque suauis, ea tamen media, quibus hic amor impetratur, laboriosa esse consuescunt, sicut corporis valetudo dulcis & iucunda est hominibus: medicamenta verò, quæ ad eam consequendam præparantur, plerunq; amara esse solent, quia ad charitatem adipiscẽdã necesse est (vt anteâ diximus) nos cũ effrenato nostri amore debellare, cæterosq; omnes affectus, qui ex hoc proprio amore dimanant, ieiunijs, disciplinis, orationibus, lachrymis, alijsq; quàm plurimis pœnalibus operibus ad hæc necessarijs oppugnare. Idcircô Diuus Paulus ait: Qui Christi sunt, carnem suam crucifixe *Galat. 5.*
8 runt, cum vitijs, & concupiscentijs. Quid autem difficilius, quàm hominẽ propriam carnẽ crucifigere? Et si, vt vera loquar, hæc pœnalia opera ijs sunt difficiliora, & laboriosiora, qui ea rarius exequuntur. Et ita declarat Origenes verba illa Diui Pauli dicentis: *Orig. super* velle adiacet mihi? perficere autẽ non inuenio. Affirmans sanctũ *Paul. Ro. 7.* Apostolum hîc loqui de homine denuò iustificato, qui peculiariter habet voluntatẽ, & deliberationem ad bonum: sed perficere non inuenit: quia per habitũ contrariũ diù inueteratum retrahitur ab exercitatione virtutis, vel saltem maiore cũ labore illá operatur. Idcircò in initijs maxima patientia opus est, & efficaciter à Deo subsidium postulari debet. Vir autem iustus sanctis exercitationibus assuefactus, non tantam molestiã in eis sentit, etsi satis magnum laborẽ patitur: quia, vt sapiens dicit; corpus, quod corrũ
9 pitur, aggrauat animam. Et hoc est quod Beatus Paulus dicebat *Sap. 9.* vbi supra: video aliam legem in membris meis repugnantem le *Roma. 7.* gi mentis meæ, atque ideo magno cum dolore querebatur inferiùs dicens: Infœlix homo quis me liberabit de corpore mortis huius; & respondet dicens: Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Itaque tam qui tyrones sunt, quàm eos, qui in virtute proficiunt gratiam à Deo patre per merita Iesu Christi filij eius diligenter oportet exposcere, qua hę pœnales exercitationes faciliùs perferãt, siquidẽ in eis oẽs labores inueniũt. Cùm igitur ita sit qꝫ Christiana vita hos labores, ac difficultates secũ habet meritò Christiani à Chr̃o Redẽptore nr̃o operarij nuncupãtur, operarij (inquã) in vinea laborãtes, nullũ enim prædiũ crebriorẽ

exercitationem, maiorem que diligentiam requirit, quàm vinea.
Psal. 102. Dies autem, in quo dicit sanctum Euangelium laborem hunc esse adhibēdum, est hominis vita: sic eam vocauit Dauid. Dies eius tāquā flos agri, sic efflorebit, nō eā vocat plurimos dies, sed vnū diē: & idcircò nō dixit: efflorebūt, sed efflorebit. Plurimæ extant rationes, quare hominis vita diei cōparatur: ex illis tamē vnicam assignabo, scilicet, quia dies ad laborandū, nox autē ad quiescēdū fuit instituta: etsi nūc vice versa sit. Aduertite igitur diē quietam ad laborādū, atq; merēdū fuisse factū, nō aūt vt in vanitatibus cōsumatur. Nox verò instituta fuit, vt in ea ijs perfruamini, quæ in die promeriti fuistis. Ideò Dominus futuram vitam noctē vocauit, dicens: veniet nox, quandò nemo poterit operari. Et sic dicit Diuus Paulus: Omnes vos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum, siuè malum. Diligenter pensate quomodò dicit: Propria corporis, vt significet hominem mereri, aut demereri posse quamdiu anima in corpore perseuerat, non autem posteá. O si hæc verba in mentibus nostris semper impressa deferremus: quàm aliter, ac viuimus viueremus. Hic dies incipit ab hora prima, hoc est, ex quo homo ratione incipit vti: & sic hora prima est pueritia, vsque ad quindecim annos paulò magis, minusvè. Hora tertia cùm sol iam calidior apparet, est adolescentia, à decimo quinto vsque ad vicesimumquintum annū. Hora sexta est meridies, cum sol in toto vigore persistit. Hæc est à vicesimoquinto vsque ad quadragesimum annum, quæ est ætas virilis, & tunc est clarior, ac perspicacior hominis intellectus, tūc maiores, atque robustiores sunt vires: tunc ardentioribus tentationibus contorquetur: tunc denique vrgentioribus concupiscentiæ flammis aduritur. Hoc est periculosius tempus. Ideò Dauid dicebat: Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo. Altitudinem diei virilem appellat ætatem. Et de hac potest intelligi quod paulò anteà dixerat: Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, id est hęc virilis ætas. Hora nona est cùm iam sol ad occasum appropinquat, hoc est, à quadragesimoquinto vsque ad septuagesimum annum. Hora autem vndecima est à septuagesimo, vsque ad finem, cum iam vix vna vitæ hora superest. In omnibus his horis vocat De⁹ homines ad sui ministeriū, quod siquis quærat, cur Dn̄s illos omnes manè simul nō cōduxerit. Ad hoc

Ioan. 9.
2. Cor. 5.
Psal. 55.

13 Ad hoc respondeo Deum omnes singulis horis accersire. Quia autem quidam in infantia, alij in iuuentute, alij in virili ætate, alij verò in senectute Dei vocibus respondent: idcircò hæc temporum diuersitas hic asignatur. Vibebitis quosdam pueros, qui vbi primũ ad rationis vsum perueniunt, statim affectuosissimè, atq; feruentissimè Deo seruire incipiunt. Hi sunt, qui præstantissimi Dei serui esse, illiusque honorem totis viribus, totoque conatu defendere, præclarasqui à spiritualibus hostibus victorias 1.Reg.17.
reportare consuescunt. Cùm Dauid in conspectu Saulis appareret, adolescentulus adhuc existens, dixit ei. Ego seruus tuus vadam; & pugnabo aduersus Philistæum. Dicentique illi rege: non vales resistere Philistæo isti: quia puer es, dixit Dauid: Pascebat seruus tuus gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, &c.
14 Nam & leonem, & vrsum interfeci ego seruus tuus. Erit igitur Philistæus iste incircuncisus quasi vnus ex eis? Sic est verum fratres, quôd qui à tenera ætate tentationibus resistere vitiaque á se expellere consueuit, facilê posteà gigantum capita amputare, alijsque grauioribus peccatis poterit repugnare, atque ab eis victoriam reportare. Ad hoc bonorum parentum sapiens diligentia multum conducit, qui tales status curant vt filij sui eligant, in quibus Deo seruiãt, nec inordinate, & sine viuendi ratione procedant. Referens sacra Scriptura Cain, & Abelis ortum, & exercitationes, quibus intendebant, incepit ab Abel, etsi minor erat *Genes.4.* ætate, dicens: fuit autem Abel pastor ouium, & Cain Agricola significans in hoc bonos, licèt ætate sint posteriores, in ordinanda tamen vita, certaque viuendi ratione suscipienda esse priores, vt aliquibus exercitationibus intendentes occasionem non
15 habeant effundendi se per vitia. Prophetans Isaias de tempore legis gratiæ dixit: Erit ibi semita, & via sancta vocabitur. Via *Isai.35.* ampla est sæcularium vita: semita verò arcta est religiosorum virorum viuendi ratio: quia ad plura facienda tenentur. Maximum verò malum est, tempore legis gratiæ, vbi hæc duplex viuendi ratio suppetit, nonnullos esse Christianos, qui neutram velint apprehendere. Nullique statui velint acquiescere: hi profectò in maximo condemnationis periculo versantur. Quapropter fratres charissimi diligenter curate, filios vestros ab infantia diuinum amorem, & misterium erudire: vt in vtro horum duo

rũ ſtatuum, quos Eccleſia comprobauit, Deo deſeruiant. Alij à iuuentute diuinis vocationibus reſpondent: etſi, quæ noſtra miſeria, ſatis pauci ſunt. Cùm Deus pręcepit Moyſi, vt montem aſcenderet, quò cum eo magni ponderis, ac momenti negotia tractaret, quando Moyſes deſcendit à monte, aram ex duodecim lapidibus, ſiue (vt alij legunt) ex duodecim columnis erexit,

Exod. 24.

vt ſignificaret, Deum vniuerſas duodecim tribus ſub ſua protectione recepiſſe, nullâq; repuliſſe: diciturque ibidem. Miſitque iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerũt holocauſta, immolaueruntq; victimas pacificas Dño vitulos duodecim. Notate per charitatem quomodò Moyſes ad iucundũ illud Deo ſacrificiũ offerẽdum de ſingulis tribubus ſingulos adoleſcentes elegit. Etenim nondum viri ex tribu Leui ad Sacerdotium fuerant electi: ſed adhuc primogeniti ſacerdotij munere fungebantur. Elegit autem iuuenes tanquàm puriores, atq; innocentiores, vt per eorũ manus oblatum ſacrificium gratius eſſet Domino. In hac autem calamitoſa tempeſtate quàm puri, ac mundi ſint iuuenes apertè videtis. Obſcœna eſt vtiq; iuuenũ diſſolutio, atq; deprauatio in omnibus ſtatibus. Alij ſunt qui in extrema ætate Dei vocationibus reſpõdent quod quidẽ ſatis miſerabile eſt, videlicet homines ad ſe cõuertendos illud tẽpus expectare, cùm iã in virtutis, ac perfectionis ſtudio egregia eſſe deberent. Poſtquàm nonaginta, & nouem annorum ætatis

Geneſ. 17.

pereat eſſe Abrahã, apparuit ei Dñs, dixitq; ad eũ: Ego Dominus omnipotens: ambula corã me, & eſto perfectus, ambula coram me: ideſt ſecundũ volũtatẽ meã viue, vel viue quaſi ſi me pręſentẽ videres, & eſto perfectus, id eſt, eſto fidelis, ſimplex, & rectus. Mirabile eſt, cùm anteá Dñs toties Abrahæ apparuiſſet, & eius curas fuiſſet, plurimaque, ac maxima promiſiſſet, nec nõ, & multa beneficia contuliſſet, nunquàm tamen illi tale pręcepit, nec dixit: Eſto perfectus: poſtquàm autem ſenuit Abraham præcepit ei Dñs, vt ſit perfectus: vt cognoſcatis perfectionẽ in ſenibus eſſe oportere. Quandò ætate prouectus erat, & ſæpenumero cum Deo fuerat locutus, tunc ei dicit: Eſto perfectus. Ex ijs enim ſectãda eſt perfectio, nec verò velle debemus, vt iuuenes ſanctitate ſcaturiant: nec mirandũ vobis eſt ſi in ſeruo Dei inperfectiones aliquas animaduertatis: ſiquidẽ Abrahæ poſtquàm ſenex erat, dixit Deus: Eſto perfectus. Ex quo apparet, etſi anteà bonus erat, non tamẽ fuiſſe perfectũ. Quanquàm hominem expectare hanc

te hanc ætatē, vt in ea conuertatur, in qua Abrahæ iubetur esse perfectum miserabile, magnæque temeritatis est, mirumque erit eum scire conuerti, cùm iam natura corruptissimis moribus deprauata sit. Notandum est etiam denarium diurnum, quod primis operarijs promisit, cœlestem esse beatitudinem, quæ in Dei visione, ac fruitione consistit: quæ sic appellatur, quia est merces obseruationis decem præceptorum. Et sic dixit Deus Abrahæ: Ego merces tua magna nimis. Nunquam Deus satis dignam mercedem iustis reddit, nisi quando semetipsum eis præbet præsupposita enim ipsius promissione vnum bonum opus ex ijs, quę iustus facit, non potest mundo persolui. Pretiosius est vnum iusti suspirium propter Deum editum, quàm vniuersus terrarum orbis. O infinitam Dei probitatem. Beati, qui tam bono Domino seruiunt, qui ministeria sibi exhibita tam abundanter nouit persoluere. O miseri peccatores, qui in mundi seruitute plurimis laboribus insudatis: posteà verò totius præmij expertes, inanesque bonorum vos experiemini. Quæ cùm ita sint fratres charissimi in huius clementissimi patris familiàs vinea laborate, siquidē ministeria tam liberaliter persoluit. *Genes. 15.*

Hoc autem magis admirādū est, quod exiēs hora tertia alijs dixit: *Ite & vos in vineam meam, & quod iustū fuerit, dabo vobis.* Et certū est illum eundē denariū diurnum eis promisisse, siquidem illum (vt apparuit in tēpore persoluendæ mercedis) eis persoluit. Quomodò igitur fieri potest quòd respectu meritorum terrestris cuiusdam verniculi hoc præmium iustū appelletur? Iustum dicitur, quod nec deest, nec superest. Sicuti calceus dicitur, iustus, cùm pedi vndique coaptatur. Quod si ita se habet, quomodò cùm gloria nobis maximè excellat, meritis nostris iusta vocatur? Exaggerans sanctus Propheta Isaias quàm parū hamo per se valeat efficere dicit. Nunquid gloriabatur securis contra eum, qui secat in ea: aut exaltabitur serra cōtra eū, à quo trahitur? O admirabilē metaphoram, in qua ò homo securi, & serræ compararis: quæ sunt instrumēta, quibus artifex opera sua perficit. Nā quāuis opera tua præstantissima sint, Dei potiùs quàm tua sunt opera. Tu enim es instrumentū, quo Deus operatur. Arbitriū tuū cū Deo concurrit, & sic operatur, quia Deus voluntatē tuam excitat, atque trahit, illamque adiuuat, sicuti artifex serram, aut securim, commouet. Ideò Diuus Augustinus dicit: Deus sua dona coronat in nobis. *Isai. 10.* *Aug. sup.*

Psal.102. Vnde sponsa ostendit opera sua bona Dei potiùs esse quàm sua
Cant.4. dicens: Veniat dilectus meus in hortum suum: vt comedat fru-
ctum pomorum suorum. Hortus Christi est anima iusti: fructus
autem sunt bona opera quæ dicit sponsa esse sponsi: & sicut ta-
lia ei offert, eumque ad illa comedenda inuitat. Vt videatis quàm
parum, de quo gloriemur, habemus. Cùm igitur cœlestis bea-
titudo tam ineffabile bonum sit, in quo Deus adeò animæ com-
municatur, vt secundum nonnullorum Theologorum senten-
tiam, quodammodò fiat forma nostri intellectus (quod dicunt
per exaggerationem) quomodò fieri potest hoc meritis nostris
iustum esse) nec illa ab eo immensa magnitudine superari?
Simile. Dico hoc iustum appellari, quia Deus illud iustum efficit. Ha-
bes chirotechas quæ manibus tuis non sunt iustæ: sed odorife-
ra quadam, ac suaui vnctione illas perungis, & sic extendun-
tur, & iustæ efficiuntur. Sic etiam Deus efficit vt opera nostra
cum gloria sua iusta sint, gratiæ suæ vnctione illa perungens.
Pro quo est notandum duplicem esse iustitiam, alteram æquita-
Simile. tis, cùm ex vtraq; parte res sunt æquales, verbi gratia: Offers re-
gi pretiosam margaritam, pro qua viginti millia aureorum ti-
reddi iubet, quia tanti æstimata fuit. Tunc donum vtrinque par
est, Hæc est iustitia æquitatis: & hoc modo cōsiderata qualita-
te personæ Christi Redemptoris nostri, quæ est diuina, & infini-
ti valoris, dicere possumus illum nobis omnibus ex æquitatis iu-
stitia gloriam meruisse. Quo circa ei dicere possumus cū Dauid.
Psal.70. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius, quia ista iustitia in solo
Christo inuenta est, in quo merita mercedis magnitudinem supe-
rarunt. Altera est iustitia per conueniētiam: & quod statuitur &
conuenitur, dūmodo rationi dissentaneū non sit, oportet obserua-
Simile. ri. Iubet rex edicto publico declarari se illi, qui publico hasta-
rum certamine tres hastas confregerit, prçstantissimum commen-
datum esse daturū. Confregit illas eques quidā: iustum est, quod
cōmendato donetur propter pactum, quod fuerat percussum. Et
hoc modo iustitiæ, meretur seruus, & amicus Dei gloriam prop-
ter pactum, & promissionem, quam Deus in Euāgelio suo fecit
Matt.19. dicens: si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Cùm serò factū esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo: Voca operar. &c. Procurator est Christus Iesus quatenus homo. Quare
nūs Deus vocat, & dat gloriam: sed eius distributionem æternus
Pater.

25 Pater, ei quatenus homini commisit. Notandum autem illũ dice
re: voca operarios, nõ autem dicere vt vocet otiosos, etenim hi po
tiùs eijcientur, & ipsis cæli ianuæ claudentur: sicut accidit virgi
nibus fatuis, quæ otiosæ dormierunt: eisq; dicetur: Ite maledicti.
Operarios autẽ accersiet, dicens: Venite benedicti Patris mei.
Quid ad hæc respondebunt otiosi, quique totã vitam vanè consu
munt, rem tam pretiosam sicut tempus, amittentes? nec verò so
lùm rem aliquam vtilem non facientes, sed ec, quæ Dominus in *Matt. 25.*
eis fecit, comminuentes, atque destruentes: ingenium enim, vale
tudinem, & vires, quas eis Dominus concessit, culpis, quę passim
committunt, destruunt, atq; deperdunt. Dicite fratres si illi, quos
Dominus hora vndecima in foro reperit otiosos, ijdem essent,
quos primo manè inuenit, sique eosdem hora tertia, sexta, & nona
26 reperiret otiosos: quid diceret? quã aspera reprehẽsione illos cor-
riperet? Quid igitur de te dicet, quem primò manè vocauit, po
steaque tot inspirationibus, & concionibus toties accersiuit: &
tamen otiosum te esse perspicit, totum vitæ tempus in turpitu-
dinibus, sensualitatibusque consumentem, & nihilominus præ
mium sperantem? O quantoperè falleris. Aliqui verò sunt otio
si, qui in tam malis rebus non occupantur, quos si reprehendis,
statim dicunt: Pater non sumus oblectandi? non sumus loquutu
ri, & deambulaturi? peius quidem esset, si alijs peioribus exerci-
tationibus intenderemus: ac si eos ad malum faciendum Domi-
nus creasset. Non dico ego, quod vtrum horũ duorum faciatis: nõ
enim sequitur quòd si parum malum non feceritis, idcircò mag
num facturi estis: imò potiùs parum fieri, est via ad faciendum
27 magnum & otium istud vniuersas animæ virtutes euertit, atque
omnia vitiorum genera causantur. Hæc fuit vna ex causis euer-
sionis illarum maledictarum vrbiũ Sodomæ & Gomorrhæ, alia *Gene. 19.*
rumque vicinarũ ciuitatum. Hoc est quod recumbentium in sinu *Iudic. 16.*
eius crines abscindit, sicuti Dalila capillos Samson abscidit: quo-
niam autem tãtum malũ est otium, ideo in nullo statu voluit Do
minus hominem esse otiosum. De Adam dicitur: Et posuit eum *Gene. 2.*
in paradiso voluptatis vt operaretur, & custodiret illum. Perpen
dite quomodo priùs dicitur, vt operaretur: posteà verò custodi-
ret illum. In quo significatum est, si paradisum nolumus amitte
re, maximè necessarium nobis esse operari. Ex priori posterius
sequitur: hoc est, ex operando sequitur paradisum custodiri, nec

amitti. Hinc oportet diuites singulare consilium sumere, siquid[illegible] Deus præcepit diuiti Adæ, vt operaretur, nec verò illum laborare iussit. Etenim etsi illis, quia diuites sunt, non est necesse laborare, saltem maximi eorum interest probis exercitationibus intendere, quamuis sint faciles, vt otium fugiant. Postquam autem Adam in paupertatem deuenit, illum Dominus laborare iussit dicens: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ecce Deus declarat quid inter pauperes & diuites debeat interesse. Etenim diuites operari, pauperes verò oportet laborare: non enim ideò te Deus pauperem facit, vt negligentem te præbeas, sed vt te ad laborandum commoueat, atq; vt labores istos diuinæ ipsius maiestati offerẽs magnã pro eis coronam merearis. O quam meritò posset h[illegible] reprehendi maximum otium, atque ignauia plurimorum pauperũ, qui sani, atque ad laborandũ dispositi sunt, & ab infirmis, qui nequeunt laborare, eleemosynas auferũt. Hic etiam plurimorũ [illegible]uitũ error detegitur, qui postquã plurima bona cõpararũt, nihil aliud sibi faciendũ superesse credũt, nisi requiescere, & voluptatibus perfrui: sicut arbitrabatur diues ille, de quo fit mentio, qui di-

Luc. 12.

cebat: Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, & epulare. Arbitrabatur vtiq; nihil sibi in reliquo vitæ tempore faciendũ superesse: & sic volebat vt omnia bona sua otio deseruirẽt. Sic dixit Alexander Magnus, postquã vniuersum mũdum sub ditione sua subiecit: Nescio [illegible] reliquo vitæ meæ tẽpore mihi faciendũ sit quando nulla [illegible] superest vrbs, quã non oppugnauerim, potestatiq; meę submiserim. Cũq; semel hæc verba corã Octauiano Imperatore referrentur, dixit militibus suis: Alexãder non nouit, quæ nã esset potissima Imperij gloria: nõ enim est illud acquirere sed gubernare. O [illegible] ficam sententiã. Hãc debetis oẽs diuites animaduertere, vt omnino à vobis otiũ expellatis, intelligẽtes, si plurimum laboris in diuitijs cõparãdis adhibuistis, plura vobis faciẽda remanere, scilicet, illas moderari, eisq; ad Dei beneplacitũ, & proximi vtilitatẽ vt[illegible]

Voca operarios & redde illis mercedem. O suauissimũ verbũ: Beati operarij, qui talem merebuntur audire. Etiam diabolus operarios cõducit: sed vice versa se cum illis habet. Etenim in vinea Domini priùs operarij laborant, & posteà merces eis persoluitur. In vinea autem Sathanæ priùs merces redditur, & posteà laborant. Merces illis in hoc sæculo in deauratis monetis persoluitur, quæ aurum

31 aurum apparent, cùm tamem non sint. Omnes voluptates, honoresque humani aurum apparent, & tamen non aurũ quidem, sed æs vilissimum sunt. Ita Beatus Augustinus ait: Surgat venerabilis Pater Adã cum omnibus filijs suis, & vno ore loquantur, vtrũ in hac vita gaudium habuerint sine dolore. O Sathana, qui homines deceptos & veneficijs incãtatos trahis. Sunt peccatores sicuti qui pecunias vsuris mutuatas suscipiũt, qui vt paruam quandã pecuniæ quantitatem statim recipiant, in duplum illam posteà persoluunt. Quando illam in versurã receperunt, illa fruiti sunt, & sine solutionis cura eam consumpserunt. Cùm autem persoluendi tempus obrepit, tunc in carcerem detruduntur, vbi plurimos perferunt labores, & miserè atque infeliciter moriuntur. In auro comederunt, in ferro interierunt, ò Sathana qui versuram
32 statuisti, monetasque in principio, hoc est, voluptates, honoresque sæculares largiris, quæ filij huius seculi recipiunt, non recordantes se aliquãdo illa soluturos esse: cum autem mortis tempus aduentat, tunc amaritudo, & labor incipit nullo vnquam tempore finiẽdus. Ideò Beatus Hieronymus ait: Difficile, imò impossibile est, vt præsentibus, & futuris quis fruatur bonis: vt de delicijs ad delicias transeat. Et quid indigemus alio testimonio? loquatur ipsa veritas: Væ vobis diuitibus, qui nunc habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis, &c. Et væ damnationem æternam significat, vt dicit Diuus Hieronymus. O quam metuendum est hoc dictu, atque etiam auditu; quomodo homines hoc intelligentes toto corpore non contremiscunt. Idcircò dixi ego, Sathanam operarios suos deceptos, vene-
33 ficijsque incantatos trahere. In vinea Dñi operarij in hoc sęculo laborãt. posteà verò illos iubet accersiri, eisque mercedem impertiri: talem autem mercedẽ, quam cùm Beatus Paulus vellet explicare, cum magna exaggeratione dixit: Nec oculus vidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se. Hæc omnia satis apertè figurata sunt in ijs, quę fecit Iacob, qui cùm Ephraim ad sinistram eius, Manassesautem adstaret ad dexteram, commutauit manus, vt dextra super Ephraim, & sinistra super Manassen caderet. Manosses, id est obliuiosus, peccatorẽ repręsentat. Hic nec sui ipsius, nec Dei, nec mortis, nec inferni recordatur, & cũ hac obliuione ex hoc sæculo ad aliud emigrat, vbi assiduis cruciatibus ei peccata sua in memoriam

Aug. ser mone quodam.

Simile.

Hieron.

Luc. 6.

D. Hiero. in Prouer. 6.

1. Co. 2.

Gene. 48.

moriā reuocantur, hic in hoc sæculo tēporalibus bonis perfruens ad dexteram stat. Ephraim autem, id est accrescens, significat iustum, quia semper in virtutibus accrescit. Et hic in hoc mundo ad sinistram in laboribus constitutus est: atque apud mundum prauus æstimatur. In morte autem Deus manus commutabit, sortesque transuertet, vt ij, qui hic non laborarunt, illic perpetuis laboribus affligantur: qui autem hic bonis operibus intenderunt, illic sine fine requiescant. Quòd cum ita sit dilectissimi fratres in hoc sæculo omni virtutum generi, pijsque operibus diligentissimè operam date. Animaduertite quomodo operarij vineæ sedula quadam æmulatione insudant, alios semper præcedere curantes, & vnusquisque instanter elaborat, ne á tergo remaneat. Hæc autem omnia faciunt propter drachmā, quam in fine diei percepturi sunt. O maximam hominum rationis participum confusionem, & ignominiam, quòd operarij materialis vineæ pro tam vili pretio tantoperè fatigentur, nos autem vt gloriæ æternitatem adipiscamur, simili saltem labore non vigilemus. Ego vos deprecor fratres charissimi per Iesum Christum crucifixum, & per sacrosanctum baptisma, quod accepistis, vt in plurimos seruos Dei oculos conijciatis, qui tanquam fideles serui, & operarij in eius ministerio maximè proficiunt: & sancta quadam æmulatione illos curetis adęquare, atque etiam excellere, quò ex numero illorum sitis, qui ad mercedem recipiendam conuocantur. Simile.

Maximè autē notandū est, patrem familiâs procuratori suo dixisse: *Redde illis mercedem incipiens à nouissimis vsque ad primos.* Et hinc posteà Dominus concludit, dicens: *Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* O Christe totius iustitiæ, & æquitatis magister, quomodo tale dicis Domine? videris iuxta mundi consuetudinem facere, etenim mundus magis laborantibus minorem mercedem persoluit. Magis laborat agricola (qui à mane vsque ad noctem nè vna quidem hora quiescit, & tamen vix se pane potest alere) quam nobiles & mercatores, qui minimo labore maximā habent rerum omnium abundantiam. Sic etiam in statu Ecclesiastico videbitis aliquos, qui de redditibus Ecclesiasticis tria vel quatuor millia aureorum quotannis accipiunt, nec tamen in templum bis aut ter in toto anno ingrediuntur. Miser autem & pauperculus capellanus, qui vix vnam habet drachmam nulli horæ diurnæ, neque nocturnæ deest. Tu Domine eundem stylum videris

37 deris obseruare, siquidem dicis: primos nouissimos esse futuros, & è contra. Nihil horum voluit hîc Dominus dicere. Voluit autē nos docere, se quando ijs mercedem persoluit, qui in sui ministerio laborant, non tam tempus, quàm animum, quo laboratur, considerare. Quemadmodū in homine est corpus, & anima: melior *Simile.* autem est anima interior: sic etiam in bene operando est interius & exterius: interius autem intentionis, affectionis, & feruoris respicit Deus potiùs quàm exterius temporis, aut laboris. Itaque apud Deum non præcedit qui priùs incipit, sed qui studiosius, atque feruentius laborat: & sic cum maxima diligentia, atque deuotione parum temporis recompensat. Vt autem vera loquar, solus Deus potest aquam in proprio fonte colligere. Defluit riuulus *simile.* aquæ: tu verò qui es nimis exhorrens, nō vis aquam in riuulo col
38 ligere, sed ad fontem vsque progrederis, & ex illo aquam hauris. Sic Deus opera colligit in proprio fonte, vnde dimanant, quod est cor: & sic illa æstimat, atque remunerat, quale est cor, vnde procedunt. Ideò eum appellat Dauid dicens: Deus cordis mei, si- *Psal.72* gnificans in hoc terrestres dominos non cordis quidem, sed corporalium eorum, & ministeriorum dominari velle: & secundum tempus, quod in eorum seruitute consumitis, ac iuxta exteriorē apparentiam, qua eis ministratis, ita ministeria recompēsant. Hi aquam ex riuulo hauriunt: Deus autem cum sit cordium Deus, ac Dominus, in eis potiùs quàm in exteriori apparentia aquam colligit. Vnde plus valet apud Deum vna hora ministerij diuinę ipsius Maiestati exhibiti cum spiritus feruore, feruentissimoque amore præstiti, quàm plurimę horæ seruitutis cum frigiditate, ac
39 relaxatione amoris exhibitæ. Hanc ipsam liberalitatem nobis ostendit, cúm adolescenti desideranti se esse perfectum pretium perfectionis explicuit: non enim eum interrogauit, vtrùm pluri- *Matt.19.* mas haberet diuitias, quas pro perfectione persolueret: sed præcepit ei, vt quidquid haberet, pauperibus erogaret. Ostendens in hoc cælum, nec paruo nec magno pretio emi, perfectionemq; solo amore, ac voluntate, qua temporale bonum datur, aut relinquitur, bonumque opus efficitur comparari. Non modicæ quidem consolationis est hęc cęlestis doctrina illis, qui ad laborem, atque Dei ministerium serô accedunt: siquidem ex ipsius veritatis ore certò sciunt, si diligenter, atque studiose voluerint operari, possibile esse ipsos tantum promereri, quantum alij, qui minori feruo

re,

re, charitate, atque diligentia multo tempore Domino seruierit.

Murmuratio autem horum operariorum significat admiratio nē, qua beati admirabūtur maximam Dei liberalitatem animad uertentes, qua plurimos, qui modico vitæ suæ tempore labora runt, quia iam in fine vitæ conuersi sunt, qualis fuit sanctus ille la tro, qui in cruce conuersus fuit, prꝑstantissimis præmijs afficie

Luc. 13. Et ideò pater familiâs, qui operariorum solutioni præerat. (Non enim erat sicut Domini huius tempestatis, qui diligētissimè sibi ministrari volunt, Mercedis autem solutionem œconomo com mittunt, qui aliquam illius partem adimet) vni eorum, respond & quare non omnibus siquidē omnes murmurabant; Agit Deus nobiscum rem saluationis nostrę, ac si cum vno illam tractaret & sic vnusquisque diuina verba sic debet accipere, quasi sibi soli dicerentur. Nos autem viceuersa facimus nullus vtique illa sibi

2. Reg. 12 dici vult considerare. Sicuti Dauid non de se, sed de alio dici para bolam Nathan arbitratus est, & sic illū condemnauit. Dixit: *Ami ce non facio tibi iniuriam*, iam enim quod promiseram tibi reddidi. *Volo autē huic nouissimo dare sicut & tibi.* Volo cùm eo liberalitatem meam ostendere, non tam considerans tempus, in quo mihi serui uit; quàm animi feruorē, & charitatem, qua seruiuit. Benedictus talis Deus & beati serui, & operarij eius: siquidem ministerium vnius horæ cum diuina ipsius gratia factum tanto præmio per soluit, quæ est gloria, quam vtique mercedem post huius vitæ la bores Deus optimus maximus nobis reddere non designetur, Amen.

Dominica in Sexagesima.

Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus pro perarent ad Iesum. Lucæ. 8.

SANCTVS Propheta Isaias loquens de lege

Isai. 11. gratiæ dicit: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ouis simul morabūtur. Hæc tam contraria animalia dicit in ctus propheta in vnum esse commoratura. Huius que concordiæ rationem assignans dicit: quia repleta est terra scientia

2 ſcientia Domini: ſignificans hunc eſſe diuinæ prædicationis ef-
fectum, vt omnes magnates, & paruuli, diuites, & pauperes, ſa-
pientes, & ſimplices in vna conformitate, atque amore in Dei
ſeruitute viuamus. Hoc repræſentabatur in eo, quòd homines
ex tot, tamque diuerſis ciuitatibus ad cœleſtem Domini doctri-
nam audiendam in ſimul conuenirēt. Qui maximam hominum
multitudinem videns, dixit per ſimilitudinem. *Exijt qui ſeminat,
ſeminare ſemen ſuum.* Dicatur tota parabola vſque ibi: *Et ortum fecit
fructum centuplum.*

Ad huius rei intelligentiam animaduertendum eſt eundem
modum, quem Deus habuit in mundo, omnibuſque eius creatu-
ris creandis, quemque in eo conſeruando nunc habet, & quem in
eo reædificando, ſi deſtrueretur, haberet, in ſpiritali Eccleſię ſuę
3 fabricatione habuiſſe: nuncque in eius rimis, atque ruinis refi-
ciendis obſeruare. Quomodo vniuerſa creauit? Ipſe dixit, & fa- *Pſal.* 148.
cta ſunt. Verbo ſuo omnia creauit. Sicque vtique hęc ipſa eius
vox, diuinum verbum, cæleſtiſque doctrina primum eſſe dedit
Eccleſię, primoſque illius fideles conuertit: atque hæc ipſa illam
conſeruat, eiuſque ruinas reſtaurat. Et ſic videns ſanctus Prophe
ta Amos in ſpiritu ſanctæ Eccleſiæ labores, fideique atque bono
rum morum propugnaculum tot partibus dirutum, atque pro-
ſtratum dixit: In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod *Amos.* 9.
cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corrue
rant, inſtaurabo. Certiſsimum eſt vtique ſanctum Prophetam
hic ad literam de ſanctæ Eccleſiæ reædificatione loqui. Nam ad
hoc propoſitum Beatus Paulus hunc locum adducit, vbi dicit: Si *Act.* 15.
4 mon narrauit quemadmodū primum Deus viſitauit ſumere ex
gentibus populum nomini ſuo. Et huic concordant verba Pro-
phetarum, ſicut ſcriptum eſt: Poſt hæc reuertar, & reædificabo ta
bernaculum Dauid, &c. Et regula eſt Beati Hieronymi notatu *Hierony.*
quidē digniſsima: quôd vbi Apoſtolorum præcedit authoritas, *regula.*
omnis variæ explicitatis tollenda eſt ſuſpicio: ſicut ad hoc propo
ſitum idem huc adducit Nicolaus de Lira. Et valdè notādum eſt *Nicol. de*
ſanctam Eccleſiā hic non domum quidem, ſed tabernaculum ap *Lira.*
pellari: vt intelligamus nos in hac vita non debere tranquillita-
tis habitationem, neque ſedem habere, ſed in ea quaſi taberna-
culo viatorum eſſe moraturos. Et forſitan etiam ad ſignifican-
dum quomodo hæc Eccleſia ſicut tabernaculum de vno in alium
locum

locum permutatur. Olim enim in Palæstina, posteà in Ægypto, deinde in Græcia, posteà deniq́ue in Germania constructa fuit. Vtinam diuina Maiestas eam pro peccatis nostris à nobis non auferat, sicuti ab aliquibus regnis ademit, & in alias regiones transtulit. Cùmq́ue dixisset tabernaculum hoc à se suscitandum, gentesq́ue ad fidem suam à se esse conuertendas, statim declarat, quo modo hoc faciendum sit, dicens: Eo quod inuocatum sit nomen meum super vos, dicit Dominus faciens hæc.
Vatabl. expositio. Vatablus exponit eò quòd nomen meum prædicatum est illis, iuxta illud quod dixit Christus Redemptor noster.
Ioan. 17. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit & ego in ipsis.
Gene. 4. Et de Enoc dicitur: Iste cœpit inuocare nomen Domini. Non significatur illic Enoc fuisse primus, qui orare cœpit, alij enim ante eum orauere: sed dicitur ille primus fuisse, qui nomen Domini prædicare cœpit. Et ex hac illustrissima prædicatione subsequuta est copiosa messis abundantia, quam illic eleganter Propheta significat, dicens: Et comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen, & stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt, id est, vna messis alteram contequetur, & nullus erit ager, qui non aretur, & in quo non seratur.
Rom. 10. Et hoc est quod dicit Beatus Paulus. Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Hæc fuit gloria sanctæ Ecclesiæ in eius initijs, quòd breui tempore per vniuersum mundum dispersa est, immensumq́ue martyrum, virginum, eremitarum, atque aliorum sanctorum fructum tulit. Hanc diuinam prædicationem Dominus in hodierna sancti Euangelij lectione semen appellat. Atque vt parabolam proposuit, clamabat, dicens: *Qui habet aures audiendi audiat.* Hic auditus pro intellectu sumitur, sicuti venerabilis Beda super hunc locum adnotat,
Beda. & hoc ex Beato Hieronymo in Iouinianum assumpsit, qui dicit, vbicunq́ue verbum hoc repertum fuerit (vt Apoc. 2. c. vbi dicitur:
Apoc. 2. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs) denotari, non oportere nos in illius quod nobis dicitur cortice remanere, sed medullam interiorem sub cortice latentem inquirere. Etiam habere aures est verbum Dei affectuose diligere, quod est maximè necessarium ad sanctam doctrinam, quæ prædicatur intelligendam, maximumq́ue ex illa fructum percipiẽdum. Et sic vbi
Matt. 11 nos legimus, pauperes euangelizantur, Hebræus contextus habet:

8 bet:pauperes glorificantur. Itaque quòd vna translatio appellat audire verbum Dei, altera dicit beatificare, significans in hoc animam diuini verbi amore captã magna beatitudinis pignora possidere. Idcirco Beatus Paulus verbum Dei vocat Euangelium gratiæ Dei, & iterum illud appellat Euangelium gloriæ, vt significet verbum Dei medium quoddam esse ad gratiam, & gloriam, quò sic nos moneat, vt illud magnopere diligere curemus. Nam (credite mihi) maximum malum est Christianum tantum bonum non diligere. Author quidam fide dignus refert hominem fuisse, qui conciones audire maximè recusabat, qui cum alij in Ecclesia diuinum verbum audirent, in cœmeterio loquens, & ridẽs morabatur. Hoc autem infœlici mortuo cum eius exequiæ in templo celebrarentur, visus est crucifixus manibus à cruce solu- *Act. 20.*
9 tis aures occludens: mirantibusque omnibus tam stupendũ euentum, dixit Parochus: Scitote fratres hunc iam esse in manibus dæmonis. Et quemadmodum ipse aures obtusit, ne Dei verbum audiret, sic Deus aures suas claudit, ne preces, quas pro illo fundimus, exaudiat: & sic pro illo amplius non orarunt, nec eum in aliorum defunctorum cœmeterio sepelire voluerunt. Maximè timete fratres, ne vobis simile accidat, sed attendite nisi Deo aures habueritis, nec Deum illas erga vos esse habiturum. Miserabile est quòd cùm ad leuissimas quasq; parumq; necessarias res sciendas adeò prompti simus, ad ea tamen intelligenda, quæ ad spiritalem salutem spectant, tepidos nos, atque negligẽtes præbeamus. Sin minus, hoc experimini, vix etenim horologium sonare incipit, cùm iam interrogatis, quota hora sonat? neque enim patien-
10 tiam habetis ad expectandum quoadusque horologium cesset, & tunc istud cognoscere possetis: sed statim quota sonet hora scire concupiscitis. Quare igitur tantam diligentiam, & multò quidem maiorem non adhiberetis in sciendis, quæ ad animæ vestræ salutem tantoperè spectant?

Interrogantibus discipulis Dominum, quæ esset hæc parabola, respondit: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis: Vt videntes non videant, & audientes non intelligant.* Hæc est maior pœna, qua Deus in hoc sæculo maximos peccatores propter ipsorum peccata punit: videlicet, vt apud eos ratio tam tenebrosa, atque offuscata remaneat, vt vix ratio esse videatur. Sicut si vitrum, per quod radij solis ingrediuntur, propter domini sui

negligentiam paulatim puluere operiretur, si hodie parum lu-
cis ingreditur, cras minus ingrederetur: & sic adeò obtunditur, vt
etsi in illud sol reuerberet, non posit illud penetrare: sic est anima
rationalis, quasi vitrum, per quod diuinarum rerum quasi radius
illam clarificans lux & cognitio ingreditur. Plurima autem pec-
cata, quæ homo quotidie committit, sunt quasi densissimus quo-
dam puluis, quo ratio eius adeò obscuratur, & excæcatur, vt ita
dissolutus, atque effrænatus viuat, ac si esset irrationalis. Hoc sup-
plicio dicit sanctus Isaias quosdam grauissimos peccatores à Deo
Isa.19. fuisse punitos, his verbis: Stulti facti sunt principes Thaneos, &
declarat quomodo, dicens: Dominus miscuit in medio eius spi-
ritum vertiginis, vt quasi insensati incederent. Etenim quam-
rationales permanserunt, propter eorum peccata adeò stulti, at-
que amentes facti sunt, vt vix rationis participes esse viderentur.
Diligenter notate verbum illud: spiritum vertiginis, quod signifi-
cat, spiritum sæpiùs volutandi: & hæc quidem est singularis me-
taphora ad significandum, quemadmodum, qui sæpenumerò cir-
cumuoluitur, adeò insensatus remanet, vt vbi sit, prorsus ignoret,
sic etiam quodam modo peccatores remanere. Etiam vellem no-
tetis, literam Hebræam hîc dicere: spiritum peccati, quod terribi-
lem quandam deprauationem, maximamq́; ad peccandum pro-
pensionem denotat. Hæc omnia grauissimorum peccatorum pœ-
Sopho.1. nam esse dico. Et sic affirmat Sophonias Propheta, dicens: Ambu-
labunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Et hoc est vnũ ex dete-
Simile. rioribus reprobationis signis. Plurima præcedunt signa, cùm de-
linquens ad iugulandum proferendus est: theatrum construi, gla-
dium exacui, signa sunt necis ipsius: propinquius autem signum
est, eius oculos velari: sic in homine plurima sunt condemnatio-
nis eius signa, scilicet, mortaliter peccare, crudelem se præbere,
correptionem odisse, nolle audire verbum Dei: propinquius au-
tem ijs omnibus est eius oculos velari, atque excæcari, vt videns
non videat, & audiens non intelligat. Liberet nos Deus à tanto
malo. Magnoperè timete fratres Deum offendere: cauete ne ter-
ribilis hæc pœna super vos incidat.

His autem dictis parabolam eis explicuit, dicens: *Semen est ver-
bum Dei.* Huius autem seminis ex quatuor partibus dicit, tres per-
ditas fuisse: cuius miseriæ lachrymandæ nunquam finem facere
Isa.52. deberemus. Sanctus Isaias Euangelij prædicatores beatos appel-
labat,

14 labat, quia eorum prædicatio per gratiam Iesu Christi Saluatoris nostri multò vberiorem fructum, quam antiquorum Prophetarum sermocinatio, latura erat. Cumque horum temporum fœlicitatem prædixisset his verbis: Ecce in iustitia regnabit rex, & erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsq; in sempiternum. Ex quibus intulit dicens in fine capitis: Beati qui seminatis super omnes aquas immittentes pedem bouis, & asini. Id est, beati, & fœlices agricolæ, prædicatores noui testamenti: quia semen vestrum iam non in sterilitate, & ariditate, sicut nos, sed iuxta Euangelicæ gratiæ fluenta seminatis. Cùm enim tanta cum amœnitate, atque abundantia gratiæ seratis, talis sati locupletissima, atque vberrima erit messis. Immittentes pedem bouis, & asini: Est exaggeratio. Nam quemadmodũ agricolæ cum *simile.*
15 messes vberrimæ prodeunt, in eas asinos, & boues, vt pascantur, immittunt: nec tamen messibus officiunt; sic etiam adeò fertilis, atque fructifera erit sanctæ, Euangelicæque prædicationis messis, vt quanuis plurimas habeat contradictiones, atque obstacula, nihil ei officiant, imò verò perficiant. O sancte Propheta quid dicis? quare nobis de prædicatione nostra gratularis? Siquidem ad pristinam ariditatem reuersi sumus, frustra serimus, frustra quotidie tot vocibus proclamamus. Ecquis voces nostras audiens à vitijs resipiscit, seque in meliorem frugem recipit? Maximè vereor, ne ex concionibus nostris tantùm hunc eliciamus fructum, vt apud Deum inexcusabiles maneatis, Deique causa magis iustificata clariùs illucescat. Sic dixit Christus Redemptor noster mittens discipulos suos ad prædicandum. Continget autem vobis in *Luc. 21.*
16 testimonium illis, id est, inexcusabiles penitus remanebunt, nec dicent: non fuit nobis hoc annunciatum. Vnde, & ipsæ conciones ad maiorem illorum condemnationẽ erunt. Deferebat Vrias literas Dauidis ad Ioab principem militiæ Dauid, & posset intra *2. Reg. 11*
se cogitare, & dicere. In his literis fortassè dicet rex principi militiæ suæ, vt me alijs præferat, aut aliqua honorabilia munera mihi committat: nec verò monebatur Ioab, nisi vt illius necem machinaretur. Contemplare ô peccator conciones, quas audis, nisi ex illis fructum percipias, literas esse, quas contra te defert. Idcircò vanum est dicere: conciones, & missas audiui: hoc mihi in Dei iudicio patrocinabitur. O infœlix quàm longè opinione falleris, attende te literas Vriæ deferre. Aperiet Deus illic epistolas

istas: videamus (dicet) nunc, quid hæ literę dicunt? qui misericors fuerit, in diuino conspectu misericordiam inueniet. Et nō facienti misericordiam, iudicium sine misericordia fiet. Quid vltra? qui fuerit castus, mitis, qui iniurias dimiserit: Deus ei sempiterna præmia persoluet: qui verò non, æternis pœnis cōdemnabitur. Istud dicunt conciones, quas audis. Tecum igitur condemnationis tuæ testimonium defers: Ecce fructum, qui ex concionibus crebris percipi solet. Quod si ita est quomodo dicit Isaias Propheta fuisse huius messem abundantissimam esse futuram? Dico sanctū Prophetam fructus prædicere, quos ex Euangelij semine, atque ex abundantissima gratia sacramentorum nouæ legis percipi oporteret. Miserabile autem est quòd si eius tempore parum fructus ex prædicatione percipiebatur, hac nostra misera tempestate tam parum, aut minus elicitur. In illo tempore dicebat Deus per Hieremiā Prophetam: Circuite vias Hierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei. Id est ciuitati Hierusalem. Diligenter pensate quot verba Dominus repetit, vnum quasi & idem significantia: circuite (inquit) aspicite, considerate, quærite, vt exaggeraret quamuis plurima diligentia adhiberetur, neminem tamen esse reperiendum, qui bonus esset. Quando Deus maledictas illas ciuitates Sodomam, & Gomorrham voluit euertere: venit, vt diceret se ab eis supplicium non esse sumpturum, si in cunctis quinque ciuitatibus decem viros iustos reperiret: Et hîc dicit, pro vno iusto, quem Hierosolymæ reperiret, se illam non esse puniturum, quare igitur ab illis, credentibus, diuinamque legem habentibus vnum tantum, ab ijs verò infidelibus, & idololatris decem exposcit? In his minus virtutis, veritatis, iustitiæ eleemosynæ inter Iudæos, quàm inter Ethnicos esse demonstrauit. Vtrùm autem hæc miseria inter Christianos etiam hodie commoretur, vos videre potestis: testes sunt lites, contentiones, conuiuia, ac deniqúe prophanitates vestræ vos corruptioribus moribus, quàm Mauros, atque Turcas esse delibutos. Attendite, vtrùm quum quadragesimas suas aggrediuntur, idem faciant: quod vos, cùm vestram incipitis. Nunquid in Mauritania dissolutiones, gulæ, ac turpitudines, quæ à vobis committuntur, fieri consuescunt? Non vtique hoc suspicor.

Iacob. 2.

Hiere. 5.

Gene. 18.

Disite

20 Dicite fratres, nunquid non stultus crederetur musicus, qui cō- *Simile.*
ram rege cantaturus, aut instrumentum musicum pulsaturus, à quo (si ei placuerit) magna se beneficia percepturum sperat, antea pila luderet, ita vt manus concitaretur, nec sicut oportebat, pulsare posset? Stultus profectò talis esse diceretur: nam ad bonā musicam edendam nimis quietam oportet esse manum. Equites periti, cùm publicum aliquod certamen vulgò instituitur, iuxta *Simile.*
parietem equos agitare consuescunt, illosque prope illum directè faciunt decurrere. Ne posteà in certamine terminos prætereant: si enim equum in plano, spaciosoque campo agitare consueuisti, non poteris eum posteà dirigere, vt directè iuxta telam decurrat. Sic etiam si nunc corpora vestra effrænata defertis, illaque ad libitum per vitia decurrere sinitis, quomodo posteà virtu-
21 tis viam non refugient, sanctasque exercitationes suscipere non recusabunt, diuinæque confirmabuntur? Pudeat nunc vos per reuerentiam Dei, nec infideles in suis quadragesimis, & in illarum introitibus, & in quàm plurimis virtutibus moralibus vobis excellere patiamini. Denique adeò corruptus est populus Chri- *Simile.*
stianus, vt quemadmodum tempore pestis non eos equidem, qui moriuntur, sed eos potius, qui viuunt atque supersunt, admiramur, quocirca cùm peracta iam, & finita peste nobis dicitur: talis vir, & talis in tali oppido superstites remanserunt, neque peste perierunt, valdè miramur. Sic tanta nunc est morum corruptio, & pestis, vt iam non eos quidem, qui peccant, sed eos, quos honestos, pudicos, misericordes, quique peccata sua crebrò confitentur, atque ad sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum accedunt,
22 perspicimus, quasi miraculum aliquod, illos tantæ corruptionis immunes perstitisse miremur.

Dicit Dominus, semen, quod perijt, ideò perijsse, quia pars illius cecidit secus viam. Per hanc viam certum quoddam hominum genus mutabilium cordium, quod mille cogitationibus repleti sunt, intelligitur. Etenim hæ cogitationes sunt viatores, qui verbum Dei conterunt, atque conculcant. Nonnulli sunt homines, qui nulli cogitationi quantumcunque malæ sciunt resistere: sed tot præterire patiuntur, vt diuinum verbum in ipsorum cordibus radices agere non sinant. Et ex his cogitationibus mala desideria, mala opera, morumque deprauatio, atque animæ destructio proficiscitur. Et sic per Isaiam, Horum peruersitatē magno- *Isa. 51.*

perè Deus exaggerat, dicens illos à se esse relinquendos, quasi homines perditos, quod est vnũ ex maximis supplicijs, quibus De' in hoc sæculo peccatores punire consuescit. Ecce (inquit) tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, nõ adijciam, vt bibas illum vltra. (Id est, volo te à manu mea dimittere, vt viuas sicut tibi libuerit.) Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ: incuruare, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. In his verbis significat Deus duo magna mala, quæ versantur in mundo. Alterum est eorum, qui suo malo exemplo proximos suos peruertunt. Alterum verò est horum corruptissimorũ, qui adeò dissoluũtur, & contaminantur, vt vsque vlla resistentia ad malum remaneant. Et efficiuntur via, & quasi pons, per quem vniuersa peccata prætereant. Dicensque se illis prioribus calicem esse daturum, his autem posterioribus non: significat nonnullos homines adeò faciles esse ad malum, quique tantum in illud ingrediuntur, vt quodammodo remedij indigniores maneãt, quàm illi à quibus peruersi sunt.

Quod supra petram hi sunt: qui cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices non habent. Hi sunt homines sine perseuerãtia, qui bene incipiunt, & statim deficiunt, quia in virtute radices non agunt. De singulis his dicebat Iob conferẽs illos scirpo: Nunquid virere potest scirpus absque humore? Humectus videtur antequàm veniat sol, & in ortu suo germẽ eius egredietur: super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. Hic scirpus est iuuenis, vir nobilis aut clericus, qui Deo seruire incipit cum feruenti spiritu quasi scirpus diuino amore, ac timore virescens. Et hic antequam sol oriatur, hoc est antequã à sæcularibus prosperitatibus, ac fauoribus attingatur. Tunc est deuotus, & honestus, & sic in primo flore fert fructum, in ortu suo germen eius egredietur. Postquàm autem solis radij in illum reuerberant, se seque prosperum, atque honoribus elatũ experitur, & postquàm sensualitas feruescit, atque oculos aperiens videt mala sociorum suorũ exempla, vnus ex illis efficitur. Et cum his lapidibus radices virtutis arescunt, & inter lapides commorabitur. Et sic quasi lapis obduratus in peccato mortali viuit, & moritur. Itaque hi cùm essent pauperes, virtutis studiosi erant, vt autem diuites sunt, peccatores efficiuntur. Sicuti corallum in mari

Iob. 8.

Simile.

c. .

26 est radix viridis, & tenera, & extra mare lapis efficitur: sic etiam hi in vita pœnitenti, & aspera sunt quasi tenera radix, ex qua magna virtus oriebatur. Vbi primum autem ab hac paupertate auferuntur, & in sæcularibus voluptatibus, atque honoribus constituuntur, in lapides durissimos conuertuntur. O diuinis beneficijs ingrati, vniuersum quippè bonum in malum conuertitis. De his etiam dicit ipse Iob, nō ditabitur, neque perseuerabit substantia eius: nec mittet in terram radicem suam, non recedet de tenebris. Ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui. Antequàm dies eius impleatur, peribit, & manus eius arescet. Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciēs florem suum. O metuenda verba! Dominus ea in cordibus vestris imprimat, vt ea magnoperè timeatis, ne in tantum malum deuenia- Iob. 15.
27 tis. Vnusquisque (inquit) horum bona proposita habentium, qui tamen sunt inconstantes, nunquam locupletabitur, neque diuitiæ eius durabunt: radices in virtute non aget, nunquam de tenebris exibit: flamma ramos eius confringet, & proprium ipsius cor in corpore fel eius confringet, priusquàm mortem sibi aduenturam esse cogitet, ei adueniet, antequam manum sibi arefaciendam esse arbitretur, arefiet. Accidet illi tanquam vineæ primos flores ex pampinis proferente. Et sicut oliuæ flores emittenti, quæ in magno periculo versantur, quòd aquilonis flatibus arefiant. Sic accidet animæ (inquit Iob) nescienti profundas in terra virtutis radices immittere. O infœlix peccator, qui pro temporali negotio desinis te Deo tradere! Non ditabitur, &c. Accelera, accelera non multum diuitiarū, neque honoris acquires. Etenim
28 in ipsismet vijs ac medijs, per quæ te sublimare conabaris, infortunium quoddam tibi succedet, quod honorem tibi auferat.

Ramos eius, &c. Ramos istos, quos ô iuuenis studiose extendis dicens: Volo in literarum studijs diligenter incumbere, & honorificentissimo muneri præficiar. Et tu ô mercator ramos, quos in Indias, atque in emporia diffundis, vt domum tuam diuitias acquirendo magnifices: (proh dolor!) adueniet flamma, quę omnes comburat, & cogitationum cordis tui, atque istarum telarū, quas absque Deo, & animę tuæ recordatione orsus es, filum infringat. Ante quā veniat dies eius, &c. Ne arbitreris eò quòd sis iuuenis, te esse euasurum: attende quādo minus arbitratus fueris, mortem esse aduenturam, teq; in florentiori vitę ætate esse occupaturam.

O cæci filij Adæ quare cum tanto saluationis vestræ periculo ... uere vultis? Lapides, ac durities istas à cordibus vestris auferte: ut in ea diuinum verbum radices immittat, & saluationis fructum percipiatis.

Quod autem in spinis cecidit, &c. Comparauit hîc Dominus diuitias spinis, quia si manus extensæ sunt, & apertæ, supra se spinas habere possunt, absque eò quòd eis officiāt. Si autem manus coarctantur, statim spinæ compungunt. Sic etiā optimè potest Christianus habere diuitias, absque eo quòd ipsius animam compungant: si manus in pauperes apertas, & extensas habuerit. Si autem auaritia illas coarctatas habet illæ eum compungent, æternæque ipsius condemnationis causa erunt. Fœnix auis ligna accumulat, quibus se comburit. Sic ij temporales diuitias congregāt vt cum illis in inferno concrementur. Non vtique nocuerunt diuitiæ mulieri illi, de qua dicitur: Manum suam misit ad fortia. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Tu autē auare, qui nec eas in alios diuidis, nec tumetipse vteris eis: tu (inquam) in hoc sæculo ab eis compungeris, atque in futuro in perpetuum cruciaberis. Hoc maximè exaggerat sapiens, dicens: Est & aliud malum, quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines, vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud, Hoc vanitas, & miseria magna est. In poenam ... ditatis tuæ, hoc Deus de te supplicium sumit, quòd ... patitur, quæ tanto labore comparasti. Dedit Deus, id est, permisit habere diuitias, cupiditatibus eorum adquisitas. Et nō tribuit, id est, permittit, vt adeò bonorum suorum amore captus teneatur, vt ea pertingere non audeat.

Simile. Prou. 31. Eccles. 6.

Etiam ex hac similitudine sequitur quod siquidem diuitiæ sunt spinæ, diuites sunt rubi. Et sic quod aues, & oues ex rubi conuersatione eliciunt, videlicet illic hærentes plumas, ac vellera relinquere, hoc pauperes ex auarorum diuitum conuersatione ... trahunt, scilicet depiles, atq; destructos remanere. Adeò ... est cupiditatis passio, vt in aliquibus superbiæ passionem ... dat. Sicuti doctor quidam super operariorum parabolam ... uit: qui cùm paterfamiliás procuratori suo præcepisset, vt in reddenda mercede posteriores prioribus anteponeret, non murmurarunt, eò quòd postremis priùs quàm primis mercedem soluere præce-

32 præcepisset: sed murmurarunt, cum sibi plusquàm alijs non sol-
ui perspexerunt: arbitrantes sibi multò maiorem mercedem es-
se persoluēdam. Ecce quomodo pecunia magis quam honore se
carere doluerunt. Ethnici quondam vitam pro modico quodam
honore periculis proponebant. Nunc autem homines reperien
tur, qui vitam, atque honorem pro assis vtilitate obijcient. Hos
comminatur Deus per Ezechielem Prophetam dicens: Ecce cō- Ezech. 22.
plosi manus meas super auaritiam, quam fecisti. Contracto pug-
no dicit Deus auarum à se esse percutiendum, & meritò quidem
siquidem auarus erga pauperes contractum habet pugnum. In-
ter has spinas dicit Dominus diuinum verbum perire, nec fructū
ferre. Quod etiam voluptatibus suffocari affirmat: & hoc prius
affirmauerat Ecclesiasticus dicens: Audiuit luxuriosus verbum
33 sapiens, & displicebit illi: & proijciet illud post dorsum suum. Eccles. 21.
Quid igitur erit, cum diuitiæ, sensualesque voluptates in vnum
concurrunt, quid in tali fructus, atque vtilitatis diuini verbi præ-
dicatio operabitur? Væ homini isti, in quanto condemnationis
periculo versatur. Veruntamen videamus, siquidem diuinum
verbum tam pretiosa res est (vt omne aurum in comparatione il-
lius arena sit exigua, & tanquàm lutum æstimetur argentum in
conspectu illius.) Quare vult Deus, vt in aridam, ac sterilem ter-
ram incidat, vbi nullus ex eo fructus percipiatur? Nunquid Bea-
tus Paulus non dicit: Debet in spe qui arat, arare: & qui triturat
in spe fructus percipiendi? Sic vult Dominus fieri, ad maledicti 1. Cor. 9.
illius serui verba condemnanda, qui ab eo talentum acceperat,
cumque nihil emolumēti cum eo fuisset lucratus, in tempore ra-
34 tionis reddendæ se se excusauit dicens Domino: scio quia homo
durus es: metis, vbi non seminasti, & timens abij, & abscondi ta- Matth. 25.
lentum tuum in terra. Vt igitur insulsam hanc excusationem cō
demnaret, atque vt apertè perspiciatur quam falsò loquitur pec-
cator, Deumque cupiditatis arguit, & crudelitatis: vult diuina
Maiestas, vt suæ cœlestis doctrinæ semen in sterili terra semine-
tur, vbi illud periturum esse certò scit, & sic manifestè apparet il
lum nolle metere vbi non seruit: siquidem etiam vbi serit, nō me
tit. Atque etiam in hoc significatur, si malus condemnatur, non
condemnari eò quòd ei auxilium ad salutem sufficiēs Dominus
denegarit, aut quòd eum bonorum suorum participem non fece
rit. Sed quia ipse eis vti noluit. O ineffabilis Dei charitas quàm

apertè in hoc manifestaris. Fratres charissimi hæc vos infinita clementia commoueat, nec tantam opportunitatem prætermittatis: siquidem Deum in cordibus vestris serere est, vos adveniam, ac misericordiam inuitare.

Quod autem in bonā terram, hi sunt qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Notandum est Dominum dicere: in corde bono, & optimo. Neque enim cor bonum sufficit, sed optimum est necessarium. In hoc significat non oportere nos esse contentos si quomodocunque boni simus: sed semper in virtute maximos progressus facere debere. Cum iam sponsus sponsam de oculorum, crinium capitis, atque vberum pulchritudine laudasset: iterum noua quadam exaggeratione ipsius oculos, & comas recommendat dicens. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui: id est, si vno tantum oculorum tuorum, atque vno crine me ita vulnerasti, quid facies cum omnibus gratijs tuis? eadem, quæ antea laudauerat, denuò recommendat, illaq; sibi maxime complacere affirmat: vt significet iustum non solum nouas indies virtutes acquirere, sed illas etiam, quas antea possidebat, semper perficere: & idcircò illas denuò quasi iam perfectiores laudat, humilitatem perfectiorem, castitatē puriorem, &c. & hoc est esse corde bono & optimo.

Cant. 4.

Dicit etiam, *Fructum afferunt in patientia.* In patientia (inquit) quia huius sati messis in gloria percipienda est: ad quam percipiendam opus est spe, quæ secum affert pœnam: ad quam perferendam necessaria est patientia. Ideò Beatus Paulus, Patientia (inquit) vobis necessaria est. Adhuc enim modicum aliquātulum qui venturus est veniet, & non tardabit, Iustus autem ex fide viuit, idest. Iustus non viuit ex mercede, quam in hoc sæculo à Deo recipit, sed per spem viuit, & verbo, quod ei Deus præstitit, confidit: & propter illud patienter suffert quousque in futuro sæculo merces adueniat. Vel etiam fructum afferunt in patientia, scilicet Dei. Etenim ad hoc, vt boni cœlestem fructum consequantur, necesse est, Deum plurima illis perferre. Et sic dicit Beatus Augustinus. Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia tua discutias eam Domine, hoc est vnum ex nominibus, & officijs Dei: & ita eum laudabat Sanctus Moyses dicens: Dominator Domine Deus misericors, & clemens, patiens & multæ

Hebr. 10.

August. lib. 9. confess.

Exod. 3.

3 & multæ miserationis, qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata: nullusq; apud te per se innocẽs est: quantũcumq; bonus quisquam sit, indiget tamen, vt ei plurima Dominus supportet. Vnde etiam Dauid dixit, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Siquidem autem Deus nunc tanta patientia nos expectat, & suffert, rationi consentaneum est, vt ex tanto bono fructum percipiamus, diuinumq; hoc semen recipientes veram pœnitentiam agamus, vt hîc gratiam habentes postea ad gloriæ fructum percipiendum perducamur, Amen. *Psal. 142.*

Dominica in Quinquagesima.

1

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò. &c. Lucæ. 18.

HOC primum nobis in hodierna sancti Euangelij lectione notandũ occurrit: videlicet quomodo Dñs suos sanctos Apostolos secreto assumpsit, vt cum eis peculiariter de suæ sacratissimæ mortis, ac passionis mysterio ageret. In quo nos docuit, nos nõ cum omnibus negotia magnæ entitatis agere oportere. Paucissimi enim capaces sunt ad tegendũ secretũ. Dicit Plinius paludẽ quãdã esse, in quã licet grauissimũ quidq; immittatur, nõ tamẽ illud
2 in profundũ demerget. Sic sunt plurimi, quibus etsi res grauissimas, & maximi momẽti reueletis, nihil in corde possunt accipere, nec in pectore conseruare, vt sileãt, sed omnia statim euomũt. Quicquid in vitreas capsas includas, exterius apparebit. Tales sunt hi homines dirupti, qui quanuis se aliquid nemini prorsus dicturos polliceantur, quando minus arbitramini, iam in omniũ ore versatur, & aliquando cum vestro, aut alteriùs detrimento. Legitur Thamar fratri suo Absalom malum, quod Amnon ei secreto fecerat, detexisse. Ex quo multa mala successerunt: ideò enim Amnon ab Absalom fuit interfectus: & postea ob hanc causam cum pater eius Dauid persecutus est: atque etiam fortasse *Plinius.* *Simile.* *Simile.* *2. Reg. 13.*

tasse inde dimanauit perturbatio, quam in toto regno concitauit. Hæc omnia obuiarentur, si Thamar inhonestum casum vellet honestare, præsertim cùm nullum iam remedium haberet. Et quanuis homines, ea, quæ eis reuelatis, secretò custodiãt, nisi sint Apostolici, & virtute præditi viri, quibus cum res ad animæ vestræ salutem attinentes tractatis, sicut ipsi sunt mali, ita male etiã vobis consulent. Si ceram mollem sigillo applicetis easdem, quas
Simile. habet imagines insculptas in se sigillum, ceræ imprimentur. Bea-
1. Ioan. 2. tus Ioannes dicit. Omne, quod est in mundo, concupiscẽtia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Hæ sunt tres imagines, quæ in filijs huius sæculi sculptæ sunt, & has in vobis impriment, si ad eos accesseritis, & eorum consilia sumpseritis: vobis quippe consulent, ne Hierosolymam ascendatis, vt crucifigamini, nec vt patienter feratis iniurias, & opprobria, quæ vobis facta fuerint. Noli consiliari cum socero tuo, dicit Ecclesiasticus. Cùm enim socer tuus pater sit vxoris tuæ, semper in eius fa-
Ecclesi. 37. uorem inclinabitur. Idcircò cum Sanctus Iacob vellet à terra La-
Genes. 31. ban soceri sui discedere, quia Laban erat idololatra, Iacob autem volebat in patriam suam proficisci, vt Deo vero sacrificaret, nihil socero suo dixit, sed secreto profectus est. Sic etiam te facere oportet, ò frater. Vxor tua est sensualitas tua, quæ tanquam vxor tibi blanditur, ac permulcet, vt te perdat, cuius pater est mundus. Ne ergo mundi sumas consilium, nec cum filijs eius: sunt enim pessimi, qui te à bono proposito reuocabunt.

Ea, quæ plurimum ad nos pertinent, quæque maxime desideramus recensere, deque illis loqui nunquam nos tædet. Cùm igitur sacratissima saluatoris nostri Iesu Christi passio maxime necessaria esset hominibus, ipseq; propter nimiam charitatem, qua
Prouer. 25. nos prosequebatur, illã magnopere desideraret: illam in memoriam reuocare, & de ea cum discipulis suis agere nunquam cessare videbatur. Cœleste quoddam consilium nobis præbet Spiritus sanctus circa hoc dicens, causam tuam tracta cum amico tuo. Ex quo apparet quàm parui mortis, & saluationis nostræ negotium æstimamus, quandoquidem tam raro, aut nunquam in con-
Simile. uersationibus cum amicis nostris de illo loquimur, cum tamen multum temporis in loquendo de alienis negotijs, viuendique ratione consumamus: quæ quidem satis magna miseria est. Nõne miraremini si euntes in academiam ingrederemini in gymnasium,

6 sium, in quo sacra Theologia perlegitur, illicq; Medicos Theologiam audientes, deq; illa disceptantes cerneretis? siq; in Medicorũ classe Theologos Medicinã audiẽtes videretis? Sic vtiq; fit in mũdo. Etenim vnusquisq; lectione sua relicta ad alterius lectionẽ disceptandã transmigrat. Hæc autẽ est vna ex maioribus tribulationibus, quæ sunt in Ecclesia Dei, vnumquenq; de aliorũ negotijs agere, nec de proprio saluationis suæ negotio rationẽ habere. De Regia vita, de Regnorũ gubernationibus, de bellorũ perturbationibus, de Monachorũ, Clericorumq; viuendi ratione agimus. Omnium recordantes nostrimetipsorum obliuiscimur. Maximum quendam peccatorem comminatus est sanctus propheta Isaias Dei nomine dicens: Quasi pilam mittet te in terram latam, & spatiosam: ibi morieris. Nota quòd pila in latum campum dimissa adeò decurrit, vt deperdatur: in cubiculo autem proiecta, statim, ad manum reflectitur. Hoc est supplicium, quo puniri consuescunt, qui sui ipsorum obliuiscuntur. Etenim permittit Deus illos à diabolo in latissimos quosdam negotiorum, alienarumq; vitarum cãpos quasi pilas immitti, atque illic spiritaliter mori, mortalia murmurationum, aut infamiarum peccata cõmittentes. O infœlix homo, qui tanquam pilæ Sathanæ de vno in alterum negotium iactitaris: neq; verò de saluatione tua agere recordaris. *Isai. 22.*

7

De hoc etiam mysterio Dominus toties loquebatur, quia sibi ab æterno Patre fuerat commendatum: sicut ipse dixit. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. In quo nos docuit crebriora colloquia nostra de ijs rebus esse oportere, quæ nobis Dominus in hoc sæculo præcepit operari. Sic nos admonet Spiritus sanctus, dicens. In sensu sit tibi omnis cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis altissimi. Diligenter perpendite quomodo prius admonemur, vt sancta cogitemus: postea verò de illis loquamur, nam ex vno alterum sequitur. Profecto fratres si vere, & ex animo Dei mysteria, atq; præcepta cogitaremus sæpenumero de illis loqueremur, & aliter illa adimpleremus, quam adimplemus. Vt autem de illis non cogitamus, neque etiam loquimur, neque adimplemus. *Ioan. 14.* *Eccles. 9.*

8

Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Valde notandum est, cùm Dominus de sanctissima passione sua loqueretur, filium hominis se

appe-

appellare conueniſſe. Vt, ſi exaltaueritis filium hominis, oportet filium hominis exaltari: & in hoc loco. Hoc autem fecit, vt [illegible] ferret errorem, qui poſtea in ſua ſancta Eccleſia conſurrecturus erat, ſcilicet errorem Arrianorum dicentium Chriſtum rede-ptorem noſtrum, etiam quantum ad diuinitatem mortuum [illegible]

Hierony. cōtra Arrianos. ſe. Quos Beatus Hieronymus tanquam hæreticos nullo fundamento, aut ratione innitentes confudit. Hic non negamus D[illegible] mortuum fuiſſe: hæc enim propoſitio vera eſt: Deus mort[illegible]

Simile. eſt per communicationem idiomatum. Ducit Rex in vxorem ruſticam mulierem, & omnes regis magnitudines ruſticæ [illegible] lieris eſſe dicuntur, omneſque res eius, Regis ſunt. Quid [illegible] afferre poterit pauper ruſtica, niſi veterem ſartaginem, & co[illegible] ctum lebetem? & hæc omnia Regis eſſe dicuntur. Sic etiam [illegible] manitas filia ruſtici, & tributarij Adæ diuinitati nupta eſt: [illegible] ideò miſeriæ, atque abiectiones, quas ſecum attulit omnes D[illegible] eſſe dicuntur. Et ſic dicimus, Deus mortuus eſt, Deus eſur[illegible]

Simile. Deus plorauit, &c. Diuinitas autem neque mortua eſt, neq[illegible] mori potuit. Reuerberat ſolis radius in ramum, illumque clari-ficat: accedis tu, & ſcindis ramum, impoſsibile eſt te ſolis radium abſcindere. Solis radius eſt verbum diuinum: ramus [illegible] viridis eſt ſancta humanitas, cui coniunctus eſt. Abſciſſus, lace-ratuſque eſt hic ramus in tormentis, & morte. Radium autem ſolis, hoc eſt verbum diuinum impoſsibile fuit abſcindi, neque

Simile. mori. Experiētia comperitur, quòd ſi annulus aureus pretioſam in ſe habens margaritam incluſam, in acetum immittatur, mar-garita diſſoluitur, & annihilatur, aurū verò clarificatur. Eſt Chri-ſtus redēptor noſter annullus aureus, in quo humanitas erat pre-tioſiſsima margarita in auro diuinitatis incluſa. Immiſſoq; Chri-ſto redemptore noſtro in tormentorum acetum, pretioſa marga-rita, quæ erat humanitas morte diſſoluta eſt, nam moriens, [illegible] ſiuit eſſe homo, quouſque reſurrexit. Diuinitatis autem aur[illegible] nullum detrimentum pertulit, imo potius clarius remanſit, [illegible] in ſe quidem, ſed reſpectu hominum. Nam mortis, ac paſſio-nis ſuæ tempore tot, tantàque mirabilia operatus eſt, vt per[illegible] manifeſte Deus eſſe cognitus fuerit, & ideo dicimus Domin[illegible] clariorem remāſiſſe, quia clarius, & apertius à nobis cognitus e[illegible] Et ſic dixit ipſe Dominus. Cùm exaltaueritis filium homin[illegible] tunc cognoſcetis, quia ego ſum. Vt igitur Dominus ſignificar[illegible]

ſe quæ-

12 se quatenus hominem esse moriturum, quando de morte sua lo-
quebatur, se filium hominis appellabat.

Consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas. O vi-
tæ reparator, dulcissime animarum nostrarum amator, quid di-
cis Domine? Attende plurima terribilia maximi vituperij, la-
boris, atque doloris per Prophetas fuisse prædicta. Nunquid
tibi non erit aliqua dispensatio, sicut fuit Niniuitis? Omnia com-
plenda sunt? Omnia vtique consummabuntur. O ineffabi-
lem Dei probitatem, quanto cum labore suo, suisque expen-
sis omnia, quæ nobis per Prophetas promisit, adimplet! Quàm
male autem quod nos illi promisimus, obseruamus! Si religio- *Simile.*
sus quidam in forum exiret, ad tauros agitandos, atque ad arun-
13 dineos ludos exercendos, quid de illo diceretis? O quàm bonus
religiosus! Hæc sunt omnia, quæ in professione tua promisisti?
Tu autem, ò Christiane quid in baptismate promisisti? Nun-
quid non illic tuo nomine dictum est: Abrenuntio Sathanæ, &
omnibus pompis eius? Quomodo ergo nunc isthæc tanto labo-
re, ac solicitudine perquiris? O maximam hominum confusio-
nem: quòd adimpleat bonus Iesus ea, quæ vobis promisit, tanto
præsertim labore: tamq; atroci morte: vos autem ea, quæ illi pro-
misistis tam male compleatis, præcipue cùm facillimè, atque sua
uissime, & cum maxima spiritus alacritate isthæc omnia facere
possetis, si illa vere, & ex animo susciperetis. Sic affirmat Ec-
clesiasticus, dicens: Qui timet Deum faciet bona, & qui con- *Eccles. 15.*
tinens est iustitiæ apprehendet illam. Et de hoc dicit vlterius.
14 Iucunditatem, & exultationem thesaurizabit super illam. O
admirabilia verba, ineffabilem Dei erga iustos suos magnificen-
tiã demõstrãtia. In quibus hoc primũ magnopere velim perpēda
tis, quòd sicut qui pretiosam margaritã nõ cognoscunt, neq; eius *Simile.*
valorē sciũt, nõ illã exoptãt, sed illi tãtũ, qui eius pretiũ nouerũt,
sic dicit hîc Spiritus sanctus eos tãtũmodo qui virtutem experti
sunt, quiq; eam cognouerunt, atq; exercuerunt, illam apprehen-
dere, atq; diligere. Hoc etenim significat, qui cõtinēs est iustitiæ
apprehendet illã. Secundò animaduertēda sunt vobis verba illa.
Et exultationem thesaurizabit super eum, in quibus Spiritus
Sanctus assiduam iusti alacritatem satis apertè manifestat. Nam
sicut qui thesaurizat, aurum semper accumulat, nummosque

nummis

nummis semper adiungit (hoc enim est thesaurizare, semper in pretiosis nummis aggregandis occupari.) Sic Deus iustis vnum gaudium super aliud immittit, vnamque super aliam exultationem in eis accumulat. Hæc negari non possunt, verba enim Dei infinitę veritatis sunt. Quod si aliqui vestrum veritatem hanc non estis experti, in vosmetipsos culpam conferte, qui Deum non timuistis, nec bonum aliquod, sicut oportet, fecistis. Qui autem aliquandiu Deo seruijstis, huius veritatis testimonium perhibere poteritis.

Quocirca vnum ex saluberrimis consilijs, quæ spiritalis vitæ Magistri præbent peccatoribus, hoc est, vt gaudij, pacis, atq; tranquillitatis cùm sunt in peccato recordentur, qua fruebantur cum Deo seruiebant: & quod ei promiserant, adimplebant. Ea propter eijciens Dominus Adam ex paradiso voluptatis, illum in loco quodam collocauit, ex quo videre poterat paradisum illum quem propter peccatum suum amiserat. Et hoc etsi in translationis nostræ contextu non est, translatio tamen septuaginta interpretum dicit. Posuit autem Deus eum in illo loco, vt recordaretur gaudij, & tranquillitatis, qua illic fruebatur, seque illam propter peccatum suum perdidisse, ab eo conuerteretur, atque ad Deum per pœnitentiam rediret. Dicitur de Hebræis captiuis
Psal. 136. Psal. centesimo trigesimosexto, Super flumina Babylonis sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Cauete ne super Babylonis flumina sedeatis: pessima enim est sedes, transite, currite vlterius, nè in re tam mala demoremini. Flumina Babylonis, & confusionis sunt honores, voluptates, & cupiditates huius sæculi. Quæ vt homines acquirant, manifestè cernitis quæ confusiones, contentiones, & tumultus excitentur. O flumina Babylonis, vbi tot quotidie homines demerguntur? Quòd si (quæ vestra est miseria) in eis assidetis, nè obliuiscamini Sion, idest pacis, ac voluptatis, qua fruebamini, quando in Dei ministerio, & gratia morabamini, & statim lachrymarum flumina ex oculis emittetis, cum vos in tam misero statu sedere videatis. O quem sensum, atque afflictionem habet anima, quæ in peccato commorans illius temporis recordatur, quo in diuina gratia existebat.

Et consummabuntur omnia. O quam plurima hic continentur: Deus pro me mortuus, Deus pro me illusus, atquę dedecoratus est.

18 est. O lapidibus duriores, qui cùm talia audiant, amore non liquefiunt. Quia pueri quidam Eliseum Prophetam illuserunt, vrsi exierunt de montibus, & quadraginta duos pueros occiderunt. Quod si de pueris Hierico tantum supplicium sumptum est: quomodo Domine non fuerunt vrsi, neque leones, qui mini stros illos iniquitatis, qui te illuserunt, interficerent? Quia Michol ludentem atque humiliatum coram arca Domini virum suum Dauid derisit dicit diuina scriptura, quod in pœnam huius culpæ sterilis facta est, & non est natus ei filius vsque in diem mortis suæ. Eos Domine, qui seruos tuos irrident, tam acriter punis, ij verò, qui te illudunt, sine repentino supplicio remanebunt? O quàm admirabilis doctrina hæc, siquidem Dominus nobis significat quantam de seruis suis curam gerat, vt nos in no
19 strismet causis patientiam habeamus quando aduersarij nostri nos fuerint persecuti. Deus non honorem quidem suum, sed amicorum suorum repente propugnare consuescit. Lætamini, ò iusti, non enim vos Deus obliuiscitur: sed dicit illum, qui vos tangit, pupillam oculi sui tangere. Qui tetigerit vos, pupillam oculi mei tetigit.

4. Reg. 2. *2. Reg. 6.* *Zacha. 2.*

Veruntamen quæret aliquis, quare sancta mater Ecclesia hoc nobis hodie Euangelium proponit? Dico illam hoc facere, vt nos confortet ad pœnitentiam viriliter suscipiendam. Dicuntur Madianitæ ad terram Israel venisse, quorum numerus erat quasi multitudo locustarum: cameli autem innumerabiles sicut arena, quæ iacet in littore maris, quos vt filij Israel superarent, dixit Gedeon eis: quod me facere videritis, hoc facite. Non vtique di-
20 xit: facite quod præcipio, sed quod me facere videritis: vbi primum vrnam meam confregero, confringite & vos vestras: & sic victoriam adepti sunt. Sancta mater Ecclesia oppugnatura Madianitas, idest diabolos supernum ducem Gedeon, idest Iesum Christum confractam habentem vrnam, idest, sacratissimum cor pus suum multis plagis, atque verberibus laceratum habet, qui quidem nobis dicit: quod me videritis facere facite, & sic victoriam comparabitis. Quamobrem comedentes, & bibentes surgite Principes, & arripite clypeum: ait Isaias. Eia milites Iesu Christi, ex voluptatum vestrarum mensis exurgite, & patientiæ scutum constanter accipite.

Iudic. 7. *Isai. 21.*

Etenim Dux vester Iesus Christus ascendit Hierosolymam,

1. Mach. 6 & tradetur gentibus, &c. Elephantes turpes, & remissi effu-
sum cruorem aspicientes magno furore concitantur. Et sic dici-
tur. Elephantis ostenderunt sanguinem vuæ, & moræ ad acuen-
dos eos in prælio. Hoc artificio vtitur hodie sancta Ecclesia con-
siderans quantumuis remissi, & debiles sint homines, ad viriliter
decertandum vires, atque animum accepturos esse, si eis pretio-
sissimus sanguis, ac mors Domini nostri Iesu Christi ante o-
Ioann. 18. culos proponatur. De Ioseph ab Arimathia dicit Diuus Ioan-
nes, Quòd erat discipulus Iesu occultus propter metum Iu-
dæorum. Postquàm autem sacratissimum sanguinem suum il-
Marc. 16. lum effundere perspexit, tam constanti pectore remansit, vt
de illo dicat Beatus Marcus. Audacter introiuit ad Pilatum, &
petijt corpus Iesu, vt quantum animum Iesu Christi sanguis
effusus suis fidelibus addat cognoscatis. Maximum est cum
Dominicæ passionis consideratione pœnitentiam aggredi. Vn-
de quando Dauid pœnitentiam egit, & Psalmum quinqua-
gesimum composuit in eo misericordiam à Domino implo-
rans in titulum ei posuit. Psalmus, Lamnasseach, quod signi-
ficat, vbique vincenti, vel danti æternitatem, vel effundenti
Psal. 44. sanguinem, idest, Psalmus in laudem eius: sicut dixit. Dico
ego opera mea regi, hoc est, ad laudem, & gloriam æterni re-
gis Christi consecro opera mea. Quando Dauid dicebat: sit
hic psalmus meus in laudem illius effusoris sanguinis, Iesum
Psal. 21. Christum crucifixum contemplabatur, quemadmodum cum
dixit. Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauе-
runt omnia ossa mea. Sanctissimos illos pedes, ac manus animo
contemplans spiritualibus oculis præuidebat. Sic oportet te, ô
frater pœnitentiam tuam exordiri, vt oculos, cor, ac fiduciam in
illo cœlesti Domino crucifixo constituas, qui æternum Patrem
placauit, & cuius passio tam pretiosa nunc est, sicuti quando mor-
Psal. 119. tuus est in cruce. Idcirco dicit Propheta. Tu es Sacerdos in æter-
num, idest, tam efficax est hodie oblatio illa in conspectu Patris,
quàm illa die, qua mortuus es, & sic erit in æternum: & si mun-
dus duraret in æternum, & quotidie peccarent homines sicut ho-
die peccant, in æternum passio illa valeret. Et sic quando Na-
2. Reg. 12. than ei dixit, Dominum illi peccatum dimisisse, elegantissima
quadam phrasi dixit. Transtulit Dominus peccatum tuum à te,
idest, transtulit ab humero tuo onus, & posuit supra dorsum
suum.

24 suum, vt illud pro te in cruce persoluat. Et attendite mysterium; etenim postquam Dominus hæc illi dixerat, eum in infantis, qui ex adulterio natus fuerat, morte puniuit. Et in pœnam etiam illius peccati, filium eius contra eum consurgere permisit: vt cognoscatis remissa culpa Deum pœnas atque labores pro purgatorio immittere consuescere. Ideò Hieremias dicit. Castigasti me Domine, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus, conuerte me, & conuertar, quia tu Domine Deus meus, postquam conuertisti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi fœmur meum. Perpendite quomodo postquam conuersus est, eum Dominus docuit, vt carnem suam flagellaret, atque affligeret. Percutere fœmur, est corpus ieiunijs, & flagellis castigare, præoccupando manum Domini, vt placabilis fiat. Dicebatque *Hiere. 31.* *Psalm. 50*
25 Dauid. Misere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Olim Deus, per merita Abrahæ, Isaac, & Iacob, consueuerat exorari: vt patet, quod faciebat Moyses pro populo misericordiam ab illo efflagitans, & dicens. Recordare Abraham, Isaac, & Iacob, &c. Sic orabat Hester dicens: Deus Abraham, Isaac, & Iacob. Sic etiam Daniel. Captiui populi libertatem implorans precabatur, dicens. Propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. Dauid autem non hoc quidem dicit: sed, Miserere mei, secundum magnam misericordiam tuam, idest, pasionem Christi, quæ fuit magna misericordia Dei. Hanc igitur allega tu, ò frater in initio pœnitentiæ tuæ. *Exod. 32.* *Hester. 13.* *Daniel. 13*

Considerate cadauer ex longo tempore occisum, vermibus
26 plenum. Ecquid in illo est, quod resuscitari mereatur? Minus vtique est in anima in lethali culpa existenti: quæ adeò corrupta, atque immunda est, vt nulla hominum lingua satis dignè valeat explicari. Quibus igitur meritis poterit impetrari, vt hæc anima cum omnibus præteritis meritis reuiuiscat, nisi hoc per Iesu Christi merita, & pasionem efficiatur? Idcirco sapientissime agit sancta Ecclesia, de hoc pijssimo mysterio in principio pœnitentiæ. Etiam nobis hoc hodie proponit Euangelium, vt mundus, qui hoc tempore cum suis tympanis, tripudijs, atque tumultibus erumpit, quibus nos ad malum prouocat, in cordibus nostris non tantopere inualescat. Legitur in primo libro Regum, Saul adiurasse populum, dicens: Maledi- *1. Reg. 14*

ctus vir, qui comederit panem, vsq; ad vesperam, donec vlciscar 27
de inimicis meis. Et non manducauit vniuersus populum panẽ.
Omnisque terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super
faciem agri, Ingressus est itaque populus saltũ, & apparuit fluẽs
mel: nullusque applicuit manus ad os suum: timebat enim popu
lus iuramentum. Si ergo Saulis imperium apud integrum exer
citum tantum valuit, vt cùm maximè esurirent, ne manibus qui-
dem existentes in agro fauos mellis attingerent: maior ratio erit,
vt vos vestrarum inanium voluptatum dulces fauos relinquatis
animaduertentes hoc nõ solum à Duce vestro, Rege vestro, Deo
vestro vobis præcipi: sed etiam vos efficacissimo exemplo do-
ceri.

Genes. 9. Notandum est etiam, quando boni filij Noe dormientis patris
verenda texerunt, dicere illic sanctum textum. Pallium impo- 23
suerunt humeris suis, & incedentes retrorsum operuerunt veren
da patris sui. Itaque retrorsum ambulantes eius nuditatem ope-
ruerunt. O Iesu Christe fidelis fili patris tui Adæ per culpam nu
dati, charitatem, qua homines dilexisti ad illum operiendum pal
lium effecisti. Charitas quippe operit multitudinem peccatorũ.
Si quis cœlestem hunc Dominum grauissimam crucem hume-
ris baiulantem interrogaret dicens: Quo tendis, ò dulcissime
Redemptor? Diceret ille. Vado ad Patris Adæ nuditatem ope
riendam. Quod autem medium ad hoc faciendum assumis? Re-
trorsum (diceret) incedo, crucem, mortemque suscipio. Quid
dicis humana ratio? Deus retrorsum, atque vice versa incedit.
Etenim creator non debebat pro creatura soluere, nec se exue- 29
re, vt illam indueret: præsertim cum scriptum sit. Filius
Ezec. 18. non portabit iniquitatem patris. Quomodo igitur tu Domi-
ne pro patre debitum exoluis, & contra humanam pruden-
tiam facis? Etenim manus pro capitis defensione periculum
subire debet, nunc autem caput pro totius corporis defensione
laboribus, ac morti obijcitur. O admirabilem Dei charitatem,
qui omnia vincit, & retrorsum incedit, adeò se humilians, at-
que abijciens, vt nuditatem nostram operiat! O infœlix pec-
cator, quomodo pudore non confunderis videns quando agimus
de ijs, quæ filius Dei passus est, vt nuditatem tuam operiret, tunc
te pœnitentiam, atque pudorem exui, turpitudinesque, & pro-
phanitates tuas manifestare? O Deus infinitæ maiestatis,

per ineffabilem clementiam tuam te deprecor, vt horum infœlicium oculos adaperias: vt tantum malum aperte cognoscant. O quantopere calamitatem hanc multo anteà lamentabatur Isaias Propheta, dicens: Et vocauit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulũ sacci, & ecce gaudiũ, & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. O quàm opportunè hæc verba huc adducuntur. In tantam cæcitatem, atque Dei obliuionem populus deueniet (ait Dominus,) vt cùm ad pœnitentiam agendam, culpasq; suas lamentandas conuocentur, eorũ cura omnis sit edẽdi, & bibendi. Hoc autem, quia cras moriemur, quia cras adueniet Quadragesima, nec sicut nunc, comedere poterimus. Animaduertite quam ad literam sanctus Propheta ea, quę hoc tempore facimus, refert: etsi non omnia, nã ille de cibis, & potibus, tantummodo loquitur, nunc autem ad alias plurimas dissolutiones, atque flagitia vlterius progredimur? Aduertite igitur, quod illic addit Sanctus Propheta, dicens: Et reuelata est in auribus meis, vox Domini exercituum: si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini: dicit Dominus. O terribilia verba, quomodo cùm tam metuendam sententiam audiamus, toto corpore non trepidamus? Ecquis hæc audiens non se in terræ cauernas immittit, vbi nec videat, nec audiat? Vt igitur ijs omnibus remedium adhibeatur hoc hodie nobis proponitur Euãgelium. Cùm vir sanctus Tobias grande in Dominicę festiuitatis die conuiuiũ præparasset, iamq; ad mensam consedisset, illi nunciatum fuit in foro Hebræum mortuum iacere: qui conuiuio derelicto ad eũ sepeliendum perrexit: postea vero panem suũ cum lachrymis comedit. Nouit sancta Ecclesia vos nõ in Domini quidẽ, sed in Sathanæ festiuitate conuiuia præparasse, & mortuum vobis hodie proponit, mortuum autem non quemcunque: sed filiũ Dei, vt conuiuia & vana gaudia relinquatis, atque hunc diuinum defunctum cum maximo cordis dolore deploretis. Verũ proh dolor, filius quippe Dei, nec efficacissima eius passio prophanitates istas sufficit euertere. Valde miserãdum est Deum apud nos tam parum valere. Iacob vestem Ioseph filij sui, sanguine cruentatam perspexit, & statim suam abscidit. Nobis autem hodie caro sacratissima Iesu Christi, vestis æterni verbi cruore perfusa ante ocu-

Isa. 22. *Tob. 2.* *Genes. 27*

te oculos offertur, nec verò viscera dissecamus, sed potius gau- 33
dijs, ac voluptatibus indulgemus. Et peius est, quòd se excusant
dicentes omnia hæc esse leuia, & nęnias, quę parum obsunt. Ad
2. Reg. 2. quod respondeo ex nænijs, & iocis ad peccata grauissima deue-
niri. Legitur mortuo Saule, ducem Saulis nomine Abner cum
copijs suis, & Ioab ducem Dauid cum exercitu suo, qui erant ad
uersarij, iuxta piscinam Gabaon in vnum conuenisse, cumque è
regione sedissent ij in vna parte piscinæ, & illi ex altera, dixit
Abner ad Ioab: surgant pueri: & ludant coram nobis, & respon-
dit Ioab: surgant, surrexerunt ergo. & transierunt numero duo-
decim de exercitu Abner, & duodecim de pueris Dauid. Appre
hensoque vnusquisque capite cõparis sui defixit gladium in la-
tus contrarij, & ceciderunt simul. Ecce ludorum finem. Etenim
omnes viginti quatuor illic occubuerunt. Ex quo subsequutum 34
est, quod ibidem dicitur: & ortum est bellum durum satis in die
illa: ecce quomodo ex ludis, & iocis ad seria, & inde ad alia gra-
uissima damna deuenitur. O quot in his diebus iocari incipiũt,
& ad totam Quadragesimam, atque ad totum annum, & aliquã
do etiam ad totam vitam inimicitijs remanent intricati. Per cha
ritatem Dei vos rogo fratres, vt ad hæc aduertatis, nec vos tã dis-
solutè perdatis.

Et die tertia resurget. O benedictus sit talis Deus, qui post tri-
stes, hilares statim, atque iucundos nuncios refert. Hic est hu-
ius optimi Domini stylus vna manu punit, & altera permul-
cet: vna percutit, & altera lachrymas abstergit. Dicit sponsa.
Cant. 2. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me:
brachium amplexans oportet esse dextrum: quod est ad custo- 35
diendum, permulcendum, atque adiuuandum dexterius. In
quo significat maiores dulcores, atque indulgentias esse quibus
Deus suos consolatur, quàm labores, quibus illos affligit. O
quot consolationes in medio vnius angustiæ Deus seruis suis
immittit, vt anima omnia infortunia despiciat, & victoriam re-
Apoc. 12. portet. Vidit Beatus Ioannes, fœminam sole coopertam stella-
rum diadema in capite habentem, lunamque ipsius pedibus sub
iacentem: & draconem eius partum expectantem, vt illum
deuoraret. Hoc accidit animæ iusti: habet quippe draconem
expectantem boni operis partum, vt illum deuoret. Verunta-
men quando est virtutibus circundata, soleque operta quod est
Dei

36 Dei auxilium, atque protectio, lunam sub pedibus collocat, hoc est mundi vanitatem, ac varietatem despicit. Et quanuis ante se persecutionis, & laboris draconem perspiciat, nihili eum æstimat.

Et ipsi nihil horum intellexerunt. O obscurata hominum ratio! dolorum, & crucis materiam non intelligitis? Nonnullos homines videbitis, qui adeò prudens iudicium, perspicacemque mentem habent, vt non regnum tantum, sed orbem etiam vniuersum valeant gubernare. A deò vero diuinarum rerum ignari, atque inepti sunt, vt obstupendi sint visu. Sunt quasi bubones, qui noctu optime vident, die verò nihil cernunt: & alij passeres ad eorum oculos comedendos accedunt. Sic ij sapientes sunt, vt faciant malum: bonum autem facere nescierunt. O bubones, bubones, ni- *Simile.*
37 hil nisi nocte videtis, nihil intelligitis, nisi quomodo adquirendę sunt diuitiæ: quomodo proximus decipiendus est, quomodo secularis honor impetrandus est, &c. Quomodo autem carnem vestram crucifigi, passionesq; vestras oportet mortificari, de his nihil intellexistis.

Erat enim verbum istud absconditum ab eis. Factum est autem, Cum appropinquaret Hierico, &c. Cæcus quidam clamabat dicens, Iesu fili Dauid miserere mei. Clementissimus autem Dominus, sistens eius oculos adaperuit. Admirabile mysterium fuit, quòd eo tempore, quo Christus Redemptor noster de sacratissima passione sua loquebatur, hic cæcus visum reciperet. Vt ex hoc intelligeremus veram medicinam, quæ cæcitatibus nostris medetur passionem esse Dominicam.

38 ¶ Peccator in diuinis literis cæcus appellatur: atque ita Philosophus dixit. Omnis peccans est ignorans, non peccans, quia ignorans, sic enim nullum esset ex pura malitia peccatum, sed ignorans quia peccans. Aquila vt ceruum superet, dicitur in arenam se conferre, & ibi se euoluere, alasque puluere onerare, & super cerui caput imposita illud tenacissimis vnguibus apprehendens, astutissimè puluerem illum super cerui oculos incipit excutere, quousque illum excæcat: post quam autem excæcatur, cum non videat, vbi incedit facile præcipitatur, & in frusta conteritur, & ita uillm aquila comedit. Hæc est ars Sathanæ, etenim tot vanas, ac turpes cogitationes in hominis intellectum immittit, vt nisi malas istas cogitationes *Arist.* *Simile.*

homo diligenter expulerit, antequam eas voluntas amplectatur, 39
illum excęcet. Et sic cæcus peccator in mille peccata prolabitur,
atq; in plurimas insanias incedens ad vniuersam Sathanæ volun
tatem adimplendam libēter attrahitur. Cæcus arbitratur, se à ne-
mine videri, cum tamen ab omnibus perspiciatur: sic etiā pecca-
tor cùm Deum non videat, nec se ab eo videri suspicatur. Et ita
dicebant illi, quos Deus Ezechieli Prophetæ ostendit, cum plu
rimas abominationes admitterent. Non videt Dn̄s nos, dereli-
Roman,1. quit Dn̄s terram, & sic dixit B. Paulus, ad Romanos, de peccato-
ribus quibusdam, sicut non probauerūt Deum habere in notitia
Hic est verus sensus. Nesciebant, neque cogitabant malitiā suam
Simile. à Deo intelligi, sicut stulta Perdix cùm caput habet absconditū,
nec aliquem videt, arbitratur se à nullo videri: & accedit canis, eā
que præ dentibus defert. O cæci peccatores nunquid Deum om-
Iob.34. nia videre dubitatis? Et sicuti dicit Iob. Oculi eius super vias ho-
minum, & omnes gressus eius considerat. Equidem nisi vo-
bis opportunum remedium adhibueritis, cum minus arbitrati
fueritis, vos præ iustitiæ suæ dentibus deferet. Vnum autem
ex singularibus remedijs est pretiosa Domini nostri Iesu Chri-
sti passio. Etenim hæc animæ cæcitates illuminat Sanctus To-
Tob.2. bias senex hirundinis stercore excæcatus est, vt dicitur Tobię.2.
Nec visum recuperauit, quousque ei impositum fuit fel contri-
tum piscis. Sic plurimi sunt huius sęculi stercore, & immūditijs
Philip,3. excæcati. Talia enim esse reputabat Beatus Paulus quādo dice-
bat. Omnia arbitror, vt stercora, vt Christum lucrifaciā, quibus
igitur medicamentis hi cæci visum recipient? Piscis vtique fellę.
O piscis sacratissime in amarissimis miseriarum aquis educate Ie-
su Christe fili Dei, fel tuum, (quæ est sanctissimæ passionis tuæ
amaritudo) contritum, & consideratum, ac sæpius ruminatum
mentis oculis impositum illos clarificat, & illuminat, vt peccator
mala sua cognoscat, atque illorum veram pœnitentiam agat.
Quod cùm ita sit fratres charissimi ex hac singulari medicina fru
ctum percipite, quæque filius Dei pro vobis passus est, profun-
de considerate; etenim hoc est contritum fel oculis imponere: &
sic visum recuperabitis, hoc est quanta sit vestra iniquitas, cogno
scetis, si quidē tanto medicamine indiguit, veramque transactæ
vitæ pœnitentiam facietis, gratiamque in hoc sæculo, & in futu-
ro gloriam consequemini, Amen.

¶ Feria

1 ## ¶Feria quarta Cinerum.

Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c. Matthæi.6.

IVSTITIAM esse bipartitam Propheta testatur, cuius *Psalm.33.*
altera pars est: Recedere à malo: altera verò: Facere bonũ. At-
que idẽ hodie nos sancta mater Ecclesia tã dictis, quàm factis eru
dit: cinerem, videlicet, frontibus nostris imponens, nosque his sa
luberrimis verbis exhortans: Memẽto homo quia cinis es, & in
cinerem reuerteris. Nos à peccato reuocare conatur: atq; ad hoc
2 nos admonet, vt mortis meminerimus. Vt autem quàm efficax
sit remedium hoc ad vos à peccatis auertendos cognoscatis: rem
quandam admirabilem notate, scilicet, hominẽ ex omnibus pœ
nis, in quas per peccatum incurrit, ad plura peccata perpetranda
occasionem sumpsisse: nisi ex morte, quæ est etiã pœna per pec-
catum illata. Pœna peccati est sensualitatis libertas, quæ aduer-
sus spiritum, atque rationem semper colluctatur. Ex hac autem
pœna satis compertum vobis est quantam occasionem homines
alia innumerabilia peccata admittendi perceperint. Atque etiã
ipsa sensualitas ab eis solicitatur, & commouetur, quò acriùs spi-
ritui inferat bellum. Fames etiam est pœna peccati. Ex hac item
pœna homines occasionem acceperũt, alia plurima scelera com
mittendi, atque in gulam, & ebrietatem, & alias inordinationes
3 sæpiùs incidendi: qua sæpenumerò etiam gaudent, vt cum gu-
stu, atque sapore manducent. Sitis item est pœna peccati: multi
autem illam inquirunt condimento aliquo comedentes, vt pos-
sint cũ maiori sapore potare. Et ex hac pœna occasionẽ sumpse-
runt homines tot vinorum modos exquirendi, quibus inebrien-
tur. Nuditas etiam, & vestium necessitas originalis culpæ suppli
cium est. Ex hac autem pœna quot vestium inuentiones emana
rint, satis innotescit; præsertim verò in Hispania: quam vt alię na
tiones amentem appellent, cùm panni volumine, & forficibus
depingunt, quasi dicerent: Abscinde quacunq; libet: etenim vo
lũtas tua nõ potest certò cognosci: siquidem nouas quotidiè ve-
stium rationes depromis. Propter hos autem vestium sumptus,

& elegantias quot peccata cõmittantur, quæ lingua poterit explicare? Domibus, in quibus habitetur, indigere; pœna etiam est peccati. Ex qua maximæ recreationes præ ædificationum sumptuositate prodierunt. Atque ob hanc causam plurima peccata commissa fuerunt. Inter has autem vniuersas pœnas vna ex præcipuis, & grauioribus est mors, veruntamē hæc est vtilior. Nemo etenim reperietur, qui ex morte, sicut ex fame, siti, & denique nuditate peccandi occasionem assumat. Nullum quippè inter credentes adeò amentem suspicor extitisse, qui diceret: siquidē fortasse cras mihi moriendum erit, nũc peccare, Deumque offendere volo. Nam verba illa, quæ sunt in libro sapientiæ dicta à pessimis quibusdam, qui se ad malum faciendum inuicem inuitabãt:

Sap. 2. Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuẽtute celeriter, coronemus nos rosis antequàm marcescãt: nullũ pratum sit, quod nõ pertranseat luxuria nostra, omnia hæc verba in errore quodam nitebantur, sicut ibidem dicitur: quòd dixerunt impij cogitantes apud se, nõ rectè: Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam si non fuerimus: quia extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tãquam mollis aer. Ex eo quòd errantes nihil aliud, quâm nasci, & mori esse iudicabant, spiritumque simul cum carne consumi existimabant, secularibus rebus celeriter frui desiderabant: atque ad hoc sese inuicem inuitabant. Et hoc est argumẽtum, quod Beatus Paulus cõ-

1. Cor. 5. flabat, dicens: Si mortui non resurgunt, manducemus, & bibamus, cras enim moriemur: quasi dicat. Si nihil aliud futurum est, nisi tanquam bruta animantia nasci, & mori, mundo, eiusque rebus, antequá mors adueniat, vtamur. Verùm siquidẽ post mortem seuerum manet iudicium, arctissimamque factorum rationem reddi oportet, peccatoresque æterna tormenta manent: Et quis adeò insanus erit, qui ex hac cognitione ad peccandum occasionem accipiat? Impossibile vtique videtur. Imò verò harum rerum recordatio, atque assidua contemplatio seculares voluptates execrandi, occasioni sunt. 6

Quapropter nobis dicit sancta Ecclesia. Memẽto homo, &c. Etenim etsi hæc recordatio laboriosa: & molesta est, nimis tamē

Simile. vtilis existit. Solet quis dicere: hic ensis est mihi nimis vtilis, & aliquando grauis, Quare? nunquid bonum est quenquam multo fer-

7 to ferri pondere onustũ incedere? Dico illum bonũ esse, quia me
ab hostibus meis defendit, & ex illis victorem depromit. Dixit
Dominus: Inimici hominis domestici eius. Magis autem dome *Matt. 7.*
stici sunt sensus. Et hi quidem sunt maiores inimici: eò quòd om
nes ad malum nimis propẽsi sunt. Nares suauibus, atque propha
nis odoribus inclinantur, & ideò domos infirmorum, atque ho-
spitalia fugiunt, quia magnus in eis est fœtor. Lingua est super
exactissimas quasque nouaculas acuta, ad proximi famam disse
candam: si autem quatuor verba sancta loquatur, statim arescit,
nec vltra commoueri potest. Manus ad malum expeditissimæ,
ad bonum autem grauissimæ, Humeri crucis onus aufugiũt: alia
verò pessima pondera in Dei offensione supportant. Pedes ad
malum velocissimè decurrunt: ad bonum autem maximè torpe
8 scunt. Oculi propensi pulcherrimis quibusque rebus, & quæ cor
ad se attrahere possunt, aspiciendis: ad proximorum autem ne-
cessitates videndas difficillimè aperiũtur. Idcircò Beatus Paulus, *Roma. 6.*
membra nostra arma iniquitatis appellat, dicens: Ne exhibeatis
membra vestra arma iniquitatis peccato. Sinere enim illa propẽ
siones atque inclinationes suas prauas sequi, est sinere, vt arma
sint iniquitatis.

Ad hos igitur inimicos superandos, atque ex illis victoriam
reportãdam mirificus est gladius, mortis recordatio. Dicit enim
regius Psaltes. Si mei nõ fuerint dominati, tũc immaculatus ero, *Psal. 18.*
& emundabor à delicto maximo. Et erunt vt complaceant elo-
quia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu meo semper.
Idest, si sensus mei non fuerint dominati, sed ego illorũ domina
9 bor, tunc immaculatus ero, opera verbaq; mea munda erunt, cor
que meũ præparatum existet, vt semper coram diuino cõspectu
commoretur. O mirifica emolumenta, quæ ex eo, quòd homo
sensus suos deuicerit, subsequuntur. Siquidem autem mortis re-
cordatio est gladius acutissimus, quo hos inimicos superamus,
semper nos illa præcinctos oportet incedere. Et ideò meritò no-
bis hodie dicitur, ¶ Memento homo, &c. Etiam mortis recorda
tio est mensura quædam, qua omnes res seculares demetimur, &
quàm vanæ sunt, planè cognoscimus: vt sic eas cõtemnamus, ne
nos deperdant. Esdræ Angelus apparuit, atque dixit ei: Vade *4. Esdræ.*
mensura mihi flatum venti. Ventus, quem Angelus huic vi- *4.*
ro sancto metiri iubebat, est hic aer: atque idcircò respon-

dit,

dit, dicens: Quis natorum poterit facere, vt me interroges de his? quasi diceret, quis tale poterit efficere? Nobis autem præcipitur alterum aerem magis aerem, & inutiliorem, quàm hunc metiri: quorum impetu plurimi in infernum deferuntur. Hæc est caduci mundi gloria, & pompa, qui optimè mortis mensura, mensurari potest. Vt autem mihi dicenti illum esse aerem fidem adhibeatis, vnum ex sapientioribus, & ditioribus hominibus orbis terrarum huc vobis adducam (etenim his fides solet adhiberi) qui sic illum appellat. Hic est Salomon, qui librum nomine Ecclesiasten scripsit, in quo de hoc aere mensurando agit, dicens: Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes vanitas vanitatum, & omnia vanitas. O miseri filij hominum, vt quid tam effrenati istas bonorum vmbras exquiritis? credite (inquit) mihi sapienti, qui isthæc omnia expertus ab eis deceptus fui, ex alieno periculo vobis præcauete. Omnia delibaui atq; gustaui, & nihil in eis, præter afflictionem, laborem, amaritudinem, atque vanitatē inueni. Quis diuitijs, atq; honore similis mihi, quis adeò dilectus, quis adeò per vniuersum terrarum orbem celebratus, sicut ego? Delicijs abūdaui, opera mea magnificaui: magnas, & nimis sumptuosas ædes erexi, vineas plantaui: hortosque confeci, iucūdissima vireta peregi, in quibus diuersorum fructuum arbores inseui: in eis aquarū stagna perfodi, plurima mancipia possedi, plura quàm omnes prædecessores mei Hierosolymis armenta habui: maximam auri, atque argenti copiam cōgregaui: plurima regna & prouincias sub ditione mea continui: plurimos cantores, & cantatrices habui, vniuersis voluptatibus plusquam omnes filij hominum fruitus sum, vasa, & abaces locupletissimos possedi, in quibus pretiosissima quæq; vina bibebam: omnes, qui ante me fuerunt, diuitijs, ac maiestate superaui. Nihil deniq̄ue, quod cor meū desiderauit, ei denegaui: laxis habenis illud omnibus delicijs perfrui passus sum, omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, nō negaui eis: nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, quæ parauerā. In præsepibus suis quinquaginta duo millia equorum sibi, curribusq; suis habebat. Mirabile vtique: quorum præsepe licet tota hæc ciuitas esset, vix tamen illos capere posset. Trecentas habuit vxores. Fuit rex potens, pacificus, sapiens, & gloriosus. Adeò vt ex lōginquis regionibus venerint reges, & reginæ, vt eius maiestatem aspicerent: qua

Ecclef.1.

Ecclef.2.

2. Parà. 9. & 3. Regum. 4.

13 qua perspecta in regiones suas attoniti reuertebantur. Post hæc
omnia, quid vobis dicere possum ô filij hominum, nisi cùm mors
accessit, mensuraque sua hunc aerem dimensa est, hostorioq; suo
ventum istum hostiuit, inuenisse omnia vanitatem esse vani-
tatum. Etenim hodie auro cooperti, cras luto sumus inuoluti.
Hodie delicatissimis cibis vescimur: cras verò à vermibus mi-
serrimè comedimur. Hāc frater mi Christiane oportet esse tuam
assiduam exercitationem: hunc aerem mortis mensura demetiri.
Contemplare te in sublimi arce esse collocatum, & exinde om-
nia, quæ in mundo aguntur, aspicere: hominum curas, cogitatio-
nes, actiones, verba, longos discursus, laboresque considera, & fi-
liorum Adæ errorem, cæcitatem, tenebrasq; perspiciens vix con
contineri poteris, quin maximam lachrymarum copiam effun-
14 das. Etenim ijs rebus intendunt, vt ab illo Domino, qui nihil si-
ne causa facit, sine causa creati fuisse videantur. Ecquis in lachry-
marum fluenta non conuertetur perspiciens tam nobilem, mira-
culosamque creaturam intellectu rationeque præditam, atque
ad Dei similitudinem factam, cuius ministerio conditæ sunt stel-
læ cæli, & elemēta, & omnia, quæ in eis sunt, tam cæcam, tam in-
ordinatam, & perditam incedere, vt viæ suæ prorsus ignara iter
facere videatur? O quàm meritò de filijs Adæ dicere possumus
quod dixit Isaias Propheta. Telas araneæ texuerūt. Tu quippè *Isai. 59.*
frater vt telā texas, & rete conficias ad aucupādas muscas, viscera
effundis: modicum autem flat aeris, & omnia dissipat. Sic vnus
flatus ea subuertit, quæ maximo cum dolore, atq; afflictione ad-
quisita sunt: etenim telis quidem suis non operientur, sed ad per-
15 petuam ipsorum confusionem, nuditatemque fient. O infœlix
peccator quomodo telæ tuæ, negotia tua, & quicquid in orbe tan
to cum labore comparasti in instanti abscindetur, & in frusta
diuidetur? Congregationi cuidam peccatorum dixit Zacharias
Propheta, Dei nomine: Ecce dies Domini veniunt, dicit Domi- *Zacha. 14.*
nus, & diuidentur spolia tua in medio tui. Idem tibi dico ego
ô peccator, qui hæc secularia tanto cum labore, atque anxietate
perquiris. Ecce diuidentur spolia tua in medio tui. O qualis diui-
sio fiet in die obitus tui: non est aries tam diuisus, sicut tu eris. Su- *simile.*
spendit lanius arietem in medio turbæ: vnus pellem, alius armū,
alius aliam partem, alius exta, alius caput, canes denique cruorē
expectant. Sic in malorum interitu hæredes diuitijs, vermes ca-

dauer.

dauer: Dæmones autem animam expectant. Diuidentur spolia tua in medio tui. O metuendam rem! Ecquis hæc attentè considerans toto corpore nō contremiscit? Meritò igitur nobis sancta Ecclesia hodie dicit. ℭ Memento homo, &c. intelligens hoc efficacissimum esse remedium, vt à malo recedamus, atq; omnia sæcularia negligamus.

Simile. Quando quis extra patriam suam in grauem incidit morbum, ad valetudinem recuperandam, ad patrium aerem redire consuescit, sic homini per culpam languenti singulare remedium est ad spiritualem valetudinem consequendam in terræ aerem reuerti, hoc est sæpenumerò cineris, & terræ, ex qua conditus fuit, consideratione fulciri. Et sancti Euangelij dictis nos sancta mater Ecclesia erudit, quomodo bonum facere debeamus: & hæc est altera pars iustitiæ, in qua nobis dicit Dominus: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.*

Præsupponit hîc Dominus, eò quòd ieiunium tam vtile, atque necessarium sit, nobis esse ieiunandum. Quod ipsa mater Ecclesia ostendit, cum in præfatione. Quadragesimali dicat. Qui corporali ieiunio vitia comprimens, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia: itaque ieiunium, non solum corpori medetur, sed etiam vires animæ aduersus eundem inimicum potentissimum adauget. Caro enim semper spiritum supplantare conatur, cui ieiunium vires adimit, & sic spiritus ea fortior remanet.

Basil. ser. 1. de ieiu. Diuus Basilius dicit: Quando duo præliantur, ille superabit, cui priùs subsidium venerit: cumque inter carnem, & spiritum
Gala. 5. atrox semper bellum geratur, (dicit enim Beatus Apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem,) si tu sensualitati faueris, certum est illam victricem esse euasuram si verò abstinendo ei vires ademeris, spiritumque adiuueris, victoriam reportabit.

Iob. 5. Ideò dixit Sanctus Iob: In fame bestiæ terræ pacificæ erunt
Hiero. in episto. ad fratres. tibi. Nimis conueniens fuit, vt quod per gulam amisimus, per abstinentiam recuperaremus. Sicut Beatus Hieronymus dicebat: Gula nos de paradiso eiecit: oportet quòd esuries nos re-
Simile. ducat. Nam sicut sæpè contingit patrimonium, quod parentes propter gulam distrahunt, siue pignerantur: liberos arctè viuendo, & nimium abstinendo redimere, atque recuperare: ita etiam

patri-

19 patrimonium, quod noſtri primi parentes per gulam nobis perdiderunt, nos per abſtinentiam, & ieiunium recuperare poſſumus.

Ideò nos admonet Sanctus Paulus, dicens: Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum: non eſt enim regnum Dei eſca, & potus: ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto, id eſt, Non eſt via ad regnum Dei eſca, & potus, luſus, & laſciuia. Quæ ergo eſt vera via? Reſpondet: iuſtitia, & pax. *Roma.14.*

Hæc iuſtitia, & pax fit corpus ieiunijs, atque afflictionibus, (ſicut antea diximus) mortificando, quia illa carnem rationi ſubijciunt, quod eſt opus iuſtitiæ, & ſic homo intra ſe pacificè viuit. Diligenter perpendite verbum illud: Bonum no-
20 ſtrum, quid eſt bonum noſtrum? Bonum vtique noſtrum eſt Chriſtus Redemptor noſter. Eſt noſter, quia ab æterno Patre hominibus datus eſt: quia ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret: O benedictum tale donum, & benedictus ſit tale donans. Hoc autem bonum noſtrum tunc quodammodo blaſphematur, cum minoris, quàm viles res huius ſæculi æſtimatur. Et propter illas negligitur, quaſi meliores illo eſſe crederentur: Et ſic illum voluntate tuà appretias, quando eum propter illas offendis: etſi hoc ore non dicis, nec mente credis. Et ſic eſt blaſphemia voluntatis. O infœlicem hominem, qui tam vilia Deo anteponit. Dicit Dominus: Væ vobis, qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Quia vt ſaturentur, & diuerſis ciborum generibus veſcantur, plurimas iniuſtitias committunt, poſtea
21 verò ſaturitas alia complura mala cauſatur. Filij Eli coctas carnes à fidelibus ſibi oblatas noluerunt: ſed illas crudas petierunt, vt noua quadam ratione illas condiri facerent, quo iucundiores eſſent. Et hoc faciebant præ nimia gula. Videte autem quomodo hoc perſoluerint: etenim miſerè in prælio procubuerunt. Ex his omnibus fratres chariſsimi oportet vos intellexiſſe quam neceſſaria ſit abſtinentia: nunc autem in hoc ſancto tempore multò magis neceſſaria eſt. Præceptum eſt enim ieiunij ſub mortali peccato obligans eos, qui iuſto aliquo impedimento non fuerint excuſati. De infœlici autem, qui hanc obligationem intelligens pro vili quadam cœna lethalem culpam vult admittere, quid poterit ſperari? Quid miramur.

Ioan.3.

Luc.6.

1. Reg. 2.

miramur Esau pro paucis lentibus primogenituram vendidisse? cum
Gen. 25. siquidem virum Christianum æternam gloriæ hæreditatem pro vili cœna commutare perspicimus? quid maioribus tentationibus oppugnatus faciet, qui parua quadam occasione commotus in iram, atque indignationem Dei incurrere non timuit?

Præsupposito igitur nos tanquam bonos Christianos ieiunare debere, admonet nos Dominus ne in ieiunijs nostris simus sicut hypocritæ. *Exterminant enim facies suas.* Vt appareant hominibus ieiunantes: obstupendum est visu, quot medijs sæcularē gloriam homines quærunt. Sunt fœminæ, quæ vt decora facie videantur supercilia depilant, tormenta tanquam martyres patiuntur, solummodo propter inanem sęculi gloriam. Alij autem hanc ipsam gloriam vice versa perquirunt facies non fucantes, sed potiùs ieiunijs alijsque afflictionibus illas extenuantes. Ecce quàm diuersis itineribus superbia nauigat, vt ad inanis gloriæ portū perueniat. Hoc vitiū hypocrisis nimis execrabile est Deo: nā vnum vitium alteri vitio, sicuti gulam luxuriæ, homicidium furto deseruire magnum malum est. Veruntamen relationem aliquam inter se habere videntur: etenim vt vnus ab altero diuitias auferat, illum occîdit. Virtutem autem vitio inseruire, hoc est intolerabile
Chrysosto. malum. Et vt ait Beatus Chrysostomus, summa virtuti infertur iniuria: cùm mali eam in peccatorum suorum instrumenta suscipiunt, sicuti cùm bene operantur, vt honorem, aut alia sæcularia bona consequantur. Hoc namq́ue est virtutem cupiditati, ac su-
Simile. perbiæ ministrare. Depingit pictor imaginem crucifixi, illamq; plurimis, atque exactissimis coloribus illustrans perfectissimam depromere intendit: qui interrogatus, vtrùm hæc crucifixi deuotione perficiat? Et vera respondere volens, ingenuè fatebitur se non meminisse Iesu Christi, sed illa omnia efficere, vt imaginem carius vendat. Talis est hypocrita, qui varijs se virtutum coloribus illustrat, & quasi Christi crucifixi imago efficitur; nō quidē ob eius amorem, ac reuerentiam, sed vt pluris ab hominibus æstimetur. O diabolicam peruersitatem, quàm seuero supplicio di-
Gene. 34. gna est! Sichem dixit seruis suis: Si circuncidamus masculos nostros, ritum gentis, scilicet, Hebręæ imitantes, substantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt. Et ibidem dicūtur hi miseri infœlici morte fuisse necati: quod vtique Deus permisit, siquidem sola temporali vtilitate commoti circuncidi voluerunt.

affluerunt. Quid igitur sperant ij, qui virtutibus exterius exornantur, solummodò vt temporales diuitias atque honores adipiscantur? Cauete igitur fratres à tanto malo: nec vestris bonis operibus humanam gloriam consequi conemini. Ne Deo quidem propter ipsius gloriam, sed propter infinitam eius probitatem seruire deberemus. Singulare præmiũ ducentes, quòd diuina ipsius Maiestas ministeria nostra velit acceptare cognoscentes opera nostra ex se tanto bono esse indigna. Vt autem quanti hoc nostra intersit, cognoscatis: animaduertite Beatum Paulum quæsijsse, cur Dominus repudiatis Hebræis gẽtes susceperit. Et ita dicit: Quid est quòd Israel sectando iustitiam, in legem iustitiæ non peruenit? gentes autem quæ non sectabantur iustitiam, in legem iustitię peruenerunt? Ardua profectò quęstio, & admiratione digna, *Rom.9.*
16 cur reliquerit Deus populum, qui tot bonis operibus intẽdebat, diuinamque legem custodiebat, idololatras autem ad legem gratiæ receperit? Cui quæstioni breuiter ipse Apostolus ibidem respondet, dicens: Illos à Domino fuisse repulsos, quia non ex fide, sed quasi ex operibus, id est, quia Iudæi veram iustitiam, & iustitiæ fructum, id est, æternam salutem, non tam ex diuinæ gratiæ dono, quàm ex operum suorum valore, hoc est sacrificiorum, & circuncisione, atque in aliarum cæremoniarum obseruantia totam fiduciam suam constituebant, & propter isthæc solùm omnia sibi deberi iudicabant. Et propter hanc elationem, inanemq; fiduciam ex omni bono repulsi sunt. Quamobrẽ fratres mei cauete, ne vestris met operibus bonis vos destruatis: alterũ enim conatur Sathanas, aut ne illa faciatis: aut cũ feceritis, vobis nõ prosint,
17 sed potiùs obsint. Attendite Deũ in omnibus illis maiorẽ partẽ adhibere, quocirca ei omnium laudem oportet exhiberi. Dicit Beatus Ioannes se vidisse illos viginti quatuor seniores, qui procidebant ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: confitentes in hoc, si coronas habent, hoc esse propter infinitam Dei misericordiam. Atque ideò ei omniũ bonorum operum laus reddenda est. *Apoc.4.*

Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum. In hoc docemur, vt omnem hypocrisis fictionem auferamus, nec hominibus placere curemus, sed vnius Dei voluntatem facere conemur. *Et pater tuus qui*

est in abscondito reddet tibi. Cùm Deus in bonis, quæ nobis præcipit operari, nihil aliud intendat, nisi se ad maiora in nos beneficia conferenda deuincire, nihil nos amittere, nec ipse nobis benefaciendi occasionem vult prætermittere. Vnum autem ex ijs, quibus arctiùs Deum deuincimus, est nos ardentissimè desiderare diuinæ ipsius maiestati placere. Hoc mira-
Isai.58. biliter declarat Sanctus Isaias, dicens: Si auerteris à Sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaberis Sabbathum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis vias tuas, & non inuenietur voluntas tua, vt loquaris sermonem: tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. O admirabilem Dei promissionem; ecquis dignus esset, qui particeps eius fieret? Per Sabbathum diem quietis Dei, & orationis omnia opera, quibus Deo placemus, eique seruimus, intelliguntur. Dicit igitur: Si coram te omnia fuerint, quæ ego ministerio meo dedicaui nimirum æstimata, sique tam delicatum, tamque ardenti charitate inflammatum habueris desiderium complacendi mihi, vt illud contaminare, aut attingere non audeas, adeò vt rem ministerij mei à nemine tibi impediri, aut attingi patiaris, & quando quidquid eorum tactum fuerit, illud persentias, acsi pupillam oculi tui quis tangeret, in quam ne aristam quidem incidere pateris. In tota hac periphrasi vult dicere: si adeò studiosè, ac tenere res meas tractaueris, voluntatemque meam adeò delicatam esse iudicaueris, vt nequaquam ei audeas contradicere: tunc scies Dei gustum habere, atque in eo ia gaudia tua reperire. Experieris enim eum tantam de te curam gerere, vt te super altitudinem terræ attollat. Adeò te à terrestribus desiderijs liberum perspicies, vt tam diuinam operationem in te sentiens obstupescas. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, qui fidelibus seruis suis talia promittit. Hoc fratres charissimi nunc superest, vt quantum in nobis est diligentissimè curemus ea, quæ huic optimo Domino grata sunt, sua per oculos habere, solummodo quia ei placent, non verò propter alium respectum.

Et pater tuus qui est in abscondito reddet tibi. Est autem hîc quędam difficultas, videlicet, quòd in hodierna Ioelis Prophetæ lectione sunt

31 sunt verba, quæ huic dominicæ sententiæ repugnare videntur. Postquàm etenim Sanctus Propheta dulcissima illa verba dixerat: Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia *Ioel.2.* benignus & misericors est, qui non vult imperare terræ, vt aperiatur, & vos deglutiat: sed ipse viscera sua aperit, vosque peccatorum vestrorum pœnitentiam agentes in eis includere desiderat, vt intelligatis animam in peccatum prolapsam reparari, coronamque capiti iterum posse imponere. O ineffabilem Dei clementiam. Dicit Sacra Scriptura: Postquam Esau *Gene. 25.* primogenituram suam distraxit, etsi plurimum lachrymatus est, illam tamen recuperare nequiuisse. Hîc autem dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu: amissamque primogenituram recuperare
32 valebitis. Et post hæc omnia dicit: Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum. Ieiunium sanctificare, est curare, vt cum bona conscientia ieiunemus, extra peccatum mortale persistentes. Quare dicitur: Ad locum, vnde exeunt flu- *Eccle.1.* mina, reuertuntur; vt iterum fluant. Quæro siquidem omnia flumina ex mari prodeunt, & omnes aquæ inde erumpunt, quænam est causa, ob quam aliæ aquæ dulces, aliæ verò insulsæ prosiliunt? huius rei causa est, quia per diuersas terras transeũt, & saporem terræ, per quam prætereunt, accipiunt. Sic vniuersa opera nostra per cor transeunt. Et si cor bonum, diuinaque gratia plenum, bonaque intentione commistum est, opus dulce, atque iucundum Deo prodit; & sic dixit Ezechias: Domine me- *4.Reg.20* mento quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde
33 perfecto, & quod placitum fuit ante te fecerim. Si verò cor malũ est, opus insulsum, atque amarum erit, nec Deus illo delectatur. Et sic dicit Ecclesiasticus: Dona iniquorũ non probat altissimus. *Eccli. 34.* Tam altum quid, atq; sublime est diuina gratia, vt, sicut dicit Bea- *1.Petr.2.* tus Petrus, sit quædam diuinæ naturæ participatio. Et sicut dicit *D. Thom.* Diuus Thomas, sit donum supernaturale, quo nostra bona opera *1.2.q.109* in cælum conscendunt, sicuti plumbei globi, qui ex natura sua deorsum descendunt, & tamen impetu ignis ex fistula prorumpentis sursum ascendere compelluntur. Sic opera nostra, etsi quatenus ex libero arbitrio nostro, naturaque per peccatum & malis moribus corrupta procedunt, in terram excidunt: gratiæ tamen & charitatis virtute in cælum conscendunt, quò illa bonus Chri-

stianus ex cordis sui fistula mittit, & illic Dei viscera feriunt. Nam si quemadmodum ipse animæ sanctæ dicit: Vulnerasti cor meum in vno crine colli tui. Si (inquam) vna sancta cogitatione significata per crinem diuinum eius cor vulneratur, quanto magis vno bono opere, & quanto magis totius quadragesimæ ieiunio diuina ipsius gratia adiuto vulnerabitur? Idcircò dicit: Sanctificate ieiunium, vt sit ieiunium factum in gratia, & charitate Dei. In eo autem, quòd vlteriùs sequitur, inest difficultas, quam superiùs dicebamus. Præcipit enim nobis Dominus, dicens: Vocate cœtum, congregate populum, &c. vt ieiunium vestrum sit quasi tuba, quæ omnes domesticos, vicinos, atque etiam ciues vestros iuuenes, & senes viros ac fœminas ad ieiunandum prouocet. Quomodo igitur in hodierna Sancti Euangelij lectione nos admonet, ne exterioribus apparētijs nos ieiunare significemus, sed solummodo contenti simus, quòd Pater noster, qui est in abscondito, nos videat ieiunare? In verbis autem Prophetæ præcipit nos ita ieiunare, vt ieiunium nostrum omnibus innotescat: vt omnes ad ieiunandum nostro pio exemplo moueantur? Eodem vtique spiritu quo sanctum Euangelium scriptum fuit, quoque Dominus hæc verba loquutus est sanctus Propheta Ioel isthæc dixit: Et sic nulla in vtrisque inest contradictio. Etenim Dominus non prohibet nos bonum exemplum proximis perhibere. Hoc autem præcipit, ne ieiunemus vt hominibus placeamus, & ita publicè ieiunemus, vt intentio maneat in occulto. Et sic valdè notandum est Dominum de ieiunio loquentem dicere: *Cùm ieiunatis.* Et loquentem etiam de oratione dixisse: Cùm oratis, cùm autem de eleemosyna loqueretur non dixisse: cùm facitis eleemosynam, sed sed cùm facis eleemosynam. In quo significauit patremfamiliâs ita ieiunare, & orare debere, vt curet omnes domesticos suos ieiunare, & orare: eleemosynam autem, cùm diuitiæ sint suę, ipsummet largiri debere. Et ideò non dicit: cùm facitis eleemosynam.

Cant. 4.

Matth. 6.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terram, &c. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo. Aduertite quomodo hìc Dominus ieiunio eleemosynam coniungit, qua in pauperes thesauros nostros diuidentes in cælo nobis thesaurizamus; non enim ieiunandum nobis est, vt minores sumptus facientes diuitias augeamus, sed vt ea, quæ à nostri corporis victu subtrahimus, pauperibus impendamus: quò corporalis ieiunij exercitatio pietati

ac

37 ac misericordiæ coniuncta procedat. Quid sentient, dicite, infœli
ces, qui totum vitæ tempus in thesauris aggregandis consumpse-
runt, nec futuram aliã vitam esse meminerunt, cùm se in illa æter
na inferni paupertate, ac nuditate perspiciant? O quàm meritò,
& quanto cum affectu hoc Beatus Iacobus diuites admonet, di-
cens: Agite nunc diuites, plorate vlulãtes in miserijs vestris, quæ *Iacob. 5.*
aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta
vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum ærugi
nauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit
carnes vestras sicut ignis. O terribilia verba! quem non obstupe-
facitis? O diuites crudeles attendite quid hîc vobis dicit Spiritus
sanctus, scilicet, abundantiam, qua nunc affluitis, qua cælorum re
gnum possetis impetrare, & non vultis, manducaturam esse car-
38 nes vestras sicut ignem. Etenim rabie conficiemini considerantes
quàm facilè vos à malis illis possetis eximere, atque æternam bea
titudinem comparare. Dilectissimi fratres hoc nimis necessariũ *Simile.*
negotium animaduertite, attendentes ducem prudentem omnia
quæ in prælio acquisiuit diligentissimè curare, vt domum suam
deferantur, vbi sperat se aliquando tandem cum tranquillitate
moraturum. Diligenter curate per pauperum manus ea quæ in
hoc sæculo acquisijstis in æternas illas mansiones transmittere,
vbi vos in æternum victuros speratis. Quòd si thesauros vestros
illuc miseritis, eos cor vestrum sequetur. Nam vbi est thesaurus
tuus, ibi est & cor tuum. Cùmque cor vestrum in Deo habeatis,
ipse illud gratia replebit, quousque in futuro cælesti gloria re-
pleatur, Amen.

¶ Feria sexta post Cineres.

Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Matth. 5.

MIRABILE est consideratu, vnde potuerunt Hebræi dicendi hoc occasionem assumere. Nam Dauid magnum peccatum hoc esse iudicabat, & ita dicebat: Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manib⁹ meis; ecquid est istud, quod te fecisse negas? quod per exaggerationem sic absolutè iniquita- *Psal. 7.*

tem vocas? Ipsemet se statim declarat subdens: Si reddidi retri- 2
buentibus mihi mala. Vt autem se hoc non fecisse confirmet: ad-
uertite, quales sibi maledictiones immittat. Decidã (inquit) me-
ritò ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus animam meã:
comprehendat & cõculcet in terra vitam meam: gloriam meam
in puluerem deducat. O immensa Trinitas! quàm graues sibi pœ-
nas imponit, si ipse talem iniquitatẽ admisit, vt exaggeret, quàm
immunis, & expers illius existit. Et filius eius Salomon, clemen-
tia illa verba dixit, quæ postea Beatus Paulus ad Romanos scri-
Prou. 27. psit: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, da ei aquam bi-
Roma. 12. bere. Prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus red
Baruch. 1. det tibi. Et cùm Hebræi tẽpore Nabuchodonosor captiui in Ba-
bylone morarentur, maximam pecuniæ quantitatem sacerdoti-
bus Hierosolymæ existentibus transmiserunt, dicentes: Orate 3
pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & pro vita Baltha-
sar filij eius: vt sint dies eorum sicut dies cæli super terrã, & vt det
Dominus virtutẽ nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus
sub vmbra Nabuchodonosor, & filij eius, & seruiamus eis. Ecce
quomodo pro illo exorabant, qui eos captiuos duxerat. Deum
etiam precabantur, vt eis patientiam concederet, quò seruitutem
illam æquo animo tolerarent, tyrannoque illi libenter inserui-
rent. Non solum autem hoc tanquam malum iudicatum fuit in-
ter eos, qui Moysi legem obseruabant, sed sicut malum etiam in
Iob. 31. naturæ lege damnabatur. Et sic dixit Sanctus Iob: Si gauisus
sum ad ruinam eius, qui me oderat: & exultaui quòd inuenisset
eum malum: non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt ex-
peterem maledicens animam eius. Perpendite sanctum hunc vi- 4
rum, nec verbo, nec desiderio inimicum suum offendisse. Nõ so-
lum autem hac virtute amici Dei vtebantur: verùm & Ethnici
etiam, atque idololatræ illam exercebant: quod in plurimis Iulij
Cæsaris, & Alexãdri Magni factis apertè perspicitur. Quæ cùm
ita sint, vnde occasionem Iudæi illi acceperunt tam abominabi-
lem errorem asserendi? Dico, eò quod maximi peccatores essent,
Deum permisisse, vt in pœnam scelerum suorum in tantam cæ-
citatem deuenissent. Beatus Paulus ad huius veritatis confirma-
Roma. 1. tionem dicit: Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnem im-
pietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in
iniustitia detinent. Non dixit, super impios, ne fortè arbitrare-
mur,

5 mur, quando Deus aliquem punit, illum punire, quia odio habet: sed quia eius iniquitatem odit: & subdit, & iniustitiam, vt significaret singula peccata sigillatim esse punienda. Peccata impietatis sunt, quæ cōtra Deum fiunt: peccata verò iniustitiæ sunt, quę aduersus proximos committuntur. Et postea subdidit dicēs: Hominum illorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent. Contemplamini quemadmodum cùm granum quodpiam in agro seritur, ad producendum fructum naturalem habet propensionem: & quando illum non producit, violentiam patitur, vincolisque inclusum esse videtur: ita etiam veritatem nobis à Deo reuelatam naturalem illā propensionem producendi, fructumque ferendi, habere: quem cùm non fert, quasi vincta teneri videtur. Et ideò dicit: Qui veritatem Dei in iniustitia detinent: quia maximam
6 iniuriam diuinæ inferunt veritati illam vincientes, nec operari patientes. Videamus autem quodnam sit hoc supplicium, quod super tales de cælo dicitur descensurum? Respondet Sanctus Apostolus in gentibus collocans exemplum, qui cùm naturali lumine illustrati vnum Deum esse cognoscerent, illum tamen tanquā Deum glorificare noluerunt. Propter quod peccatum tradidit illos Deus in reprobum sensum. Quod si eos, qui naturali lumine non sunt vsi tam seuero supplicio puniuit, quid faceret eis, qui supernaturale lumen fidei etiam splendore fuerant irradiati, infusasque veritates à Domino didicerunt? siquidem ex omnibus his lucibus fructum percipere noluerunt? Maiori quidem ratione hac pœna puniti sunt, scilicet, quia obscuratum est insipiens cor eorum, & tradidit illos Deus in reprobum sensum. Et ita etsi (vt
7 apertè probauimus) manifestum erat, maximum esse malum, inimicos odisse: cùm excæcati essent, in hunc errorem deuenerunt, vt dicerent: *odio habebis inimicum tuum.* Quocirca fratres mei hoc terribile Dei supplicium pertimescite: & à sceleribus diligentissimè cauete, quandoquidem illa sunt potissima via, per quam homines in errores prolabuntur.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros. Vniuersi legislatores tam Ethnici, quàm Catholici leges suas deitate aliqua comprobare curauerunt. Et hoc, quia cognouerunt quàm difficilè homines ad obediendum alijs hominibus inclinantur. Licurgus leges quas Lacedemonijs tulit se ab Apolline Delphico accepisse affirmauit. Minos dixit se Iouis imperio Cretensibus leges san-

xisse. Zaleneus dixit se Mineruæ nomine leges tulisse. Numa 8
Pompilius dixit se Deæ, siue Nymphæ Egeriæ nomine Romanis legem sanxisse. Moyses dixit se omnipotentis Dei nomine legē Hebræis adduxisse: sicut infallibilis erat veritas: ab eo enim illam acceperat, atq; ideò dicebat: Hæc dicit Dominus. Etenim reliqui omnes mentiebantur falsos citantes Deos. Solus supernus legislator, atque Redemptor noster Iesus Christus, quia cùm verus esset homo, verus etiam erat Deus, dicit: *Ego autem dico vobis.* O quantam vim, & maiestatem habet hoc verbum. Hoc nos vel maximè ad inimicos nostros diligendos concitare debet, scilicet, videre nobis à Deo illo immenso, in cuius conspectu vniuersæ cæli potestates consternuntur, & ex cuius dextera cunctę creaturæ dependent, ne in nihilum, vnde absoluto eius verbo abstractæ sunt, redigantur, nobis fuisse præceptum, ne inimicos nostros 9
oderimus. Tanti autem ponderis est ratio, ob quam creatura creatori suo tenetur obedire, vbi primum minimam quamque vocē eius audierit, vt omnes rationes, quæ ex aduerso fuerint congregatæ ad inclinandos nos, vt pro malo malum reddamus, nec rationabiles esse, neque existentiam habere possint. Et sic nequaquam eis debemus obedire. A plurimis quondam dubitatū fuit, in quo præcipuè opere Christiana perfectio consisteret. Hæc autem quæstio non est inutilis, vt cognito opere illo in eo adimplēdo maximam diligentiam adhibeamus. Nonnulli dixerunt Christianam perfectionem in Euangelicorum consiliorum executione consistere. Et hi illa Saluatoris sententia mouebātur, dicentis:
Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade, & vēde omnia quæ habes, &c. Attamē Euangelica consilia via sunt ad perfectionem, quia impedimenta perfectionis adimunt, non autē sunt ipsa perfectio. Paupertas 10
auaritiam, obedientia superbiam, castitas luxuriā tollit, & sic homo ad perfectionem impetrandā disponitur. Alij innitentes ver-
Iacobi. 1. bis illis Beati Iacobi dicentis: Patientia opus perfectum habet: in patientia perfectionē Euangelicam esse voluerunt. Veruntamē, etsi patientia perfectissima est, perfectionis tamē est effectus: nō autem ipsa perfectio essentialis est. Alij in fidei exercitatione illā esse dixerūt, & hi mouebantur verbis illis Beati Pauli Aposto-
Ephes. 6. li dicentis: Accipite armaturā Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecte stare sumentes scutū fidei. Sed hæc virtus docet, in quo opere perfectio consistit, & quanuis ipsa sit

ianua

11 ianua, per quam ad perfectionem peruenitur, non tamen est ipsa
perfectio. Beatus Paulus apertè ostendit perfectionem in chari-
tate consistere. Et sic post quàm fidelibus commendauit, vt plu- *Coloss.* 3.
rimis se curent virtutibus exornare, cōcludit dicens: Super om-
nia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectio-
nis. Perpendite verbum illud: vinculum perfectionis, idest, vin-
culum perfectum. Huius charitatis binæ sunt alæ, quarum vna
ad Deum, altera verò ad proximos aduolat, proximos (inquam)
licèt inimici sint. Et hanc ipsam sententiam Dominus hodiè ore
suo profert, nos enim ad amandum excitans dicit: *Estote ergo perfe
cti, sicut & pater vester cælestis perfectus est.* Ineffabilem Dei sapien-
tiam oportebat ita disponere, vt Christiana perfectio in eo con-
sisteret, quod omnes operari possent. Si enim in eleemosynis ero
12 gandis consisteret, pauperes illam adipisci nequirent: si in ieiu-
nijs, ægroti non possent eam possidere. Diligere autem etiam &
inimicos, omnes quantumuis pauperes, atque infirmi sint, pos-
sunt. Nihil enim tam in potestate voluntatis (vt ait Beatus Au- *August.*
gustinus) quàm ipsa voluntas existit: & si hoc difficile est factu.
Nec verò cuiquam mirum videri debet: nam si quælibet virtus
circa difficile versari dicitur, quāto magis illam circa difficile ver
sari oportet, quę virtutum omnium perfectio est? Difficile vtiq;
est me diligere illum, qui me actualiter odit. Pręcipuè verò si ini
micus me odio habens, & persequens, Dei esset amicus, amoris
dignior esse videretur. Verùm vbi primum inimicus meus me
odit, Dei etiam inimicus efficitur: Deus autem suosmet inimi-
cos à nobis diligi præcipit. O rem mirabilem! præterea ij, quos à
13 nobis amari iubet, sui ipsorum sunt inimici. Nam qui diligit ini- *Psalm.* 9.
quitatem, odit animam suam: ait Dauid. Cumque ipsi suasmet
animas oderint, præcipit mihi Deus, vt illos diligam. Meritò qui
dem dicebat Diuus Augustinus: Reuela oculos meos, & conside *August.*
rabo mirabilia de lege tua. Quia mirabile est quòd diligam eum, *Psal.* 118.
qui malus est erga Deum, erga se, & erga me. Quia autem opus
illud, si modò perfectum, & sicut Deus exposcit, futurum est, hu
manas superat vires: Christus Redemptor noster illud ab æter-
no Patre flagitauit dicens: Oro pater, vt ipsi sint vnum sicut nos
vnum sumus: vt cognoscat mundus, quia tu me misisti. Quid est, *Ioan.* 17.
vt cognoscat mundus quia tu me misisti? Nimirum sicut Magi
Pharaonis defecerunt in tertio signo edito ab Aaron. Illicque *Exod.* 8.

Dei digitum esse cognouerunt, quia illuc tota Dæmonũ potentia non poterat peruenire: nec illud humana potestas, aut natura poterat operari. Sic etiam talem charitatem, pietatem, atque cõcordiam inter Christianos esse oportet: ita proximorum labores persentire, ipsorumq; bonis delectari: ita iniurias perferre, inimicosq; suos diligere debent: vt homines hoc argumento conuincti talem gentem non terrenam quidem, sed cœlestem esse: non humano quidem, sed diuino spiritu gubernari cognoscant: cum vniuersi homines vnius sint speciei, nec tamen in cæteris orbis nationibus talis amor, atque concordia reperiatur.

Itaque nostra viuendi ratio, & charitas ardentissima testimonium deberet perhibere, Iesum Christum caput nostrum, filium esse Dei. Quod si ita est, satis manifestè perspicere potestis, quàm longè à via perfectionis aberramus. Ecquis hodiè hanc cordis virtutem habet, vt sollicitus sit, quomodò adimplebit illud quod Beatus Paulus dixit: vnanimes vno ore glorificetis Deum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi? Imò potiùs inhumanitas nostra efficit, vt sanctissima Iesu Christi lex apud gentes contemnatur. Et hoc nomẽ: Christianus, quod primum in Antiochia inuentum, atque ex Christo deductum fuit: nunc plurimis in locis quasi nomen crudelitatis habeatur propter immanitates, quibus Christiani cum gentibus præsertim in Indijs vsi sunt. Pudeat ergò nos fratres hanc virtutem nõ habere, per quam Christianos ab alijs gentibus Christus Redẽptor noster nos voluit dignosci: sicut ipse dixit. In hoc cognoscẽt omnes, quòd discipuli mei estis: si dilectionem habeatis ad inuicem. B. Hieronymus super illud Apostoli ibi, dum tempus habemus, &c. sic dicit: Beatus Ioannes Euangelista cùm Ephesi moraretur vsque ad vltimam senectutẽ, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: Filioli diligite alterutrum. Tandem discipuli, & fratres, qui aderant, tædio affecti, quòd eadem semper audirent, dixerunt: Magister quarè hoc semper loqueris? qui respondit dignam Ioanne sententiam: Quia præceptum Domini est: & si solum fiat, sufficit. O mirificam sententiam! Etenim hoc Deus à nobis expetit, vt se, & proximos nostros simul diligamus. Hoc voluit Deus nos docere, in modo, quo nos creauit, sicut perpendit Beatus Augustinus. Creans quippè Ange-

Roman. 15

Ioan. 13.

Hiero. super epi. ad Galat. c. 6.

17 Angelos non vnum tantum creauit, vt ille alios gigneret, sed omnes vna creauit. Creans Leonem & cætera bruta nō creauit Leonem, vt ex eo Leęna prodiret, & sic de singulis: sed statim Leonē & Leęnā, Lupum, & Lupam simul creauit. In hominibus autem creandis non ita processit, sed hominem creauit, & ex illius costa mulierem formauit. Vt sic omnes ex vno eodemque principio prodeuntes occasionem haberemus nos arctiùs diligendi. Nunc autem nullum est animal tam atrox in alterum, quàm homo in alterum hominem. Et magis sunt iam metuendi homines, quàm immanes belluæ. Quando Rex Darius Danielem Prophetam propter æmulorum eius postulationem in lacum Leonum permisit immitti: ostium lapide regio sigillo munito claudi iussit, ibi enim dicitur: Allatus est lapis, & positus super os la-
18 cus, quem obsignauit rex annulo suo, & optimatum suorum: nè quid fieret contra Danielem. Quid facis ò Rex? curas, vt nemo Danieli officiat? & tamen in lacum Leonum illum inijcis? Quid prodest ei ostium claudi, regioq; sigillo obsignari, siquidē vir sanctus cum Leonibus manet inclusus? super quo dicit Lira: Magis timebat rex de crudelitate hominum contra Danielem, quàm de ferocitate Leonum. Et sic dicitur ibidem Regem dixisse Danieli consolantem eum: Deus tuus, quem colis, ipse liberabit te: credebat Leones Prophetæ non esse nocituros, timebat autem ne inimici eius in lacum illum interfecturi introirent. Et ideò ostium iussit occludi, atque obsignari. Illos autem ethnicos in iustum sic esse crudeles, non est mirandum: at verò nos Christianos pretioso Iesu Christi sanguine redemptos inuicem odio habere, aliosq;
19 ab alijs quasi à canibus morderi, hoc est maximè lachrymandum.

Aug. l. 12 de ciuitate Dei. ca. 21.

Dani. 6.

Lira super Dani.

Insignis Historiographus Sallustius refert, omnes qui cum Lucio Catilina aduersus Romam coniurati sunt, ex vno eodemque humani sanguinis poculo bibisse, vt quandoquidem generis affinitate coniuncti non erant, ex vno sanguine bibentes, vnanimes, atque vnius essent cordis. Quod quidem (licet non ex vi sanguinis) cōstantissimè præstiterūt: siquidē ex tanta hominū multitudine nullus vnquàm proditionem, iniquitatemque illam reuelauit. Si igitur humana hoc malitia inuenit, scilicet vnū sanguinem à plurimis bibi, vt inter eos vnanimitas esset, atque ex pluribus cordibus vnum fieret: quanto maiori ratione diuina sapientia cibum

Sallustius.

tia cibum, & potum hunc reperit, in quo nobis pretiosissimũ cor 23
pus, & sanguinem suum bibendum in Sacrosancto altaris sacra-
mento communicat: quò vnum & idem corpus, & sanguinẽ om-
nes manducantes, atque bibentes, ipse in omnibus existendo v-
1. Cor. 10. num inter se, & secum efficeret. Ita Diuus Paulus. Vnus (inquit)
panis, & vnum corpus, multi sumus omnes, qui de vno pane, &
de vno calice participamus. Inuento autem tam superno artifi-
cio, tamque ineffabili amore præstito beneficio nos tam diuisis,
atque contrarijs esse animis, maximum est malum, atq; miseria.
Quantum hoc Deus execretur, in supplicijs, quæ de illis sumit,
qui proximos suos affligunt, aperte manifestat. In quibus vide-
tur magis ea peccata sentire (si ita dici potest) quæ in proximo-
rum detrimentum fiunt, quàm quæ aduersus diuinam ipsius ma
iestatem committuntur. Quod apparet in parabola debentis de-
cem millia talentorum, cùm Dominus non tantum sensit debi-
tum illud maximum, quod sibi debebatur, quantum afflictionẽ,
Matth. 18 qua debitor ille alterum proximum suum oppressit, vt habetur.
Genes. 4 Quod præsertim ostendit, quando puniuit Adamum, dicens ei:
Simile. Maledicta terra in opere tuo. Quemadmodum quando pater in-
ijcit candelabrum in filium suum, vt illum deterreat, statim non
in eum quidem, sed in terram ictum dirigit: sic illic voluit Domi
nus vt maledictionis ictus in terram dirigeretur, & non in Ada-
mum. Peccatum autem, quod commisit Cain aduersus proxi-
mum, & fratrem suum Abel, dissimili rigore puniuit, dicens illi:
Maledictus eris super terram: non vtique dicit: Maledicta terra:
sed maledictus tu, maledictionis ictus in ipsum Cain directus fuit 22
vt cognoscatis quantopere sensit Deus peccatum aduersus pro-
Abdi. 1. ximum perpetratum. Per Abdiam Prophetam acriter commi-
natur Deus filios Esau: rationemque præparati supplicij assig-
nans dicit: Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fra
trem tuum Iacob operiet te confusio, & peribis in æternum. No-
tate quæso Deum non dicere: peribis in æternum propter Idolo-
latriam, etsi Idololatræ erant: nec propter blasphemias tuas, quæ
sunt peccata contra solum Deum. Sed propter ea, quæ fecisti ad-
uersus fratrem tuum, non quia propter Idololatriam, atque blas-
phemias inferno satis digni, & propterea condemnandi non es-
sent: sed vt exaggeraret quantoperè Deus incommoda proxi-
mo illata execratur. Atque idcircò etiam per exaggerationem di
xit

23 xit in die iudicij malos à se in infernum esse detrudēdos: quia esu *Matth. 25*
rui, & non dedistis mihi manducare, &c. Nec verò meminit pec
catorum, quæ in diuinam ipsius Maiestatem promissa fuerunt.
Loquens Beatus Lucas. 23. ca. de sacratissima Domini passione *Luca. 23.*
dicit: Erat autem ferè hora sexta & factæ sunt tenebræ in vniuer
sam terram vsque in horam nonam, & obscuratus est Sol. Et alibi
dicitur: Extendit Moyses manum suam in cœlum, & factæ sunt *Exod. 10.*
tenebræ super terram Ægypti tribus diebus. Mirabile quidem.
In morte Domini tres horas, in Ægypto autem tres dies tenebræ
durauerunt. Grauior vtique culpa fuit Iudæos Iesum Christum
filium Dei occidere, quàm Pharaonem Hebræos ex regno suo
non dimittere. Et longioribus illos tenebris obscurat, quàm hos,
à quibus tam crudeliter fuit interemptus. O Christe vere homi-
24 num amator seueriorē te præbuisti in Ægyptios, qui seruos tuos
offenderunt, quàm in Hebræos qui contra te solum Deum pec-
cauerunt. In quo nobis significasti quātò facilius eis ignoscis, qui
contra te solum quàm eis, qui aduersus proximos suos peccaue-
runt. Ægyptijs immisit Deus tenebras, vt illos puniret: Hebræis
autem in monte Caluariæ, vt eos deterreret. Non enim credibile
est illum, qui vt illos redimeret, in crucem ascendebat, eos tunc
punire velle. Ex omnibus his illustrissimis exemplis apparet,
quàm graue peccatum sit in conspectu diuinæ maiestatis proxi-
morum afflictio, atque persecutio, etsi nos (quæ nostra est iniqui
tas) hoc parui æstimamus. O fratres charissimi per viscera mise-
ricordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto: vos se- *Luc. 1.*
mel, & millies deprecor, vt odijs, atq; inimicitijs relictis cum ini-
micis vestris pacem componatis: siquidem ex ijs, quæ supra dixi
25 mus, Euangelicam perfectionem in vero amore, ac charitate si-
tam esse cognoscitis. Et quatenus hæc charitas ad proximum re-
spicit, maioris est meriti in inimici, quàm in amici amore: quia si-
gnum est illam esse maiorem, & quia illic maior adest contradi-
ctio, atque etiam quia actus est purior, & ab humanis respectibus
longiùs segregatus. Quòd si quis dicat, Christus Redemptor no-
ster dixit: Maiorem hac dilectione nemo habet, vt animam suam *Ioan. 15.*
ponat quis pro amicis suis. Ergò non est maioris charitatis opus
animam pro inimicis ponere. Ad hoc respondeo. Pro amico ni-
hil maius fieri posse, quàm vitam in discrimen adduci: si autem
hæc vita pro inimico obijciatur, signum est hoc, atq; effectus ar-
dentioris

dentioris charitatis. ¶ Quod si quis se excuset dicens: hæc nimis laboriosa, atque difficilia esse: respondeo, infinitæ potestatis Dominum nobis dicere: *Ego autē dico vobis, diligite inimicos vestros.* Ego qui vobis præcipio, ad hoc exequendum vobis vires præstabo. Nec verò vires solum Deus præbere, verùm & alias etiam indulgentias, atque auxilia in magnis persecutionibus communicare consuescit: vt hoc præceptum cum gaudio, ac suauitate
2. Reg. 15. compleatur. Cùm Dauid filium suum Absalon effugeret Psal-
Psalm. 3. mum tertium composuit. Titulus autem, quo illi Spiritus sanctus hunc Psalmum inscribendum esse reuelauit, hic est. Psalmus Dauid cum fugeret à facie Absalon filij sui. Et nota illud, Dauid non in genitiuo quidem, sed in datiuo casu esse: nam in Græco, & Hebræo sermone articuli datiui casus ei præponitur. Nec verò mysterio caret, nomen autoris Psalmi non in genitiuo, vt dicere consuescimus, hoc opus est Petri, aut Ioannis, sed in datiuo casu positum fuisse; vt significetur non Dauid quidem, sed Spiritum sanctum Psalmorum esse autorem, qui eos Dauidi reuelauit. Et sic vult dicere titulus: Psalmus Spiritus sancti reuelatus Dauidi. Reuelatio autem huius Psalmi facta fuit
2. Corin. 1 Dauid filium suum fugienti. O quàm merito dixit Diuus Paulus: Sicut abūdant passiones in nobis, ita & per Christum abun-
Psalm. 93 dat consolatio nostra, & ipse Dauid dixit: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Quantò magis exterius affligebatur, tantò maiori luce interiùs consolabatur. Quia verò vna ex maioribus tribulationibus, quibus afflictus fuit, extitit filij eius persecutio: tunc eum maiori Dominus cōsolatione subleuauit, tuncq; ei Iesu Christi saluatoris mundi labores, mortem, ac deniq; ipsius resurrectionem reuelauit. Et horum mysteriorum contemplatione fulciebatur, vt filij sui persecutionem, Semeiq; maledictiones, atque opprobria æquo animo pateretur: dicebatq; intra se: quid mirum quòd hanc à filio meo persecutionem, & à seruo maledicta perpetiar, siquidem talibus, ac maioribus quidem opprobrijs Deus à creaturis suis afficiendus est? Quòd si Dauid ea considerans, quæ Iesus Christus Redemptor noster passurus erat, ad cōtumelias perferendas tantoperè cōfortabatur: quātò magis nos considerātes Deū iam hæc omnia fuisse perpessum ad labores to-
Hebr. 12. lerādos corroborari debemus? Idcircò dicit B. Paulus: *Recogitate eum,*

gite eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes: nõdum enim vsq; ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatũ repugnãtes, supple: quod facere deberetis. Vt autem hoc faciatis: Recogitate eum, &c.

Ad hoc etiam multum conducit pro certo habere, nullum nobis ab inimicis nostris incommodum prouenire posse, quod ex Dei manibus non procedat. Vndè Amos Propheta dixit: Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? quasi dicat, non. *Amos. 3.* Etenim quanuis Deus non sit causa malitiæ, qua inimicus meus me insectatur: est tamen immediata causa exteriorum actuum quibus me persequitur. Sciendum est autem malitiam in inimici mei corde delitentem non mihi officere, neque dolere: sed exteriores tãtũ actus, quibus mihi nocet. Hos verò exteriores actus nõ põt ipse efficere, nisi Deus cũ illo concurrat. Nũquàm proximus meus mihi alapã manu inflixisset, nec lingua iniuriam protulisset, nisi Deus ei membra illa mouisset, suisq; operationibus adiuuisset. Quamobrem statuamus in cordibus nostris inimicos nostros Dei esse instrumẽta quibus nos perficere conatur. Quid damni aduenit lapidi eò ꝙ malleis à latomo excolatur, atque insculpatur? nullũ vtique: imò ex rudi atque incõpto lapide sancti cuiusdam simulacrum perficitur. *Simile.* Hoc profectò intendit supernus artifex Deus, vt assumens inimicos tuos in instrumenta, quibus te affligat, atque percutiat, non sancti quidem simulacrum, sed verus sanctus efficiaris. Cùm sancta Rebeca filios suos geminos Esau, & Iacob in vtero deferret, contentionemque sentiret, quam ibi commouebant: super hoc negotio Deum cõsuluit: & inter alia ei Dominus respondit dicens: Maior seruiet minori. *Genes. 25.* Nullum aliud ministerium in diuinis literis maior, idest, Esau minori Iacob exhibuisse reperitur, nisi eũ fuisse persecutũ: quod quidem satis magnũ fuit. Ita B. Aug. locũ hunc exponit dicẽs: Maior seruiet minori non obediendo, sed vexando, quemadmodũ ignis, & carbones auro deseruiunt purificantes illud. *Aug. sup. c. 5. Gene.* Ideò tã amara nobis est persecutio, quia de animarũ nostrarũ purificatione, atq; pulchritudine nõ agim⁹, neq; illã expetimus quã profectò fratres si efficaciter cuperemus, æquiori animo inimicorũ nostrorũ persecutiones, atq; iniurias pateremur: intelligeremusque quãto nobis cõducibilius sit inimicos, qui nos persequãt, habere,

quàm

quàm amicos, qui nobis adulentur, atq; ad malũ nos prouocent? 32
Quando Diabolus Euam decipere voluit in instrumentum pul-
Genes. 3. cherrimam arborem dicitur accepisse. Et sic illic legitur: Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile: atq; ex hac pulchra arbore Diabolus mulierem accersiuit, quæ nihil aliud præter arboris venustatẽ considerans, statim abijt, & fecit omnia, quæcunq; illi Diabolus consuluit. Deus Moysi pecora pascenti in rubo spinis cooperto, igniq; succẽso apparuit, & illinc eum vocauit, atq; allocutus fuit, populoque suo præfecit. Itaque Dæmon Euæ in pulchra arbore apparuit, & pulchritudine illa eam spiritaliter occîdit, atq; destruxit. Deus autem Moysi in rubo spinis cooperto, atq; succenso apparuît, & exinde in ducem suum illum elegit. Ecquid est amicus nisi amici sui aspectui arbor decora? Amici tui familiaritas, & necessitudo te accersit, vt quò ipse tibi cõsulit, vadas. Si amicus tuus accedit dicens tibi: Accipe gladium, & sequere me: statim hoc facis siuè ad alterum occidendum, siue ad virginem deflorandam, siue ad nuptam opprimendam se conferat: nihil aliud, nisi arboris pulchritudinem, idest amici tui necessitudinem consideras: protinus ad omnia quæ tibi dicit, facienda properas. Animaduertens Deus Dæmonem ex hac decora arbore plurimos homines sæpenumerò accersire, illosq; pulchritudine ista decipere, in altero ligno (humano videri) horrido, aspero, spinis onusto, atq; igne succenso se collocat; hic est inimicus tuus: & iniuriæ, quas tibi intulit, sunt spinæ: furorq;, quo concitatus est in te, est ignis qui te cõbusturus esse videtur. Ex hac igitur horrida, & aspera arbore te Deus accersit, & quod Moysi dixit, hoc idem tibi dicit: solue cal- 34
ciamenta de pedibus tuis. Tolle (inquit) iniquas istas cogitationes, quibus aduersario tuo mala machinaris, ad eumq; cum charitate accedito, & cum illo reconciliare: nam æterni Patris mei filiũ te volo constituere.

Luc. 1. Hæc est salus, quam dixit Zacharias: Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos. O benedictus, & glorificatus talis Deus qui hos modos, atque inuentiones exquirit, vt nobis beneficia conferat. Quod cum ita sit fratres charissimi. *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* Diligenter perpendite verbum hoc diligite: in quo Dominus à vobis affectum cordis exposcit. Quid namq; prodest te dicere: Ego ei ignosco, nisi

35 nisi odium cordis radicitus euellas? Parum profuit Philisteis ocu-
los Samson euellere, crinesque succindere: cùm enim eorum ra-
dices in capite remansissent, iterum accreuerunt, pristinasque vi-
res recuperauit, quibus templi columnas vbi eius hostes com- *Iudi.16.*
morabantur, apprehendit, atque in terram proiecit: ipseque si-
mul cum omnibus in templo existentibus occubuit: sic etiam fra-
termi parum prodest, quòd dicas te illi parcere nisi isthæc odia
funditus eradices; nam cùm minùs arbitratus fueris reuirescent
quasi crines, & ad iracundiæ vires redibis, inimicosque tuos cor-
poraliter, te verò spiritualiter interficies. Valdè notandum est,
in eadem concione, in qua summus mundi concionator de ini-
micorum dilectione locutus est, statim immediatè de eleemosy-
na, atque oratione sermonem fecisse. Vtraque enim harum hanc *1.Reg.26*
36 dilectionem maximè adiuuat. Dixit Dauid Sauli persequenti
se: quam ob causam Dominus meus persequitur seruum suum?
quid feci? aut quod est malum in manu mea? idest, siquid mali ad
uersus te feci, dic mihi, & ego illud corrigam. Sin minus, si Do-
minus excitat te aduersum me, odoretur sacrificium, idest, vter-
que nostrum sacrificemus, vt Deus cor tuum mitiget, odiumq;
quo me persequeris ab eo euellat. Sic ergò vos facite ò fratres:
eleemosynarum offerte sacrificia, missasque iubete celebrari, vt
Dominus corda vestra mitiget. Si enim vmbratica illa sacrificia
virtute hac pollebant, vt ex inimicis redderet amicos, & contra
ria corda componeret: quantò maiorem virtutem diuinum hoc
mysterium habebit, in quo ipse Deus est hostia pro salute pecca-
37 torum oblata? Necessaria est etiam oratio, huius enim amoris
difficultatem intelligentes humiliter vos in diuino conspectu
oportet prosterni, & dicere: O Deus infiniti amoris, atque potē-
tiæ siquidē Domine inimicos meos à me diligi præcipis, ad hoc
faciendum virtutem mihi præsta. Credite mihi, si quandò vobis
aliqua infertur iniuria, coram sanctissimo altaris sacramento aut
in cubiculi vestri angulo prosterneremini, atque à potentissimo
rerum omnium Domino suppliciter peteretis, vt vobis in hoc
negotio subueniret, alios vtique in corde vestro effectus sentire-
tis. O quanto cum feruore inde prodiretis, non solum ad diuinū
hoc præceptum obseruandum, sed ad moriendum etiam cœle-
stis Spiritus auxilium inueniretis. Etiam de oratione loquens
priùs de amore meminit, vt significaret neminem dignè orare

posse, nisi odium, quo proximum suum prosequitur, prius à corde suo euellat. Qui enim dicturus est: dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, necesse est proximis suis ex intrinseco corde dimittat. Quod si iam pepercistis, confidenter dicere potestis: dimitte nobis debita nostra, tuamque nobis diuinam gratiam concede, qua in futuro infinita Maiestate tua fruituri ad cœlestem beatitudinem conscendere mereamur: Amen.

Luc. 11.

Dñica. I. in Quadragesima.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu: vt tentaretur à diabolo. Matthæi. 4.

HUIUS Sancti Euangelij lectio, quæ vobis recitata est fratres charissimi est initium capitis quarti, quod exorditur ab hac dictione: tunc. Quæ factum Domini, ac Redemptoris nostri Iesu Christi refert baptisma. Priùs sanctissimus Magister baptizari voluit, quàm Sacrosanctum illud ieiunium in solitudine aggrederetur. Itaque à lauacro cœlesti illud opus exorsus est. Siquidem igitur ieiunium nostrum ad ipsius ieiunij reuerentiam, atque imitationem fit, rationi consentaneum est, vt etiam à lauacro confessionis incipiat. Feria quarta cinerum vos admonui, vt conscientiæ purificatione ieiunium sanctificaretis, quod & hodiè iterum vos exhortor. (Vt enim ait Seneca,) Nonquam nimis dicitur quod non satis dicitur. Vos arbitramini postquam cócionator aliquid semel admonuit, ante multos dies non audendum esse illi in auditorum memoriam idem reuocare. Non autem sic erit: sed ero quasi gutta sæpius casu suo lapidem feriens; nec persistam, quousque in cordium vestrorum marmoribus impressionem faciam. Gregorius Nazianzenus dicit, bonum non esse bonum, nisi bene fiat. Conscientiæ autem lauacrum, ac puritas est vnum ex præcipuis medijs, quæ ad quicquam benefaciendum requiruntur. Quemadmodum optimus cibus in perpulito, ac mundo posicus

Seneca.

Gregorius Nazianzenus libr. 1. sua Theologia.

Simile.

positus catino iucundissimus est: in obscœno autem, atque immundo oblatus disco magnum affert horrorem, & propter catini immunditiam repudiatur cibus, præcipiebat Deus vt in anno iobilei, qui erat annus septimus seruitutis, omnes captiui Hebræi liberi dimitterentur, omnia debita relaxarentur, atque omnia prædia Dominis suis redderentur. Et seruus dimittendus cũ quali veste intrauit, cum tali exiret. Quòd si diceret seruus: diligo Dominum meum, & vxorem, ac liberos, non egrediar liber ad ciuitatis ostium proferretur, & ante illius iudices locaretur, eiusque aure subula perforata seruus in sæculum remaneret. Intelligamus isthæc fratres mei: Deumque qui non tam de seruis Israël, aut de prædijs, ac corporalibus vestibus, quàm de animabus, quas ad imaginem, & similitudinem suam condidit, & pro quibus pretiosum eius corpus fuit in cruce laceratum, rationem habet. Et hæc omnia erant delineamenta quædam eorum, quæ volebat, vt animæ peccati seruitute deuinctæ facerent. Quorum redemptionis iubileum est pœnitentia, per quam anima à diaboli laqueis, ac seruitute liberatur, per quam ei culparum debita remittuntur; per quam ei vestes bonorum operum, ac meritorum, quæ amisit, quandò in illam miseram seruitutem deuenit, restituuntur. Infœlix autem peccator, qui ne sensualem voluptatem, ne vè conuentionem, quam cum concupiscentia sua inijt, rescindat: ab hac seruitute exire noluerit: audiat, & audite vniuersi filij hominum graui corde, qui diligitis vanitatem, & quæritis mendacium: audite Dei vestri sententiam. Deferantur (inquit) ad ostium ciuitatis, & perpetuæ captiuitatis signo obsignentur. Ostium ciuitatis est per quem ab illa exitur, & si ostium huius sæculi est mors, in qua his miseris in diuini iudicis conspectu collocatis sententiam proferet, vt perpetua in inferno seruitute teneantur. O metuendum verbum! ecquis audiens te non trepidat, atque eius cor in lachrymas conuertitur? Per viscera igitur Iesu Christi crucifixi vos deprecor fratres, vt omnes hanc pœnitentiæ indulgentiam dignissi nè celebremus, nuncque quãdoquidem opportunum tempus habemus, ex ea fructum percipiamus: si enim semel ad ciuitatis ostium captiui deducimur, hoc est si in peccato mortali morimur, captiui, & irremediabiles in perpetuum remanebimus. Vbi primum pijssimus Dominus baptizatus fuit,

Exod. 21.

Psal. 4.

uatim solitudinem petit. O quàm cœlestis doctrina, nostræ que imbecillitati conducibilis. Fratres mei postquàm in lauacro pœnitentiæ vos ablueritis, nè ad occasiones ciuitatum, in quibus anteà eratis, reuertamini. Ad fulciendam domum, quæ ruinā minitatur, opus est plurimis lignis, ac postibus: cui si vel vnam columnam abstraxeritis, in terram corruet. Volo dicere nos adeò debiles esse, vt mille custodijs, ac postibus vix possimus in gratia subsistere: & minima quaq; occasione oblata, statim corruamus. O quot mali fuerunt, non quia mali esse voluerunt, sed quia talibus sese occasionibus obtulerunt, vt vix aliter facere potuerint. In manu mea est certamen aggredi, non autem est meum victoriam reportare. In potestate mea eit in mare ingredi, non autem ab eius periculis euadere. Sic in manu mea est me in occasionibus constituere: post quàm autem in ijs positus sum non est in manu mea culpam effugere, siquidem solummodò me illi offerri est iā culpa sicut affirmat Ecclesiasticus dicens: qui amat periculum, in illo peribit. In solitudinem se contulit cœlestis Magister, vt tentationem expectaret, quò diabolum solum inuenit, plurimos enim in sæculo habebat adiutores, atq; etiam adeò pusillanimis est, vt nunquam solus audeat incedere: sed semper nos mundo, ac carne comitatus aggreditur. Credite mihi, si solus diabolus accederet, non tantam in nobis stragem ederet: sed his scelestissimis comitibus semper sociatus accedit. Sicut illi Chaldæi, qui dicuntur fecisse tres turmas, & pueros gladio percussisse. Non veri que damnum hoc Sancto Iob inferre ausi essent, nisi tres cohortes in simul conuenirent: sic dæmon non audet per se damnum inferre, quod mundo, & carne comitatus infert. Si autem nos à mundo recesserimus, carnemque verberibus, ac ieiunijs compresserimus, soli cum diabolo solo colluctabimur, & sic illum facilè superabimus.

Simile. — *Similia.* — *Eccles.* 3. — *Iob.* 1.

Ductus est Iesus à spiritu. In hoc docemur, ne à quouis nisi à Spiritu Sancto nos duci, neque gubernari patiamur. Prudens nauta, qui nauim suam saluam, & incolumem in portum perducere conatur, non ad quemcunque ventorum flatum vela tendit, sed eum tātummodo illis curat colligere, qui nauē impellat quò ipse desiderat. Vnus quisque Christianorum est nauta, qui animæ suæ nauim in portum salutis conatur appellere. Mali dicunt in inferno de rebus, quas in hoc sæculo possederūt. Trāsierūt omnia

Simile. — *Sapient.* 5.

sia tanquã nauis, quæ pertransijt fluctuantem aquam: cuius cùm
9 præterierit, non est vestigium inuenire. Idemque de animabus
suis dicere possent, quæ quidem cùm præterierunt, nullum virtu Iob. 9.
tis vestigium reliquerunt. Sãctus autem Iob de se dixit: dies mei
pertrãsierũt quasi naues poma portãtes quæ quidẽ magnum ex
se propter odoriferum fructum, quem deferunt, odorem, ac sua-
uitatem emittunt. Tales sunt iustorum dies, qui quacunq; præ-
tereunt, magnum relinquunt sanctitatis odorem. Ad has ergò na
ues gubernandas dedit Deus gubernaculum rationis, & vela vo
luntatis. Etenim voluntas cæteras omnes potentias ad bene ope
randum commouet. His velis plures ventorum flatus aduersari
possunt: vnus autem illi prosper esse, eamq; in securum portum
potest perducere. Contrarij venti sunt instigationes, inspiratio- 1. Ioan. 4.
10 nesque Sathanæ. Idcircò dicebat D. Ioãnes, charissimi nolite cre-
dere omni spiritui, sed probate spiritus an ex Deo sint. Nec eos
voluntatis velis colligatis: ducent enim vos, quo nolitis. Solam
Spiritus sancti inspirationem à vobis colligi, atque huic volunta
tis vela oportet extendi. Priusquàm homo voluntatem suam tẽ-
dat, atq; ad aliquid amplectendum propendat, consideret vtrùm
illud rationi, diuinæque legi consonet, & tunc illud voluntate Psal. 142.
percipiat. Hic est prosper ventus, quo nauis in fœlicem portum
ducetur: dicit Propheta: spiritus tuus bonus deducet me in terrá
rectam. Cœlestis beatitudo est hæc terra omni rectitudine reple
ta. In nostra etenim terra (quæ nostra est miseria) parum rectitu
dinis inuenitur.

Vt tentaretur à diabolo. Tentatio secundum Isidorum est semina Isidor.
rium quoddam culpæ, ita vt nisi tentatio à diuina gratia, & libe
ro arbitrio impediatur, ex natura sua delectationem gignat, de-
lectatio autem consensum, consensus verò opus, opus consuetu
dinem, consuetudo duritiem, & obstinationem producat: & sic
misera quædam inferni scala conficitur. Et cum Dominus se tẽ
tari pateretur suam nobis ineffabilem misericordiam demonstra
uit: permisit enim se quantum fuit ex parte diaboli ad culpam
instigari, videlicet vt aliam occasionem vtẽdi misericordia cum
tentatis, atque prolapsis haberet, propter tentationem, quam in
se ipso expertus. Quod misericordiæ genus Apostolus conside- Hebr. 2.
rans ait: In eo, quod passus est ipse: & tentatus potens est his, qui
tentantur, auxiliari. Nam calamitatum experientia compasio-

nis, ac misericordiæ mater existit. Qui verò ærumnas non per-
Ioan. 14. tulerunt, vix miserorum compati sciunt. Verùm, vt dixit Dñs, venit enim princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquam. Quemadmodum semẽ super purissimi auri laminam satum propter eius indispositionem radices agere non potest: ita nec seminarium tentationis in Christo. Et hæc fuit ratio, quare bis vna &
Simile. eadem tentatione diabolus Dñm non fuit aggressus, sed semel vnã, & iterũ alterã illi attulit tentationẽ. Ex quo fratres mei scitote euidẽs esse signũ diabolũ aliquid à vobis cõsecutũ fuisse quãdo vos ab eo vna & eadẽ tentatione sæpenumero tentari perspicitis. Sicuti cũ fodientes venas aureas iterũ atq; iterũ ad eas redire videmus, semper illos aliquid reperire conijcimus. In Christo autem Saluatore nostro non habet quicquam. O quãtopere nos oportet corpore, & anima pœnitentijs, sanctis exercitationibus, ac diuinisq; colloquijs spirituales effici ne in nobis ad spiritualiare
Galat. 5. ductis tẽtatio, quod est culpæ seminariũ, radices immittat. Ideo B. Paulus ait: dico autem in Christo spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Et sic tentatio in vobis aptitudinẽ non reperiet, nec radices aget. Misericordia etiã Domini fuit permittere se tentari, vt nos erudiret, quomodò tentationes vincere debeamus. Considerate quomodò supernus hic dux ex tentatione
Psalm. 34. victoriã reportauit, & sic vos etiam victores euadere curate. Propheta affectuosè Deũ precabatur dicens: Apprehende arma, & scutũ, & exurge in adiutoriũ mihi. Super quod B. Hieronymus
Hieron. Magnum (inquit) spectaculũ est Deũ pro te armatũ videre. Attẽdite autẽ quomodò non vna quidem, sed plurimis se armaturis, ieiunio videlicet, silẽtio, solicitudine, atq; oratione, muniuit: in ipsa media hyeme pluuijs, frigorique expositus sine domo, sine lecto in nuda humo recumbens noctes dieśq; peccata nostra lamentando consumens. O quanta confusio filijs huius sæculi, qui tã effœminate voluptatibus indulgent.

Considera miser quid bonus Iesus victus amore tui patiatur: tu verò cùm tot tormenta pro terrestribus, caducisque rebus patiare, ne minimum quidem laborem huius pijssimi Domini causa tolerare nosti. Erubesce igitur, ò frater, & amodò te diuinis armis munire incipito, quibus contra aduersarium tuum valeas debellare. Et nota quòd quemadmodum, qui fidens toraci, quo pectore munitus incedit certamen aggreditur magno periculo exponitur

15 ponitur: nam simul opus est brachiorum armaturis, manicis, &
casside: sic etiam, & in maiori periculo versatur, qui corporaliũ
tantum ciborum abstinentia, absq; reliquis virtutibus contentus
est. O stulte nunquid honestatem oculis, silentium linguæ, largi-
tatem manibus, claustrum pedibus, omnibusque sensibus arma
dubitas esse necessaria? Anne quãtum malum per has ianuas ani-
mæ ingrediatur ignoras? ecquis quantum malũ soli oculi afferãt,
satis dignè poterit explicare? Ideò Ecclesiasticus, nequius (in- Eccle. 31.
quit) oculo quid creatum est? Mirantur homines, quòd Basiliscus
vno oculorum intuitu hominem occidat: multò autem magis mi
randum est, quòd homo oculis suis non corpus quidem, sed ani-
mam aspiciendo interimat, nec verò temporali, sed æterno inte- Prou. 25.
ritu, illam occidat. De lingua verò quid dicam? de qua dicitur si-
16 cut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir, qui non
potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quaproter fra-
ter plurimis vndique armis te muni, sicuti tuus cœlestis Magi-
ster propter tuum exemplum munitus est. Verùm proh dolor
quantum est circa hoc deplorandum: & quãtus horum armorum
in Christianis defectus existit. Dicitur quòd faber ferrarius non 1. Reg. 13.
inueniebatur in omni terra Israel, cauerant enim Philisthijm ne
fortè facerent Hebræi gladium, aut lanceam. Cumque venisset
dies prælij non est inuentus ensis, & lancea in manu totius popu
li. Hoc est vnum ex præcipuis, quæ diaboli expetunt, scilicet,
ne sint in populo Dei arma, nec faber ferrarius, qui ea perficiat.
Arma militiæ nostræ sunt, sicut anteà diximus, ieiunia, preces,
vigiliæ, disciplinæ, silentium, &c. Hæc curat diabolus ne inter
Christianos, nec qui ea perficiant, commorentur: nec sint, qui
17 ea suo bono exemplo alios erudiant. O Deus infinitæ maiestatis
aperi nunc oculos nostros, vt in quanto periculo inermes inter
hos teterrimos generis humani hostes versemur, apertè cognosca
mus. O quis elocutione polleret, qua hæc tam necessaria vobis
satis dignè posset ampliare, atque in animum inducere, vt amo-
dò nouo quodam spiritus feruore ad hoc spirituale certamen his
diuinis armis muniri inciperetis. Etiam Dominus se à diabolo
tentari permisit, vt armorum eius aciem obtunderet. Hoc Psalm. 9.
est quod dicit Propheta. Inimici defecerunt frameæ in fi-
nem, & ciuitates eorum destruxisti. Sic constitue versum
illum: frameæ inimici defecerunt in finem. Id est in Chri-

ctum. Arma diaboli inimici nostri in te Deus meus, finis, ac vi-
ctoria mea confracta sunt, ciuitatesq; & arces, ex quibus dæmon
in fideles tuos tela sua immittere consueuerat, iam solo adæqua-
sti. Vrbes, & arces, in quibus dæmon arma sua exercēt, sunt do-
mus ludorum, atq; turpitudinum, & ciuitates, in quibus vitia pu-
blicè grassari permittuntur, in quibus Deus in hoc sæculo pluri-
ma nimiumque terribilia supplicia exercuit. In hoc igitur nobis
auxiliatus est. Etenim non solum nos docuit arma, quibus decer-
tare debeamus, sed vires etiam, & acumen tentationibus Satha-
næ sustulit, ne tantum nobis damnum posset inferre. Deque ci-
uitatibus eius maxima sumpsit supplicia, ne & nos in similia sce-
lera laberemur. Hoc significat: inimici defecerunt frameæ in fi-
nem. Sicut enses exactissimi æris clypeum ferientes acumen de-
perdunt, nec sicut anteà abscindere possunt. Nihilominus tamen
nimis assiduam oportet esse orationem nostram, non enim arma
Augu. nostra sufficiunt. Atque etiam secundum Beatum Augustinum
præter gratiam iustificantem nouo indigemus auxilio Dei ad
vincendum. Dicit enim: sicut oculus perfectissimè sanus nisi ca-
dore lucis adiutus videre non potest: ita anima perfectissimè iu-
stificata, vincere tentationes non potest, nisi Dei protectione mu-
nita: quia Apostoli erant in gratia, & modo sacrosanctum Domi-
ni corpus assumpserant & tamen dixit eis: orate, scilicet pro au-
xilio nouo. Et ait Dauid: Dominus in circuitu populi sui. Et ali-
Psal. 4. bi: Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omni-
bus vijs tuis, & ibi loquitur de homine iusto, qui habitat in adiu-
torio altissimi. Ex hoc cognoscetis quantopere vos ad hoc singu- 10
lare refugium passim confugere oporteat. Et sic vbi nos legimus.
Psal. 118. Adiutor, & susceptor meus es tu: alij verterunt latibulum meum
Simile. & scutum meum es tu: quo verbo docemur, quemadmodum le-
pus aliaque imbecilla animantia à venatoribus oppressa, atque in-
secta in speluncas, & latibula sua confugiunt, ita etiam in tribu-
Cant. 2. lationibus nostris nos ad Deum confugere oportere. Ideò spon-
sus sponsam accersit dicens: veni columba in foraminibus petræ
idest in vulneribus meis. Magnopere etiam animaduertendum
est, cum Sanctus Euangelista de præparatione ad hoc prælium à
Spiritu Sancto in anima iusti facta loqueretur, nihil de diaboli
præparatione dicere: nam hic ad malum paratissimus in arena
semper insultat, atque omnes impudenter aggreditur. Quærenti

31 Iob de diabolo ob damna, quę illi intulerat respondit Dominus: *Iob. 40.*
Ne mireris, illum te lædere ausum fuisse: nam ecce absorbebit flu
uium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quòd influat Iordanis
in os eius. Ijs verbis eius superbiam Dominus significauit, quæ
tanta est, vt arbitretur nullam esse posse virtutem, quam ipse non
prosterneret. Hoc manifestè patet, siquidem Christum Redem-
ptorem nostrum oppugnare ausus est: in cuius puritate nullam
vnquam rimam perspexit, ex qua illius superandi spes ei posset
exoriri. Hęc fiducia superādi omnes ex eo illi proficiscitur, quòd
se ex sublimi illo statu cecidisse considerat. Etenim secum ipse re
cogitans, dicit: Si cùm ego in tam sublimi perfectionis gradu per-
sisterem, tantam ruinam feci, ecquis non corruet? O efficacē con-
iecturam! Hoc manifestè demonstrauit Christus Redemptor no
32 ster. Exultantibus aliquibus discipulorum, atque dicentibus:
Etiam dæmonia subijciantur nobis, vt eorum elationem compri *Luc. 10.*
meret, respondit Dominus: Videbam Sathanam sicut fulgur de
cælo cadentem. Quasi diceret: Nunc contemplabar Sathanam in
profundum auerni ex cælorum sede corruentem: id est, ne inani
gloria efferamini: nam ex sublimiori statu prolapsus est Satha-
nas: siquidem autem tam perfectam creaturam elatio præcipita-
uit, quis se securum esse iudicabit, præcipuè cùm nos hac misera,
& imbecilla carne circunseptos esse videamus? qua cùm se S. Iob
circundatum experiretur, dicebat: Quæ est enim fortitudo mea, *Iob. 6.*
vt subsistam? Nec fortitudo lapidū, fortitudo mea: nec caro mea,
ænea est. Ecce, non est auxilium mihi in me. O quantoperè hîc
sanctus vir humanam fragilitatem exaggerat. Nam ex eo, quòd
33 spiritus noster tam debili carni coniunctus sit, magna illi pars fra
gilitatis eius adhæret. Quemadmodum si præstātis animi ducem *Simile.*
cum aliquibus militibus in arce commorantem, magna hostium
manus oppugnaret, quo se propugnare volente illi ignauia, & ti
more perculsi se se hostium potestati tradere conarentur, hic dux
profectò viriliter se gereret, partesque suas constantissimè tuere-
tur. Attamen cùm tantam (inquit) aduersum me hostium multi-
tudinem perspiciam, quo modo ab ijs omnibus victoriam repor-
tabo, præsertim cùm socij atque domestici mei se se illis dedere
velint? Quid igitur mihi faciendum est, nisi vtique cedam? Sic ani-
ma Sathanæ tentationibus oppugnata domesticos suos, hoc est,
sensus hosti teterrimo parere perspiciens, ipsa etiam illius volun-

tati subijcitur. Et hoc est fragilitatis peccatum. Hanc rationē adduxit Iob ad se excusandum, dicens: Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me. Recordare Domine me non sicut Angelos quidem factum fuisse, qui à quo perturbentur, atque grauentur, non habent. Hinc intelligetis vnam ex rationibus, ob quas vult Deus vt carnem nostram affligamus, atq; puniamus. Videlicet, quia siquidem hæc peccata à carne procedunt, rationi consentaneum est, vt illa potiorem perferat pœnitentiæ partem: & sic ab anima hoc vnum Dominus expetit, videlicèt, vt verè illam peccatorum pœniteat, perfectamq́; habeat illorum cōtritionem. Cuius rei admirabilis extat figura. Loquens Deus de carne sacrificij præcipiebat, dicēs: Vas autem fictile, in quo cocta est, confringetur: quòd si vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. O rem mirabilem, vas fictile confringi, æneum autem cōfricari, atque ablui Dominus præcipit. Ecquid Domine testa fictilis plus habet culpæ, quàm ænea, quia illam iubes infringi? Hoc vtique modo volebat nobis Dominus significare rationem, qua eum in diuino pœnitentiæ sacrificio placare debeamus: in quo vas æneum, (per quod spiritalis anima significatur) præcipit contritione fricari, & cordis saltem lachrymis ob commissam culpā ablui. Vas autem fictile, quæ est caro, ieiunijs, disciplinis, alijsque corporalibus afflictionibus præcipit lacerari. Et ita dicit Diuus Paulus: Licèt is, qui foris est noster homo corrumpitur: tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. Cùm igitur diabolus hāc hominum imbecillitatem norit, iam potestis considerare, quàm audacter ad nos tentādos accedet, quod apertè manifestatur in eo, quòd Christum Redemptorem nostrum tentare non dubitauit.

Iob. 10.

Leuit. 6.

2. Cor. 4.

At quæret quispiam, cum septem sint peccata mortalia, quare tribus solùm diabolus Dominum tentauit, videlicet, gula, superbia, & cupiditate? Dico illū hoc fecisse quasi militē, qui quibusdam armis pugnare consuescit, quibus cùm assiduam victoriam consequatur, eis semper in prælijs vtitur. Hæc tria peccata sunt arma, quibus diabolus plurimas animas oppugnauit, quibusque complures victorias reportauit. Quocirca fratres charissimi, diligentissimè curare debetis præcipuè aduersus hęc tria vitia vos munire. His enim totus terrarum orbis euersus est. Quòd si quis quærat: quare Sathanas gula priùs, quàm alijs duobus peccatis Dominum tentarit? Respondeo, ducem qui vrbem aliquam obsidione

Simile.

premit,

27 premit, hoc primum curare, videlicet, vt præcipuum eius oſtium occupet, quo obtento cætera omnia facilè ſuperantur. Præcipuũ hominis oſtium eſt os: cuius ſi dæmon fuerit dominatus perdita temperantia, cætera omnia facilè corruent. Epulo, & ebrius quid non admittent? Vnde Beatus Gregorius: Niſi (inquit) gula refrænetur, fruſtra contra alia vitia laborabitur. *Simile.* *Gregor.*

Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic, vt lapides iſti panes fiant. Aliquibus (credo) adulatorijs, ac fallacibus verbis eum alloqui inciperet. Sancti autem Euangeliſtæ cùm grauiſsimi, & nimis ſuccincti fuerint ſcriptores, ea tantùm, quæ ad rem faciunt, retulerunt. Quia autem Dei facere eſt præcipiẽdo, idcircò ad hoc operandi genus dæmon attendit, ex quo vtrùm Deus ille eſſet, facilè dignoſceret, dicens: *Dic vt lapides, &c.* Attendite quomodo
28 eius dicendi modum ſurripiat. Etenim Dei phraſis eſt dicere. Dixit Deus: Fiat lux, & facta eſt lux, &c. Et ſic dicere ei: dic, eſt dicere: Loquere vt Deus, nam Dei eſt dicendo, facere: ipſe dixit, & facta ſunt. Arbitratus eſt vtique Sathanas à ſe Dominum hoc modo eſſe comprehendendum, & ſtatim dicturum eſſe: dico; aut nõ poſſum hoc facere. Hoc enim intra ſe cogitauit: hic homo non eſt ruſticus, ſed omni vrbanitatis genere politiſsimus, ergo congruè mihi reſpondebit: eſt ſanctus, ergo verum dicet. Sapientiſsimus autem Dominus ita reſponſionem ſuam temperauit, vt verum congruè dicens ignarũ ſicut antea illũ reliquerit. Anteaquã vlterius progrediamur, oportet, vt hæc minutim verba pẽſemus. Primum autem notandum vobis eſt nomen, quo diabolus hic à Sancto Euangeliſta fuit nuncupatus. Accedens (inquit) tentator. *Gene. 1.* *Pſal. 148*
29 Sicuti vulgo quenquam aurificem, ſutorem, aut ſartorem, quia illis officijs intendunt, appellare ſolemus. Sic etiam dæmon dicitur tentator, & meritò quidem, atque etiam maiori ratione: nam hi plurimis diebus feſtis præſertim ab officijs ſuis ceſſant, nec cum edunt, aut dormiunt illa exercent: diabolus autem in feſtis diebus huic officio diligentius incumbit: quia otioſiores tunc homines reperit, nec edit, nec dormit, nec defeciſcitur tentans nos. Et ſic ex Diuo Marco colligitur omnibus quadraginta diebus Dominum tentaſſe. Dicit enim Sanctus Euangeliſta: Et erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à Sathana: quæ ſententia non diſplicet Remigio, nec Diuo Thomæ, & ibi Caietano; cui etiam fauet quod dicit Diuus Lucas: Et conſumma- *Marc. 1.* *D. Thom. 3. p. q. 41. art. 3.* *Et ibidem Caietan.*

Luc.4. consummata omni tentatione diabolus recessit ab eo, vsque ad tempus. Nec verò erat omnis tentatio, illa trina tentatio. Huic

Hebr.4. etiam auxiliatur, quod dicit Beatus Paulus: Tẽtatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. O infinitam Dei probitatem, qui pro nostra doctrina atque admonitione se tentari permisit. Nam si dæmon tot tentationibus, ac vitijs tentare filium Dei ausus est, quid tibi non faciet ô peccator? Etiam vos notare oportet, quomodo Sanctus Euangelista dicit, diabolum ad tempus recessisse. Et si quidem à tam præpotenti iusto non in æternũ recessit, præcipuè cùm ab eo tam acriter tractatus, atque percussus recesserit, non mirari debes, si, licèt eum semel superaueris, ad te iterum, atque iterũ reuertatur. Quapropter cum maxima cautione, atque animaduersione nos viuere oportet. Venerabilis Beda dicit, postquam Sathanas à Domino deuictus discessit, illum iterum per se tentare nõ ausum fuisse: at ei per suos ministros bellum intulisse.

Beda.

Tertiò notandum est, dæmonem lapides Domino obtulisse, vt eos in panes conuerteret, cum eum intelligeret esurire. Vt cognoscatis diabolum ex leuissima quaque re ad nos tentandos occasionem sumere. Si te saturatum cernit, luxuria tentat; si famelicum, gula; si laboribus oppressum, impatientia; si virtute præditum, inani gloria; si denique te diuitem esse perspicit, superbia oppugnat. Itaque nullam occasionem prætermittit, qua non vtatur aduersum nos. O quot imitatores habet in hac tentatione Sathanas: quotidie Pater misericordiarum animarum nostrarum salutem esurit: nos autem quasi dæmones lapides, hoc est, duros, atque obstinatos animos ei offerimus. Verùm vtinam eos saltem ita duros offerremus, vt lapides istos in panem lenitudinis, ac suauitatis conuerteret. Prosterne te frater peccator in conspectu huius optimi Dei saluationis tuæ esurientis, & cum peccatorũ tuorum contritione illi dicito: O Deus infinitæ Maiestatis, tu, qui per Ezechielem Prophetam dixisti: Auferam cor lapideum de corde eorum, & dabo eis cor carneum: per tuam infinitam clementiam te deprecor, vt me conuertas, istudque cor meum mollefacias, quod tanquam lapis existit, obduratum, tu Domine illud in panẽ conuerte, atque morsibus comede, & per gratiã in te incorpora. Omnes sic eum fratres charissimi deprecamini.

Ezech.11.

Notate etiam diabolum non dixisse, vt in delicatissimos cibos lapides

33 lapides converteret, ne tentationem esse aperte demõstraret. Nã *simile.*
quemadmodum auceps quando retia tendit, nihil aliud præter cibum apparere curat; sic diabolus cum nos tentat, quantũ potest, elaborat; ne eius tentatio, tentatio, sed ratio esse videatur. Idcircò maxima animaduersione opus est ad diabolicas tẽtationes dignoscendas. Postquam enim tentationes esse cognoscuntur, facilius deuincuntur. Respondens Iesus, dixit ei: Non in solo pane viuit homo, &c. Id est, non tenetur Deus homines solo pane sustentare, quouis enim alio cibo illos alere potest. Siquidem tantã Rempublicam, quanta erat Hebræorum quadraginta annis in deserto sine pane sustinuit: & hoc idem, quod Dominus huc adducit, di- *Deut. 8.*
ctum fuit in Deutero. ad hoc ipsum propositum. Quo verbo dæmon superatus assumpsit eum in sanctam ciuitatem statim cum
34 alia tentatione occurrit. Hoc sperandum est nobis quãdiu in hoc sæculo vixerimus, quòd semotis vnis tentationibus statim aliæ successuræ sunt. Loquens Moyses de terra Gigantum, dicit: In *Deut. 2.*
ipsa olim habitauerũt Gigantes, quos Ammonitæ vocant, Zomzomim populus magnus, & multus, & procerę longitudinis, sicut Enacim, quos deleuit Dominus à facie eorum: & fecit illis habitare pro eis. Itaque non deerunt Gigantes: etenim alij alijs succedent, sicut hi filij Enacim alijs Gigantibus successerunt: ita nũc aliæ alijs tentationibus succedunt; nec verò idcircò nos contristari oportet. Nam quemadmodum nautæ periculosiorem ducunt *simile.*
malaciam [*vulgo calma*] quàm tempestatem; quia aduersus tempestates, tumentesque mar s fluctus plurima norunt remedia adhibere: aduersus autem malaciam, quæ fit cùm maris fluctus omni-
35 no quiescunt, neque vlla aura commouentur, nullum habent remedium: sic etiam spiritalis vitæ magistri maiorem tentationem iudicant, se non tentari, quàm tentationibus oppugnari. Etenim *simile.*
quemadmodum aduersus cibum in stomachum ingredientem naturalis calor, cum illo tandiu pręliatur, quousque in suam substãtiam conuertit: quòd si plus cibi ei non inijciatur, secum ipse decertat, quoadusque consumitur, & homo extinguitur: sic nisi exteriorem habueris tentationem, tecum ipse bellum geres, quoad vsque te penitus destruas. Quapropter ne contristeris, quãdo fueris tentationibus oppugnatus, siquidem cum Dei facultate, qui salutem, vtilitatemq; tuam maximè desiderat, oppugnaris. Ideò dicitur: Spiritus Domini malus torquebat Saul. Dicitur diabolus *1. Reg. 18*

malus,

malus, quia mala est voluntate ad officiendum nobis. Vocatur & autem spiritus Domini, quia sine Dei voluntate nec tentare, nec quid aliud facere potest. Vnde apparet tentationem non solùm vtilem, sed sæpenumerò etiam esse necessariam. Ecclesi-
Eccle. 34. asticus dicit: Qui non est tentatus, quid scit? Licèt vtique alia plurima norit, seipsum tamen, viresque suas ignorat, nisi tentatione
Psalm. 25 probetur. Vnde pro eo, quod nos legimus. Proba me Domine, & tenta me, alij verterunt: Confla me. Ex quo verbo commoda tentationis apparent. Nam sicut aurum in fornace probatur, verum ne, an alchimicum sit, & à fæce simul purificatur, illustriusque ac pretiosius remanet: sic etiam virtus non solum probatur, sed vt
2. Cor. 12. dicitur: Virtus in infirmitate perficitur, animaque maioribus diuitijs locupletata manet.

Tunc assumpsit eum in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi. O quot facit diabolus ascendere, vt ex sublimiori loco maiorem faciant ruinam: quando quēquam sine virtute, ac Deo, in altißimum quemque dignitatis gradum videtis efferri, meritò timeri potest, ne illum diabolus eleuarit, vt grauiori tandem casu
Simile. prolabatur. Videbitis geminos colluctatores, & qui est expertior, comparem suũ brachijs extollit, quòd si in aerem illum eleuat, non hoc facit, vt sic eum sustineat, sed vt aptiùs in terram deijciat. Sic Sathanas non eleuat quidem malum, vt semper eum ita sustineat, sed vt aliquo tandem tempore maiori confusione, atque in grauiora mala prosternat: atque hoc etiam stratagemate cũ
Simile. bonis vti consuescit. Auceps perdicem in terra perspiciens, cùm sic eam nequeat aucupari, curat illam euolare, atq; in aerem extolli, vt sic in laqueos, quos ipse præparauit, deueniat. Ita dæmon, quos nouit humiliatos se non posse superare, in sublime curat efferre, vt sic in eius laqueos prolabantur.

Si filius (inquit) *Dei es, mitte te deorsum, nec mori pertimescas: Angeli enim te à morte seruabunt.* Vnum ex ijs, quæ diabolus magnopere intendit, est timorem à nobis auferre: sicut nunc Christo Redemptori nostro conatur adimere. Etenim Eua dixit: Nequaquã mo-
Gene. 3.
Dan. 13. riemini. Per maledictorum senum ora dixit Sanctæ Susannæ: Ianuæ clausę sunt, nemo nos videt, tutò hoc facere potes. Quid mea refert (inquit sancta fœmina) etsi domestici mei me non videãt, cum tamen à Deo perspiciar? Respondit Dominus: *Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.* Me deorsum precipitari est Deũ

tentare; & cognoscere velle, vtrùm promissis staturus sit, quod cùm quispiam fecerit, desinet esse seruus eius, de numero illorum, de quibus intelligitur testimonium, quod tu adducis, Angelis suis, &c.

Iterum assumpsit eum, &c. Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriã eorum. Non vtique labores, quos secum regnorum gubernationes afferunt, nec pericula, in quibus eorum rectores versantur, ei obtulit: quę quidẽ si rectè intelligerentur, nemo illa concupisceret. O si in hac misera tempestate diabolus regna promitteret, quot illum adorarent. Siquidem homines pro pili vtilitate tot mala cõmittunt, quid pro integro regno perpetrarent? Sathanas quando hominem tentat, parcissimus est, qui si absque voluptate, ac vtilitate hominem in peccatum posset inducere, hoc vtique faceret, vt peccatum nostrum grauius esset. De Christo autem totius mũdi Domino, cùm maximam concepisset opinionem, ei magna proponens, dixit: *Hæc omnia tibi dabo, &c.* Ex hoc apparet diabolum maximi Dominum æstimasse, quandoquidem eius peccatũ tanto pretio emebat. Huic autem tam impudicæ tẽtationi respõdit Dominus: *Vade Sathana, &c.* In aliquibus Latinis exemplaribus, & in nostra translatione vulgata, in libris bene correctis, & emendatis nõ est in cõtextu hoc aduerbiũ, retrò. Origenes perpẽdit Dñm hîc dixisse: Vade Sathana; non autẽ dixisse: vade retrò. Quando autem Diuum Petrum naturali quodam amore passionem ejus impedientem reprehendit, dixisse: Vade post me Sathana. Id est, aduersariè vade retrò, id est, discipulum agas, nõ magistrum: id est, satiùs erit tibi, me in morte, quam mihi impedis, sequi. Diabolo autem non erat, cur diceret: vade retrò. Iam enim damnatus erat, nec eius discipulus esse, aut illum sequi poterat: Diuus autẽ Petrus sic. Ex hac respõsione fratres charissimi Dei iniurias maximè sentire discamus, illiusque honorem instantissimè propugnemus, solamque diuinam Maiestatem latrio animo adoremus, infinitam eius magnitudinem, atque excellentiam mente cognoscentes: & intrinseca illum voluntate, ac puro corde diligentes: cumque hoc modo ei tanquam optimo Domino seruierimus suam in hoc seculo gratiam, & in futuro cœlestem gloriam communicabit, Amen.

Origenes

Feria

Feria.IIII.post Dñicã.I.in Quadragesima.

Accesserunt ad Iesum Scribæ, & Pharisæi, dicentes: Magister, volumus à te signum videre. Matthæi.12.

QVANDO quis nihil omnino facere vult, ex quacunque re ansam assumit. Viderant vtique Pharisæi Dominũ plurima, ac maxima facientem miracula, & tamen adhuc plura petebant, quæ licèt perspicerent, non ideò in Dominum Iesum crederent, nec à sceleribus resipiscerent. Diuus Lucas clariùs hanc istorum malignantium Pharisæorum petitionem explanat, dicens:
Luc.11. Alij tentantes signum de cælo, quærebant ab eo; significantes, ea quæ Dominus faciebat prodigia terrestria, humilia, neque tam illustria esse, quàm miraculum Eliæ, qui de cælo ignem descendere fecit: vt autem ea, quæ hîc aguntur, meliùs intelligatis, animaduertẽdum vobis est, omnia miracula, quæ Christus Redemptor noster in hoc sæculo operatus est, non solum miracula fuisse, verum & beneficia etiam hominibus facta, in corporum animarumque ipsorum salutem extitisse: quò ex his operibus, quatenus miraculosa erant, illum verũ Messiam mũdo promissum esse cognosceremus: & quatenus erãt beneficia, verum Deum illum esse crederemus, cuius munus est semper in homines conferre beneficia. Et hoc voluit significare Sanctus Propheta Isaias, referens illos beatissimos spiritus à se visos fuisse, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius,
Isai.6. id est, diuinis eius donis, atque beneficijs. Hæc est Dei gloria, in qua ipse se ab alijs dijs falsis per Isaiam Prophetam discerne testatur. Deus (inquit) iustus, & saluans non est præter me; conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Vnde cùm à populo
Isai.45. suo se cognosci voluit, per probitatem hanc, & magnificentiam erga homines cognosci voluit. Cum ab eo quæreret Moses missus in Ægyptum, à quo se mitti dicturus esset; respondit: Hæc dices filijs Israel; Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob misit me ad vos, hoc nomen mihi in æternum; & hoc memoriale meum in generatione, & generationem.
Exod.3.

4 tionem. Ecquid significat cognomen istud, de quo tantopere glo
riatur Deus? gloriosius ei esse videretur, si Deus cælorum, atq; se-
culorum esse diceretur. Non tam de his Deus gloriatur, quam de
ijs, quæ hîc dicit. In quo significat: relictis vniuersis cognomini-
bus, quæ probitatē, magnitudinemq́; meam manifestant, de hoc
vno magis glorior, quòd tantos, tamq́; illustres sanctos effecerim
Abrahā, Isaac, & Iacob, quos maximè disposui, adiuui, atq; à plu
rimis infortunijs, & calamitatib⁹ liberaui. Cùm igitur Iesus Chri
stus verus sit Deus miraculosa opera faciebat, quæ simul homini
bus essent beneficia. Nec eorum corporibus tantummodo mede
batur, sed mirabilia etiā in ipsorū animis operabatur. Quod per
Esaiam Prophetam manifestè probatur, qui mirabilia, à Domi-
no facienda prophetans dixit: Deus ipse veniet, & saluabit vos: *Esai. 35.*
5 Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt:
tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorū. Quo
rum omnium rationem assignans dicit: quia scissæ sunt in deser-
to aquæ, & torrentes in solitudine, & quæ erat arida, erit in sta-
gnum, & sitiens in fontes aquarum. Ecquid hoc similitudinis ha-
bet cum curatione morborum? nunquid aquarum riuulus oculo-
rum adimit cæcitatem? aut claudorum ægritudinem tollit? dico
hanc rerum commutationem esse, vt ad spiritalia excitemur, hoc
enim in diuinis literis nimis vsitatum est. Illic aquarum abundan
tia non materialium aquarum, sed gratiarum Spiritus sancti af-
fluentiam significat, sicut quādo dixit: Omnes sitiētes, venite ad
aquas, & alibi: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. *Esai. 12.*
Est igitur sensus: In tempore Messiæ diuinæ gratiæ in solitudine
affluent. id est, in gentibus barbaris, atque à diuino cultu alienis.
Et sic erit, quòd cæci, leprosi, claudique spiritu, à suis spiritalibus
ægritudinibus sanentur. O benedictus talis Deus, & glorificata
talis pietas. Nullum passum clementissimus Dñs immittebat,
qui ad salutem nostram non dirigeretur. Et ideò cœlestia miracu
la non faciebat, quia tam vtilia non forent. Quid vtilitatis eliceret
cæcus, ex eo quòd Christus Iesus ignem de cælo descendere iube
ret? O quanta est hæc nobis confusio, qui in eius ministerio nihil
ferè volumus operari. Omnes, quæ sua sunt, quærunt; nō quæ Ie
su Christi, dicebat Diuus Paulus, Iesus Christus totus in ministe *Philip. 2.*
rio, vtilitateque nostra occupatur: nos autem cupiditatibus no-
stris, Sathanæque seruituti intendimus. Nullum ex ijs vtilissimis

miraculis animaduerterant hi cæci prę passionibus, sceleribusq; suis, quales fuerunt maiores eorum mirabilibus, quæ Deus pro illis in Ægypto fuit operatus. Vnde illis dixit Moyses: Vos vidistis vniuersa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Ægypti, & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes.

Deut. 29.

Ex quo apparet nulla exteriora signa sufficere, nisi sit lumē interius ad fidei mysteria cognoscenda. Mirabatur D. Ioannes Euangelista Iudæorum incredulitatem magna cum exaggeratione dicens: Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum. Verùm proh dolor, quàm meritò etiam nos mirari possumus, qui postquàm fidei mysteria credēda suscepimus, quasi infideles viuimus, diuinasq; promissiones, ac minas despicimus. Hos Pharisæos abominamur: nos autē peiores illis forsitā sumus. O quàm aptè nobis verba illa quadrāt, quæ Dominus Pharisæis dixit: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra Prophetarum, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorū non essemus socij eorum in sanguine Prophetarū. Itaq; testimonio estis vobismetipsis: quia filij estis eorum, qui Prophetas occiderūt: & vos implete mensuram patrū vestrorum. Filij diaboli dicūtur eius sectatores: & siquidē nos horū Pharisæorū ingratitudinem sectamur, meritò eorum filij dici possumus. Qui nisi in meliorem frugem nos receperimus hoc væ, & comminatio nos sicut & illos comprehendet. Per Oseam Prophetam dixit Dominus: in funiculis Adam traham eos. Quod triplex beneficiorum genus fuit, videlicet, gratiæ, naturæ, ac fortunæ. Vt enim dicitur funiculus triplex difficilè rūpitur. Tu autem cùm tot à Deo beneficijs deuinctus fueris nimis dissolutus existis. O ferocissime leo, qui talia vincula potes infringere, dicit Dauid: Multi dicunt quis ostendet nobis bona? quod quidem dicit nomine malorum dicētium: quomodo poterimus bonum, quod sequi, & malum, quod fugere debemus, dignoscere. Quibus resp ōdet, dicens: Signatum est super nos lumē vultus tui Domine. Et alij vertūt ex Hebræo: Erige super nos vexillum luminis tui. Notum est milites vexilli exaltatione, seu depressione gubernari: & ex vexillo quādo egredi, & quādo regredi oporteat, cognoscere. Sic Deus nobis naturale lumē quasi vexillū prębuit, ex quo quid suscipere, quid ve fugere debeamus, agnoscimus. Ideò addidit Propheta, dicens: Dedisti lætitiam in corde meo, id est, quia hoc nos naturali lumi-

Ioan. 12.

Matt. 23.

Ose. 1.

Eccle. 4.

Psalm. 4.

mentem illustrasti, maxima lętitia afficitur cor meũ, innumerasq; tibi gratiarũ refert actiones: quia me non tanquã brutũ animal effecisti, quod hac rationis luce caret. Et insuper hãc lucẽ, in nos fidẽ infudit, qua tã ineffabilia, quæ Deus pro nobis fecit, quę omnia singularia sunt beneficia credimus. Ecquis igitur poterit explicare quantũ hunc optimũ Deum, qui tot in nos cõtulit beneficia, collaudare debeamus? & valdè notãdum est verba illa: A fructu frumẽti, vini, & olei sui multiplicati sunt, quę illic subsequũtur, à B. Augustino quęstioni illi, quis ostẽdet nobis bona? coniũgi. Quasi dicat: sunt nonnulli, qui terrestria diligẽtissimè norũt exquirere, in industriaq; sua pane, vino & oleo locupletati sũt, ad spiritalia autem bona perquirẽda quasi iumẽta se præbent, & quęrũt: quis ostendet nobis bona? Quid igitur meretur ille, qui talibus nõ vtitur beneficijs, nisi quòd sibi à Dño auferantur, & non solũ fidem amittat, verùm & ratio etiam ipsius adeò tenebrosa remaneat, vt ferè non ratio esse videatur? Maximũ quoddã mysterium dicitur de Mãna, scilicet, quod ab igne nõ poterat exterminari, statimq; ab exiguo radio solis calefactũ tabescebat. Mãna ex se parũ sapiebat, igni autem appositũ, quomodo libebat, illud Hebręi cõficiebãt, vel liquefiebat: minimo autem quoq; radio solis tabescebat, cũ ignis calor fortior sit solis calore. Quid igitur hoc esse dicemus? cui dubio ipse sapiens respõdet, dicẽs: Vt notum omnibus esset, quoniam oportet præuenire solem ad benedictionẽ tuã, & ad ortum lucis te adorare. Videlicet, vt nos gratitudinẽ doceret, atq; vt hoc esset ingrati hominis suppliciũ: quod si quispiã adeò esset ingratus, vt cũ tam pretiosus cibus, sicut mãna ei daretur, ad eũ recipiendũ priùs nollet exurgere, quàm sol oriretur, eius ingratitudo ab ipso sole puniretur, cùm ab eo cibus illius liquefieret, & sic negligẽtia sua Dei benedictionem & alimoniam sibi dormienti dimissam perderet. Qui autem diluculo surrexit, Deumque laudauit, manna colligeret, domum perduceret, igni applicaret, & sicut vellet illud condiret, eiq; proficeret, in grato autẽ tabesceret, neq; conficeretur. Atque ideò subdidit sapiens: Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet. Tãquam aqua superuacua. O quàm maximè hîc ingratorum hominũ pœna detegitur. Attendite fratres quomodo hereticis omnia beneficia Dei consumpta sunt, iam eis non est res sacra, iam non sacramenta, nõ summus Pontifex, non religiones: denique omnia illis bona ta-

Augusti.

Sapi. 16.

benefacta sunt in suppliciũ, quòd ex diuinis beneficijs fructũ per-
pere noluerant. Quid igitur & nos speramus cum eisdem com
vijs gradiemur, nisi quòd omnia nobis bona in malum conuer-
tur? respondit eis Dominus, dicens: *Generatio mala, & adultera.*
Agne mãsuetissime Iesu Christe fili Dei quare illorum maiores
dedecoras? nonne sufficeret filios corriperes? eorum vtique ma-
iores obiurgat, quia illos tam malis moribus instruxerant. Pa-
rentes, atque Magistri ad hæc attendite: videte quid vobis dicit
Ephe.6. Apostolus. Educate filios vestros in disciplina & correctione Do-
mini. Hoc primum cogitate, maximaq; diligẽtia curate, quomo-
do liberi vestri Deo seruiant. Quando vxor Manue retulit viro
suo nuncium Angeli, scilicèt, se filium, qui fuit Samson, esse con-
Iudi.13. cepturam, dicitur Manue ad Dominum orasse, dicens: Obsecro
Domine, vt vir Dei, quem misisti, veniat iterum, & doceat nos
quid debeamus facere de puero, qui nasciturus est. Videlicet, vt
eum iuxta Dei voluntatẽ educarẽt. Et vbi primum Angelus ve-
nit, eum interrogauit, dicens: Quando sermo tuus fuerit cõpletus,
quid vis, vt faciat puer? aut à quo se obseruare debebit? Non fue-
runt primæ eorum curæ quomodò eum tractaturi, atq; illi indul-
turi, siue quos honores ac diuitias ei essent acquisituri filio præser-
tim, quẽ tantopere desiderabant. Sed, quomodo gratior Deo fu-
tur9 esset. Sic vos facere oportet fratres mei. Animaduertite, quid
Eccle.30. singulis vobis dicat Spiritus sanctus: Non des filio tuo potestatem
in iuuẽtute, curua ceruicẽ eius in iuuentute, & tunde latera eius,
dum infans est, ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi do-
lor animæ. O quàm cælestis doctrina! illam Deus in cordibus ve-
Simile. stris imprimat, vt opere compleatis. Quando infantes ægrotant, &
præcipiunt medici nutrices potiones sumere, vt bonũ eis lac præ-
beant, & sic eorum morbo medeantur. Idcircò nos prædicatores
vos exhortamur, eos qui carnales estis patres, vt purificemini, at-
que à peccatis vos cohibeatis, plurimasque virtutes operemini:
istud etenim erit bonũ lac. Bonũ quippè exemplũ, quod liberis
vestris præbueritis, multũ cõducet ad hoc. Quod illi boni fiant. Id-
Tob.9. circò ille Gabell9 dixit ad Tobiã Iuuenẽ: Benedicat te Deus Is-
rael, quia fili9 es optimi viri, & iusti, & timẽtis Deũ, & eleemosy-
nas faciẽtis; significans illũ ex patre virtutẽ didicisse. O felices li-
beri, quibus optimi sunt parẽtes: etenim nõ solũ ab eis iuste pieq;
viuere addiscunt, sed sæpenumerò eorum causa plurima Deum
co-

16 eos confert beneficia: sicut affirmat Dauid, dicēs: Quis est homo, *Psal.24.*
qui timet Dñm? Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius
hæreditabit terrã. Atque malis etiam liberis Deus propter bonos
parentes benefacere consuescit: sicut fecit Ismaeli propter Abra-
hã patrem eius. Et Dñs dixit se de terra: quam dederat filijs Esau *Deut.2.*
ne vestigiũ quidem pedis filijs Israel esse daturum: quia in posses-
sionem (inquit) Esau dedi montem Seir. Itaq; etsi illi mali erant,
tamē propter Isaac auum eorũ noluit eis terram illam auferre. Et *Eccle.44*
sic dicit Ecclesiasticus, illi viri misericordiæ sunt, quorum pieta-
tes non defuerunt, cum semine eorum permanent bona.

Generatio (ait Dominus) *mala, & adultera signum quærit.* Multum
admiror Domine, quòd licèt hi sint mali, atque à prauis parenti-
bus originē ducant, cùm tamen tu perennis sis misericordię fons,
17 cuique sancta Ecclesia dicit: Deus, cui proprium est misereri sem-
per, & parcere, illos tam acri sermone reprehendas. Certum vti-
que est sanctam Ecclesiam dicere: Deus, cui proprium est mise-
reri, nō autem, cui proprium est, vltionem repetere: cuius rei cau-
sam assignans Alexander de Ales, dicit; quia ad hoc quod Deus *Alex. de*
nostri misereatur nō sunt necessaria merita nostra, ad nos autem *Ales.1.*
puniendos requiruntur ex parte nostra demerita. Tam propriũ *parte.*
autem est Deo misericordia vti, vt hæc etiam acria verba, & alia,
quæ in Sanctis Euangelijs sunt, si profundè considerauerimus mi
sericordiam à se distillare cognoscamus. Circa quod notandũ vo-
bis est maximum discrimen, quod est inter Deum, & diabolum.
Diabolus est tanquã auceps, qui dulcibus illicibus aues, quæ sunt *Simile.*
animæ, ad se allicit, & sperat, quousq; securæ sint, cum in aliqua
debili vllius vitij virga consederint: vt sic eas aucupari, atq; in in-
fernum detrudere possit. Christus autem filius Dei non vult nos
in vitijs esse securos, & ideò nos plurimis comminationibus ab
eis deterret. Itaque eius reprehensiones non venenosa quidē sunt
tela, quę occidant, sed clementissimi terrores, vt tantum periculũ
fugiamus. Hæc doctrina est D. Hieronymi, & sic Dauid non di- *Hiero. su-*
cit Deum gladio, arcu, ac sagittis percussisse: sed gladiũ (inquit) *per Abacuc.3.c.*
suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo pa
rauit vasa mortis. Aliud quippè est gladium euaginare, atque il-
lo aerem verberare, & aliquem comminari: aliud autem percute-
re, atque abscindere. Omnes labores, ac reprehensiones huius sæ-
culi sunt comminationes, quas Deus facit, quibus nos deterreat,

quas si perferre nō possumus, quis terribilem illum gladij ictum poterit tolerare, quo Deus peccatores percutiet, dicens: Ite male dicti in ignem æternum? Quādo pannus est plurimis maculis infectus, nimio artificio opus est ad eas auferendas, nisi lixiuiū sufficiat, saponem additis, illumq; iterum, atq; iterum perfricatis: & cùm saponem applicatis, pannū magis inficere videmini, veruntamen non sic est, sed quò magis cum sapone fricatis, eò candidiorem illum redditis. Sic se habuit Christus Redemptor noster cum his pharisæis qui nimis immundi erant, atque vt eos ablueret, sapone, ac lixiuio reprehensionis eos fricabat: & quāuis illos dececorās magis inficere videretur: hoc tamē faciebat, vt eos ablueret, si modò illi hoc lauacro vti voluissent. O infœlices, qui laboris ac reprehensionum sapone fricati immundiores, quàm antea remanent. De quibus dicit Naum propheta: Facies eorum sicut nigredo ollæ. Eorum nigrorem ollæ confert, quæ cum alba fuisset, igni tamen sæpiùs applicata, redditur nigra, & postea quàm sæpe in ea carnes coctæ sunt, quanuis iterum, atque iterum abluatur, nunquā tamen alba sicut antea efficitur. Sic animę ex natura sua non sunt nigræ, sed postquam in eis cibus Sathanæ conditur, atque ad ignem sæpiùs applicantur, id est, postquàm plurima peccata commiserunt, adeò nigræ efficiuntur, vt nihil eis diuinæ reprehensiones, atque artificia prosint, imo quia ex tanto bono fructum percipere noluerunt, maioribus inferni supplicijs dignę efficiuntur. Signum (inquit) non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Mors sacratissima Iesu Christi filij Dei, & sacrosancta eius crux, est certū quoddam signū condemnationis malorū: nā post tantum beneficiū, tamq; copiosam passionem, nulla peccatori remanet excusatio, si tamē in suis sceleribus perseuerat: interest inter eos, qui sunt Christi Iesu veri Saluatoris mūdi, & eos, qui sunt diaboli. Etenim qui huius diuini Redemptoris veri sunt, ac fideles milites hoc vexillum sequuntur: & ita dicit D. Paulus ad Galat. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cū vitijs, & concupiscentijs: qui autem sunt diaboli (ait ipse Apostolus) sunt inimici crucis Christi, quorum Deus venter est, quorum finis interitus, id est, omnis eorum cogitatio, & finis est, quomodo peccabunt. Quocirca fratres mei oculos aperite, nam ex vestra viuendi ratione conijcere potestis, vtrùm ex Iesu Christo, an ex diabolo sitis. Cauete ne signum Ionæ vestræ sit condemnationi.

Simile.

Naum. 2.

Gala. 5.

Philip. 3.

Signum

22 *Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ.* O admirabilem Dei libe-
ralitatem! Etenim cum peccatores illa indigniores essent, dixis-
sentq; sibi ab eo signa reddi non posse: tunc eis sacratissimæ pas-
sionis suæ signum deprompsit. Quodquidē, quantumuis grauissi
ma sint hominum peccata, negare non vult, si ex illo ipsi fructū
percipere volunt, postquam dixit: Signum nō dabitur ei. Statim
subdidit, nisi. Negatio enim Dei non est sicut hominum, quod
est, non, quoddam durum, atque inhumanum, quo homines se-
metipsos, ac viscera sua percludunt, ne misericordia in fratres
suos vtantur. Negatio autem Dei quoddā, sic, in fine habere con
suescit erga eos, qui ad illud disponuntur. Deus enim liberalissi-
mus est. Quod notauit sponsa, dicēs: Manus eius tornatiles, id est, *Cant. 5.*
rotundæ quasi globi, aureæ plenæ hyacinthis. O quam mirifica
23 similitudo. Res rotunda sicut globus nihil in se retinere potest.
Tales sunt huius diuini sponsi manus, nihil vtique retinent, om-
nia largiuntur. O benedicta talis largitas! accedite fratres, & ex
his hyacinthis colligite. Diuus Chrysostomus eleganter hanc Io- *Chrysost.*
næ historiam refert, vbi mirificam de tempestate maris contra Io *tom. 5. ho*
nam sæuientis similitudinem adhibet. Quemadmodum (inquit) *mil. 1. de*
cum mancipium aliquod dominū suum effugit, si conseruus eius *pœnit.*
illum reperit, quoad potest elaborat, vt eum in domini sui domū *Simile.*
reducat, quod si non prodest, iustitiæ denunciat: sic mare Dei ser-
uus tempestate conturbari cœpit, quoadvsq; ei traditus est Ionas,
vt eum Domino, quem fugiebat, restitueret. O quāta est hæc no
bis confusio, qui omnibus possibilibus orationibus non curamus,
vt mali conuertantur ad Deum. Per charitatem Dei vos rogo fra-
24 tres dilectissimi, vt in hoc summam diligentiam adhibeatis, ij præ
sertim, quibus animarum cura incumbit, qui exēplo, verbo, atq;
doctrina multum in hac re potestis efficere. Cùm quidā Hebræi *Iosue 7.*
ab hostibus deuicti fuissent, dicitur Iosue pronus in terram cecı-
disse corā arca Domini vsq; ad vesperam tam ipse, quàm omnes
senes Israel. Cui ita iacenti dixit Dominus: Surge, cur iaces pro-
nus in terra? quare Domine idem non dicis venerabilibus senibus
simul cum Iosue in terra iacentibus? quia sufficit hoc S. Iosue præ
lato, principi, & capiti eorum dici, vt & alij consurgant. Sic, si ij,
qui principes & capita estis hilari animo Deo obedientes à terra
surrexeritis, vestro exemplo alios plurimos subleuabitis, & terrā,
atque omnia eius bona relinquent.

Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, &c. Hoc per synecdochen intelligendum est partem pro toto assumẽdo. Nec enim noctes, nec dies integri fuerũt, quos Dominus mortuus fuit, sicut fuerũt integri dies, quos Ionas in ventre ceti fuit inclusus, sed antequã triduũ penitùs compleretur, Dominus resurrexit. Ex quo non oportet argui falsitatem inter figuram, & figuratũ: quin potiùs (vt D. Augustin⁹ ait) plurimæ diuinæ Maiestati propter hoc gratiæ agi debent. Nam si rex polliceretur se post triduum magnum aliquod beneficium vobis esse collaturum, & ante triduũ hoc faceret, nõ mendacij quidem regẽ argueretis, quia quod dixit, non adimplerit: imò eius liberalitatem commendaretis, quia in beneficio vobis faciendo dilationem passus non est. Ita hic.

Augu. *Simile.*

Viri Niniuitæ surgent in iudicio, &c. Attendite quo nomine appellat Dominus Niniuitas: etenim quia pœnitentiam egerunt, eos viros nuncupat, gentem validam, ac præstantis animi esse dicit. O quanto iure nomen viri fortis, atque magnanimi illi debetur, qui à peccatorum suorum vinculis se nouit eximere; veramq́; illorum facere pœnitentiam. Nonne vobis videretur heroici hominis factum si quis in hostium finibus ignarus aduentus eorum, & ludens ab eis occuparetur, cumq́ue catenis, & cõpedibus vinctus teneretur, isthæc omnia vincula dirumperet, multosq́; ex hostibus trucidans ab eorum manibus euaderet? Maximæ fortitudinis hoc esset factũ. Hoc vtiq́; facit verè pœnitens: cùm etenim tot compedibus, atque catenis existat alligatus, quot peccata lethalia perpetrauit, cõtritionis gladio se ab eis omnibus soluit; dæmonesq́ue, atque seipsum, & passiones suas deuincit: quod maximum quidẽ est: sicut exaggerat Sapiens, dicẽs: Melior est qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Non solum autem ad hanc victoriam consequendam opus est, hoc animo, sed etiam ad eam prosequendam alias maiores difficultates, ac discrimina superanda, quæ in conuersionis initijs euenire consuescunt. Filij Israel venerunt ad Hebron, vbi erant filij Enac. Vbi quid Dñe hæc monstra eis in ingressu terrę promissionis ostendis? vt significet, talia mõstra nobis esse repræsentãda cùm in terram sanctam, vitãq́; virtutis ingredi cæperimus. Quæ sunt quędã difficultates, atque terrores; sicut Beatus Augustinus de se ipso fatetur, quãdo se ad Deum conuertẽdum esse statuebat, diuitias, voluptates, honores, & cætera huiuscemodi se se ei offerre consueuisse dicentia:

Simile. *Prou. 16.* *Num. 12.* *August. lib. confes.*

Qui-

28 Quid? ſic nos derelinquere conaris? Quæ cùm ita ſint fideles Dei
ſerui, animum, animum percipite, nec iſtorum Gigantum mag-
nitudine terreamini, Deus enim vos ad illos vincẽdos adiuuabit.
Vna ex maximis excellentijs, quam inter alias complures Iſaias Iſai. 40.
de verè ad Deum conuerſis recenſet, hæc eſt: Qui ſperant in Do
mino mutabunt fortitudinem. Omnes vires, quibus ad malum
operandum pollebant, in bonum conuertunt. Ante cõuerſionem
fortes erant ad fratres ſuos vincendos, atq́ue iniurias vlciſcendas:
nunc autem fortes ad ſe ipſos ſuperandos. Antea liberales ad ſa-
tisfaciendum vanitatibus: nunc autem largi ad eleemoſynas ero
gandas. Accedit quiſquã, & dicit tibi: Domine, ille vir habet opti
mum accipitrem, qui Regi poteſt offerri. Tu verò ſtatim dicis:
Nonne illum vendet? qui reſpondet: Domine non eum minoris
29 vendet, quàm centum aureis. At tu, nihil refert (inquis) ſi eſt bo-
nus, vendat mihi, ne quid de pretio curet. Accedit alter, dicens:
Domine, ille vir in maxima neceſsitate conſtitutus eſt, qui & fi-
liam in maximo periculo caſtitatis amittendæ habet, niſi citò nu
bat, aut ei remedium adhibeatur: quocirca à te auxilium efflagi-
tat. Cui tu reſpondes: Gauderem vtiq́ue ſi ei ſubuenire poſſem;
verum tanta nunc eſt caritas annonæ, vt omnia pari ferè auri põ-
dere æſtimentur: & ad veſcendum, & nos induendos vix ſuffi-
ciant, quæ habemus. Immittit igitur vir primarius manũ in cru-
menam, & quo ad plurimum duas, aut tres dragmas ei tribuit: &
hoc quidem Deus nouit quomodo, & quo animo faciat. O quã-
ta eſt hæc ærumna! tam liberalis vtiq́ue eſt ad appetitui ſuo ſatiſ-
faciendum, quàm parcus ad Dei miniſterium adimplendum.
30 Qui ſperant in Domino mutabunt fortitudinem. Si animũ priùs
habebas ad mille aureos in vanitatibus conſumendos, eundem
nunc habebis ad opera charitatis adimplenda: ſi ad decem hoſtes
deuincendos viribus pollebas; ad paſsiones autem tuas puſilla-
nimis eras: nunc mutabis fortitudinem. Quàm fortis fuit Dauid,
qui potuit lacerare leones, atque vrſos qui ſaxo Gigantem pro-
ſtrauit, qui petita à Saule Philiſtæorum præputia detulit. Hæc
autem omnia in vna lance conſtituta: in altera verò lance appen-
ſa humilitas atq́ue animi ſubmiſsio, qua còram arca Domini,
quaſi alicuius municipij æditaus, podère indutus ſaltauit, vtrùm
horum maius, atq́ue præſtantius iudicatur? Poſterius vtiq;. Nam
in priori, extra ſe, in poſteriori autem ſe ipſum vicit: quæ qui-

dem est victoria de omnium illorum strenuo victore compara. Animaduertite etiam quomodo D. Paulus fortitudinem permutarit: de quo dicitur: Saulus adhuc spirans minarum, & cędis, &c.
Act. 9 Ita verò illum Deus conuertit, vt qui alios necaturus properabat, iam morti ipse pro Christo libenter offerretur, atque eius gloria pretiosa crux esset. Igitur iure optimo dicuntur viri ij, qui ad Deum verè, & ex animo conuertuntur.

Hi ergo viri, qui talem pœnitentiã agere norunt: *Surgent in iudicio cum generatione ista*. Atque etiam nobiscum: quandoquidem illi breuissimo aduenæ, atque ignoti hominis sermone conuersi sunt: nos autem ex tot concionibus vix vtilitatem aliquam percipimus. Autor quidam grauissimus refert, virum locupletissimum, & pessimum extitisse, qui pijssimam habebat vxorem. Cùmque contingeret, vt religiosus ordinis Prædicatorum iter faciens in domum illius ingrederetur, studiosa, atque deuota matrona illum exorabat, vt coram viro suo spiritalem sermonem haberet. Placet mihi (inquit seruus Dei) si vir tuus me audire voluerit. Cui ille, audiam (ait) dummodo perbreui sermone vtaris. Cui Sanctus: ero (inquit) breuis, ideò attendite animis. Scitote scriptum esse: Bonum, quod tibi velles fieri, proximo tuo facito. Et subdidit: Si hæc semper memoria tenebitis, & custodietis, eritis in via, quæ ducit ad salutem. Quo breuissimo sermone audito, vir ille intra se isthæc euoluere cœpit, & statuit se illa semper obseruaturum: quod & opere compleuit. Post paucos dies iter faciens, vidit molam aquariam humi deiectam, meminitque imperio suo illam fuisse euersam: statimque procuratori suo iussit, vt illius dominum adiret, & factumque damnum persolueret. Et ita omnibus, quibus intulerat, satisfecit; considerans intra se, se idem sibi fieri desideraturum, si aliquod ab alijs sibi damnum fuisset illatum. Contigit etiam quòd cùm domum suam perueniret, & pauperem in via reperisset, eum in domum suam excepit, & ad mensam suam iuxta se assidere fecit, vt proprijs eum manibus cibaret, considerans se idem secum fieri velle, si simili necessitate premeretur: peracta cœna fecit ei lectum sterni iuxta cubiculum, in quo ipse dormiebat: pauper autem cùm insolita ciborum genera piperi, croco, cinamomo, alijsque aromatibus condita cœnauerat, postquàm paulisper dormiuit, maxima siti fuit

oppres-

34 oppressus, & vociferari compulsus est, dicens se siti perire. Quia verò vniuersa familia longè separata dormiebat, nec eius clamores poterat audire: nemo eius voces audiebat, nisi Dominus ille: qui considerans, si eandem sitim pateretur, se idem velle sibi fieri, exurrexit, & ad cisternam aquam hausturus accessit: cùmque aquam vellet haurire, in cisternam incidit, & demersus obiuit: in cuius postea cadaueris collo repertus est aureus torquis characteribus inscriptus, in quibus dicebatur: Antequam penitus eius cadauer algêret, ipsius animam ab Angelis in cœlum fuisse delatam. O benedicta, & glorificata sit diuina Maiestas, quæ per tales vias peccatores ad se nouit conuertere. Quid vobis videtur fratres, quàm breui concione homo ille in virtute tantoperè profecit? Ex illo vnico verbo doctrinam eliciebat ad omnia, quæ in
35 Dei ministerio illum facere oportebat. Paucæ nobis conciones sufficerent, si ex illis fructum percipere vellemus. Hic autem casus, quem vobis hîc recensui, non multum vobis afferet admirationis, si verba Sancti Euangelij attentè pensaueritis: dicitur enim hîc Ionas non vnum quidem hominem, sed vniuersam maximam ciuitatem conuertisse; Et hoc paucissimis verbis, dicens: Adhuc quadraginta diebus, & Niniue subuertetur. O admirabilem diuini verbi efficaciam! Quam optimè adnotauit Diuus Paulus, dicens: Non erubesco Euangelium: virtus enim Dei est; siue vt alij vertunt, potentia Dei est, in salutem omni credenti: in hoc enim verbo Dei virtus, atque potentia inclusa moratur: quàm significauit Propheta dicens: Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime. Quænam potentia, aut quis gladius
36 est hic, nisi de quo Apostolus loquitur? quod si quæ virtus, atque potentia fuerit hæc: vultis cognoscere, in hos Niniuitas oculos cõijcite, qui cũ essent idololatræ corrupti, pessimisque moribus deprauati, vt primum verbum Dei audierunt, crediderunt in Domino, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiori vsque ad minorem. Et ipse etiam Rex surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.

Ion. 3. *Roman. 1.* *Psal. 144*

Postquàm Hebræi Maximum illud idololatriæ facinus admiserunt, vt eos Deus comminatus est, adeò timore perculsi sunt, vt nullus cultu suo ex more fuerit indutus. Et Sanctus Moses Dei nomine illis dixit: iam nunc depone ornatum tuum. *Exod. 32.*

Et

Et dicitur ibidem: Deposuerunt ergo filij Israël ornatum suum à monte Horeb. Vos autem peccatis onusti cum tot vijs inferno digni sitis, adeò exornati ad peccatorum vestrorum veniam petendam acceditis, acsi ad nuptias vos conferretis. Per reuerentiam Dei, vos rogo, vt erubescatis tam parum doloris scelerum vestrorum ostendere, & cilicio operiamini, pœnalesq; exercitationes exequamini, sicut fecerunt Ethnici illi, qui non tot concionibus ac cælestibus doctrinis, sicut vos fuerant edocti. Nec verò excusationes adducatis, dicentes vos esse delicatos: nam Niniuesses & eius magnates teneri, ac delicati erant, & se tam asperè tractauerunt. Quare vos non pudet fratres mei dicere: sum imbecillis & timeo ne in morbum incidam? Hoc vellem ego, vt timeretis ne ex ludis, alijsq; vestris inordinatis viuendi rationibus vobis [illegible] cederet: & cùm ad ludendum inuitamini, diceretis; ludum iuramentum, iuramentum dolus, dolum eius cognitio, cognitionem vulnera, ac deniq; ista hæc omnia corporalis, sicut & spiritualis [illegible] sequitur interitus. O Deus infinitæ Maiestatis per ineffabilem clementiam tuam te deprecor, vt his verbis meis efficaciam conferas, quò in horum fratrum meorum cordibus imprimantur, [illegible] que ad te per veram pœnitentiam toto corde conuertantur, & illos ad amorem, & gratiam in hoc seculo, in futuro autem ad cælestem beatitudinem recipias, Amen.

¶ Feria. VI. post Dñicam. I. in Quadrages.

Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, &c. Ioan. 5.

IN hac Sancti Euangelij lectione, quam modò audistis, fratres charissimi, refertur Dominus Paralytico triginta octo annos infirmitatis suæ habenti salutem contulisse. Postquàm autem illum, & corpore, & spiritu sanauit, dixit ei: Ecce, sanus factus es, iam noli peccare: in quibus verbis ei perseuerantiam maximè commendauit. Etenim hic est vnus ex præcipuis iustificationis effectibus. Et sic eum inter alios annumerat Diuus Paulus, dicens. *Roma 5.* Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum, per Dominum

2 num noſtrum Ieſum Chriſtum, per quē habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriſicamur in ſpe gloriæ filiorum Dei ſcientes, quòd tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem; probatio verò ſpem. Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Quatuor hîc Sanctus Apoſtolus iuſtificationis aſsignat effectus. Primus eſt, pax quædam interior, & reconciliatio cum Deo. Secundus, in bono perſeuerantia. Tertius, ſpes gloriæ filiorum Dei. Quartus deniq́ue & vltimus, inteſtina quædam in laboribus exultatio. Dicit autem: Iuſtificati ex fide, quia, etſi alia plurima ad iuſtificationem requiruntur. Fides eſt omnium illorum ianua, atque principium: per illam enim ad ſpem peruenimus; per illam peccatorum noſtrorū
3 pœnitentiam gerimus, per illam deniq́ue Dei charitate inflammamur, & ipſius timore à ſceleribus coercemur. Et valdè notandum eſt, cùm ſecundum iuſtificationis referret effectum, dicens: In gratiam iſtam, in qua ſtamus, quod ſtabilitatem denotat: non abſolutè dixiſſe, eam à iuſtificatis ſtatim poſsideri: ſed docuiſſe, pręter iuſtificationis donū peculiari etiam Dei auxilio opus eſſe, quod animā protegit, atq; cōſeruat, vt in accepta gratia perſeueret. Ideò vigilātiſsimè dixit: Per Chriſtū acceſſum habemus ad gratiā iſtā, in qua ſtamus. Sic etiā ſignificauit Dauid, dicens: Fiat manus tua ſuper virū dexteræ tuæ, & nō diſcedimus à te. Diuus Auguſti post Beatū Cyprianū. Hi duo ſancti, dicūt in Dominica oratione ſingulis quibuſq́ue petitionibus perſeuerantiæ donum poſtulari. Itaq́ue cùm poſcimus, dicentes: Sanctificetur no-
4 men tuum; petimus, vt ſemper illum ſanctificemus: & ſic de omnibus alijs, vt facilè eſt deducere. Tertius effectus, qui eſt, gloriamur in ſpe gloriæ filiorū Dei, id eſt; quam filij Dei, qui ſunt omnes beatorum ſpiritus, poſsident. Hoc bonum & gaudium non poſsidetur ab omnibus iuſtificatis, ſed ab ijs tantùm, qui iuſtificati, firmi, ac ſtabiles in bono perſeuerant: ſicut hîc Apoſtolus manifeſtè declarat: poſtquàm enim dixerat; in qua ſtamus: ſubdidit, & gloriamur in ſpe gloriæ. Ea eſt Dei optimi maximi liberalitas, vt in gratia perſeuerantibus, quædam beatitudinis pignora largiatur, quæ quidem eſt mirabilis quædam ſecuritas æternæ vitæ poſsidendæ: ſicuti creditor ſufficientiæ habens pignora, ſecurus eſt debiti. Vnde ipſe Apoſtolꝰ dixit: Signati eſtis ſpiritu promiſsionis

Pſal. 79.
Auguſti. lib. de bono perſeuerantiæ.
Cyprianꝰ.
Epheſ. 1.

missionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Et sic [illegible] secura (si ita dici potest) cũ his pignoribus animus remanet, [illegible] iam cælestem beatitudinem possideret. Vnde idem Apost[illegible]
Ephes. 2. dixit: Gratia enim saluati estis. Ac si iam salui fuissent, q[illegible] exaggerationem dixit. Ex ijs omnibus quartus effectus [illegible]quitur, qui est; iustum in tribulationibus delectari. Atque [illegible] subdidit, dicens: Sed & gloriamur in tribulationibus, in quo [illegible]tiæ virtute natura superatur. Propriũ enim est naturæ rebus [pro]speris oblectari, & aduersis contristari. Et huius rei causam [red]dens, dicit: Scientes quòd tribulatio patiẽtiam operatur. S[i enim] labor abesset, patientia vtique actualis deesset. Et patientia [pro]bationem. Ex patientia mea prouenit ista probatio, videlicet quòd video à me pluris Deum, quàm meipsum, honoremue meum æstimari. Cùm enim mihi dictum fuisset: Tu es homo [ini]quus, tu mentiris, &c. Hoc æquo animo tolerans, respondi: [illegible] propter Deum: neque eum, qui me contumelia affecit, ex[illegible] ni. Cùmque sic Deum æstimem quodammodo me Dei [illegible] eiusque regni probo esse hæredem: ex quo mirifica quædam [illegible] hi spes oritur, me illo esse fruiturum. Quia verò isthæc omnia [à] charitate dimanant, concludit Apostolus, dicens: Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Illud verbum, diffusa, [illegible]bilem Dei significat largitatem, qui tam pretiosum donum [tam] liberaliter elargitur, quasi rem aliquam vilem, paruique [illegible] effunderet. Et quia quemadmodum medici infirmanti parti me[di]camen applicare consuescunt, & nos omnium spiritualium mor[bo]rum radicem in corde habemus: nam ex corde exeunt forni-
Matt. 15. cationes, cogitationes malæ, &c. Idcircò Deus tãquam optimus medicus, infirmo membro medicinam applicat. Quia autem charitas peccatorum omnium medicina est, illam in cordibus infun[dit], & sic dicit: Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Ex his omnibus oportet vos intellexisse fratres mei, quàm pretiosa sit in bono perseuerantia, & idcircò illam Dominus huic homini tantoperè commendat.

Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. Et postquam in templo æternum Patrem adorauit, contulit se ad visitandos infirmos, qui porticibus in circuitu piscinæ subiacebant. In quo nos docuit, licèt semper misericordiæ opera exercere debeamus; in diebus autem festis, postquam diuina expleuerimus offi-

cia.

8 cia, multo diligentiùs hoc fieri oportere, hospitaliáq; & carceres
visi debere. O quanta cùm exaggeratione, atque commendatio-
ne nos admonet D. Paulus, dicens: Mementote vinctorum tan- *Hebr. 13.*
quam simul vincti; & laborantiũ tanquam & ipsi in corpore mo
rantes. Adhortatur te ô frater, vt consideres te esse vinctum, ęgro
tum, laboribusq; oppressum, & ea cum illis misericordia vtaris,
quam tibi exhiberi desideraress, si eisdem laboribus vexareris,

Est autem Hierosolymis probatica piscina. Diuina Dei iustitia, & ip-
sius ineffabilis misericordia secum ipsæ competere videntur. Ad
vniuersam terram puniendam, quando omnis caro corruperat
viam suam, iustitia Dei aquam in instrumentum assumpsit, qua *Gene. 6.*
illum demersit. Hîc etiam ipsius misericordia huius piscinę aquã
in instrumentum accepit, quo hominum infirmitatibus medere-
9 tur. Nũc autem diuini baptismatis nos aqua viuificat. Sicuti per
Ezechielem Prophetam multo antea promiserat, dicens: Effun- *Ezech. 36*
dam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus in
quinamentis vestris. Angelus autem Domini secundum tempus
descendebat in piscinam, & mouebatur aqua. Hoc oportet esse
prædicatoris officium: sicut Angelum ex recollectionis, lectio-
nis, contemplationisque suæ zelo ad peccatores admonendos, &
corripiendos descendere: vt eorum conscientiæ diuino Dei ti-
more reuoluantur, & sic à suis sceleribus resipiscant. Hæc enim
est vna ex rationibus, & vijs, per quas Deus ad se animas con-
uertere solet: sicut significauit Dauid, dicens: Commouisti ter- *Psal. 59.*
ram, & conturbasti eam, sana contritiones eius: quia commo-
ta est. Siquidem autem hoc est prædicatoris munus, rationi
10 consentaneum est, vt nimias curiositates, vanæque Rhetoricæ
flores prætermittat, resque substantiales adducat; quibus au-
ditorum animos commoueat. Sic consulit Spiritus sanctus per
Isaiam Prophetam, dicens: Loquimini ad cor Hierusalem. *Isai. 40.*
Stultum esset corde vulnerato emplastrum auribus applicari,
quoniam morbi (vt supra diximus) ex corde procedunt, &
in eo vniuersa animæ sunt vulnera. Insanum est igitur om-
nes rationes adduci, verborumque eloquia componi, vt auri-
bus placeatur, nec verò medicamen cordi applicari: quod est
sano membro emplastrum apponi. Non consulo, ne prædi-
cator res intellectui iucundas concionetur: Nam vt Diuus
Paulus ait: Sapientibus, & insipientibus debitor sum: sed *Rom. 8.*

hoc

hoc admoneo, ne ibi persistat, sed ad voluntatem concitandam progrediatur. Bis Moyses petram virga percussit, & secundo ictu aqua prorupit. Sic oportet aliquid, quod circa intellectum versatur, tractari; & hic prior ictus erit, statimque omnia ad voluntatem dirigi. Hoc enim posteriori ictu cordis petra percussa, aqua profluet, peccatorum dolor erumpet, propriæ vilitatis cognitio dimanabit. Dei charitas profluet, atque alij quàm plurimi fructus ex hoc ictu prouenient: singula quæque pro naturæ suæ ratione mundantur. Nunquid vas argenteum ad battuarium mundandum defertur? non vtique: hæc est enim eius natura, vt ad ignem mundandum deferatur. Pannum vt lauetur, fertis ad ignem? non, sed ad battuarium, linteum candificandũ lima collimatis? non, sic enim perderetur. Nam limari conuenit ferro, vbi igitur mundatur? in linteorum candificatione. Hæc est enim eius natura. Hominis autem quæ est natura? est animal capax rationis, & cõsilij, sic quo circa sensibilibus efficacibusque rationibus, exemplis, atque similitudinibus ad bonũ attrahitur, & à malo cohibetur. Attendite quomodo, vt Dominus Iudæis persuaderet die Sabbathi infirmos curare licere; dixit enim: Cuius vestrum asinus, aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die Sabbathi? & vt hominibus humanarum rerum solicitudinem relinquendam esse persuaderet, dixit: Considerate lilia agri quomodo crescunt, & nõ laborant, neque nent. Atque ad hoc propositum etiam dixit: Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, &c. Ecce quomodo rationibus, & exemplis ea, quæ diuinus Magister volebat, hominibus suadere conabatur. Sic igitur prædicatores facere oportet, & ita hominum animos, ac corda reuoluent. Stomachi conturbatio vomitum causat, atq; ad hoc hi Dñi Angeli conscientiam conturbare, & commouere debẽt: scilicet, vt mala confitentes ore prouomatis, atq; etiã vt male partas diuitias vomentes illas restituatis. Quidã sanctus Eremita tres diabolos semel inuenit, illisq; eorum nomina sciscitanti vnus respondit: Ego vocor cordium clausor: illa verò tunc claudo, cùm homines conciones audiunt, vt nihil eorum, quæ audiunt, in eorum animos ingrediatur, quasi de illis prædicator non loqueretur. Vnde quanquã plurimæ fiunt conciones, ne suspirium quidem proferunt. Secundus dixit: Ego nuncupor claudens ora: hoc autem facio, cùm quis peccata sua confiteri, subiectionemque nostram conatur effugere: tunc

Exod. 17.

Luc. 14.

Matt. 6

iquunc mille oblatis inconuenientibus eius os occludo, ne quid benè dictum pronunciet. Tertius dixit: Ego appellor crumenarũ clausor: etenim ita eas percludo, vt quod semel arreptum est, amplius non restituatur, nec ex bene partis diuitijs eleemosyna pauperibus erogetur: & omnes tres nobis inuicem fauemus, quantũ fieri potest. Contrarium igitur curare debet concionator peccatorum conscientias, & corda conturbans: quo peccata, diuitiasq́ue illicitè acquisitas euomant, & ex bene acquisitis pauperibus aliquid impendant.

Angelus autem Domini descendebat, &c. Valde notanda sunt verba illa, secundum tempus: Descendebat quippè Angelus quando Deus volebat: eius autem aduentus quando futurus esset, homines ignorabant. Non vult enim Deus vestræ voluntatis horo-
15 logium appetitui vestro, sed diuino ipsius beneplacito conformari. Nam si homo ab appetitu suo duceretur, vbi primum labor, aut morbus à longe appareret, statim vellet horam accedere, in qua illum Deus ab eo liberaret. Quis dubitat quin interrogatus Ioseph, cũ à cisterna fuit abstractus; vtrùm labores eius illic finiri vellet, diceret, se illud maximè exoptare? Non vult autem Deus illos finiri, sed vlteriùs produci: illa enim futura erant media, per quæ totius Ægypti gubernationi præficiendus esset. Idem est de populo Israel, cum Deus prima Pharaonem plaga percussit, vellent ipsi liberi dimitti: quod si iuxta eorum appetitum eueniret, nec Deus potentiæ suæ gloriam tantoperè manifestaret, nec illi spolia, quæ postea ex Ægypto detulerunt, asportarent. Sinamus Deum iuxta diuinum ipsius beneplacitum vitam nostram mo-
16 deri, voluntatem nostram voluntati ipsius conformantes: ipse enim curam gerit opportuniori tempore nobis subueniendi. Sinat Abraham se à Deo deduci, quousque filium suum super ligna constituat: Isaacusque Isaac à patre suo se deuinciri patiatur, quousq; culter eius gutturi promineat: hoc est enim, quod Deus vult. Si tunc ei diceretur: Vtrùm eligis, mortem, an vitam? respon deret (credo) Illud non mecum quidem, sed cum Deo agendum est: ille enim de me curam gerit, sicuti re vera gessit. Et sic accessit Angelus, & gladium apprehendit, ne caderet in ceruicem Isaac. O quàm in tempore est Deus, vt suis in maiori necessitate succurrat! Sic Iob Dæmonum percussus, vlcere coopertus, in sterquilinio constitutus voluntatem suam cum appetitu non metitur,

Gene. 37.

Gene. 41.

Gene. 22.

Iob.6. quin potiùs rogat, dicẽs: Quis det, vt veniat petitio mea, & quod expeto, tribuat mihi Deus: & qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me? Petit vtique vir sanctus, se à Deo grauioribus laboribus affligi. Si Deus homines sineret, vt ad libitum tempora disponerent: ô quàm serotinas quadragesimas haberemus: atque aliquibus etiam annis nulla esset quadragesima, ne ieiunarent, ne peccata confiterentur, neve ab eis recederent.

Et qui priùs descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat, &c. In hoc significauit Dominus ad spiritalem salutem consequendam multum conducere, quòd te in malis primum, peccatorumque omnium maximum esse cognoscas. Qualem se cognoscebat Diuus Paulus, qui cùm de peccatoribus loqueretur, dicebat: Quorum primus ego sum. *1. Tim. 1.* In hoc etiam significabatur ad spiritalem valetudinem impetrandam, oportere te primum esse, ne expectes vt sis ex posteris: ô quot hoc modo depereunt. *Simile.* In regionibus vbi sunt nemora, in quibus hostes valeant delitescere, maximum discrimen subeunt posteriores exercitus: si enim hostes, qui eis insidias fuerant demoliti, illos à retrò inuadunt, in vltimos priùs impetum faciunt, illosque occisos spoliant. Sic etiam si in hoc mundo, vbi tot sunt dæmonum insidiæ præparatæ, ex postremis te esse speras, inuadent dæmones, & te apprehendent, atque deperdent. Quocirca ô frater peccator, siquidem Deus crebrò consciẽtiæ tuæ piscinã tot motibus cõmouet, citò occurre, ne tam bonam occasionem prætermittas. Sicuti omnes admonet Sanctus Dauid, dicens: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. *Psal. 94.* Et cum vos passim tot vocibus accersat, diligenter, & confidenter accedite. *Augusti.* Nam vt ait Beatus Augustinus: Non est Deus illusor, ideoque nullo modo repellet à se eos, quos vocat ad se: id est, non repellet quærentes, qui vocat fugientes. *Cant. 5.* Sponsus ad sponsæ ostium pulsat, dicens: Aperi mihi soror mea, amica mea, &c. Quia autem sponsa paululum morata est, quando surrexit, iam illum non reperit, sicut ipsa ait: Surrexi, vt aperirem dilecto meo, at ille declinauerat, atque transierat. Et ideò ad eum reperiendum ei necesse fuit, vniuersam circuire ciuitatem, plurimaque ante quàm illum inueniret, detrimenta tolerare, sicut ipsa fatetur inferiùs, dicens: Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt

uerunt me, tulerunt pallium meum mihi custodes murorum. In
quibus omnibus ostenditur, quantum malum sit in rebus spiritua-
libus opportunam occasionem prætermitti. Et quàm difficilè est
postea, quod in initio facillimum esset inuentu. Ideò celeriter oc
currenti, non autem pigritanti in hac piscina valetudo confere-
batur. Etiam in hoc, quòd cùm multitudo magna languentium
expectantium aquæ motum in piscinæ circuitu morarentur,
vnus tamen sanabatur: quod ad literã in hoc seculo agitur, repræ-
sentatur, quod temporalia bona mari, terraque anxia solicitudi-
ne perquirunt, quàm pauci verò illa consequuntur; at cæteri om
nes laqueis remanent alligati: & multo quidem arctius deuin-
ciuntur ij, qui ea adipiscuntur. O quàm maximè hoc exaggera-
uit Spiritus sanctus, dicens: Qui nititur mendacijs, hic pascit ven *Prou. 10.*
21 tos: idem autem ipse sequitur aues volãtes. Bona huius sæculi vo-
cat hic Spiritus sanctus mẽdacia, & ventos: id est, dicit terrestria
perquirentem adeò insipientem esse, quasi, qui volantes per ae-
ra passeres insectatur. Vnde verissimum esse apparet quod dicit
Theophylactus super Diuum Lucam: Temporalia, scilicet, plus *Theophil.*
desiderata, quàm possessa nocere. Ingenuè quidem fateor terre- *super Luc.*
strium rerum possessionem periculosam esse. Ideò Diogenes
dixit: Multis præceptis, multisque virtutibus diuitibus opus *Diogenes.*
est, ne diuitijs abutantur propter occasionem peccati quam præ-
bent. Nihilominus tamen verissimum est quod Theophyla-
ctus ait: Nam ipsæ diuitiæ, bonaque terrestria possessoribus suis
indicant, quàm parum valoris habeant, & quàm parum afferant
voluptatis, possessoribusque suis tædium gignunt: ex quo pro-
22 uenit, vt ea minoris æstiment. Quando autem effrænatè cu-
piuntur, quot molestias, ac solicitudines gignunt? Et quanto-
perè, vt omnibus rationibus perquirantur, inuitant? quod non
solùm pluri nos labores affert, verùm, & complurium (quod
peius est) causa peccatorum existit. Ideò Diuus Paulus dixit:
Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum *1. Tim. 6.*
diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua. Mirabile vtique,
non tam veretur gloriosus Apostolus eos, qui iam diuites facti
sunt, quàm eos, qui esse desiderant: ex quo desiderio alia pluri-
ma nociua desideria dicit oriri. Ideò dicitur: Ne erigas oculos tuos *Prou. 23.*
ad opes, quas habere non potes: quia facient sibi pennas, quasi
aquilæ, & volabunt in cælum: id est, cupiditates tuas continentiç

fræno coerce; mediocritate quadam contentus esto: disce Deum perquirere; vide quàm facilè illum reperire potes; attende quam carò singula quæque terrena venduntur. Etenim opus est tibi triginta octo annos in eis quærendis conterere: &, tandem sine illis remanebis: Deum autem absque anxietate, sed summa cordis tranquillitate reperies. O cæce quomodo isthæc tam perspicua non intelligis? O superne Pater luminum per tuam infinitam clementiam nos illumina, ne tam ex animo hæc nimis fraudulenta

Prou. 5. perquiramus. O Christiane vir attende quid tibi dicitur: Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui. Aquam, quæ animæ tuæ poterit sitim extinguere, non in terrestribus quæ extra te

Luc. 17. sunt, reperies; sed in eis, quæ intra te sunt. Dicit enim summa Ve-

Isai. 55. ritas: Regnum Dei intra vos est. Ideò Isaias dicit. Omnes sitientes, venite ad aquas; & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac. Notate quomodo ad edendum atque bibendum omnes inuitat. Quod significat integram in solo Deo refectionem reperiri, hanc autem sine argento, & absque vlla commutatione: id est, sine labore, & sine pretio. Nam etsi aliquis perferatur labor, si tamen cum præmio conferatur, quasi nihil esse videbitur: & tamen miserabile est visu quàm pauci id bonum perquirunt. O quàm meritò hoc lamentabatur Diuus

Augusti. Augustinus, dicens: Mundus clamat, ego deficio; Deus clamat, ego reficio: & tamen superba mens mea magis sequitur deficientem, quàm reficientem. Quæ maior hac insania poterit in orbe reperiri? O Deus vobis det sensum, atque sapientiam fratres mei. Deus vobis det sensum, Deus vobis det sensum, ne tantum bonum negligatis.

Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate sua. Considerate hominem tandiu graui hoc morbo laborantem absque parentibus, fratribus, aut amicis alios plurimos sanari perspicientem, atque hominum misericordię confidentem. Liberet nos Deus à tanta immanitate, quòd ex tot hominibus, quot illuc ingrediebantur, nullus extiterit, qui tam afflicto homini compateretur. O quot sunt hodie non minus crudeles quàm homines illius tempestatis: qui quantumcunque grauioribus necessitatibus pauperes affligi cognoscant, ad misericordiam minimè commouentur. Humanæ historiæ referunt hominem atrocis-

26 atrocissimũ, qui dicebatur Phalaris taurum æneum eo fabrefactum artificio habuisse, vt cùm in eũ homo includeretur, ignisq; tauro supponeretur, quamuis homo proclamaret, non hominis quidem vox, sed tauri mugitus esse videretur. Quod crudelissimus tyrannus faciebat, vt quamuis homo vociferaretur, eius vocibus ad misericordiã minimè moueretur. Et notate hunc etsi crudelissimum humanis clamoribus se commouendum esse credidisse: & ideò, ne eius viscera compassione, ac teneritudine mollescerent, hoc artificium quæsijsse. Vos autem cùm tot quotidie pauperum clamores audiatis ad compatiendum eis non excitamini, sed per illos, quasi lapides durissimi præteritis, & sic eos minori quodammodo pietate occiditis: nam si non pauisti, occidisti. Tyrannus ille infœliciter tandem in eodem tauro inclusus in-
27 terijt, vt quamuis proclamaret, ne quis tamen ei compateretur. Et tu etiam ò crudelis in perpetuum in infernum includeris, vbi, licèt clames, nequaquam tamen audieris. Sic affirmant diuinæ literræ, dicentes: Qui obturat aures suas ad clamorẽ pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. *Prou.21.* Quid clariùs dici poterat? O fratres mei, si hæc tam terribilis sententia vos ad pietatem commoueret. Et si homines huic pauperi defuerunt, non tamen eum Deus deseruit? nam illic vbi iacebat illum visit, & interrogauit: Vis sanus fieri? O Christe liberalissime miserorum adiutor, vt quid eũ interrogas, vtrùm sanari velit? velit, nolit, eum ab ista miseria extrahe, Hoc ego non faciam (ait Dominus:) Beneficia enim, quæ hominibus facturus sum ab illis maximè desiderari oportet? super quo dicit Diuus Chrysostomus: Si Rex maximum thesaurũ *Chrysost.* in forum proferret, præconisque voce iuberet, vt omnes ex illo colligerent, thesauro vtique inferret iniuriam cogens aliquos, vt quamuis inuiti ad illum percipiendum accederent.

Respondit ei languidus: Domine hominem non habeo. Siquidem hominem non habes (ait Dominus) Ego ero homo tuus. *Surge tolle grabatum tuum & ambula. Et statim sanus factus est. &c.* Præcepit ei grabatum asportare, vt miraculũ ampliùs diuulgaretur: Deique Maiestas clariùs ostenderetur: quia verò Sabbathum erat, dixerunt Iudæi Dominum festi esse transgressorem. Si virgam quantumuis rectam in aquam immiseritis, recurua videbitur: sic hi iniqui *Simile.* rectum opus, quod Dominus effecerat recurumm, atque indirectum esse iudicabant, quia in aqua inuidiæ ipsorũ inclusum illud

considerabant. Huic homini sic sano Dominus perseuerantiam, de qua in initio concionis sermonem habuimus, commendauit dicens: Ecce sanus factus es, iam noli peccare. O quàm mirifica, & singularis ratio ad gratiam à Deo acceptam conseruandam: ad illius honorem præcipuè respicere, qui te sanauit. Deo enim infertur iniuria cùm delicatissimum iustificationis opus, quod Deus cum magna perfectione operatur, irreuerenter, & impudenter oblinitur. Hanc rationem perpendit, & ampliat Diuus Paulus, dicens: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Atque ideò Dominus dicit: *Iam noli peccare*: quasi dicat: etsi nunquam peccandum est, minus quidem nunc postquam tantum iustificationis accepisti beneficium. Cuius rei alteram assignat rationem, dicens: *Ne deterius aliquid tibi contingat*. in quo, eum cum obstinatione, atque æterna condemnatione comminatur: quæ ex reincidentia peccatorum dimanare consuescunt. Vnde Beatus Chrysostomus: Homo (inquit) qui peccato semel dimisso in illud iterum prolabitur, peior quodammodo diabolo est: quod plurimis comprobat rationibus. Illis autem dimissis vnam potissimam adducam; videlicet: etsi dæmones in plurimis deliquerunt: in hoc tamen non peccarunt, quod post veniam non reinciderunt: nam si semel eis venia concessa fuisset; nunquam (credo) ad peccatum iterum redirent. Acies enim intellectuũ eorum super peccatum dimissum reflexionem faceret, propter beneficium veniæ acceptum. & ex priori peccato satis sibi præcauissent: quod quidem nos non facimus, cùm toties nobis peccata dimissa fuerint. Per reuerentiam Dei vos semel, & millies deprecor fratres charissimi: vt hæc diligentissimè aduertatis, spiritalemque animarum vestrarum salutem efficacissimè perquiratis, siquidem ij, qui iuxta hanc piscinam morabantur, tot labores, corporalem valetudinem expetentes patiebantur: & ad hoc diuina Sacramenta percipientes in incepto bono perseueretis, quò sic diuina adiuti gratia cælestem gloriam impetretis, Amen.

Hebr. 10.

Chrysost.

1 # Dñica. II. in Quadrageſima.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, &c. Matth. 17.

EXOPTANS Propheta, qualis, quantuſque ſit hominis finis, intelligere, dicit: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Locutus ſum in lingua mea: notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierũ meorũ quis eſt, vt ſciam quid deſit mihi. Vt quid dicit in lingua mea? nunquid aliena lingua, aut pede, ſiue manu quis loquitur? Hoc *Pſalm. 38.*
2 vtique dicit, vt ſignificet linguam ſuam cordis deſiderium proferre, ſermonemque atque orationem ſuam ex ſuomet corde proficiſci, neque vllo vnquam tempore fuiſſe auditam, qui aliquid ab altero compoſitum, aut ex diuinis literis depromptum refert, hic alterius lingua loqui dicitur: qui verò iuxta cordis ſui deſiderium orationem conflat, hic lingua ſua loqui perhibetur. Atque huiuſcemodi orationes multo feruentiores alijs eſſe conſueſcunt. Magnum eſt hoc principium, & longa periphraſi dictum: videamus ergo quid Propheta deſideret, ipſe protinus explicat, dicens: Notum fac mihi Domine finem meum. Finem dico perficientem, ob quem formatus ſum; oſtende mihi Domine quo pergo, & ad quid me condidiſti. Nunquid vanè conſtituiſti omnes filios hominum? Homo, quem omnium horum viſibilium finem
3 eſſe voluiſti, fine carebit? Cæli mouentur, terra fructus producit, mare piſces procreat, vegetant animantia, aues, & reptilia gignunt: horum autem omnium homo finis exiſtit. Ad quem ergo finem homo creatus eſt? Nonne rationi conſentaneum eſt, vt nobis eius finis innoteſcat? Quomodo ſagittarius in ſcopum ſagittas diriget niſi eum perſpiciat? quomodo actiones, ac deſideria ſua homo diriget in finem, quem ignorat? Quapropter Domine notum fac mihi finem meum, & numerum ſine numero annorum ſtantium fixorum. Oſtende mihi permanentem illam exiſtentiam, qua in illa æternitate victurus ſum: vitam illam immortalem, & nullo vnquã tempore finiendam mihi demonſtra. Hoc autem quorſum? vt ſciam quid deſit mihi. Vt intelligam

quàm longè à perfectione ac pulchritudine, ad quam fui creatus, distо, vt qualem me oportet esse, perspiciens; & qualis modo sum animaduertens pudore confundar: atque vt finis mei gloria, & splendor cognitus, me quasi calcar ad virtutem stimulet, & semper illum exoptans, suspirem. Hoc ego scire desidero; sciant alii quascunque volent scientias: mea autem hoc maximi refert. Verum vehementer admiror ô Sancte Propheta te isthæc dicere. Nonne finem tuum cognoscebas, quando Prophetico spiritu dicebas: Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Et cùm dixisti: Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? defecit caro mea, & cor meũ: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Si sors & pars tua: ergo finis tuus. Quomodo ergo nunc dicis: Notũ fac mihi Domine finem meum. Dico Prophetam in hac petitione generis humani nomine fuisse locutum, quod quidem in tenebris ambulabat. Et ad docendum hunc finem, venit Christus Redemptor noster in mundum. Ecquid aliud est sanctum Euangelium, nisi notitia quædam finis, ob quem conditi sumus?

Psalm. 41.
Psalm. 27.

Cùmque Christus Redemptor noster quoddam illius finis, quem prædicabat, totque miraculis confirmabat, exemplar siue imaginem hominibus vellet ostendere, assumens tres ex discipulis suis. *Duxit eos in montem, & transfiguratus est ante eos.* Vt eos, & in eis nos ad omnes sæculi aduersitates æquo, & constanti animo tolerandas erudiret: atque, vt patienter crucis pondus perferamus, quò tam supernum finem pertingamus. Diuus Matthæus tempus indicat, in quo Dominus hanc gloriam ostendit, quod fuit postquam discipulis suis dixerat: quia oportet eum ire Hierosolymam, & multa pati, & occidi. Quod audiens Diuus Petrus, dixit ei: Absit à te Domine, non erit tibi hoc. Quem Dominus reprehendit, dicens: Vade post me Sathana: quia non sapis ea, quæ Dei sunt: sed ea, quę hominum. Notanter dixit: ea, quæ hominũ: nam homines ad ea tantum respiciunt, in quibus honor, voluptas, atque vtilitas inest. Deus autem non sic. Vnde Iob dicebat: Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, & tu vides? Homines non ad Dei gloriam, nec ad proximi vtilitatem attendunt. Deus autem ad hæc respicit, hancque gloriam suam esse dacit. Cumque Beatus Petrus non ad gloriam quidem Dei, nec ad proximorum aspiceret vtilitatem: sed temporalem tantum voluptatem

Iob. 10.

7 ptatem tanquã humanus homo sibi ante oculos proponeret, ideò tam acriter eũ Dominus reprehendit, dicens: Non sapis quę Dei sunt, sed ea, quæ hominum. Vndè colligimus non esse sperandam protinus totam perfectionem in homine denuò ad Deum conuerso, sed sic esse solere, vt paulatim in virtute proficiat. Hæc vtique est sæcularium hominum cõsuetudo, quòd vbi primùm eum qui crebrò Ecclesiam visitare sacrosanctum Domini corpus assumere, Deo se tradere, atque orare consuescit, ridere, aut aliquantulum irasci, vociferari, aut pertinacem esse perspiciunt, ilicò scãdalizantur. & dicunt: Ecce qui diuina sacramenta frequentat, ecce qui orat, &c. quid ex oratione, ac communione depromit? Arbitrãtur hi eum statim in nouum hominem fuisse immutandum, neque carnem iam, aut pasiones habere. O quàm longè falluntur.
8 Ecce Diuum Petrum, qui à Diuino Magistro tandiu didicerat, atque ab ęterno Patre reuelationem acceperat, qua dixit: Tu es Christus filius Dei viui: & tamen in tantum defectum incidit, qualis est mundi redemptionem impedire velle. Et tam humanitus & carnaliter sentit, vt ei Dominus dixerit: non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum: vos autem vultis, vt alter repentè sit Angelus absque vlla imperfectione? Aduersus hos qui tam durè de seruis Dei iudicant, dicitur: Ne queras impietatem in domo iusti, *Prou.24.* neque vastes requiem eius, septies enim in die cadet iustus, & resurget: impij autem corruent in malum. Ex quo patet non esse iusti non cadere, sed non corruere in malum, hoc est in malo non perdurare. Vnde Propheta beatum dixit, non solùm nunquam *Psal.1.* corruentem: ecquis enim de hoc gloriari poterit? sed illum etiam,
9 qui in via peccatorum non stetit: & sic dicit: Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, hoc enim proprium est impiorum. Postquam Dominus Beatum Petrum reprehendit, declarat sanctis discipulis se nõ solum esse passurum, sed, & illos etiam eum cum cruce, ac tormentis esse secuturos: vt autem hoc illis facilius redderetur.

Post dies sex assumpsit Petrum. &c. Et transfiguratus est ante eos. Et sic eis ostendit imaginem præmij, quod veris sui sequacibus retribuitur: ostendit eis quomodo beati in corpore, & anima gloriosi futuri sunt. Vnde postquàm Esaias de sanctorũ lachrymis, ac pœnitentia sermonem fecerat, subdidit dicens: Propter hoc in terra *Esai.61.* sua duplicia possidebunt: lætitia sempiterna erit eis. Nam quem- *Simile.*

admodum sol in nube reuerberans illam adeò clarificat, vt sol esse videatur: sic anima gloriosa multo splendidior sole, terreno corpori coniuncta, illud ita clarificabit, atque illustrabit, vt alter... esse appareat. Hoc ostendit Dominus: *Quando resplenduit facies eius sicut sol.* Carbunculus dicitur pyropum in fronte cute coopertum gerere, qui postquam se in montem noctu recipit, pelle reuoluta nitidissimum pyropum detegit. Sic Christus filius Dei diuinitatis pyropum exteriori specie coopertum gerebat: ascendens autem ad montem Thabor benedictæ animæ suæ splendorem, qui ex diuinitatis visione procedebat, illum sacro corpori communicando reuelauit. Et sic tanquam sol resplenduit, discipulorum... suorum viscera penetrauit, plurimas diuinorum sensuum, atque affectuum diuitias in eorum cordibus producens, quemadmodum materialis hic sol in terræ visceribus aurum procreare consueuit. Et sciendum est Dominum hanc gloriæ suæ ostensionem fecisse tum vt nos ad labores perferendos confortaret, tum etiam vt nos ad eam ardentius expetendam concitaret. Quantum enim gloriæ spes mortales fulciat Propheta significauit, dicens: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Et huius rei rationem reddens, subdidit: Vnam petij à Domino, & hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini, vt videam voluntatem Domini, & in correctis, emendatisque contextibus legitur: voluptatem. Cui lectioni Hebræa, & Græca lectio fauet. Quod propriè referendum est gloriæ. Ideò non timeo (inquit) quanuis mundus, atque diabolus aduersum me consurgant: non enim mihi cælum, quod spero, auferre possunt. Cætera quippè omnia caduca sunt, & momentanea. Quomodolibet fortuna voluetur non poterit me cælestibus priuare. Sic dicebat Diuus Paulus: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, sed æternam in cælis. Ideoque ipse Dauid inferius dixit: Credo videre bona Domini in terra viuentium, per quam cælestem gloriam intelligit, quod manifestè apparet, si dictio Hebraica consideretur, quæ in hoc loco: quæ benè considerata interpretanda est terra vitarum. Adeò singulare est hoc nomen, vt nulli harum inferiorum regionum, iure competat: nam hæ mortuum potiùs, quam vitarum terræ appellari debent. Illa vna est terra vitarum, dignissima vtique quæ hoc nomine appelletur, in qua duplici

Margin notes: *Simile.* (beside "esse appareat"); *Psal. 26* (beside "gloriæ spes mortales"); *2. Cor. 5.* (beside "sunt, & momentanea")

13 duplici vita nobis viuendum est: nam illic anima, & corpus fœlicissimis vitis viuere debent. Quam beatitudinem sperantes nos omnes calamitates, atque infortunia huius sæculi constanti animo superare oportet. Et ita dicit Diuus Cyprianus in libro contra Demetriadem: viget apud nos spei robur, & firmitas fidei inter ipsas sæculi labentis ruinas. Et ad hoc propositum exponit illud Habacuc dicentis; Ficus enim non florebit, & non erit germē in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus: ego autē in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Et statim subdit, dicens: quid hoc ad Christianos? quid hoc ad seruos Dei? quos paradisus inuitat: quos gratia omnis, & copia regni cælestis expectat? et si iusto panis, vinum, caro, oleum, atque alia tēporalia desint, non tamen illi deest Christus Iesus, qui est totum eius refugium, atque solatium in hac vita: quo etiam per infinita

Cyprianus.

Habac. 3.

14 sæculorum sæcula in futura se sperat esse fruiturum. Hoc fuit mysterium, quare Dominus in monte excelso seorsum transfigurari voluit. Nam si mons erat sublimis, & longè segregatus, ascensus ad eum necessario difficilis, ac laboriosus esse deberet. Et ante quàm discipuli eius cælesti hac consolatione afficerentur, laborem illum perpessi sunt: etsi non (credo) eis difficilis esse videretur cùm in tanti Domini, ac Magistri societate conscenderent: Magna vtique & miserabilis cæcitas super infœlices filios Adæ cecidit: etenim cœlesti beatitudine omnes perfrui desiderant: in via autem, quæ ad eam ducit, nemo vellet ambulare. Præpara te igitur ò frater ad laboriosum cæli cliuum ascendendum. Et con-

15 solare, quia tam bonum habes Deum, qui te ducat, atque adiuuet, sicuti hos sanctos viros in montem excelsum seorsum deduxit, & sic cliuum, qui tibi difficilis, atque asper videtur ascensu facilem experiere. Hoc enim est quod dicit summa veritas, iugum meum suaue est, & onus meum leue. O quàm bene hoc explicuit Propheta, dicens: Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. Vt quid vir sancte nos ad tantam iubilationem inuitas? Quoniam (inquit) ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius, res mirabilis ideò gaudendum, atque iubilandum est nobis? Non potius diceres: iubilemus Deo, quia cælos tantos tamque decoros condidit, quàm, quoniam ipsius est mare, & aridam fundauerunt manus eius? ob hoc nobis

Matth. 11.

Psal. 94.

magno-

magnoperè lætandum est, quia hic Dominus infinitũ misericordiæ suæ pelagus reuelauit: efficiens vt cum mare tumidissimum, atque ferocissimum sit, tamque sublimes efferat fluctus, vt vniuersum mundum absorbere velle videatur, cùmque terra ei coniuncta sit, mareque multò maius illa, & super eam sit, nec tamen illam obruat, sed terminis suis septum teneatur, quos transire illi non licèt. Sicut dicit Dominus: Circundedi illud terminis meis & dixi: vsque huc venies, & non procedes ampliùs: & hic confringes tumentes fluctus tuos. Beatus Agustinus super hunc locum dicit, per mare labores designari. O quot in hoc mari laborũ fluctus, morborum, calamitatum, incommodorum, ignominiarum atque persecutionum efferuntur, tanti, tamq; atroces sunt hi fluctus, vt hominem obruturi videantur, cùm verò minus arbitramini, vos non absorbent, sed inopinati confringuntur, atque in tranquillitate, animæque suauitate finiuntur. Leo rugiens obuiam exijt Samsoni iter facienti: vir autem Dei constanter illum aggressus manibus lacerauit, mortuumque reliquit. Post paucos autem dies illac præteriens in ore leonis fauum mellis inuenit. Sic solet accidere, quòd os à quo antea vos deuorandos esse putabatis nunc à se mellis dulcedinem destillet. O homo, qui per hanc Christianam viam iter facis, præpara te: nam leo tibi obuiabit vt te deuoret. Aliqua etenim sese tibi offeret cõtradictio: verùm ne deficias, sed illum viriliter leonem aggredere, ex eo enim mellis dulcedo, atque suauitas exibit. Diuus Hieronymus loquens de patientia Iob, hanc excitat quęstionem: Vtrùm maioris sit misericordię: in hac vita labores propter Deum perferre, an statim ante labores glorificari? cui respondet maius beneficium nobis Deũ conferre, cùm nos perpeti sinit, quàm si ante merita in cęlum perduceret, (si tamen postea nos perducturus est) certum est Deum maius in me conferre beneficium, si me cœlesti gloria donaturus est, hoc faciens post decem annos, & sinens propter ipsum labores pati, quàm si me illa statim donaret. Hac vna consideratione maximè consolari deberemus. Magna etiam ex parte dolorem leuat cognoscere, labores breuiter esse finiẽdos: præsertim si felicem exitũ habituri sint. Sic dicebat Dominus: Etenim ea, quæ sunt de me, scilicet scripta, finem habent. Ex eo, quòd Dominus hos tres discipulos, cæteris relictis secum perduxerit, vt eum gloriosum aspicerent, in Sancta Ecclesia diuersos virtutum, cælestiumque

Iob. 38.

Augusti.

Iudi. 41.

Hiero. Homilia. 5.

Luc. 22.

19 ſiumque donorum, & auxiliorũ gradus eſſe colligũtur, Deuſq; aliquibus tãquàm familiarioribus peculiarius, quàm alijs guſtus, ac conſolationes cælitus immittere perſpicitur. Quod ſignificant verba illa ſponſi, dicentis: Bibite amici, inebriamini chariſsimi: in quibus amicos ad communia dona percipienda, chariſsimos veró ad inebriandum ſe, hoc eſt, ad alia peculiaria beneficia, & auxilia ſuſcipienda, quibus in Deũ inſinuentur, inuitat. Et ſic quanquam diuinus ſpõſus Ieſus Chriſtus omnes diſcipulos ſuos quaſi amicos diligebat, tanquàm magis familiares, atque chariſsimos hos tres in faſtigium montis, vt inebriarentur, aſſumpſit. *Cant. 5.*

Valdè etiam notandum hic eſt, humillimum Ieſum transfigurationis ſuæ gloriam tribus tantùm diſcipulis, ſuam autem ignominioſam, & atrocem mortem innumeræ diuerſarum nationum
20 multitudini oſtendiſſe: cùm Hieroſolymæ paſchali tempore exaltatus in ligno publicè moreretur: quod magnæ eſt multorũ confuſioni volentium gratias, ac virtutes ſuas omnibus innoteſcere, defectus autem, ac vitia, à nemine cognoſci. Beatus Gregorius dicit eum, qui ſine humilitate virtutes accumulat eſſe ſicut qui magno ventorum aſpirante flatu pulverem aromaticum in palmis defert, & arbitrans ſe aliquid deferre citius excæcatur. Virtutes ſunt odorus puluis & ipſæmet excæcant, & lædunt eum, qui illas operatur, niſi cum cautela faciat, ſe ſeque à ſuperbiæ, atq; inanis gloriæ flatu cuſtodiat. Ideò glorificat Sancta mater Eccleſia beatam animam verbis illis: Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi cypreſſus in monte Sion. Hæ duę arbores diſpares ſunt inter ſe: nam altera, ſcilicet, oliua minima eſt, & nimium fructifera: altera verò ſublimis & ſterilis. Significãt eos, qui quò altiori perfectionis gradu eleuati ſunt, eo ſteriliores, & magis infructiferi in ſui reputatione habentur: & poſt ſublimes mentis eleuationes ad opera miſericordiæ humilia facienda ſubmittuntur. Quanto profundior eſt puteus, tanto eius eſt aqua ſuauior. Ita etiam quanto humilior, atque animo ſubmiſsior fueris, tanto Deo gratior exiſtes: ne humanas elationes expetas, quæ ingentium ruinarum occaſioni ſunt: ſed ſuſcipe ſapientis conſilium dicentis: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. O diuina verba! imprimat ea Deus in cordibus noſtris, ne bonum nobis in malum conuertatur. *Gregor.* *Eccle. 24.* *Eccle. 3.*

Et resplenduit facies eius sicut sol. Non solum autem splenduit, sed adeò pulchra, atque decora apparuit, vt licèt vniuersa totius orbis pulchritudo in simul conueniret, non posset ei adæquari, aut aspicientium oculos tantoperè delectaret. In quo summam huius cælestis reparatoris probitatem, atque charitatem contemplari potestis: qui cùm semper gloria illa, atque pulchritudine frui posset, se ab illa voluit abstinere, vt pro nobis mortem acerbissimã perferens æternæ Maiestati satisfaceret. O bone Iesu, ò Angelorum gloria spiritum nobis Domine concede, quo tibi pro tanto beneficio gratias agere nouerimus. O frater peccator, si quidem Iesus Christus propter te corpus suum sanctissimum debita gloria priuare dignatus est: quanto magis corpus tuum non debitis voluptatibus à te priuari oportet, quandoquidem propter illas te

Tob.6. destruit? Piscis ille fluuij aquis immersus os aperuit, vt Tobiam iuniorem deuoraret. Sanctus autem iuuenis Angeli comitis iussu illum foras abstraxit, & statim omnibus penè viribus absumptis palpitare cœpit. Sic caro nostra voluptatum aquis immersa spiritum conatur absorbere: quod si eam ex aquis istis extraxeritis, atque in arido pœnitentiæ statueritis, imbecilla, & semimortua remanebit. O quàm miserabilia sunt consideratu mala, quæ ex corporali voluptate proueniunt. Vnum autem ex vitijs, quæ tumidiorem in homine procellam excitant, est gula: nam cùm ciborum vapores in cerebrum conscendant, viasque, atque organa occupent, quibus anima virtutem suam exercet in corpore, vt anima sine organis ad intelligendum, & speculandum dispositus manet, homo postquàm saturatus est epulis, quasi brutũ animal redditur. In hoc inferiori orbe exhalationum abundantia, quę ex mari, terraque ascendunt, in aerea regione niuem, grandinem, tonitrua, & fulgura causatur: sic nimia epularum, potuumque copia plurimorum hominum mentes, & ingenia obtundit, animos

Officina Texteris 2. parte. conturbat, ac mille insanias facit admittere. Vedius Polius dicitur piscium stagna perfodi iussisse, atque vt pisces ei dulciores essent famulos interfecisse, illosque in stagna immisisse, vt pisces humano cruore, ac carnibus aliti maiori ei essent gustui. Ecquid epulo non faciet, siquidem tyrannus hic propter tam breuem delectationem homines interemit? Sapientissimus erat Salomon, &

Eccle. 2. tamen dicit: Cogitaui abstrahere à vino carnem meam, vt animũ meum transferrem ad sapientiam. Et de illis quatuor adolescen-

tibus

stibus, Daniele, Anania, Azaria, Misaele legumina comedentibus, frigidamque bibentibus aquam dicunt diuinæ literę. Dedit eis Deus scientiā, & disciplinā, in omni libro & sapiētia. Quæ cū ita sint fratres dilectissimi, abstinentiā, pœnalesque exercitationes, quæ hominis passiones mortificant, illumque ad mirificam quandam transfigurationem disponunt, diligenter amate. Compertum est vtique inter omnia visibilia, quæ Deus creauit duabus præcipuè perfectionibus hominem exornasse, videlicet illos suiipsorum, operationumque suarum dominos effecisse: liberosque atque immunes, nullique naturali propensioni, sicut alias creaturas, eos subijci voluisse: sed libero illos arbitrio donasse, atque in via constituisse, vt propter ipsorum merita in magnæ dignitatis statum peruenirent: neque perfectionem, quam in æternum habituri sunt, eis statim præstitisse, sed illos in via posuisse, atque in ipsorum potestate dimisisse, vt quidcunque eis liberet, sequerētur: aut ad cælos vsque conscenderent, & in conditorem suum transfigurarentur, aut ad inferos vsque descenderent totam perfectionem suam inficientes, minorisque valoris, quàm bruta animantia redditi per imitationem in dæmones transformarentur. Sic affirmat Ecclesiasticus, dicens: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. O dignitatem magnam, & admirabilem prærogatiuam, quòd sit in manu mea me talem esse, qualem voluero: & ex me quodammodo, excellentia mea procedat, & siquidem me ipsum condere non potui, ditari saltem, vtcunque à me ipso queam. Et idcircò Ecclesiasticus paulò inferius subdidit, dicens: Apposui tibi aquam, & ignē: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Si virtutem volet apprehendere, in promptu est Deus, vt ei gratiam suā præstet. Posset vtique diuina Maiestas nos omnes beatos creare: voluit autem, vt nos proprijs meritis beatitudinē comparemus. Neque enim modicæ nobis est gloriæ, atque honori beatitudinē nostram quodammodo, scilicèt meritoriè à nobis gratiam habētibus procedere. Quamobrem peccatores per viscera misericordiæ Dei nostri vos rogo, vt disponi curetis: & siquidē nunc adeò defigurati inceditis, veram amodò pœnitentiam agere, atque in omnem virtutem, ac probitatem transfigurari incipiatis. Petite charissimi efficaciter à Deo quod precabatur Dauid, dicens: Lauabis

Daniel. 1.
Ecclesi. 15.
Psal. 50.

uabis me, & super niuem dealbabor. Quando solis radij in ... reuerberant, multo splendidior efficitur, quàm natura sua est ... in iustificatione non solum cum candore, ac pulchritudine na... rali anima remanet: verùm diuinæ etiam gratiæ splendoribus ... lustratur, & decora quasi sol efficitur.

Et apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. Moyses iam ... ta defunctus erat, qui venit ex sinu Abrahæ: Elias autem ad... lucis vsura fruebatur, qui ex paradiso voluptatis venit. Vna au... ex rationibus, ob quas Dñs hos duos sanctos illic apparere, ill... gloria frui voluit, fuit, vt significaret duos status, Ecclesiasti... scilicet, & sæcularium virorum per hos geminos sanctos design... tos: si eorum virtutem, morumque integritatem fuerint imita...

Gene. 16. sempiterna gloria esse fruituros. Per Mosen mortuum Eccle... stici viri significantur: quos mundo mortuos esse oportet. Et si... sanctus ille vir fideliter populum Israel sua virtute ducebat: ... li doctrina sua pioque virtutis exemplo illum etiam ducere de...

Iosue. 3. bent. Filij Israel ad littus Iordanis astiterunt; ad terram promi... sionis transire cupientes: cùm autem flumen maximum ... neque illi pontes, aut cymbas haberent, quibus transire poss... Iosue præcepit sacerdotibus arcam Domini humeris asporta... & fluuium aggredi. Cùmque sacerdotes in flumine gradu... aquæ diuidebantur, quod perspiciens vniuersus populus ... fulti sacerdotes subsecuti flumen præterierunt. Sic vtique ... quòd si Ecclesiastici viri virtute, ac sanctitate alios præcede..., sæculares homines ipsorum exemplo facilè præterirent, ... eo quòd terrestrium turpitudinum, ac sensualitatum aquis ...

Psal. 118. gerentur. Et sic vbi nos legimus: Et custodiam legem tuam sem... per: pro semper in Hebræo contextu ponitur Ereb. Et secundum

Hiero. Beatum Hieronymũ transferẽdum est: per vestigium, id est, ... genter ambulabo in mandatis tuis per vestigium, hoc est ... rum hominum, qui me præcedunt, vestigia sequens. O ... didi, & luto infecti huius sæculi fluuium prætereimus, eò ... empla, quæ oportet, non habemus, in quæ oculos coniiciamus.

Elias autem ex paradiso voluptatis accessit, & hic adhuc vi... bat: per quem coniugalium designatur status: à quibus non ... mortificatio requiritur: quibusque licet humanis volupt... moderate vti. Attendite autem fratres quid vobis dicat Ap...

Ephes. 5. lus: Viri diligite vxores vestras sicut Christus dilexit Eccl... & seipsum

31 & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret. Non accepit lignum, vt eam percuteret, nec eius monilia distraxit. Idem vos cū vxoribus vestris facite, & vt illæ sanctæ sint, vitam in discrimen adducite. Ecquid autem hi duo viri sancti cum Domino in tam hilari festiuitate loquebantur? tale namque festum maximi gaudij, atque dulcedinis sermonem exigebat. In conuiuijs principū vniuersi sermones, & quæ in tympanis, citharisque concinuntur, sunt modulationes exultatione repletæ. In hoc igitur tanto festo quid loquebantur? Diuus Lucas dicit: Dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem, id est, loquebantur de passione, morte, cruce, vinculis, deque omnibus, quæ passurus erat Dominus in Hierusalem. Hi sunt dulces, atque hilares sermones, qui tali festiuitati competebāt? Hi vtique: hoc autem nō 32 sancti Petri iudicio, qui terrena sapiebat: sed secundum sententiam Iesu Christi filij Dei: qui gloriam, triumphumq; suum esse ducit improperia, ac tormenta pro patris honore, atque hominū salute perferre. Et hoc est gaudium illud, de quo dicitur: Proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. O fratres quomodo Domini (qui nos tantopere dilexit, atque diligit, vt in maiori gaudio, ac gloria, voluptatem suam esse ducat, de laboribus, quos propter hominum salutem passurus erat, cum suis familiaribus loqui) ardentissimo amore non capimur? O si hæc attente consideraremus, quātam nobis gloriam propter hunc optimum Dominum labores perpeti, esse duceremus. Si in ardentissimis Seraphim inuidia posset existere, hoc (credo) nobis inuiderēt, quòd in eo statu sumus, in quo pro Dei amore, & gloria labores 33 possimus tolerare. Hæc etiam sermocinatio iucundissima fuit sanctis illis Prophetis: nam quid iucundius captiuo, quam de ipsius redemptione audire, & loqui? Siquidē autem hi captiui erāt, quod colloquiū eis dulcius esse poterat? Hinc etiam elicere possumus, quòd cùm vos in maiori lætitia, & prosperitate cōstitutos esse videritis, tunc vos de morte agere oportet. O quàm cęlestem doctrinam nos hîc diuinus Magister erudijt? Ideò dicitur: In die bonorū ne immemor sis malorum. Tu, qui nunc prosper, & gloriosus existis, ne isthæc prosperitas te destruat, cōsidera aliquem tandem diem esse adventurum, in quo graui morbo oppressus in lecto iaceas, cùm medici de tua salute desperabunt, terribilem illum mortis ictum expectans: in qua aut sempiternis inferni tor-

Luc. 9.

Hebr. 12.

Eccle. 11.

mentis condemnaberis, aut perpetua gloriæ beatitudinê donaberis. Herodotus autor Græcus, & antiquus dicit, Ægyptios initio conuiuiorum mortis figuram adducere consueuisse: & qui afferebat, singulis conuiuis dicebat: Cùm ederis, biberis, atque oblectatus fueris in hanc figuram respice: similis enim tu eris illius. Ille prior erat cibus, qui offerri solebat, illudque salsamentum quo epulæ comedebantur. O maximam Christianorum hominum confusionem, quòd nos ab Ethnicis superari patiamur: in conuiuijs, gaudijsque nostris nõ magis mortis meminerimus quàm si essemos animantia rationis expertia.

Herodo.

Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine bonum est nobis hic esse. Ex illius gloriæ visione in eius desiderium deuenit. Si quidem autem nos eius ostensionem non cernimus, saltem crebrò illam consideremus: sic enim efficax illius desiderium nobis adducemus. Sicut illam exoptat Diuus Paulus, cùm dixit: Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes. *Bonũ est nos hic esse.* Ait Diuus Petrus. O vir sancte quid in monte, vbi nullum necessitatibus est subsidium, vis commorari? Iudicabat vtique, cùm in Domini societate esset, hoc sibi sufficere. Qui ex inferno Paradisum effecit, quando post mortem in sinum Abrahæ descendit, faciliùs posset montem in Paradisum conuertere.

2. Cor. 5.

Et addidit, dicens: *Si vis, faciamus hic tria tabernacula.* Et dicit Diuus Lucas: Nesciebat quid diceret: O quanto minùs [illegible] dicant ij, qui dicunt: Extruamus hîc sumptuosas ædes: [illegible] hîc vineas plantemus: omnia hîc corpori, animæ verò nihil faciamus. Quid autem erit cùm alieno sudore facta fuerint? Væ temporalibus dominis, qui plurima in hoc plerunque peccata committunt, plurimas vineas plantando, amplissimaq; ædificia [illegible] ditorum suorum sumptibus, atque sudore construendo.

Luca. 9.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, &c. De sursum veritas descendit, in terra verò Dominus Dæmoniacus, ac Samaritanus appellatur. Hic te dedecorabit mũdus, in futurũ sæculum D[illegible] obseruat, quod & idem tu facito frater cùm te calumniatum [illegible] spexeris. Animaduerte vocem de sursum fuisse delapsam [illegible] tem: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. [illegible]

Ioan. 8.

ob[illegible]

obſtupendam! ſi paterna vox tam ſuauiter prolata hos ſanctos diſcipulos adeò conturbauit: ecquid faciet vox illa maledictis dicenda, præſertim cùm tanta ſeueritate proferenda ſit: Ite (inquit) maledicti in ignem æternum? O fratres chariſsimi per ineffabilem Dei charitatem vos deprecor, vt hæc attentis animis perpendatis: atque ita viuere curetis, vt ex illis ſitis, qui vocem illã audientes conturbandi non ſunt: ſed gratia, meritiſque pleni dulciſsimum illud verbum audire mereamini: Venite benedicti Patris mei percipite regnum gloriæ, Amen.

Feria. IIII. poſt Dñicã. II. in Quadrageſima.

Aſcendens Ieſus Hieroſolymam aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto, &c. Matt. 20.

ADmirans ſanctus Propheta Dauid ea, quæ in ſpiritu præuidit Deum propter homines eſſe facturum, dixit: Domine Pſal. 143.
quid eſt homo, quia innotuiſti ei: aut filius hominis, quia reputas eum? Homo vanitati ſimilis factus eſt. Quomodò hominem ô Pſal. 38.
Domine tanti æſtimas, cùm vanitati ſit ſimilis? Et non ſolùm vanitati eum confert, verùm vniuerſam in eo vanitatem dicit eſſe incluſam: Veruntamen (inquit) vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Neque verò his contentus eſt. Sed illum vanitate ipſa va- Pſal. 61.
niorem eſſe dicit. Et ſic vbi nos legimus: Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris. Alij vertunt: Certè vani filij hominum: mendaces filij viri in ſtateris aſcendent ipſi pariter, leuiores ſunt vanitate. Elegantiſsima eſt hæc Hyperbole, qua hominũ vanitas, & amentia exaggeratur. Quaſi diceret: ſi vanitatem in vna, genuſque humanum in altera lance conſtituas, plus ponderis, & eſſentiæ in vanitate, quàm in hominibus eſſe videbis. Quod cùm ita ſit Domine, quare tam vile, ac vanum quid ſicut hominẽ adeò diligis, vt eius cauſa homo ſias, & pro eius ſalute mortem acerbiſsimã patiare? Dico hæc omnia ex infinita ipſius probitate, ac charitate proceſsiſſe, qua ad hominum vilitatem, & vanitatẽ non attendit. Ad hanc charitatẽ Chriſtus Saluator noſter, quatenus homo reſpexit. Circa quod notandum vobis eſt, quando ſacratiſsima diuini huius Domini anima denuò ſe creatam perſpexit, diuino verbo vnitam, tanta gra-

tia, & gloria repletam, Angelorum atque hominum caput, & principem constitutam, hæc autẽ omnia [illegible] propriis ipsius meritis sibi donata fuisse cognouit: quàm ardenti [illegible] Deum diligendum moueretur, cùm tam ineffabilibus beneficijs se D[illegible] deuinctam esse perspiceret? Vnde infertur, maximum amorem quo homines diligit, atque dilexit, desideriumq́ue quo pro [illegible] patiendi flagrauit, non ex hominum quidem valore, sed ex im[illegible]mensa, qua æternum Patrem dilexit, charitate, dimanasse. S[illegible]

Ioan. 4. ipse manifestè dixit: Venit princeps mundi huius, & in me n[illegible] habet quicquam: sed vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatũ dedit mihi Pater, sic facio; id est: Adueniet Dæmon, qui tyrannicè mundi huius princeps appellatur, & per sua instrumenta, atque ministros mihi mortem inferet, quod nequaquam facere posset: nullum enim ius in me habet. Veruntamen moriar, quia Patrem ardentissimè diligo, atque vt meus ergà Patrem amor mundo innotescat: atque etiam quia Pater mihi mori præcepit. Itaq; ex perfectissima obedientia, & ardentissima charitate eius in Patrem prouenit, illum homines adeò dilexisse, vt eorum causa moreretur. Et de hac morte quasi de re maximè desiderata cùm discipulis suis sæpenumerò loquebatur. Quod etiam faciebat, vt eos rem illam nimis arduam satis superq́ue præmoneret. Nam vt Diuus Gregorius ait: Minùs iacula feriunt, quæ præuidentur, & nos tolerabilius mũdi mala suscipimus, si contra hæc per præscientiæ clypeum muniamur. Cantores quando quicquam publicè concenturi sunt, priùs idem in cubiculis suis submissa voce canunt, vt cùm in omnium conspectum postea prodierint, non errent. Sic diuinus ille cantor discipulos suos in illa modulatione, quam æterno Patri in monte Caluariæ editurus erat, sæpenumerò instruebat: vt tũc sicut iam satis superq́ue præmoniti bene concinerent. Verùm quęret aliquis: siquidem Christus Redemptor noster optimè norat hanc præuentionem nihil discipulis esse profuturam, sed eos nihilominus scandalum ex ipsius morte esse percepturos, quare illos præmonebat? voluit vtique in hoc docere, si homo in peccata prolabitur, hoc non ex Dei culpa, nec ex auxilij defectu prouenire: sed sua met culpa incidere. Antiqua nimis Deo consuetudo fuit homines admonitionibus præuenire antequam eis labores immitteret, vt ad eos patiendos præpararẽtur. Et sic dixit per Amos: Nõ facit Dominus

Greg. Homil. 33. super Lucam.

Simile.

Amos. 3.

6 Dñs verbũ, niſi reuelauerit ſecretũ ſuũ ad ſeruos ſuos Prophetas, etſi nõ ignorabat Hieremiæ, Ezechieliſq; prophetias rebelli, duroq; populo non eſſe profuturas. Et ſic dixit: Non enim ad popu *Ezech.3.* los profundi ſermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris: & ſi ad illos mittereris, ipſi audirẽt te. Domus autẽ Iſrael nolũt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippè domus Iſrael attrita fronte eſt, & duro corde Prophetæ autem Hieremiæ præcepit Dominus, dicens: Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba quæ lo- *Hiere.36.* cutus ſum tibi aduerſum Iſrael, ſi fortè audient te domus Iuda vniuerſa mala, quæ ego cogito facere. Reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſsima, & propitius ero iniquitati eorum. Non ſolùm autem nullum ex hac comminatione fructum perceperunt, ſed Rex etiam Ioachim librum illum accepit, & in prunario, ad quod ſe
7 calefaciebat, illum comburendum proiecit. Etiam ipſe Propheta Hieremias cum captiuus teneretur Babylonis deuaſtationem de- *Hiere.51.* ſcripſit, & ad eos librum miſit, vt illum perlegerent: veruntamẽ à ſceleribus non deſtiterunt. Et ſic præcepit Saraiæ, qui legerat librum, vt poſtquam illum legere compleuiſſet, ligaret ad eum lapidem, & proijceret illum in medium Eufratem, dicens: Sic ſubmergetur Babylon. Non ſolum autem verbis, & comminationibus, verum & ſupplicijs etiam de quibuſdam peccatoribus ſumptis alios Deus admonere conſueſcit: quò illi aliorum ſupplicio deterriti ad meliorem frugem ſe recipiant. Sic nos adhortatur Diuus Paulus, dicens: Non ſimus concupiſcentes malorum, ſicut illi *1.Cor.10.* concupierunt: neque idololatræ efficiamini, ſicut quidam ex ipſis: nec fornicemur, ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt
8 vna die viginti tria millia. Nec tentemus Chriſtum, ſicut *Num.25.* quidam ex ipſis tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt. Nec *Num. 12.* murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc omnia ſcripta ſunt ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Ecce fratres quomodo ſanctus Apoſtolus illorum ſupplicia ad correptionem, admonitionemque noſtram fuiſſe teſtatur. Et ſic vnum ex ſceleribus, quæ Balthaſari Regi Babylonis obiecit, fuit, quòd ſibi non præcauit in ſupplicio, quod Deus ſumpſit de Nabuchodonoſor patre eius, dicens illi: O Rex optime, noſti quot, quantaque Deus in patrem tuum con- *Dan.5.* tulerit beneficia: nec te latet, propter ipſius ſuperbiam, eum à Do

mino regno, atque rationis vsu fuisse priuatum & septenniũ quasi iumentum herbis fuisse depastum. Quoadusque coram Deo scelus suum cognoscẽs humiliatus est. Tu quoque filius eius Balthasar non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia: sed aduersum dominatorem cæli eleuatus es. Idcircò ab eo missus est articulus manus, qui scripsit quod exaratum est. Suppliciumque sequenti die ab eo sumendum illi exponit. Quòd si ex laboribus, ac supplicijs, quæ iam diu sumpta sunt nos cautionem sumere oportet: quanto magis ex ijs, quæ nunc de proximis nostris

Simile. sumi perspicimus, nos præcauere oportebit? Fulgur de cælo demissum vnum percutit: plurimos autem deterret: sic in laboribus esse oportet, nisi simus animantia rationis expertia. Per Isaiam

Isai. 30. Prophetam comminatus est Deus Hebræos, dicens: Ego vos puniam donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis.

Simile. Quando nauis in mari confringitur, si qui supersunt nautæ malũ ei euellunt, & in sublimi montis fastigio erigũt iuxta locum, vbi naufragium fecerunt: vt quicunque illâc præterierint, rupem illic, periculosumque transitum esse cognoscant, & illum euitent. Sic Deus Hebræis, captiui (inquit) Babylonem ducemini: illicque Chaldæi vos affligent, atque necabunt. Sed aliqui supererunt in aliarum gentium admonitionem, quasi nauis malus in montis cacumine constitutus. Quando viduam mœstam, ac derelictam cernitis, timete, ne & vos sic à Deo puniamini. Illam quippe Deus fortè puniuit, quia vana erat, quod vir eius permittebat. Illum igitur Deus mori voluit, coniugem autem laboribus oppressam reliquit, vt tu in illa tibi caueas. Et idem in alijs tribulatis inferri potest. Singulare est etiam remedium, quo aduersus labores muniamur, si hæc caduca, & transitoria non nimio cordis affectu diligamus. In rebus enim temporalibus amittendis (ait Beatus Augu-

Augusti. stinus) tantus oportet quòd sit dolor, quantus in eis possidendis

Simile. fuit amor. Quapropter quemadmodum vir debilis, & ægrotus cum baculo innititur, non adeò super illum incumbit, vt confringatur, & ipse in terram corruat, ac percutiatur: sic etiam cùm bona temporalia sint baculus debilis, & arũdineus, ne adeò illis per affectũ innitaris, vt cùm perdita fuerint, per impatientiam atque peccatũ tu etiam pereas. Maximè etiam hîc animaduertendũ est cur sancta mater Ecclesia toties hoc sacratissimæ Domini passionis mysterium nobis ab oculos proponat. Quod quidem ideò facit, vt

5 cit, vt nos illud sæpenumerò animis contemplemur. Compertũ est enim, vtilius nobis esse in hoc sæculo de laboribus, ac morte Iesu Christi Domini nostri, quàm de gloria, qua in cælo perfruitur, loqui, quanuis vtrumque dignum sit æterna memoria. Ratio huius propositionis perspicua est: nam cognitio, & gratiarũ actio pro maiori beneficio amplioris est commodi, quàm recognitio minoris. Considerans Christum filium Dei morientem, atque regnantem, maiori beneficio illi astrictus sum, quia mortuus est propter me, quàm quia regnat propter se. Non vtique perceptu rus sum regnum eius propter illius gloriam, sed propter ipsius passionem. Eius enim pœna, passio, ac mors est causa meritoria gratiæ, ac gloriæ meæ, sicut affirmat Diuus Paulus, dicens: Cùm *Hebr. 5.* esset filius Dei, didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiam, id est,
13 discere nos fecit obedientiam. Et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Obedientia sua nos obedire docuit, vt sic disponeremur ad cõsummatę ipsi⁹ obedientiæ, mortisque, ac meritorum eius præmium percipiendum. At, licèt eius gloria sit beatitudinis nostrę exemplar, atq; imago, non tamen est causa meritoria illius. Et ideò quanuis vtriusq; cogitatio & contemplatio vtilissima sit, multò tamẽ vtilior est crebra tormentorum, mortisq; eius ruminatio, atq; colloquiũ. Præcipua enim Christiani res est Deum diligere. Ita dixit Moyses, & *Deut. 10.* nunc Israel quid Dominus petit à te, nisi vt diligas Dñm Deum tuum ex toto corde tuo? Vnde præcipuam Christiani viri exercitationem eam esse oportet, qua ad hunc amorem vehementiùs incitetur. Et licèt vniuersæ creaturę nos ad hũc amorẽ cõmoueãt,
14 vt ait Beatus Augustinus, inter isthæc autem omnia pretiosissima Domini nostri Iesu Christi Passio nos ardentiùs in hunc diuinum amorẽ poterit inflammari. Etenim nullo totius sæculi opere probitas, misericordia, charitas, cæteræque Dei excellentiæ *Ioan. 12.* clariùs, quàm vnigeniti filij eius passione declarantur. Et sic ipse dixit: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Tot, tantaque hominibus in cruce conferam beneficia, vt charitate mea quodammodo compulsi ad me veniant. O admirabilem exaggerationem! profectò nisi saxa durissima, aut Dæmones ingratitudine obdurati simus, vix nos continere poterimus, quin hunc summũ, largissimumq; benefactorem nostrum feruentissimè sectemur. Idcircò Prophetæ, & Euangelistæ plura

nobis de morte diuini huius Domini, deque eius opprobrijs, &
Iudic.8. passione, quàm de ipsius gloria retulerunt. Quia semel Gedeon
cum Madianitis bellum gessit, & filios Israel ab eis liberauit: ipsi
tanti beneficij ei gratiam referentes, dixerunt illi: Dominare no-
stri tu, & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu
Madian. In illo conflictu Gedeon ne guttam quidem sanguinis
effudit, nec vulnus, aut minimum quemque ictum recepit, quia
cum copijs suis hostes superauit confringendo vrnas, quas mani-
bus deferebant lucernis, quas in eis incluserant hostes Dei virtu-
te deterrendo. Et tamen adeò grati sunt filij Israel, vt ei, filioque,
& nepoti eius subijciantur. Quid igitur nos pro superno duce no-
stro facere deberemus, qui tot tantisque expensis suis nos à dæ-
monibus totum sanguinem suum effundendo, tamque atrocem
mortem tolerãdo liberauit? O Christe dulcissime animarum no-
strarum amor, quas tibi pro tanto beneficio gratias agemus? Do-
minare nostri: etenim corde tibi ijsque qui vicem tuam gerunt,
scilicèt prælatis nostris, qui Ecclesiæ tuæ præsunt, in omnibus
obediemus. Pro magna exaggeratione dixit olim Deus He-
Exod. 19. bręis: Vos ipsi videtis quomodo portauerim vos super alas Aqui-
larum. Aquila ab inferiori ad superiora in alis pullos suos defert,
pectus suum sagittarum ictibus obijciẽs: & se potiùs, quàm filios
suos percuti vult. Pleniùs vtique diuinus hic Dominus benefi-
cium, auxiliumque istud nobis præstat: siquidẽ non pectus tan-
tum, verum & totum etiam corpus terribilibus tormentis obtu-
lit, vt non ab inferni cruciatibus liberaret. Dicit igitur Dominus
discipulis suis.

Ecce ascendimus Hierosolymam. O quàm meritò dicit: Ecce, atten-
tionem petens: volebat quippè rem quandam obstupendam di-
cere: qualis erat Deum esse conspuendum, flagellandum, atque
occidendum. Latrones vapulant, blasphemi conspuũtur: Deum
autem esse flagellandum, atque conspuendum, quis vllo vnquã
tempore cogitaret? Hucusque profectò infinita eius charitas per-
Marc. 10. uenit. Notandum est autem Diuũ Marcum hoc ita referre: Erãt
autem in via ascendentes Hierosolymam, & præcedebat illos
Iesus, & stupebant, & sequentes timebant. In quibus verbis ma-
ximum vtique mysterium delitescit. Vnde timorem ac stuporẽ
illum sanctis discipulis dimanasse putatis? Dico illos maximè stu-
puisse, cùm Dominum ita accelerare perspicerent, vt vsitatum
gradiendi

18 grediendi modum mutaret, discipulosque suos praecederet. Loquens enim de passione sua patiendi desiderio exardescens celeriùs properare cœpit. Qua festinatione quanta charitate ad patiendum pergeret, quamque ardenter exoptaret pro nobis in crucem extolli, voluit demonstrare. Sancti autem Apostoli etsi timebant, non ideò ab eius sectatione desistebãt. Hoc enim interest inter bonos & malos: quòd cùm omnes labores sentiant, atq; pertimescãt: mali minima quaq; contradictione vexati, & minimo quoque timore perculsi à virtute deficiunt: iusti autẽ quamuis laboribus affligantur, & illos pertimescant, vlteriùs tamen progrediuntur.

Tunc accessit ad Iesum mater filiorum Zebedaei, &c. vsque ibi. *Dic vt sedeant hi duo filij mei.* Non est nobis mirandum quicquid homines
19 in hoc saeculo faciãt, siquidem homines sunt, quis vidit Hebraeos illos à Deo tot indulgentijs, atque auxilijs adiutos, quorum causa tot miracula fuit operatus, post paucos dies vitulum adorantes vt ei omnium illorum gloriam tribuerent? O maximam amentiam! Ecce hos homines, qui paucis ante diebus retia reliquerant, quot vanitates cogitant: iam principatus & monarchias expetunt. Hieremias dicit: Perdix fouit quae non peperit. Perdix dicitur adeò filios desiderare, vt aliena oua surripiens sub alis foueat, pullosque proferat, qui postquam producti sunt, & naturali instinctu matrem cognoscunt, eam, perdice relicta sequuntur. Nequeunt quippe naturam amittere, quam à matre deducunt. Idẽ est in hominibus: ea enim naturae indoles, quam ex matris ventre depromunt, vix vnquam illis deperditur: quando humilius
20 & profundius sepulti esse videntur, minimo quoque ventorum flatu suscitãtur: quod apparet in his sanctis, & alijs, qui postquã mundo mortui videbantur, parua, aut ferè nulla occasione oblata humanae passiones in illis reuixerunt. Vna verò ex passionibus, quae in filijs Adae magis dominatur, & difficilius eradicatur, est ambitio, quae aliorum complurium malorum exisit origo. Locus ille Beati Lucae dicentis: Facta est contentio inter discipulos, quis eorũ videretur esse maior: plerumque declarari solet, discipulos de maioritate ambitiose contendisse. At Beatus Augustinus plura hic pensanda esse dixit: Nam Christus Redemptor noster paulò antea dixerat in Cœna: Vnus vestrùm me traditurus est. Quo verbo sancti Apostoli pudore, ac dubitatione confusi

Hiere. 17.

Luc. 22.

Augusti. serm. 8. ad frat. in eremo, tom. 1.

 remanse-

Ioan.13. remanserũt, maximeq́; scire cupiebant, quis eorũ tã sacrilega[m] proditionem esset admissurus. Diuus autẽ Petrus Beatũ Ioanne[m] rogauit, vt à Dño sciscitaretur quisnã facinus illud perpetratur[us] esset. Dicit enim D. August.: Si Sãctus Petrus quis Dñm prod[i]turus esset, agnosceret, morsibus illũ fuisse confecturũ. Et cũ [ta]desiderio quo vniuersi Apostoli proditorẽ cognoscẽdi flagrab[ant] facta est contentio inter eos, quis eorũ videretur esse maior. G[lo]mũ (vt aiunt) ex filo elicere voluerũt, vt quisnam proditor esset, agnoscerẽt, curant scire quis eorũ honoris esset auidior, quiq́; [a]l[ijs] præferri desideraret: cõperto enim magis ambitioso intelligerẽt illũ futurũ esse proditorẽ, qui diuinũ magistrũ suũ vẽderet, vt ip[se] se totius mundi dominaretur. Ecquid non faciet, aut quid intent[a]tum relinquet ambitiosus? Deus nos à tã perniciosa peste cust[o]-
Iudi.9. diat. Maledictus ille Abimelech septuaginta fratres habuisse: om[nes] nes autem illi Gedeonis legitimi erant liberi. Ille solus Abime-lech erat spurius, filius ancillæ Gedeonis. Hic verò vilior omniũ regni gubernaculum sibi voluit vsurpare: quod vt cõficeret, vni-uersos fratres suos interemit, matrisq́ue suæ consanguineos pes-simæ quidem indolis, atque infimæ conditionis homines conue-nit: quibus vt ad sibi fauendum persuaderet, dicebat: Considera-te quia os vestrum & caro vestra sum. Consanguinei autem ma-tris eius negotium hoc humeris susceperunt, largitionibusq́ue ac muneribus inclinauerunt cor omnium post Abimelech dicen-tes: Frater noster est. Hic (aiunt) ex nostris est, communioniq́ue nostræ infimæ adhuc atque neglectæ fauebit. Quid similius ad-duci poterat ijs, quæ inter cathedraticos, & in alijs electionibus fiunt? statim quippe nonnulli allegant: Est frater ordinis nostri, a[ut] est ciuis, aut amicus noster: quamuis iniuriam alteri inferri perspi-ciant, ad nihil aliud, quàm ad affectionem, aut vtilitatem suam re-spiciunt. Et hic Abimelech infœlix tres annos magna cum con-tradictione regnauit, & tandem desperatus interijt, cùm à mulie-re ex sublimi turri rupis demissa, eius caput infringeret. O fratres in Christo Iesu, per reuerentiam Dei vos rogo, vt ad hæc diligen-tissimè animaduertatis, ambitionesq́ue vestras humilitatis freno coerceatis, siquidem eas tot malorum causam esse cognoscitis. Respondens Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Petijt mater: Do-minus autem filijs respõdet, quia illi in eius animum induxerũt, vt illud à Domino flagitaret. Illi dignitatem poscunt: Dominus

autem

24 autem eis respondet: Non est meum dare vobis; quasi diceret:
In mundo qui diligentiùs honores expetit, hic eos adipiscitur: do
mi autem meæ desiderantibus non conceduntur. Sic ego hæc ver
ba intelligo: sicuti cùm quicquam ab aliquo, quod ipse facere nõ
solet, exposcitur; respondet: non est meum hoc facere. O vtinam
hanc veritatem homines intelligerent. Honores quippè, ac digni
tates non petentibus quidem, sed earum dignis dari oportet. Qui
autem dignitatis se dignum existimat, ille eius est indignus. O
Prælati, ac Domini, à quibus munerum Reipublicæ commissio,
ac distributio dependet: ab hoc diuino Magistro discite, attendi-
te non esse vestrum indifferenter, sed dignioribus munera com-
mittere: quod vt meliùs faciatis, idem vos facere oportet quod
ærarij regij in pecunia formanda efficiunt. Priùs etenim frustũ *simile.*
25 auri, siue argenti, ex quo nummus conficiẽdus est, in statera per-
pendunt: & deinde illud iuxta ponderis quantitatem in statuto
canali infundunt. Domini ac patres mei vultis talem monetam
efficere, quam nemo repudiet? prudentiæ & considerationis sta-
teram assumite, & virum cui munus committere vultis, ipsumq;
munus appendite: quod si grauius fuerit munus viro: illum tolli-
te, & alterum ponite, quoadusque statera æqua lance consistat,
hoc est, quoadusq; munus, & vir quem ei præficere vultis æqua-
les sint: cumq; omni passione atque affectione semota pares esse
iudicabitis, gubernationis marculum, Hispanè [*cuño*] & sanctam
obedientiam eius humeris imponite, & siue libens, siue inuitus
demisso capite obtemperet. Cumque sic monetam pondere, ac
mensura feceritis, ne reuereamini, ne quis eam refutet: de Salua-
26 tore nostro Iesu Christo prædictum erat: Ipse enim quasi ignis *Mala. 3.*
conflans, & sedebit conflans, & emundans argentum, & purga-
bit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, &
erunt Domino offerentes sacrificium in iustitia, & placebit Do-
mino sacrificium Iuda, & Hierusalem, sicut dies sæculi, & sicut
anni antiqui. Talem oportet esse propositum: debet enim filios
Leui; hoc est, sacerdotes conflare, quos muneribus præficere co-
nantur. Attendite autem illum non æs aut stannum, sed aurũ aut
argentum conflare debere. Etenim ex ære atque stanno viles mo
netæ effici consuescunt, quæ nihil amplius valent, nisi quatenus
regium habent marculum. Quando autem Rex illas valore pri-
uat, inutiles remanent. Prælaturæ marculus non nisi super aurũ,

aut argentum imponi debet, non super hominem, qui à solo munere, quasi moneta à marculo pretium, atque valorem assumit: sed super eum, à quo munus potiùs, quam ipse à munere honoratur. Et ita placebit Domino sacrificium Iuda, id est, subditorum qui per veræ obedientiæ confessionem prælatis suis subijciuntur: & Hierusalem, id est, prælatorum, qui per visionem pacis in culmine prælaturæ sunt positi: sicut dies sæculi. Velut habēt septuaginta interpretes, sicut dies pristini, id est, hoc modo status antiquorum suorum puritatem reducentur. Eò quòd res hoc modo non fiunt, dignitatesque indignis hominibus conferuntur: tanta in Christianis rebus publicis dissolutio, ac strages existit. Ait enim Salomon: Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem. Ethnici quondam Mercurio, numerorum Deo festum celebrare consueuerant: scilicet vniuersus populus statuto die conueniebat, & singuli quique lapidem afferebant, eumque in aceruum Mercurij congregabant. Dicit igitur Salomon: sicut maximum sacrilegium erat lapides in aceruum tumulum immitti, vt Mercurius falsus Deus honore afficeretur: sic maximum esse sacrilegium digno relicto indignum prælaturæ, aut alteri muneri præfici. Et animaduertite hunc bina simul peccata patrare: alterum, quia Reipublicæ gubernationi male consulit, nec communis vtilitatis curam gerit. Et sic vniuersi mali, quod electus indignè electoris causa fecerit, elector apud Deum rationem reddet: alterum verò quòd viris probis iniuriam infert, cum eis iniquos homines anteponat: & ea, quæ illis iure competebãt, iniquè auferat. O infœlices homines, qui passione, siue affectione tantopere excæcamini, vt grauissimum humeris vestris onus imponatis: vestri saltem miseremini, & respondete sicut Dominus respondit, dicens: Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Diuus Augustinus rem quandam singularem adnotat, videlicet duas ad Dominum mulieres accessisse, quarum altera fuit Cananæa, Ethnica & peccatrix: altera verò hæc tandem soror Beatissimæ virginis Mariæ Dominæ nostræ, quarum vtraque filijs suis beneficia postulauit: sanctæque huic petitionē Dominus denegat: Cananææ autem peccatrici plus etiam quàm petit concedit. Cuius ratio est, quia Cananæa humiliter à Domino filiæ suæ salutem deprecata est, & ideò quod petierat, impetrauit. Hæc autem sancta infirmitatem liberis suis postulauit. Et ideo

Prou. 26.

Augusti. super hoc Euange.

ideò Dominus ei petitionem abnegat: maiori namque miſericordia, & pietate cum illa, liberiſque eius vtitur, illam negans, quàm concedens. Quæ cùm ita ſint dilectiſsimi fratres, cùm hæc ſæcularia quæſieritis, & tandem conſecuti fueritis, maximè timete, ne fortè Deus in pœnam aliorum peccatorum à vobis illa ad condemnationem veſtram impetrari permittat, id eſt, cùm Saul de Dauid vlciſci vellet, dicitur ei filiam ſuam Michol in vxorem dediſſe. Dabo (inquit) eam illi, vt fiat ei in ſcandalū, & ſit ſuper eū manus Philiſtinorum, hoc eſt, vt de illo vindicet, videns eum Philiſtijm inimicorum eius manibus traditum. Sic volēs Deus de te ô peccator vlciſci, quia plurimis ſceleribus tuis offenſus eſt, filiam ſuam Michol, ſicut Saul Dauidi, tibi tradit, eccleſiæ ſuæ cuſtodiā tibi committi permittit: tu verò illam negligenter obſeruas. Caue igitur, ne ſuper te ira Dei de cælo deſcendat, niſi opportunum tibi remedium adhibueris. Quamobrem frater licet adiutores tibi ſint, quibus ad volandum per huius ſæculi aera iuuari poſsis, quantum tibi poſsibile fuerit, hæc time, & diligenter aufugito, ſunt enim periculoſa nimis, quæ ſemper ſerui Dei maximè timuerunt. 1. Reg. 18

Ex libro Geneſis apparet, quòd quamuis ſanctus Patriarcha Iacob filium ſuum Ioſeph videre magnoperè deſiderabat, cū magno tamen timore in Ægyptum ſe conferebat. Dicit enim illic ſacratus textus Deum illi iam iter facienti dixiſſe: Ego ſum fortiſsimus Deus patris tui noli timere, deſcende in Ægyptum. Ex quibus apertè colligitur ſanctū ſenem timidum proceſsiſſe: alioquin enim non ei diceret Dominus: noli timere. O bone Deus ſiquidem filium tam potentem, totiuſque regni gubernatorem in Ægypto habebat, quid illuc ire timebat? Hoc forſitan vir ſanctus verebatur, ne filij ſui Ioſeph potentia occaſioni eſſet ſuperbiæ cæteris fratribus, neuè illos proteruos efficeret, aut ad dignitates illic expetendas commoueret. Beati qui hoc timēt, ſiquidem tanta inde ſuperbia, atque expetitio ſolet exoriri. Idcircò clemētiſsimus Ieſus dilectis diſcipulis ſuis petitionē illā non conceſsit; ſed dixit eis: *Calicem quidem meum bibetis*. O quāta eſt indulgentia, Deum te inuitare, cibiſq; ſuis te cibare, & vaſe ſuo potare. Quaſi maxima ſibi facta fuiſſet indulgētia, & beneficium, dixit Aman: Regina Heſter nullum alium vocauit ad conuiuium cum Rege præter me: apud quam & cras cum Rege pranſurus ſum. Quid Gene. 46. Heſter. 5.

igitur

igitur erit ad Dei conuiuiū inuitatus? Vnde quò magis homines à Deo diliguntur, eò abundantiùs ab eo hoc diuino calice potantur. Et sic dicitur de Angelis illis, quos vidit Beatus Ioannes, habentes phialas plenas ira, & verberibus Dei: & quartus Angelus effudit phialam suam in solem, quam dicit Beatus Gregorius labores significare, quibus iusti quasi sol clari, atque illustres affliguntur, super quos non guttam quidem, sed totam phialam dicit effundi. Et de ipsismet amicis Dei nomine filiarum Sion dicit Zachariae: Et bibentes inebriabuntur quasi vino, & replebuntur ut phialae. Super quo dicit D. Greg. hoc dici, quia amici Dei plurimis sese offerent laboribus, atque etiam corpora sua in sacrificium Deo gratissima immolabunt. Hoc beneficium contulit Dominus suis sacris Apostolis, quòd tam alacriter hunc mortis calicem biberent, vt dixerit Beatus Paulus: Sed & immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestrae, gaudeo, & congratulor omnibus vobis. Idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi. Dicit hîc Sanctus Apostolus, se propter fidei, atque Euangelij ministerium immolari, atque occidi: seque propterea maxime gloriari, Philippensibusque de laboribus ob Iesu Christi fidem toleratis gratulatur, eosque rogat, vt de tanto bono sibi etiam gratulentur. O Beate Paule, quis te quaeso hanc Philosophiam docuit quod mortem omnibus huius saeculi laboribus terribiliorem tam hilari animo suscipias, vt amicos tuos ad gaudendum, tibique gratulandum inuites? Profectò quando vsque ad tertium caelum raptus fuisti, tunc istam Philosophiam didicisti: illic vbi, quod tibi reuelatum fuit, non esse condignas passiones huius saeculi ad futuram gloriam: vbi haec patet, illic etiam quàm desiderabile esset propter Deum tormenta perferre cognouit. Huius sapientiae ipsum Deum habuit doctorem, sic ipse Dominus testatur: Ego (inquit) ostendam ei quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Quomodo haec illum docebis Domine? Quomodò? Ego illi tantum bonum ostendam, cuius amore, atque desiderio tantopere inflammabitur, vt ad illud impetrandum nullum huius saeculi laborem suscipere recuset. Ecquis enim cùm gloriam viderit, ad eam comparandam vniuersa tormenta non patietur? Et quamuis nos eam non viderimus, inenarrabilia tamen & aeterna bona esse credimus, quae Deus illis praeparauit, qui in hoc saeculo propter eum aequo animo tormenta patiuntur. Quae cùm ita sint fratres charis-

Margin notes: Apo. 16. — Grego. — Zacha. 9. — Greg. — Philip. 2. — Act. 9.

36 ſimi ad bibendum calicem, quo nos Dominus potare voluerit, ful ciamur: vt calicis eius participes effecti cæleſtis ipſius Domini gloriæ conſortes effici mereamur. Amen,

Feria VI. poſt. Dñicã. II. in Quadrageſima.

Homo quidam erat Pater familias, qui plantauit vineã, &c. Matth. 21.

EXPONATVR ad literam tota parabola. Vnũ ex iis quæ Deus vehementiùs execratur, eſt ſuperbia. Non ſolus autem Deus, verùm & homines, qui ratione, non autem paſsione ducuntur, eam odio proſequuntur. Vnde Salomon: Odibilis (inquit) corã Deo, & hominibus ſuperbia. Nonnulli ſunt homines, qui et ſi Deo ſunt odibiles, hominibus tamen odioſi non ſunt: ſuperbus autẽ ab omnibus odio habetur: etenim & infernus etiam ſuperbã in ſe animam recipiens conturbatur. Quando Balthaſar in infernum ingreſſus eſt, exaggerat ſanctus Propheta Iſaias infernũ fuiſſe conturbatum dicens: Infernus ſubter conturbatus eſt, in occurſum aduentus tui. Eo quòd tam execrabilis ſit ſuperbia, maximè deſiderabat Dauid illa omnino carere: & ſic affectuoſè orabat dicens: Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. Valde notandum eſt, curnam dixerit Sanctus Propheta ſe deſiderare, ne ſibi pes ſuperbiæ adueniret, non autem abſolutè Deum rogauerit, vt ſe à ſuperbia liberaret. Dico illum hoc deprecatum fuiſſe, quia iuſti non ſolùm totum ſuperbiæ corpus, ac molem, ſed & primum etiam eius ingreſſum, & primum paſſum, neuè ipſorum animas pede perungat, maximè pertimeſcunt. Qui domum ingreſſurus eſt, priùs pedem in limine ponit, quam toto corpore intreat. Itaque deprecatur viros ſanctos, ne primus quidem ſuperbiæ motus in animam eorum ingrediatur: neuè diabolica tẽtatio licèt ad eum perueniat, operationem aliquam in anima ipſius efficiat. Etenim hoc ſignificant verba illa: Nec manus peccatoris moueat me. O admirabilem exaggerationem, qua maximum periculum, quod in ſuperbia ineſt, apertè detegitur. Et rationẽ reddens Sanctus Propheta, ob

Eccli. 10.

Iſai. 14.

Pſalm. 35

ob quam tantoperè superbiam execratur, dicit: Quia ibi ceciderunt peccatores. Propter illam mali Angeli ab statu suo prolapsi sunt. Itaque cælum illos sustinere nequiuit. Vt igitur hoc tam malum fugiatur, humilitasq; à nostro diuino Magistro Iesu Christo nobis maximè commendata comparetur, vnum ex necessarioribus medijs est propriæ vilitatis agnitio. Cuius cognitionis defectus coram Deo nimis est odibilis: sicut apparet per Hieremiam, vbi referens Dominus plurimas idololatrias, latrocinia, aliaque complura peccatorum mala recensens, non assignat pro fundamento supplicij, quòd de sceleribus illis se sumpturum vindictam dicit, mala, quę illi fecerunt: sed ipsorum obstinationem, & quòd illa non cognouerunt, neque scelerum eorum cognitionem habuerunt. Et sic his verbis de illis conqueritur; & dixisti: Absque peccato, & innocens ego sum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce ego iudicio contendam tecum, id est, ego te condemnabo: eò quòd dixeris: Non peccaui. Etenim nulla sunt adeò grauia peccata, quæ propria cognitione dimissu facilia non reddantur: neque vlla sunt adeò leuia, quæ obduratione cognitionisque defectu difficillima non efficiantur. Ideò quasi dispositionem ad remedium suum Propheta allegat, dicēs: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper, (ait sanctus Propheta) peccatum meum præ oculis fero, ne vnquam me superbire patiatur. Oculos enim in tam absurdo, [illegible] horribili spectaculo, quale est peccatum, constituens, quomodo non confundar, atque à me ipso contemnar? Quod si homo virtutem in se aliquam senserit, in Deum oculos inijciat: nam in solis conspectu sidera non lucent. Vir prudens, qui Deum ante [illegible] habet, nec se, nec virtutes suas animaduertit, omnia nihil esse [illegible]tur. Sic faciebat Propheta ipse cùm diceret: Et substantia mea tamquàm nihilum ante te. Singularis est etiam via, quæ ad hanc cognitionem ducit, considerare peccata, quæ alij admittunt, [illegible] etiam posse committi: vt sic in mei ipsius contemptum deueniam. Plutarchus refert Platonem in virtute, suique cognitione magnopere profecisse, aliorum delicta videntem: cùm enim illa perspexisset, intra se ipse dicebat: quomodo superbire, aut apud [illegible] aliquid æstimari potest homo, qui talia peccata perpetrare potest? siquidem autem ego vniuersa aliorū peccata perpetrare possim, quare me non negligam? O admirabilem viri prudentiā! Et con-

Hiere. 2. *Psal. 50.* *Psal. 38.* *Plutarch⁹*

6 ex aliorum peccatis, vnde nonnulli indignationis, ac murmurationis occasionem assumunt, ad sui cognitionem, atque contemptum excitatorem ipse faciebat. Quamuis verum sit ad hanc peccatorum, propriæque vilitatis cognitionem, & exinde humilitatem impetrandam hæc, & alia plurima remedia adhiberi consueuere: vnum tamen ex efficacioribus est diuinæ potentiæ, magnitudinis, beneficiorumque cognitio. Nihil euidentius maximam nostram miseriam comprobare potest, quàm Deum potentiam, probitatem, sapientiamq; suam in nos ab his terrestribus rebus, quas diligimus, compescendo adhibuisse, nec tamen id nobis (libero arbitrio remanente) in animũ inducere potuisse. Quid amplius de hominibus dici potest, quàm cùm Deus vt illos ad se attraheret, omnia, quæ potuit, atque etiam (si ita dici potest) plus
7 quàm potuit, effecerit. (Etenim Deus mori nõ poterat, tale autẽ artificium exquisiuit, vt verè nunc dici possit: Deus pro hominibus mortuus est) nec tamen isthæc omnia ad illos bonos reddendos, atq; à sceleribus cohibendos suffecisse? Hæc est maxima peruersitatis nostræ comprobatio, quæ nos vndique circuit, atq; conuincit. Quando morbi medicinis non obtemperant, aut illi sunt grauissimi, aut homo ille pessimę est complexionis. Cùm igitur videamus quàm malè, atque negligenter infinitæ Dei potentię, atque probitati obtemperemus, quid aliud dici potest, nisi aut morbos scelerum nostrorum esse grauissimos, aut nos adeò malos esse, vt tanta hæc, tamque efficacia remedia leuibus morbis non medeantur? Hæc omnia significat quòd Christus Redemptor noster in hodierna sancti Euangelij lectione dicit, se vineæ suæ fecisse, ostendens se ad eius culturam nihil intentatum reliquisse: omnia tamen modicum profuisse. Postquàm ipse Dominus per Isaiam Prophetam dixerat: Vineam suam in cornu filio olei, id est, in loco excelso, atque vberrimo à se fuisse plantatam, atque in ea totam curam, ac diligentiam necessariam à se fuisse adhibitam, addidit dicens: Nunc ergo habitatores Hierusalem, & viri Iuda iudicate inter me, & vineã meã quid est quod debui vltra facere vineæ meę, & non feci? An quòd expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas? ó Deus infinitæ maiestatis, atque inestimabilis potestatis, nunquid Domine istud dicens vires, atque potentiam tuam non comminuis? An non est hoc potestati tuæ derogare? cùm dicas humana corda ad obediẽtiam tui à te redigi

Simile.

Isai. 5.

non posse? Respondeo hoc non esse potentiæ eius derogare, sed duritiem, pertinaciamq; nostram exaggerare. Nam si Deus nos capillis apprehenderet, atq; in cælum perduceret (sicuti nos sperare videmur) potentiam suam potiùs nos cogendo, quàm probitatem flectendo, voluntatesque nostras ad ipsius amorem inclinando demonstraret. Hoc autem esset, vt ait Thaulerus ex cælo brutorum animantium carcerem efficere, non autem domicili... præmij quo afficiendi sunt homines, qui amore commouentur, spe innitantur, ac ratione ducuntur. Et ita Doctor ipse verba illa interpretatur, quæ Dominus in Cruce dixit: Consummatū est. Id est iam nihil est quod non tentauerim, quòdq; non fecerim, quod homines ad me quærendum, atque diligendum commouere posit. Quocunq; se vertant, res inuenient quæ illis occasioni sint pudoris, atque confusionis, nisi mihi seruierint: quibusq; ad me diligendum stimulentur. Beatus Ioannes dicit se vocem de cælo audijsse dicentem: Proiectus est accusator fratrum nostrorum, dæmon ab illa voce hominum accusator appellatur. Veruntamen alium vrgentiorem maiorisque fidei accusatorem, nos in die iudicij habituros esse arbitror: quod erit totum artificium quod Deus ad nos sanctificandos quæsiuit, ex quo tam parum fructus percepimus. Hoc fratres mei si attente perpenderemus, nos magnoperè deterreret & nimis humiliatos redderet.

Thaulerus.

Apoc. 12

Vinea est hic credentiū status, quē Deus habet in terra, quē vineę nomine nūcupauit, ꝓpter fructū amoris, & charitatis, quē se ex illa percepturū sperat, qui quidē in diuinis literis vinum dicitur. Et sic dicitur sponsæ: Guttur tuū sicut vinū optimū dignū dilecto meo ad potandum labijs, & dentibus illius ad ruminandū. O mirificā exaggerationem, in qua quantum Deus hominum amore delectetur, apertè detegitur: cùm dicat hic sancta Scriptura postquam ipse eū bibit, labia relingere: hoc etenim facere solemus, cùm quid edimus, quo maximè delectamur, auiditas enim delectationem parit, delectatio verò rem gustui efficit dulciorē.

Cant. 7.

Est autem valdè notandum hic amorem guttur appellari. Et ratio est: quia quemadmodum in gutture vox conflatur, atque illic vires suas vt audiatur & sonora sit assumit: sic opera nostra non plus apud diuinas resonant aures, quam quatenus in gutture, hoc est in charitate formantur: illic enim tantas accipiunt vires, vt dicat Diuus Paulus: Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam

Simile.

1. Cor. 13.

ti ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Ideò non absque mysterio dixit sponsus: Vulnerasti cor meũ in vno crine colli tui. Non dixit, capitis tui, sed colli tui. O rem admirabilem, quòd tantus Deus rei tam paruæ amore capiatur. In hoc voluit Dominus significare quantumuis minimum sit opus, dummodo ex charitate procedat, fieri non posse quin Deo placeat statimque ad eius cor vulnerandum perueniat, quanuis nihil aliud sit, nisi vas aquæ frigidæ. Ideò dicit, in vno crine colli tui, id est, in vno minimo opere ex charitate procedente. Hoc autem talis charitatis est guttur, vt insulsa, atque insipida quæque iucunda perficiat: atque omnia in dulcorem conuertat. Ecquid pretij pro gutture illius qualitatis daretis, vt quicquid, licèt fel amarissimum, per illud præteriret, in mellis dulcedinem verte- *Cant. 4.*
13 retur? Hæc igitur est charitatis efficacia, quòd omnia in suauitatem conuertit: ieiunia, disciplinas, cilicia, atque etiam, & martyriũ dulcoret: sin minus ardentissimos Martyres interrogate: qui cùm super candentes carbones iacerent, super odoriferos flores se sedere iudicabant. Etenim hæc charitas est tanquam vinum, quod (si ita dici potest) Deum inebriauit, atq; extra se fecit exire.

Ita Beatus Dionysius. Audendum est (inquit) & hoc pro veritate dicere, quòd ipse omnium causa per abundantiam amantissimæ bonitatis extra seipsum fuit ad omnia existentia. Hanc vineã innumerabilium Angelorũ sæpe Dominus circuiuit. Cùm Rex Syriæ milites suos misisset ad Eliseum Prophetam apprehẽdẽdum, puer Elisei videns cohortem maximè timuit, sanctus autem Propheta Dominum exorauit, dicens: Domine aperi ocu- *Dionysius li. 4. de cœlest. Hierarch.* *4. Reg. 9.*
14 los pueri huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit; quia ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisei. Si hoc Dominus munimine vnum iustum obseruat, quanto maiori vniuersam Ecclesiam suam protectione custodiet? Nec verò illum Angelis circuire contentus est, sed ipsemet se illius vallum constituit. Et hoc significant verba illa Prophetæ dicentis: Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Et alia translatio dicit: Sicut scuto, dilectione coronasti nos, id est, circumuallasti nos. Et Chaldaica paraphrasis sic habet: veluti clypeo, voluntate bona coronabis nos. Hæc omnia significant clementissimum Deum nostrum bona voluntate sua, charitate, ac misericordia quasi scuto nos vndique circuire, atque *Psalm. 5.*

custodire. Etenim hic coronare, idem est quod circũdare, seu cir-
1.Reg.23. cuncingere nos ad modum coronæ. Sic legitur quòd Saul, & eius
exercitus circũncingebat Dauid ad modum coronæ.

Hæc vinea quondam in Hebræorum potestate fuit: quia eam
illis Dominus locauit: *Et peregrè profectus est.* Hic incipit assigna-
occasio, ex qua eorum ingratitudo processit, quæ fuit absentia
patrisfamilias. Arbitrati quippè sunt Dominum fructus vineæ
nullo vnquam tempore ab eis esse petiturum, & hoc stultè opi-
nantes fecerunt quod in hodierna sancti Euangelij lectione feci-
Psalm.9. se dicuntur. Ideò dicitur: Non est Deus in conspectu eius: inquina-
tæ sunt viæ illius in omni tempore. Et seruus ille malus dixit:
Matt.24. Moram facit Dominus meus venire. Et sic multa mala perpetra-
re ausus est. Talis dicitur esse Deus, qualem mali eum contem-
plantur: cùm Deus vbique per essentiam, præsentiam, atque po-
tentiam existat, quia vt Propheta Hieremias nobis scriptum re-
Hiere.23. liquit: Cælum, & terram ego impleo. Quia malis Deus longè vi-
detur abesse, idcircò peregrè discessisse dicitur.

Hæc fraudulenta opinio vniuersum ferè mundum destruit,
scilicet, quia Deum à nobis longissimè distare putamus, nec no-
bis persuademus, illum tam cito ad rationem à nobis exigendam
venturum esse opinamur: sed nobis ad gaudendum, atque peccã-
dum, & posteà ad pœnitentiam agendam tempus non defuturũ
esse iudicamus. Diabolus enim breuissimam quidem hominis
vitam in cordibus nostris longissimam esse depingit. Pictores in
rebus depingendis tali vtuntur artificio, vt cùm omnes æquè in
eadem depictæ sint tabula, aliæ propiùs, & aliæ procul esse videã-
tur. Sic facit Diabolus: qui diem obitus nostri, qui quidem om-
nibus est proximus, eo artificio depingit, vt quàm longissimè à
nobis distare videatur: vt sic nos ad omnia mala, quæ vult, pos-
sit attrahere. Hoc artificio miserum adolescentem meretrix illa
fefellit, & ad suas turpitudines allexit, de qua in prouerbijs ser-
Prouer.7. mo habetur. Dixit enim: Veni, inebriemur vberibus, & fruamur
cupitis complexibus donec illucescat dies: non est enim vir in
domo sua, abijt via longissima: sacculum pecuniæ secum tulit:
in die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam. His verbis il-
lum decepit, dicens virum suum longè abijsse, plurimasque secũ
pecunias, ad complura negotia conficienda detulisse, & ita non
tam citò esse reuersurum. Et ibidem dicitur: statim eam sequitur

quasi

18 quaſi bos ductus ad victimam. In his verbis primum detegitur,
quomodo caro noſtra per diabolum ſolicitata miſerum ſpiritum
falſa ſpe longiſsimæ vitæ fallit, quò voluptatibus, alijſque com-
pluribus vitijs indulgeat. Secundò meretricis domus, vbi Deus
offenditur, quamuis plurimis cortinis, atque tapetibus exornata
ſit, carnificium quoddam eſſe demonſtratur. Hic namque ſacra
Scriptura dicit, meretricem hanc adoleſcenti dixiſſe: Intexui fu
nibus lectum meum ſtraui tapetibus pictis ex Ægypto. Et tamẽ
ſubdit inferiùs: ſequitur eam quaſi bos ductus ad victimam. Ecce
quomodo ędem illam locum victimæ, atque occiſionis appellat.
O maledicta domus vbi tot occiduntur animæ. Hoc eſt carnifi-
cium Sathanæ. Hùc infœlices luxurioſos adducit. Neque verò ei
capiſtri deſunt, quibus infœlicem hunc gregem in hanc domum
19 includat. Etenim nõnulli ſunt homines, qui in hoc officio Satha
næ deſeruiunt, & alios ad peccandum inducunt. O ſceleſtiſsime
nunquid tibi non ſufficit animã tuam perdere, vt quid & alios co
naris euertere? Non ſufficit quòd Deum tu perſequaris, quare &
alios, qui eum inſectentur, exquiris. Anne tanto illum odio pro
ſequeris, vt illum à te offendi nõ ſis contentus, ſed exercitum etiã
confles, quo huic optimo Domino bellum inferas? quæ nam tibi
damna contulit, propter quæ aduerſus illum ſimultatem geras?
O Deus infinitæ maieſtatis, verba mihi Domine, atque efficaciã
concede, vt quanta animi cõtentione oportet de hoc negotio ſer
monem habeam. Dicite fratres, ſcitis ne vtrùm aliquod ſit carnifi
cium huiuſcemodi in hoc populo. Proh dolor quomodo hoc di-
cam? Quomodo hoc dicam? nonne ſanguineis lachrymis lamen-
20 tãdum eſt, quòd cùm vniuerſæ ciuitati quantumuis magnæ vnũ
carnificium occidendis pecoribus ſufficiat, vnde toti Reipublicæ
carnes deferuntur, in ſingulis tamen vicis ſit vnum animarum
carnificium, vbi quotidiana illarum cædes exercetur? Cùmque
animalium carnificium ferijs ſextis, vigilijs, atque quadragesi-
mis ſit occluſum: his tamen turpiſsimis carnificina ſpiritalis
ſemper pateat? O clementiſsime Domine, tu per ineffabi-
lem clementiam tuam his malis remedium adhibe. Hæc om-
nia ex diuturnæ vitæ falſa ſpe proficiſcuntur, & ex eo quòd
mali virum via longiſsima abijſſe, id eſt, peregrè patrem fa-
milias profectum fuiſſe ſibi perſuadent. Ne autem fallamini in-
fœlices peccatores: nam vt Diuus Paulus ait. Cùm dixerint: pax, 1. Theſſ. 5.

& securitas tunc, repentinus eis superueniet interitus.

Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos, ad agricolas vt acciperent fructus eius, & agricolæ apprehensis seruis eius, aliumverò lapidauerunt. O terribilem atrocitatem, sic Dei nuncios, sanctos Patriarchas, atque Prophetas tractari, qui etiam ab irrationalibus, & insensibilibus creaturis ingenti honori haberi consueuerunt.
Daniel. 6. Qui vnquam agni coram pastore suo adeò mites extiterũt, sicut
3. Reg. 17. leones coram Daniele Propheta cùm in eorum lacum fuit immissus? Qui serui, aut œconomi tam diligenter vnquam domino suo seruierunt, quàm corui Eliæ Prophetæ alimoniam ministrarunt? Quæ vllo vnquam tempore nauis tutiores deduxit nautas, quàm venter ceti Ionã asportauit? Quæ mœnia fortiùs ciues
Ion. 3. Daniel. 3. alicuius vrbis protexerunt, quàm ignis tres illos pueros in fornace Babylonis inclusos muniuit? Quid igitur? cum bruta animantia insensibilesque creaturæ Prophetas, ac seruos Dei, tanto respectu venerentur, vos Isaiam medium serra conscidistis: Hieremiã alapis percussistis: Mosen, nisi ad tabernaculum confugeret, lapidare voluistis: quibus verbis tanta iniquitas satis dignè poterit explicari?

Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum, agricolæ autem videntes filium dixerunt intra se. Malitia vtique hominum cum Dei probitate certabat, ait Beatus Chrysostomus. Eò
Chrysosto. autem probitas hæc Dei peruenit, vt vnigenitum filium suum eis miserit: Hic profectò Deus miserationum suarum cumulum, atque fastigium collocauit, & maiori iure dicere nũc potest: quid debui facere vineæ meæ, quod non fecerim? Cûm enim per Isaiam Prophetam hæc verba dixerat, nondũ actualiter in homines hoc contulerat beneficium. Hoc autem ineffabili beneficio ita abusi sunt, vt dixerint: *Hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* O obstupendam ingratitudinem ò terribilem abominationem, ò cælum, ò terra, ô insensibiles creaturæ super tantum scelus admiramini: vt sanctus Moyses horum scelestissimorum hominum iniquitatem exaggeraret, dixit: Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. Hic verò vlterius Iudæorum malitia procedit, quandoquidem eò peruenerunt, vt in creatorem suum violẽtas manus inferrent, eumq; tam atroci morte interimerent. O fratres in Christo Iesu nũc ego vos
Deut. 32.

interrogo,

24 interrogo, vtrùm hoc étiam de nobis dici potest, cùm huius diui-
ni Patris tantopere obliuiscamur. Historiographus quidam re-
fert, adeò crudelem pestem, humanæque reminiscentiæ corru-
ptionem in Æthiopia fuisse grassatam, vt homines parentum li-
berorumque suorum nomina obliuiscerentur, neque etiam suo-
rummet vocabulorum ipsi meminerint, quod ex magna cadaue
rum multitudine, quæ in quodam prælio procubuerant, proue-
nisse dicit. Sic vtique tanta inter nos spiritualis pestis grassatur,
atque adeò immemores effecti sumus, vt ne diuini quidem Pa-
tris, ac Domini nostri Iesu Christi nominis, nisi ad illud blasphe
mandum recordemur: nec liberorum, minus autē proximorum
nostrorum ad eis subueniendum meminerimus. Nostri etiam ip
sorum immemores sumus, quales nisi essemus, aliter vtique, me
25 lius, scilicet, ac sanctius ac viuimus, viueremus.

In his autem, quæ mortaliter delinquimus, contemplamini
nos iterum Iesum Christum crucifigere, sicut affirmauit Diuus
Paulus, dicens: Rursum crucifigētes sibimetipsis filium Dei. Ad *Hebr. 6.*
hoc tantum malum scelestissimi illi homines propter cupidita-
tem peruenerunt, sicut ipsi detexerunt, dicentes: *Et habebimus hæ
reditatem eius*. Ex quo apparet quàm meritò dixerit Diuus Pau-
lus: Radix omnium malorum est cupiditas. Et ideò subdidit, di-
cens: Tu autem ô homo Dei hæc fuge. Ex his Sancti Apostoli *1. Tim. 6.*
verbis apparet quā difficilis sit sanatu humana cupiditas. Vnus,
& alter arboris ingens ramus abscindi sine labore non potest. Ar
boris autem radicem euelli, multo quidem difficilius, ac laborio-
sius est. Plurimæ etiam manus, & vires ad eam euellendam re-
26 quiruntur. Diabolus tanquam arborem in hoc orbe malitiam in
seruit, cuius vnus ramus est gula, alius luxuria, alius superbia:
huius autē arboris radicē sanctus Apostolus cupiditatē esse testa
tur. Magno labore opus est ad efficiendum, vt vorax gulā à se ex *simile.*
pellat, atq; vt carnalis, ac libidinosus continētiæ terminis septus
teneatur: ad auarū autē conuertendū, eiusq; cor à rebus terrestri
bus abstrahendum longè maximus labor exigitur. Si filius tuus *simile.*
ab hostibus captiuus ductus est, difficilis est redemptu: si verò in
inhumanorum, barbarorumque hominū manus deuenit, qui hu
manis carnibus vescūtur, quid remedij est, nisi Deus miraculū fa
ciat? Vniuersi peccatores sunt serui diaboli, vt summa veritas af-
firmauit, dicens: Omnis, qui facit peccatū, seruus est peccati. In *Ioan. 8.*

auaro autem vlterius proceditur: non enim captiuus tantũ diaboli est, verùm & eius etiam esca. Hoc verò à me primùm dictum esse putatis? Audite ipsum Deum, cùm serpenti malediceret, dicentem, Terram comedes cunctis diebus vitę tuę, id est, vt Diuus
Gen. 3.
Augustinus exponit: Cibus tuus erũt peccatores terreni, quorum corda cupiditate plena sunt: quique oculos suos statuerunt declinare in terram. Hi sunt eius esca: nam in illo hominum genere maximam operationem, diabolus efficit. Illosque in se adeò incorporat, vt mirum sit animam ab hoc vitio exire, vt autẽ mihi fidem adhibeatis, animaduertite quales, quantasque in corde Iudæ radices egerit auaritia, & quæ diuinus eius Magister effecit, vt peccatum illud ab eius visceribus euelleret. Apostolum suum illum creauit, faciendi miracula potestate donauit: suomet corpore in cœna cibauit, seuerissimè illum comminatus est, nihil tamen horũ profuit. Liberet nos Deus à tali pertinacia, & à malo, quod tam profundè in humano corde radicatur. O quot sunt hodie in mundo similes his qui dicunt: *Venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem.* Etenim se locupletari, hæreditatesq; habere nõ posse arbitrantur, nisi Iesum Christum verum Deum occidant. Hoc est, existimant se viuere, atque familiam suam alere non posse, nisi peccent, contractusque illicitos, atque vsurarios faciant. Et sicut diuitias in peccato lucrantur, ita eas etiam in peccato deperdunt, sicut significauit Dominus per Michæam Prophetam dicens de quibusdam temporalibus diuitijs: Omnes mercedes eius
Michaæ. 1.
igne comburentur, rationemque assignans dicit, quia de mercedibus meretricis congregatæ sunt, & vsque ad mercedẽ meretricis reuertentur. Quasi diceret, qua via comparatæ sunt, eadem disperibunt: Male parta, male conseruantur, atque etiam occasioni sunt, vt etiam & bene parta simul cũ eis male dilabantur. Qui
Simile.
nimium comedit, & stomachi cruditatem, atque inuersionem habet, crudos, atque digestos in simul cibos euomit. Sic qui aliena bonis suis commiscet, vtraque plerunque perdit.

Est etiam valdè notandum quod venientem hunc hæredem ad vineę suæ fructus exigendos ingrati illi agricolæ tam immaniter occiderunt. Super quo satis hodie, quod deploretur, existit, cum plurimos, quia quod sibi debetur, exposcunt, afflictos videamus: neque enim debitores debitũ negare contenti sunt, ad quod etiam transuersos adducunt textus: verum etiã quando hæc non sufficiant,

faciunt, eos comminationibus deterrent, gladijs cedunt, ac morte afficiunt. Hoc autem à potentibus huius sæculi celebrius fit: potentiæ quippe suæ innituntur. Vna ex præcipuis rationibus, quas diuinæ literæ assignant, quare Deus diluuio mundum destruxit, fuit quia Gigantes erant super terram, ac si dicerent: vires, atque potentia, qua Deus illius temporis homines corroborauit, eos superbos, tyrannosque effecit: cùm Deus vires illis concesserit, qui plus deberent paruulis, atque imbecillis fauere. O diuites, atque potentes sæculi quantopere Dei beneficijs abutimini. Audite quid dixerit Deus filijs Israel. Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, & timebunt vos. Videte ergo diligenter, ne commoueamini contra eos: & paulò post, cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis, aquam emptam haurietis, & bibetis. *Gene. 6.* *Deut. 2.*

31 Prius eos admonet, vt cibos emant, & postea comedant: non autem è conuerso, aquamque emant, & ex puteis ipsi exhauriant, non autem vt alienis brachijs illam hauriri faciant. Etenim pauperes illi, quia eos vehemẽter timerent, loqui non auderent. Ideò dicit. Timebunt vos. At nè ad potentiam vestram, eorumque timorem, sed ad æquitatẽ, quam facere debetis, attendite. O si ad hoc respiceretis ij, qui vos in terra potentes experimini, quot peccatis obuiaretis, quotque debita solueretis, quæ creditores vestri à vobis exigere non audent, ne fortè illos occidatis, aut potentia vestra opprimatis.

Hic est hæres, venite, occidamus eum. Ecquid cupidus homo non facit, ne aliena bona restituat? Nunquam audijstis de illo maximo Labyrintho Cretẽsi, ad quem facilis erat ingressus, omnibus autẽ exire volentibus difficillimus egressus? Tot enim, tamque perplexos parietes & vias habebat, vt illinc exire impossibile videretur. In quo Minotaurus inclusus morabatur, qui omnes illuc intrantes edebat. Talis est auari crumena, est quasi labyrinthus tot parietibus, ac loculis intricata, vt pecunia, quæ semel in eam introierit, sero, aut nunquam exeat. Mallet auarus vitam amittere, quàm male parta restituere. Habet in corde Minotaurum, quæ est cupiditas vniuersa deuorare desiderans. Quapropter caueant patres confessarij ne talium hominum verbis fidem adhibeant, præsertim quando debitum est magnæ quantitatis: considerent [illegible] ille, sicut canistra in aqua inclusa, quæ quandiu illic sunt, aqua sunt plenæ: at vbi primũ illinc auferũtur, tota illis aqua dif-

 fun-

funditur. Sic etiam hi ad confessarij pedes constituti bonis propositis pleni sunt, seque omnia, quæ illis iubentur, facturos esse promittunt, postquam autem illinc recedunt, omnia illis proposita effunduntur, ita, vt nè illorum quidem gutta remaneat.

Qua parabola proposita, Iudæos Dominus interrogauit dicens *Cum venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?* Qui cùm eam in se dici non intelligerent, contra semetipsos sententiam protulerunt dicentes. *Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis.* Tunc eis Dñs explicuit, illos hoc esse supplicio dignos: quod & ipsi percepturi erant, dicens. *Ideò dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei.* Non solum autem propter ipsorum scelera vineam amiserunt, quod est Dei populum esse, sanctamq; eius legem seruare, & ipsius obedientiæ esse subiectos: verum & terram etiam perdiderũt, & sic per vniuersum orbem dispersi, atque afflicti incedunt. Et eos hoc supplicio Dominus comminatus est, vbi postquam eis quædam scelera fugere præcepit, eis dixit. Ne polluamini in omnibus, quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego ejciam ante conspectum vestrum: & quibus polluta est terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos. Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cùm paria feceritis: sicut euomuit gentẽ, quæ fuit ante vos. Quod & opere Deus adimpleuit. Nam propter ipsorum peccata, atque idololatrias, sæpenumero ad exteras regiones captiui ducti sunt. Veruntamen captiuitates illę citò finitę sunt: hęc autem captiuitas infidelium Israel hucusque durat, atque durabit, eò quòd alterum peccatum idololatria grauius commiserunt, videlicet, quia Deum suum occiderunt.

Leui. 18.

Aperte vidistis fratres quomodo hi infœlices cùm quid facerent, non intelligerent, aduersus semetipsos sententiam protulerunt. O miseros nos. Si Deus nobis nunc parabolas proponeret, cum tot sint scelera nostra. Profecto nosmetipsos condemnaremus. Nunquid non meministis sententiæ, quam Dauid contra seipsum tulit, quando Nathan ei parabolam ouis adduxit. Qui nesciens se aduersus semetipsum loqui, dixit. Viuit Dominus quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. Quid igitur nos diceremus, si turpitudines, cupiditates, ambitiones, simultatesque nostras in parabolis nobis Deus depingeret? Pręcipue verò cùm hæc mala postquam tot à Deo beneficijs affecti sumus, operemur?

2. Reg. 12.

36 mur? cumque singulare hoc, atque ineffabile redemptionis donum acceperimus: atque vineam suam Deus Hebræis abstulerit, nobisque tradiderit? Postquam Diuus Paulus dixit. Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus: huius rei causam subdidit dicens. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Tot pro vniuersali illo beneficio Beatus Paulus Deo gratias agebat, ac si pro se vno Dominus mortem subijsset: nam tantum singulis quibusque profuit, quantum si pro vno quoque sigillatim offerretur. Sicut Sol vnicuique tam peculiariter illucescit, ac si illi soli ortus esset, Quid igitur nos respondebimus, qui post hæc omnia, tam tepidi, atque inimici crucis Christi sumus? Idcirco quando gloriosus Baptista prædicare cœpit, cum iam Christus redemptor noster *Galat. 2.*

Matthæ. 6.

37 in mundum venisset, dicebat. Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Pro quo alij præsentis temporis verba posuerunt: scilicet, exciditur, & in ignem mittitur, quod maiorem vim habet, quasi rem iam præsentem, vel saltem prominentem nunciaret ijs, qui ex tam diuino beneficio fructum non percipiunt. O quantopere nos oportet illa verba semper memoria tenere, quæ Dominus dixit per Hieremiam Prophetam. Erudite (inquit) Hierusalem ne forte recedat anima mea à te: & ponam te terram desertam, inuiam: & inhabitabilem: siquidē hos Dominus propter ipsorum scelera dereliquit, quare & nos, cum peiores illis simus, idem supplicium non timemus? Scitis quare Deus nunc aliam nouam orbis partem à nobis longissime distan- *Hier. 6.*

38 tem mari detexit? quia iam illam nostri forsitan tædet, & illuc vineam suam transferre conatur. Verum dicet quispiam, Nonne facilius erit ex malis Christianis bonos efficere, quàm ex Ethnicis illis, qui Deum nunquam cognouerunt? Dico quodammodo ex parte operis facilius esse, bonum Christianū ex Ethnico, qui nunquam Christanus fuit, quàm ex malo Christiano probum effici. Si quis ægrotat eò quòd cepas, porros, rudesque cibos comederit, potest ei medicus mederi gallinis, perdicibusque eum cibans, alijsque preciosis medicinis adhibitis: quando autem quis preciosis vescens epulis, saluberrimaque sumens medicamina infirmatur: ecquod ei remedium potest adhiberi? Christianus, qui diuina sacramenta suscipiens, rem sacram concio-

concionesque audiens infirmatur, quibus medicinis curari po-test? ipsis vtique sacramentis: veruntamen difficilius, siquidē per ingratitudinem reincidit. Ethnici autem, qui eò quòd rudibus vescuntur epulis errorum, mentisque oculos obscuratos, atque caliginosos habent, ægrotant: si animis illuminarentur, quandoquidem post lapides abeunt, eosque tanquam Deos venerantur: melius, atque ardentius Deum verum sequerētur. Quæ cum ita sint dilectissimi fratres, à sceleribus nostris resipiscamus, antequam à Deo deseramur: opportuna occasione vtamur: peccata nostra lamentemur, veramque illorum pœnitētiam agamus, suamque nobis Dominus gratiam conferet, qua cælestis gloria comparatur, Amen.

Dñica. III. in Quadragesima.

Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum, &c. Lucæ.11.

Gene. 2. ETSI Deus septima die requieuit ab vniuerso opere, quod patrarat, nihilominus tamen verum est quod Christus redemptor noster dixit. *Pater*

Ioan. 5. *meus vsq; modo operatur: & ego operor.* Nam perfecta vniuersi orbis sacrificatione semper animarum salutem operatur: neque vllo vnquam tempore rem hanc facere cessat maxima in homines beneficia conferendo, illosque ad ea recipienda inuitando, vt sic eos ipsius amore inflammet, aliquando etiam de proteruis supplicia sumens, vt eos ad se alliciat. Etsi

Isai. 28. secundus hic attractionis modus, vt Isaias testatur alienus est à Deo, qui cùm decem tribuum Israel euersionem prædiceret, statim subdidit dicens. Alienum opus ab eo: peregrinum est opus eius ab eo. Et ideò quasi inuitus illo Deus vtitur. Prior modus est infinitæ ipsius probitati conformior: atque idcirco illo crebrius vtitur. Vnde beneficia, quæ in homines confert, consultò facit, quasi opera, quibus maxime delectatur. Et hoc significant verba illa. Erat Iesus eijciens dæmonium, quasi opus hoc beneficii illum miserum hominem conferendi ex proposito, summaque

animi

3 animi contentione susceperit. Et sicut rem, qua magnopere delectabatur, effecerit. Ad huius diuini Domini imitationem qui fideles sunt eius serui, ea quæ ad ipsius ministerium spectant studiosissime facienda suscipiunt: & tanquam sibi iucundissima libentissime conficiunt. Ob hoc Diuus Paulus, maxime commendabat dicens. Gratias autem Deo, quòd fuistis serui peccati: obedijstis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis, liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Non agit gratias sanctus Apostolus, eò quòd peccatores fuerant Romani: sed quia etsi peccatores fuerant, maxima efficacia, & ardentissimo cordis affectu diuinæ legis fidei obedierant. Atque idcirco dicit: obedijstis ex corde: & serui facti estis iustitiæ, quasi fidelissimi serui, qui à Domini sui præceptis adimplendis non recedunt: neque caput, aut manus ab eis remouent. Et illud erat mutum. *Roma. 6.*

4

Præterita hebdomada nobis ostendit sancta Ecclesia quot, quantaq; incommoda diabolus in hominis spiritu operetur, per ea videlicet, quæ in filiæ Chananææ corpore faciebat. Quæ hodie apertius in hoc dæmoniaco declarat, qui quidem tam immaniter à diabolo vexabatur, vt ab eo mutus, surdus atque cæcus fuerit effectus. In quo suum maximum erga nos amorem sancta mater Ecclesia manifestat. Nam qui vere amat, quũ dilectum de re aliqua periculosa admonet, semper veretur ne forte non adhuc fuerit intellectus, & sic iterum de eadem re illam admonet. Idcirco sancta Ecclesia sæpenumero dæmoniacos homines nobis ob oculos proponit: quia permagni nostra interest, quot quantasq;
5 strages dæmon in anima edit, intelligere. Et hæc est vna ex rationibus, quare Deus dæmones in humana corpora introire permittit, quia magis cruciatum, cæcum, & mutum peccatorem efficiũt per peccatum. Et quandiu diabolus in animam nequit introire, exterioribus tamen ad illam euertendam sensibus vtitur. Habet se tanquam perditus, ac libidinosus adolescens, cuius omnis cura est virgines deflorandi, qui vt infœlicem virginem peruertat, dicit. Quid faciam, quia famulo meo non aperietur virginis ostiũ? Scio quid faciam Virgo illa secum habet aliam adolescentulam ancillam suam, quæ cum ea simul educata fuit, quam sororis loco habet, & cum ea recumbit: verumtamen vt est infimis, atque ignobilibus exorta parentibus, ipsaque malæ indolis, fa- *Simile.*

cile

cile dominæ ſuæ honorem paruo pretio commutabit. Cùm illa ergo loquitur, veſte, vittiſque illam exornat, quibus ipſa corrupta, atque peruerſa dominam ſuam corrumpit, atque ad alter. conſentiendum inducit. Quamobrem matronæ cauete ne famulæ veſtræ cum filiabus veſtris, neque vobiſcum nimium conuerſentur, nam famula infimæ conditionis, atque malæ indolis paruo pretio dominam ſuam vendit. Ecce dæmonis artificium quippe cum dominam, quæ eſt anima fallere non poſsit, cum famula malæ indolis, ignobiliſque conditionis agit, & modico eam peruertit. Inclinata autem caro facile ſpiritum flectit, qui eam magno amore proſequitur, & quaſi ſororem habet, quacum diu in vna domo: id eſt, in vno ſuppoſito vixit. Sic mediante carne diabolus ſpiritum euertit. Et quanquam maximam habet ſuperbiam, atque elationem, cùm propter eam è cælo exciderit: tamen in tam vili loco, qualis eſt caro ſe collocare non dedignatur. Vt enim te Deo reddat odibilem, viliſsimum quemque totius orbis eliget locum. Quando dæmones facultatem à Domino petierunt, in porcos ingrediendi, vt quid tam obſcænum locum illos

Simile. petijſſe ſuſpicamini? Vt dominis eorum patientiam deperdere facerent. Vir primarius ſi venationi deditus eſt, quantumuis perpolitus incedat, in profundiſsimum quenque limum ſe vſque ad humeros immittet, vt illinc aptius in ceruum, aut aprum ſagittam dirigat. Sic diabolus, vt animam venetur, nihil facere dedignabitur, in abſurdiorem, fætidioremque porcis locum ſe immitti eliget. Etſi (vt vera fatear) iam ſuſpicor nunc non tot inuentionibus ad animas aucupandas opus eſſe: adcò enim mitia ſunt animalia, vt ex quocunque loco tela ſua dæmon ad libitum poſ- 8 ſit immittere, illaque occidere. Adeò corrupti ſunt hodie homines, vt, ſi diabolus dormire poſſet, tutò dormire poſſit. Nam ho-

Epheſ. 6. mines iã ſibi ipſis alijſque peruertendis ſunt diaboli. Et ſicut Diuus Paulus non contentus eſt dæmones malos appellare, ſed quia primi iniquitatis inuentores extirerunt, ideò eos ſpiritalia nequitiæ in abſtracto nuncupat: dicens illos eſſe ipſam nequitiã:

Pſalm. 27. ſic etiam nonnulli ſunt homines, qui propter ipſorum malitiam nouos peccandi modos exquirunt: de quibus dicit Regius Propheta. Da illis ſecundum opera eorum, & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum, ſecundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipſis: & in opera manuum

eius

9 eius deſtrues illos, & non ædificabis eos. Hæc verba non dicun-
tur per modū orationis, ſed prophetiæ ſupplicij, quod Deus ſum
pturus eſt de ijs, qui tanta cum malitia peccant. In quibus verbis Deus tremendum reuelauit arcanum, ſcilicet, quòd ij, qui ex pura malitia peccant, & cum illa vitiorum inuentores ſunt, aliosque ad peccandum inducunt: ſubita, atque improuiſa digni ſunt morte, vt æternaliter condemnetur: & quod hos ſæpenumero mors in medio ſcelerum ipſorum, & actualiter peccantes occupat: dicit enim: & in opera manuum eius deſtrues illos, & non ędificabis eos, ſcilicet, vt pœnitentiam agant. O nimis obſtupenda verba, quæ prudentia, aut quæ ratio eſt in hominibus, niſi hæc audientes toto corpore contremiſcant? Hæc vtique cælum, ac terram ſtupore ſufficiunt operire. O incommutabilis Deus
10 per clementiam tuam te deprecor, vt nos tantum malum doceas euitare.

Et cū eiecißet dæmoniū, locutus eſt mutus, & admiratæ ſunt turbæ. Quidā autem ex ijs dixerunt. In Beel Zebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. O bone Ieſu, ò Angelorum gloria, benedictum ſit nomen tuum per infinita ſæculorum ſæcula, Amen. Quia cùm inter homines viueres, totq; tāq; prçſtātia in eos beneficia conferres, has tibi gratias retulerunt, vt magnificentiſsima tuæ diuinitatis opera diaboli virtuti tribuerent. Ecquid aliud ex malitia noſtra poterat ſperari? quid autem aliud, niſi bonum noſtrum ex tua immenſa probitate poterat dimanare? Vnuſquiſque qualis eſt, taliter operatur. Quis amodo contriſtabitur, quia ſua bona opera detrahuntur, & vitio vertuntur: cùm non defuerint infernales linguæ, quę
11 in ſanctiſsimis Ieſu Chriſti filij Dei operibus defectum eſſe iudicarint? Siquidem in operibus veſtris ſemper aliquid reperietur, cui iniqui hominis lingua valeat adhærere. Sagitta immiſſa 2.Reg.22.
fuit Regi Achab in vltimo prælio, quod cum Rege Syriæ geſsit, quæ, etſi ille armis munitus incedebat, qualis Rex in prælium ſe conferre ſolet, in inermem tamē corporis partem deuenit, & ſic illum occidit. Quantumcunq; homo virtutibus munitus exiſtat, cum tamen homo ſit, nō deerit pars vlla inermis, cui mala lingua poſsit adhærere ac vulnus infligere. Atque ideò non tanto iure poteſt homo conqueri, quia de ſe murmuratur. Filius autē Dei, qui ſic vndique puritate munitus extitit, vt nequaquam in eum malæ linguæ ſagitta poſſet introire, & tamen hāc iniuriam patiē

tiſsime

tiſsime tolerauit, in quo maximo nobis patientiæ fuit exemplo. Fratres in Chriſto Ieſu, in hunc mitiſsimum agnum oculos conijcite, qui cùm poſſet imperare, vt terra aperiretur, hoſque malignantes viuos deuoraret, noluit hoc facere: ſed efficaciſsimis rationibus eis comprobauit, quàm falſæ illorum cogitationes eſſent. At, eſt hic dubium ſcitu digniſsimum: quod ex illo verbo, In Beelzebub principe dæmoniorum, exoritur. Videlicet vtrum inter Diabolos principatus exiſtat? Ad quod reſpondeo quod ſic. Nam tantopere hominum bonis dæmones inuident, vt ad hanc inimicitiam, atque inuidiam conſeruandam vnum principem conſtituant: atque vt homini officiant, qui Deo obtemperare, atque ſubmitti noluerunt: nunc tam peruerſæ, atque iniquæ creaturæ, qualis eſt Beelzebub humiliantur, eiuſque imperio ſubijciuntur. O quot ſunt hodie in mundo, qui in hoc diabolos imitantur, qui vt proximis ſuis noceant, atque vt vtilitates honoreſque quos expetunt, conſequantur: honori, grauitatique ſuæ derogantes cum hominibus infimæ conditionis amicitias ineunt, & cum illis conuerſantur, quibus ab illa neceſsitate abſtracti vel minimum quodque verbum loqui dedignarentur. Etiam in illo verbo, quod Dominus inferius dixit, ſcilicet, quod diabolus ad animam quam amiſerat, recuperādam, aſſumit alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe, maximum deſiderium, quo nos deſtruendi flagrant, aperte detegitur. Ex quo etiam infertur quòd ſicut in dæmonijs ſunt ſuperiores, atque inferiores. & quò ſunt natura ſublimiores, tanto ſunt malitia nequiores. Siquidem aſſumit nequiores ſe, aſſumit ſuperiores ſe: quippe tam inuidi, atque crudeles ſunt contra nos. Quemadmodum vnus dux ad alterum

Simile.

præſtantiorem ſe, fortioreſque habentem milites auxilium petiturus confugit: præ nimio conſequendæ victoriæ deſiderio, ſic vnus diabolus non ab alijs inferioribus ſe depoſcit auxilium, ſed ſuperiores atque potentiores in adiutores, aſſumit tantopere victoriam à nobis reportare deſiderat. O miſeros nos, inter tot, tamque potentes hoſtes tam alto ſopore dormientes. Per ineffabilem Dei charitatem vos deprecor dilectiſsimi fratres, vt hæc attenta animi conſideratione perpendatis, quò quanta vos cautione, atque vigilantia viuere oporteat, cognoſcatis. Notate autem qua manſuetudine mitiſsimus Dominus probat, illos longe opinione falli.

Di-

15 Dicit etenim ſanctum Euangeliũ: *Ipſe autem vt vidit cogitationes*
eorum, dixit eis: Omne regnum in ſe diuiſum, &c. O quanta experiẽtia
cõperitur hæc ſentẽtia! cur corruit dom⁹? quia parietes alij ab alijs
ſegregãtur, & tabulæ clauis inuicẽ connexæ diſſoluuntur, & ſic
in terrã vtraq; prolabũtur. Maceriæ ex diſparatis lapidibus cõpo *Similia.*
ſitæ nõ innititur ędificiũ, quod firmũ, ac ſtabile perſeueret. Quod
ſi calce adunati ſunt lapides, quãuis rotundi ſint firmũ perſiſtit
ędificiũ: & quo grauius eis pondus imponitur, eò firmior efficitur
paries: ex coniũctis pilis fortiſsimus funis efficitur: quòd ſi ſegre-
gata ſint, nullã habent vim, ſed ſtatim abſcindũtur. Idcircò meri-
tò dixit Diuus Hieronymus: Cõcordia res paruę creſcunt: diſcor
dia verò maximę dilabũtur. Quando is fuit ſtatus regni cęleſtis in
quo diſſenſio, atque diuiſio eſſe potuit, ſicut reuera fuit magna il-
lius pars deſolata eſt. Nunc autẽ quia in concordia conſtitutũ eſt
16 (ſicut ait Iob, qui facit concordiã in ſublimibus ſuis) ne vnũ qui *Iob. 25.*
dẽ ex incolis eius deperdi poteſt. Aliquãdò habitatores cæli viato
res fuerunt, & ad viſionẽ Dei iter fecerunt: neq; verò tunc defuit
ſeditioſus quiſquã, qui inter eos diuiſionẽ inſeruit: & ſic regnũ il-
lud magna ex parte periuit. Alterũ regnũ huic cõtrariũ eſt regnũ
inferni: in quo quia Diaboli in maledicta quadã concordia viuũt,
cũ nunquã ſe conuerſuros eſſe decreuerint: ideò nullũ vnquàm ex
eius habitatoribus perdet. In eos enim diſſenſio nequit introire,
ita vt vnus dicat, illos malefeciſſe, quomodo peccauerunt: ſed cun
cti in vna maledicta obſtinatione perſeuerant: ex qua nunquã re
cedere poterant: ſicut ait Dauid: Superbia eorũ, qui te oderũt, aſcẽ *Pſal. 73.*
dit ſemper. Aliud regnũ eſt mediũ inter hæc duo regna, videlicet
17 mundus in quo bona cõcordia eſt, qualis eſt adunatio bonorũ: eſt
etiã & altera mala concordia, qualis eſt congregatio malorũ, qui
ad malũ faciendũ adunantur, atquè conueniunt. Quia verò (quæ
eſt malitia, ac miſeria noſtra) pauci hanc concordiã, quæ ex chari-
tate procedit, obſeruant: totuſque mũdus ſimultatibus, atq; diſcor
dijs eſt plenus: hoc eſt magnũ indiciũ, ex quo conijci poteſt, illũ
citò eſſe finiendũ. Hæc mala [illegible] comminabatur Iſaias *Iſai. 17.*
propheta cũ diceret: Væ multitudini populorũ multorũ, vt multi
tudo maris ſonãtis, & tumultus turbarũ [illegible] aquarũ mul-
tarũ rapietur, ſicut ſonitus [illegible] Væ (inquit San-
ctus Propheta) ſeditioſis hominibus [illegible] pace viuere. Hi
enim tanquàm puluis in ſublimi loco [illegible] vbi ventus ma-

gno impetu aſpirat, diſpergētur, atq; deficient. Hac efficaciſsima ratione probat Dominus ſe nō in nomine Beelzebub dæmonia eijcere. Nā cū infernale regnū æternū futurum ſit: nulla in eo eſt diſcordia, nec alij diaboli alios ab humanis corporibus expellūt.

Neque verò contentus eſt bonus Ieſus hāc rationē adducere ſed ſtatim aliam ſubdidit dicens: *Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij veſtri in quo eijciunt?* Plerunq́ue verba hæc: Filij veſtri, declarare ſolent, id eſt, Diſcipuli mei: quæ expoſitio ſatis conformis literæ mihi videtur. Poſteà enim addit Dominus: Ipſi iudices veſtri erūt: quaſi dicat: Vos videtis Diſcipulos meos poteſtate, quam à me receperunt, dęmonia eijcere: quod æqui boniq́ue conſulitis, quidem de illis nihil dicitis. Cùm idem opus in eis atq; in me perſpiciatis, ſi ad opus, non autem ad perſonam reſpiceretis, idem de illis, atque de me diceretis. Cùm verò non operis quidem defectu, ſed veſtram et ipſorum malitia moueamini, qua me execrabili odio proſequimini: hinc eſt quod de mé, non autem de illis murmuratis. Vultis dignoſcere, vtrùm iudex paſsione, an verò ratione, atque æquitate ducatur? attēdite an idem vitium æquè in omnibus puniat: ſi perſonarum acceptator non eſt, idē de vno vitio in omnibus ſupplicium ſumet: cum verò iudicem propter vnum peccatum de aliquo ſupplicium ſumere, cùm alio autem idem vitium diſsimulare perſpicitis, meritò ſuſpicari poteſtis, illic non iuſtitiam quidem, neq; culpæ puniendæ deſideriū, ſed malitiā, atq; paſsionē aduerſus alterū delinquentem dominari. Nam ſi ille iuſtitiæ zelo, culpęq́ue odio duceretur, vbicunq; illam reperiret, nō impunem relinquere deberet. Vultis cognoſcere, quādo alicuius opus condemnatis, vtrùm iudicium illud, atque opinio ex paſsione proficiſcatur, an verò ex ipſius operis defectu proueniat? opus illud in alterum transferte, à quo nunquàm fuiſtis offenſi. Cumq́ue in vtroque æquè malum opus eſſe iudicabitis, ſequitur operis defectum vos ad illud condemnandum commouiſſe: ſin autē opus illud in amico veſtro conſtitutum vobis non malum eſſe videtur, apertè colligitur, defectus, non in opere quidem, ſed in malitia veſtra, qua ad perſonam reſpicitis conſiſtere. Hoc argumento vtitur hodiè Chriſtus Redemptor noſter: Opus quippè ſuum in alieno capite conſtituit, illud à ſe in diſcipulos ſuos transferens. Siquidem autem in eis bonum erat: etiam in ſe bonum, atque irreprehenſibile eſſe comprobat.

Dicit

21 Dicit vlteriùs: *Porrò si*, id est, siquidem *in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei*. Et nisi malitia vestra impediremini, huius locupletissimi regni Reges efficeremini. Plato in Cratilo dicit: Ex bono bonum, ex pulchro pulchrum, ex Rege Rex. Ecquis bonus, sicut Deus? seu potiùs: quis bonus, nisi Deus? Nemo vtique bonus nisi solus Deus. Ecquis pulcher vt Deus? verũ ecquis pulcher, nisi Deus? Ecquis Rex similis Deo? At quis supernus Rex, nisi Deus? quia ipse est Rex Regum. Ex Dei probitate probitas nostra, ex Dei pulchritudine pulchritudo nostra: denique ex Dei regno nos Reges Spiritus Sancti gratia, atq; oleo vnctos esse dimanat. Et sic dicit Beatus Petrus: Vos autem genus electum, regale sacerdotium quasi Reges (inquit) liberos vos esse oportet: cauete ne tributarij sitis, gulæ, luxuriæ, superbiæ, siue cui
22 cunque alteri peccato.

Plato in Cratilo.

1. Pet. 3.

Aliã efficacissimã rationẽ Dominus addit dicens: *Cũ fortis armatus custodit atriũ suum, &c.* Siquidẽ autẽ ergo diabolũ homini dominantẽ supero, atq; inde repello, euidẽter sequitur, me illo esse fortiorẽ. Ex his verbis, ex quibus Diuinus Magister rationẽ hanc cõflauit, maxima animæ in peccato existẽtis miseria demonstratur, cũ à diabolo tã pacificè custodiatur. Exaggerans Isaias propheta Babylonis calamitatẽ, quasi maximũ infortuniũ retulit illã ab hominibus relinquẽdã, & à feris esse colendã, dicẽs: Nec ponet ibi tẽtoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescẽt ibi bestię, & replebũtur domus eorũ draconibus, & habitabunt ibi struthiones. O quàm terribilis esset visu ciuitas huiuscemodi. Quantò autẽ miserabilior esset visa anima à Deo derelicta? in qua dæmones requiescũt? quæ mala nõ afferẽt miseræ animæ belluæ tã horribiles, atq; crudeles? præsertim cũ in ea pacificè cõmorentur? dicitur anima pacificè à diabolo possideri propter modicas vires, quibus liberum arbitrium post peccatum mortale pollet: etsi magno quidem robore ac fortitudine viget, quandiù in gratia perseuerat. Quia autem vires hæ illi ex gratia dimanabãt: neque enim illi naturales erant: amissa gratia, ipsæ etiam amittuntur. Et sic explicãs Diuus Hieronymus verba illa Oseæ Prophetæ dicentis: Comederunt alieni robus eius, dicit per hos alienos peccata designari, quæ liberi arbitrij robur, hoc est gratiã adimunt: qua perdita non potest, ita vt anteà tentationibus repugnare. Animaduertite: non vtiquè dico, liberum arbitrium sine gratia nihil prorsus efficere

Isai. 13.

Hier. sup. Osea. 7.

posse (Etenim hoc esset error) sed dico, illud vbi primũ gratiã amisit, imbecillũ, & sine viribus remanere: quamobrẽ ex vno in aliarũ peccatũ corruit. Scotus hanc similitudinẽ adhibet: Accipe (inquit) vas vndiq; perforatũ, in illud aquam inijciens, si vna manu aquã, ne per eius foramina diffundatur, cõtinere velis, totũ vas nõ poteris operire, quia manũ tuam magnitudine superat. Et sic altera parte operta per alteram aqua diffunditur: quã si eadem manu operire velis, altera, quã anteà tegebat, disco operta remanebit, itaque impossibile est illud vna manu totũ operiri. Cor fatui quasi vas cõfractũ: ait Sapiens: Nullus est amẽtior peccatore. Tot enim in libero arbitrio habet foramina, quot peccatis animã habet infectã. Et sic quando per vnã partẽ ab ira se tutari conatur, per alterã ei superbia ingreditur. Si à luxuria se vult defendere, per aliud tamen inanis illi gloria obrepit, & cæt. Nequit enim se vndiq; propugnare. Postquã Deus Hebræis legẽ dedit, plurima eis propter eius obseruantiã beneficia promisit, illosq; hostiũ suorũ dominaturos esse pollicitus est. Sin minus omnia se illis ablaturũ, eosque ab hostibus offendi permissurũ esse, dixit. Corruetis (inquit) corã hostibus vestris, & fugietis nemine persequẽte. Quod autẽ corporaliter illis promisit, idẽ nobis spiritaliter pollicetur, videlicet, quòd nisi diuinam ipsius legẽ obseruauerimus, inimicos nostros, hoc est peccata superare nequibimus: quin potiùs nos ab eis deuincemur. Itaque peccato nõ posse resistere, pœna est peccati: & sic peccatoribus meritò dici potest: Corruetis corã hostibus vestris. Quid autẽ? nũquid peccatores nõ sunt humi prostrati? nonne iam corruerũt? sic vtique. Quare igitur dicis: corruetis? dico corruetis, quia malus adhuc peior esse potest: neq; enim vires habet, quibus omnibus malis sibi aduenientibus valet resistere: multò autẽ minus exire potest ab eis, in quibus jam anteà morabatur. Et ita dicit Diuus Isidorus, hominẽ post lethalem culpã esse tanquã nauim confracto malo in medio mari constitutam, quam nec vlterius ducere, nec retrorsum retrahere potest: sed quocunque venti aspirent, illuc impellitur. Sic anima perdita gratia, malum, quo ducebatur, amisit. Tunc nauta quod est liberum arbitrium, non potest eam ducere quò vult. Sed quacunque tentatione, peccatique vento huc atque illuc impellitur. Cum igitur anima sit ita corrupta, diabolusque tanta cum malitia atque potentia illam occupet, atque eius dominetur, ex his oportet

Scot. in 2. d. 28.

Eccli. 21.

Leuit. 26.

Isido. lib. de summo bono.

27tet vos intelligere quàm meritò dicitur eã in pace poſsidere. Hęc itẽ Deus ſignificauit, qui de diabolo loquẽs dicit: Sub vmbra dor- *Iob.4.*
mit in ſecreto calami in locis humẽtibus: dicẽs illũ dormire, ſignificat quãta cũ tranquillitate peccatores poſsideat. Sigillatim verò hîc tria illorũ genera deſignat: in quibus magnas agit radices, videlicet, ſub vmbra, hoc eſt in remiſſo, atq; negligenti: & in ſecreto calami, hoc eſt, in hominibus vacuis, ac vanis. De iuſtis dicitur *Sap.3.*
tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrẽt. Etenim iuſti quaſi igneæ ſcintillæ, inter peccatores viuunt. In his igitur inanibus arundinibus, inter quas cũ plerimi iuſti, qui tãquã igniculi peruolãt, cõmorẽtur, neq; verò eas inflãmare ſufficiunt, Diabolus lenter ac pacificè cõmoratur. Et in locis humẽtibus, hoc eſt, in turpibus, ac libidinoſis hominibus. In hoc triplici peccatorũ genere peculiari-
28ter aſsidet Sathanas. Cũ igitur diabolus tãtã in hominibus diſpoſitionẽ reperiat: cũq; peritiſsimus, atq; expertiſsimus ſit, ecquid non faciet? Miles, qui decem annos in prælijs verſatus eſt, tam lõga bellicarum rerum experientia pollet, vt facilè cæteros milites antecellat. Cùm ergo dæmon miles veteranus ſit, atque ab initio mundi homines tentare, atque oppugnare conſueuerit, quid faciet? Valde etiam notandum eſt, quod quemadmodum latro faciliùs in lutea domo, quàm in fortiſsima arce comprehenditur. Sic diabolus faciliùs à paupere, quàm à viro nobili & diuite poteſt expelli, in quo quidem tanquàm in arce munitiſsima commoratur. Maximo quippè Dei auxilio opus eſt ad vnum iſtorũ conuertendum. In his etiam verbis: In pace ſunt omnia, quę poſſidet alia inueteratorum peccatorum terribilis miſeria declara-
29tur, videlicet, quòd cùm peccatum ex ſe terribile quoddam peccatoris tormentũ ſit, in tantã inſenſibilitatem homo deueniat, vt in eo pacificè, atq; tranquillè velit exiſtere: rideatq; & delectetur, credens ſe propter illud æternis inferni cruciatibus fuiſſe cõdẽnatum. Ecqua maior miſeria in hac vita poterit eſſe hac? Exaggerat Spiritus ſanctus cor peccatoris inferni exẽplar eſſe, dicẽs: Frequẽ- *Sap.17.*
ter enim prę occupant peſsima redarguẽte cõſcientia, cũ ſit enim timida nequitia, data eſt in omniũ condemnationẽ. Sẽper enim præſumit perturbata conſciẽtia. Dimittit vtique Deus conſciẽtiã, vt ipſa peccatorẽ perſequatur. Vult eã eſſe tanquàm vmbrã; quæ quocunque ſe homo cõtulerit, eũ comitetur. Sic dixit Deus *Gene.4.*
Cain: Si malè egeris, ſtatim in foribus aderit peccatũ tuũ. Pecca-

tum te aperto ore persequitur, vt siuè in fluuio, siue in via, siue in periculoso aliquo loco supplantationem tibi moliatur, qua te in infernũ præcipitet. Dixit Beatus Petrus Simoni Mago: In felle amaritudinis, & in obligatione iniquitatis video te esse. Aduerte quo vocabulo peccatum appellauerit: felle (inquit) amaritudinis, quia peccatum ex natura sua humanũ cor amaritudine, atq; angustia replet. Quòd cùm ita sit, obstupendum tamen est, quanta cum pace, ac voluptate nonnulli in peccato mortali viuũt. Nonnulli sunt mercatores locupletissimi, qui tam assuefacti sunt percipiendis incommodis, vt vix illa iam sentiant. Ideò quippè dictum est prouerbium: Mercatoris aures habere: quibus postquã nuntiatum est nauim eius mercibus onustam naufragium fecisse, aut tale mercimoniũ perditum fuisse: tam hilares, sicut antea permanent, atque in forum læto vultu cũ alijs locuturi prodeũt. Sic plurimi magnates Hispani debitis onusti tam alacres incedũt, quasi ne obolum quidem deberent: alij vero cùm drachmam debeat, vix possunt requiescere. Si admirabile est magna detrimenta nullam mercatoribus afferre tristitiam, neque magnates grauibus debitis nõ contristari: quantò magis obstupendi sunt visu homines sceleribus onusti, tot tantisque incommodis affecti, plurimisque pœnarũ debitis astricti & tamen tam læti, atque cõtenti, ac si omnia, quæ fides prædicat, mendacium ac fabulæ essent. O terribilẽ calamitatem! Ecce fratres mei maledictum peccatorum statum. Quocirca vos clementissimorum viscerum Iesu Christi nomine adiuro, vt vestri metipsorum misereamini, nũc cùm à Deo ad pœnitentiam conuocamini: cumque ipse vobis gratiam offert, manumque cælestis auxilij porrigit, quò ex huius teterrimi tyranni potestate prodeatis. Quid igitur dicitis? vultis ne? an non? quid statuitis? O quantum vobis bonum adueniret, si iam ex huius miseræ seruitutis vinculis dissolui velletis.

Acto.8.

Simile.

Concludit tandem dominus aliam rationem adducens. *Qui* (inquit) *non est mecum, aduersum me est: & qui non colligit mecum, dispergit*, id est, non inuocat vnum contrarium alterum contrarium ad effectus suos producendos. Non accersit nix ignem ad frigefaciẽdũ, neq; ignis niuẽ ad comburendũ. Sunt enim effectus eorũ contrarij. Ego (ait bonus Iesus) & diabolus sumus cõtrariorũ effectuũ, nã ego fide, atq; amore coniungo: ille autẽ odio, ac simultate dispergit. O quot viros optimos coaceruat Deus in sanctis religionibus,

33 bus, & in rebus publicis Christianis, quot in iusto virtutes accumulat, quantamque diuinæ voluntati suæ conformitatem in eo constituit. Postquàm Dominus dixerat per Ezechielem: Effundam super vos aquã mundã, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponã in medio vestri, dicit inferiùs: Multiplicabo eos sicut gregẽ hominũ, vt gregem sanctũ, vt gregem Hierusalem in solennitatibus eius. O quàm diuinæ pollicitationes. Dicebat quippè Deus à se coniungendum esse gregẽ, non bestiarum quidẽ, qui sunt peccatores. Hi enim appetitibus suis, non verò ratione ducuntur: sed hominũ rationalium, qui non passione quidẽ, sed ratione ducerẽtur. Neq; verò contentus est dicere: Gregem hominũ, sed addidit etiã dicens: Gregẽ sanctum. O quot sancti greges sunt in sacris re Ezec. 26.
34 ligionibus. Nã etsi inter laicos plurimi sunt virtute prędití: maior tamẽ huius status pars est perditorũ hominũ: in religionibus, autẽ sunt greges sancti: sicut gregẽ Hierusalẽ in solẽnitatibus eius: quando scilicet ad solennitates properabant, & sacrificia offerebãt, pinguesq;, sanos atq; immaculatos agnos immolabãt. O beatum gregem, qui sanctum, & immaculatum Deo sacrificium nouit offerre: hoc est, Iesu Christi Redẽptoris nostri munus, sanctorum virorum greges accumulare. Et sic vbi nos legimus: Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius Beatus Augustinus legit: Et oues manus eius. Quis te cõdidit ò Christiane? quis te in lucem edidit? quis te sacco indui fecit? quis te in istos angulos inclusit? nisi præpotens manus Domini, eiusque infinita virtus, atque potentia? Nunquid nisi Deus te sua potenti dextera tange- Psalm. 78.
35 ret, tu tibi persuadere posses, vt tam arctam, atque pœnitentem viuẽdi rationẽ eligeres? Dominũ igitur frater charissime, assiduis gratiarũ actionibus, laudibusq; extolle, atq; glorifica, qui tot in te cõtulit beneficia, teq; seruorũ suorũ gregi coniunxit. Cõtra verò diaboli officiũ est, in humano corde odia seminare, animãque à diuina charitate, proximorumq; amore segregare. Siquidẽ igitur Christi filij Dei, & diaboli tam contrarij sunt fines, atq; operationes, euidenter sequitur diuinum Saluatorem nequaquam dæmonis potentia ad effectus suos faciendos esse vsurum

His omnibus finitis, conuersus est Dominus ad hominẽ à quo diabolum expulerat, dixit que ei: *Cũ immundus spiritus exierit ab homine. &c.* quasi dicat, caue tu ò frater, qui iã sanus factus es, ne ite-

rùm in peccatum mortale prolabaris, ne diabolus tui iterū domi netur. Nam licèt ex vno repulsus alios plurimos, in quibus moretur, inueniat, est tamē sicut auarus, qui quantò plures diuitias acquirit, tantò plures adhuc desiderat: nec quousq; illas cōparet, requiescit. Sic Sathanas est nimis auarus, cupidusq; animarum, quò plures destruit, eò plures euertere concupiscit: & hoc desiderio, ac siti æstuans dicit: *Reuertar in domum meam vnde exiui*. Hoc verbum maximæ Christianorū hominū cōfusioni esse deberet, videlicet, quod adeò securè diabolus se animæ dominari iudicet, vt habitationē suam illā esse dicat: O quāta est hęc nobis ignominia. Dicit quippè Sathanas, se nihil ęstimare, quod ab anima expellatur, cū paulò pôst ad eā rediturus sit. Et hoc est quòd hîc Dn̄s demōstrare voluit, videlicet quā facilè homines vitijs aditum patefaciūt, à quibus iam liberati sunt. Nōnulli quippè sunt homines, qui Deū non habent, nisi tempore Quadragesimæ, nec toto quidē isto tēpore, sed illius parte: quod cùm diabolus intelligat, cōfidenter ad hanc animā, quam domū suam esse ducit, reuertitur. Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam. Scopa immunditiam tantùm abstergit, quæ humo non adhæret: ad lutū autem, & cespites euellendos, qui solo inhærent, opus est batylo. Idcircò in his verbis ostendit Dominus, vnam ex causis, quare tam cito in peccata reincidimus, esse, quia passiones & affectiones, malosque mores, à corde non semouemus, atque radicitus euellimus. Beatus Matthæus

Mat.12. hanc ipsam historiam recensens, dicit: Inuenit eam vacantem, &

Ephe.4. scopis mundatam. In quo denotat diabolum ex otio nostro ad redeundum occasionem assumere. Ideò D. Paulus, cùm dixisset: Nolite locū dare diabolo, remediū adhibet, vt laboret vnusquisq; 38

Exod.16. operādo manibus suis quod bonū est. Ille enim diabolo aditū patefacit, qui sanctis exercitationibus nō intēdit. Ideo noluit Dn̄s in integrū annū, aut mensem, nec hebdomadā quidē coniunctim filijs Israel manna concedere: sed voluit, vt illud quotidie, excepto die Sabbato colligerent. Vt significaret, nos quotidie operari ac indies promereri debere, excepto Sabbato, per quod cęlestis beatitudinis requies significatur: vbi comedemus, & perfruemur ijs, quæ in hoc sæculo promeriti fuerimus. Dicit etiam quòd inuenit eam ornatam. Lectus optimè constructus, atque exornatus videtur hominem ad recubandum in ipso inuitare. Hæc ornamenta sunt peccati occasiones. Quemadmodum, qui exornatam,

39 tam, pulcherrimiſque tapetibus perpolitam habet domũ, hoſpitem ad morandum in ea inuitat: ſic qui domi ſuæ occaſiones habet, diabolum incitat, vt ad ipſum redeat. Idcircò loquens Dominus quomodo Hebræi deſtructuri eſſent gentes, dixit: Aras eorum ſubuertite, & confringite ſtatuas, lucoſque ſuccidite, & ſculptilia comburite. Omnia vtique Deus funditus præcipit euerti. *Deuter.7.*
Memoriam etenim peccati penitus oportet obliui. Moyſes vitulum, quem filij Iſrael adorarunt, contriuit, in puluerem que conuertit, atque illum populo bibendum tradidit: vt ſignificaret, ne puluerem quidem peccati in homine remanere debere, ſed omnia conſumi oportere. Quod quando homo non facit, ſed aliquas occaſiones relinquit, arbitrans illas parum nocere poſſe, quia minimæ ſunt, ex illis occaſionem, & audaciam accipit diabolus, vt *Exod.33.*
40 redeat. Cumque non ſolus, ſed ſeptem alijs ſpiritibus nequioribus, atque (vt ſupra diximus) potẽtioribus ſe comitatus accedat, omnes tutò ingrediuntur, & ibi pacificè commorantur: *Et fiunt nouiſsima hominis illius peiora prioribus, &c.* Sic peccator ex malis, ad deteriora progreditur. Samſon priùs funibus neruiceis, poſteà verò nouis funibus fuit alligatus: quanto magis in Dalilæ neceſsitudine perſeuerabat, tanto fortioribus eum vinculis alligabat. Poſteà ipſa eius crines abſcidit, deinde Philiſtæi ei oculos eruerunt, vinctumque illudentes per vias, plateas, ac tabernas deduxerunt, & exinde ad molam eum traxerunt: ſic peccator ex malis in peiora procedit, quo vſque diaboli eius crines, quibus caput operitur, abſcindunt: per quos verecundia ſignificatur: qua deperdita eum quocunque libet, deducunt. Oculos euellunt, hoc *Iudic.16.*
41 eſt cæli, atque inferni conſiderationem ei adimunt, nec ſe cæleſtes delicias amiſiſſe dolet, nec inferni cruciatibus deterretur. Tã laxis habenis per vitia decurrit, vt eius turpis, ac flagitioſa viuendi ratio per vicos, atque plateas omnibus innoteſcat, & de illa vbique murmuretur. Illum igitur hominem huius ſecundæ ruinæ Dominus voluit timore deterrere, quô in accepto bono perſeueraret. Ego verò vos deprecor fratres chariſsimi, ipſiuſque Domini nomine adiuro, vt ex hac admonitione fructum percipiatis: & ingentia mala, quibus hic inconſtantes homines comminatur, maximè timeatis: atque in incepto bono officaciſsimè perſeueretis, vt diuina locupletati gratia, æterna beatitudine fruiti ad cæleſtia regna conſcendere valeatis. Amen.

¶ Feria IIII. post. Dñicã. III. in quadragesi.

Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Scribæ, & Pharisæi, &c Matth. 15.

IN hodierna sancti Euangelij lectione fratres charissimi nobis ostenditur, quàm ex animo ministri iniquitatis viris probis iniurias, calumniasque inferre suscipiunt: quantaque animi contentione Deus cum notabili etiam persecutorum ignominia ipsorum honorem propugnat. Refert sanctus Euangelista viros ex nobilioribus Synagogæ ab Hierosolymis ad Galilæam profectos fuisse, ineptam atque inutilem querelam de sacris Domini discipulis deferentes: videlicet, quia cum panem edebant, manus non abluebant. Quenquam in saxosa via pedibus offendi, non est mirandum: in latissima verò aula æquissimo laterum strata pauimento offendi, cæcorum hominum est. Et sic hos, qui absque vllo offendiculo offendebantur, videns Dominus cum hac insulsa quæstione venire, cæcos appellauit, dicens: *Sinite illos, cæci sunt.* Sæpè etenim ad eum querelas de sanctis Apostolis deferebant. Iterum quippè conquesti sunt, qui in agro sterili spicas ad edendum die Sabbatho colligebant. Iterum, quia non ieiunabant, sicut discipuli Beati Ioannis Baptistæ. Quam de aliena viuendi ratione curam gerunt. Signum vtique hoc est malæ conscientiæ. Profectò nusquã reperietis sanctos Apostolos de Pharisæorum vita disceptasse: erant enim virtute prædití, neque alienorum morum rationem habebant: sed totam de se curam gerebant, moresque suos solummodo perscrutabantur. Imó cùm semel eos Dominus interrogaret: Quem dicunt homines esse filiũ hominis: Scientes Pharisæos de illo murmurare, eò quòd cum malis hominibus conuersaretur, ipsosque dixisse: quare cum publicanis manducat Magister vester? noluerunt illi hoc dicere, nec de illis quicquam loqui. Et quanquam de alienis moribus disceptare, atque murmurare nimis nociuum sit (vnde mordax lingua comparata est à Propheta Dauid sagittæ acutæ, magnoque impetu dimissæ & ardentissimis carbonibus, cùm respondens interrogationi illi: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguã dolosam? dixit: Sagittæ potẽtis acutæ cum carbonibus desolatorijs.

Simile.

Matt. 12.
Matth. 9.

Matth. 16.
Marc. 8.
Luc. 9.
Marc. 2.

4 Vbi Hebræi legunt: Cum carbonibus iuniperi. Carbones iunipe
ri diutiùs ignem conseruant, quàm carbones quercus, aut ilicis: &
hic est ignis intentissimus. Si murmurator de te rumorem in po-
pulo excitat, duobus flatibus ignem inflammat, qui toto vitę tuę
tempore durat, honoremque tuum comburit) multo tamen ma-
ius affert detrimentum, cùm de viris Ecclesiasticis, Deoque di-
catis detrahitur: quibus maximum honorem, atque reueren-
tiam oportet exhiberi. Glossa dicit: quia cùm Dauid in spelunca *Glossa super*
Saulis chlamydis fimbriam abscidit, quia Saul erat Christus Do *li.1.Reg.24*
mini, à Deo hoc supplicio fuisse punitum, quòd aliquot annos *Acto.23.*
ante ipsius obitum vestibus, quas gerebat, non calefieret, sed
semper algeret. Et cùm Ananias Iudex Beatum Paulum percuti
iussisset, asperrimè ab ipso sancto Apostolo fuisse reprehensum:
5 cui cum Ananias sacerdos esse diceretur, respondit Apostolus:
Nesciebam fratres quòd princeps est sacerdotum. Quasi ab eo ve
niam petẽs. Si igitur Saulis pessimi fimbriam chlamydis Dauidi
non licuit abscindere, nec voluit Beatus Paulus iniquum sacer-
dotem, qui eum iniustè puniri iubebat obiurgare: quomodo in-
nocentem licebit infamare: qui non solum tibi non obest, sed for
sitan etiam prodest? Cauete igitur diligentissimè fratres charissi-
mi à tanto malo. Quod non solum Dominus in futuro, sed etiam
in hoc sæculo punire consuescit. Et valdè notandũ est, quòd cùm
plurimi Hierosolymis scelerati homines morarentur: mali scili-
cet iudices sicuti Pilatus, latrones, sicuti Barabbas, & alij plurimi
adulteri, qualis erat Herodes: simoniaci sicut Annas, & Caiphas:
hi tamen Pharisæi non dicuntur eos reprehendisse, nec minimũ
6 quidem asperitatis verbum locutos fuisse. Tantũmodo ad Dñi
discipulos obiurgandos ora, & linguas habere videbantur. Hæc
est consuetudo ministrorũ Sathanæ sanctos Apostolos, & seruos
Dei persequi, & de eis detrahere: tamq; de clericis, quàm de reli-
giosis murmurare. O quantoperè de his queritur Deus per Isaiã
dicẽs: Filij auguratricis, semẽ adulteri, & fornicariæ. Super quem *Isai.57.*
dilatastis os, & eiecistis linguam? si sciretis fratres, quem illusistis,
& de quo detraxistis, pudore confunderemini sciẽtes, quantũ Ec
clesiasticis, religiosisque viris debeatis: qui quidem lachrymis, &
forsitan etiam sanguine suo pro vobis semper intercedunt. De vi
ro iusto dicit Dauid: In Cathedra pestilẽtiæ nõ sedit. Vbi alij le- *Psalm.1.*
gunt: In Cathedra derisorum nõ sedit. Nõ enim conuersatur vir
iustus

iustus cùm tam peruersis hominibus, quales sunt murmuratores.

Quare discipuli tui, &c. Animaduertendũ est licet hi maledici longè aberrarent, cum sanctos Apostolos huius, quæ ne venialis quidem culpa erat, accusarent: in hoc tamen non errasse, imò rectè fecisse, quòd quicquid illud erat, ad Magistrum eorum deferebant. Etenim discipulorum culpas magistris oportet attribui: liberorumq́ue defectus parentibus, seruorum deniq́ue mala dominis oportet imputari. Quando horologium perturbatur, & quando hora octaua sonare debet, duodecima sonat: nunquid huius inordinationis culpam in horologium, quod rotas, atque instrumenta sua habet, an in cymbalarium, cui eius construendi, atque gubernandi cura incumbit, confertis? In cymbalarium vtique. Sic etiam cùm Respublica, siue conuentus perturbatur, præcipuè in præfectum culpam conferri oportet. Asignans Isaias Propheta causam desolationis Hierosolymitanæ dicit: Principes tui infideles. Et septuaginta interpretes verterunt: Principes tui inobedientes. Vnde colligitur, quòd cùm principes Deo non obediũt, maximam infidelitatem in Deum, & proximos committunt. Et sic vnum ex ijs, quæ Propheta Nathan Dauidi ampliùs exaggerauit, fuit scandalum, quod subditis suis præbuit. Et sic dixit: Quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini. Vbi dicit glossa hoc fuisse, quia Dauid peccato suo plebi occasionem præstitit, vt Deum iniustum esse iudicarent, dicentes: illum Sauli regnum abstulisse, vt alteri grauiori peccatori illud traderet. Quãdo riuulus stagnat, minimum quidem damnum infert: cùm autem capitalis fluuius ab alueo exit: hortos destruit, sata euellit, molas diruit, ac pontes denique subuertit. Tribus, quæ secutæ sunt Hieroboam, cum eo Idola coluerũt: & dictæ sunt Ephraim sicut eas appellauit Isaias, dicens: Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim: vbi cum omnibus decem tribubus loquitur. Homines autem illos illo nomine vocauit, non quod omnes ex illa tribu essent, sed, quia eorum dux & princeps Hieroboam ex ea erat. Vt quantum subditis detrimentum iniquus princeps afferat, cognoscatis. Et quanuis inferiores ex se absque eò quòd malum in prælatis exemplum perspiciant, ad malum aliquod moueantur, nisi isthęc mala à superioribus omnibus ipsorum viribus, atq; potestate impediantur: dicit sacra Scriptura illos hæc populo imposuisse. Hoc significauit Moyses, qui acerrimè fratrem suũ Aaron reprehen-

Simile. *Isai. 1.* *2. Reg. 12.* *Simile.* *Isai. 28.* *Exod. 32.*

Ioreprehendens ob populi peccatum dixit? Quid fecit tibi populus hic, vt ſuper eum induceres peccatum hoc maximum? Diligenter perpendite quomodo Moyſes Aaron ſummo ſacerdoti dixit eum idololatriam illã populo impoſuiſſe, eò quòd eam illis omnibus viribus ſuis non impedierat: cum prælati munere fungeretur. Quæ cùm ita ſint, ego vos Domini mei in Chriſto Ieſu deprecor, vt ij, quibus aliquod gubernationis munus incumbit, recordemini vos omnium peccatorum, quæ ſubditi veſtri negligentia veſtra commiſerint, rationem arctiſsimam eſſe reddituros: precor item, vt ex illis eſſe curetis, de quibus dicit Diuus Paulus: Peruigilant quaſi rationem pro animabus redditurl. Maximè penſate ſanctum Apoſtolum non contentum fuiſſe dicere: Vigilant, ſed vt eorum diligentiam ampliùs exaggeraret, dixiſſe: peruigilant. *Hebr. 13.*

Ipſe autem reſpondens, ait illis: Quare & vos tranſgredimini mãdatum Dei propter traditionem veſtram. O quàm meritò ſe ſe hic optimus, ac clementiſsimus Dominus Gallinæ cõparauit, dicens: Quemadmodum Gallina congregat pullos ſuos ſub alas. Nullus eſt ferocior Leo quàm Gallina cum pullos ſuos ab aliquo lædi, aut tangi perſpicit: Sic bonus Ieſus quam ferociſsimum Leonem ſe præbet in eos, qui filios ſuos lædunt: ſicut hanc protectionem exaggerauit ſanctus Propheta Dauid dicens: Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Facies Domini eſt quod hominibus crebriùs, & apertiùs in Deo reuelatur. Hæc autem eſt ipſius miſericordia: & in abſcõdito, atq; intimo miſericordię ſuę amicos ſuos protegit, atq; cuſtodit. Et in tabernaculo ſuo, id eſt, in ſacratiſsima Chriſti Redẽptoris noſtri humanitate Deus iuſtos protegit, id eſt, per merita Saluatoris noſtri eos ab omni cõtradictione defendit. O ſerui, atq; amici Dei quando vos hominũ linguis, aut aliqua humana contradictione percuſſos videritis ad hoc ſacroſanctum tabernaculum confugite: hic enim refrigeriũ, atque patientiæ conſeruandæ ſubſidium reperietis. *Matth. 23* *Pſal. 80.*

Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei? &c. O quàm ſenſibile verbum eſt hoc, niſi homo eſſet inſenſatus, & extra ſe non incederet. Hæc autem Domini querela ſuper nos etiam cadere poteſt. Omnes legiſlatores leges, quas ſanciunt, cuſtodiri cupiunt. Tiburtius dicitur cùm Lacedæmonijs leges ſanxit, eos adiuraſſe,

vt illas obseruarent, quo vsque ex certo itinere, quod sibi conficiendum erat, reuerteretur. Qui cùm Cretam se contulisset nunquam ampliùs rediijt: sed præcepit, vt ossa sua post ipsius obitum im mare proijcerentur, quò sic cum nec viuus, nec mortuus rediret, semper iureiurando tenerentur. Quanto igitur magis desiderabit Dominus vt præcepta sua obseruentur? Sic affirmat Da-
Psal. 118. uid: Tu mandasti (inquit) mandata tua custodiri nimis. Pensate quæso, verbum illud, nimis. Etenim non solum vult Deus quòd
2. Reg. 23. lex sua seruetur, sed commendat illam nimium custodiri. Cùm sanctus Dauid per Palestinæ solitudinem exularet, nulla alia consolatione fruebatur, nisi assidua diuinæ legis meditatione, & ipse in eodem Psalmo dicebat: Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. O beatum virum, qui tam ardenti diuinorum præceptorum amore tenebatur. Et non dubito quin illa ad vnguem (vt aiunt) obseruaret. Quid autem mirum (dicebat sanctus Propheta) quòd ego tibi paream: siquidem ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi. O quanta est hæc ignominia homini: quòd cùm vniuersæ creaturæ Deo inseruiant, solus homo in eius ministerio deficiat: qui si quidem ratione, fideique lumine gubernatur, primus in Dei seruitute esse illique omnibus partibus suis ministrare deberet.
1. Thes. 5. Quapropter Diuus Paulus dicit: Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Considerate quanto affectu commendat sanctus Apostolus, vt omnibus, quæ in nobis sunt, Domino seruiamus. Et pensate verbum illud: sine querela. Nã sicut pater, aut Dominus de filio, siue de seruo, qui ei fideliter non ministrat, conqueritur: sic etiam conscientia conqueretur, & consurget aduersus spiritum, animam, & corpus ex seruitute Dei deficientibus. Animaduertite etiam quomodo sanctus vir sigillatim hîc spiritum, animam, & corpus nominat. Vnumquodque enim horum in Dei ministerium peculiare munus suum debet exercere. Spiritus quippe diuinarum rerum contemplationi: anima competenti, ac moderatæ corporis gubernationi; corpus autem exteriorum operum exercitationi debet intendere. Omnia seruiant tibi. Et quanquam omnes in hoc multum deficimus: multo tamen magis deficiant principes, & magnates huius sæculi: qui Euangelicæ legis obseruantiam

16 tiam ignominiosam esse ducunt. O gigantes sæculi. *Quare vos transgredimini mandatũ Dei propter traditionem vestram?* Beatus Paulus dixit: Non erubesco Euangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti, vos autem illud obseruare pudet: videlicet, vt vanitatis vestræ legibus pareatis. O quàm dignum est hoc, quòd sanguineis lachrymis deploretur, si consideremus quæ hodie inter magnates geruntur propter inanem viuendi rationem, seu potiùs abusionem, quàm in eis diabolus introduxit: vanissimasque eorum leges, quas illis mundus stabiliuit, perpendamus, facilius Ethnicorũ Romanorum statuta, quàm eorum decreta sanctissimo Domini nostri Iesu Christi Euangelio concordare poterimus. Sacra Saluatoris nostri lex pauperes spiritu, mites, pacificos, eosque qui vna maxilla percussi alteramque libenter offe- Rom. 1.
17 runt; eos, qui cùm maledicantur, benedicunt: qui cùm blasphemẽtur, obsecrantur: qui proximis suis honores offerũt: qui corde humiles sunt: hos (inquam) huius generis homines beatos esse affirmat. Leges autem eorum, qui viri nobiles esse dicuntur, hæc omnia ita eneruant, eisque derogãt, vt qui hæc fecerit, quanuis à Iesu Christo filio Dei præcipiantur, magnatis nomine indignus habeatur. Ille autem, qui vix iniuriam accipit, cum iam aduersariũ suum in priuatum certamen accersit, deq; illo vlciscitur, & quanuis lethalibus vulneribus iam iam moriturus in lecto recũbat, ab odio non desistit, quanuis confessionis, & cælestis gratiæ expers intereat, inuincibilis optimatis cognomen adipiscitur. O ineffabilis Deus, tu Domine spiritum mihi largire, quò honorem tuũ summa animi contentione propugnẽ, qui ab ijs, qui se Christia-
18 nos esse dicũt, pro nihilo ferè reputatur. O fratres in Christo Iesu pudeat, pudeat vos talem habentes fidem tam barbarè, aut fortè barbariùs, & turpiùs, quàm Ethnicos viuere. Quomodo coram diuina maiestate audebitis apparere? quod forsitã vobis hodie, siue cras, aut certè citiùs, quàm arbitramini, continget.

Dicit igitur Dominus his Pharisæis: *Quare & vos transgredimini, &c. Nam Deus dixit: Honora patrem tuum, &c.* Animaduertite quòd etsi Pharisæi alijs plurimis, & maximis sceleribus repleti erant. Erant quippè superbi, cupidi, inuidi, auscultatores, & murmuratores: eis tam præcipuè peccatũ inobedientiæ, paruiq; honoris, quẽ parentibus exhibebant diuinus Magister obiecit. Ex quo quàm graue malum sit, apertè detegitur. Quando sanctus Ioseph Gene. 42.
petijt

petijt à fratribus suis, vt sibi puerum Beniamin afferrent, sanctus Patriarcha Iacob illum eis dare renuit, qui postquàm eum assiduis precibus rogitauerunt, nec quidquam tamen hæc proderãt, quasi magna quadam exaggeratione illi dixit Iudas: Mitte puerum mecũ: nisi reduxero, & reddidero eum tibi: ero peccati reus in te omni tempore. Cùmque vir sanctus quantum filius suus humeris suis onus imponeret, attendisset, videlicet, quòd nõ solum ei ad peccatum quodcunque, sed ad peccatum contra patrem suum imputaretur, dixit: Si sic necesse est, facite quod vultis. In quo manifestatur quantum, quàmque graue peccatum apud sanctos illos Patriarchas haberetur quòd aduersus parentes committe-

Eccle. 3. tur. Vnde dicitur: quàm malæ famæ est qui dereliquit patrem, & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. Nemo vtique tale facinus, atque impietatem committẽtem cognoscit, quin in eius faciem conspuat, atque infamem reputet. Vix est vitium ex ijs, quæ aduersus homines perpetrantur, quod nõ possit aliquod excusationis genus habere: in hanc autem iniquitatem nulla prorsus excusatio cadere potest. Et ideò dicitur: quàm malę famæ est, &c. Contra verò honestissimum, vtilissimum, & gloriosissimum est parentes honorare, illisq; benefacere. Et sic dicitur vbi supra: Deus iudiciũ matris exquirens firmauit in filios, & sicut qui thesaurizat ita qui honorificat matrem suam. Adeò æstimat Deus honorem matribus exhibitum, vt viduarum liberos solicitus exquirat, ad honorem, atque reuerentiam, quam matribus suis prę-stiterũt, eis persoluendum. Exquirens (inquit) fortassè quia paucissimos reperit. Ea vtique, quæ difficilè inueniũtur, exquiri consuescunt. Specialiter nominat hîc sapiẽns matris honorem, quia ut præcipuè aduersus matres, maximè cùm sunt viduæ liberi cõsurgere, debitumque illis honorem, ac diuitias etiam adimere solẽt. Thesaurum etiam dicit comparare illum, qui matrem suam honorat. Siquidem autem tot, tantisq; filios ad honorem matribus exhibendum præmijs inuitat, ex hoc colligi potest, cum paucos, qui hoc faciant, reperire. Et sic videbitis Dominum nulli ex decem præceptis temporale præmium ilico addidisse, nisi huic di-

Exod. 20. cens: Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus su-

Simile. per terram, quam Dominus Deus dabit tibi. Etenim amor est quasi aqua, quæ facilè descendit, & difficulter ascendit. Remediũ autem ad illam eleuandam est, in illam põdus immitti, & statim ascendit.

na ascendit. Sic amor faciliùs ex parentibus ad liberos descendit, quàm ex liberis ad parentes ascendit. Et ideò dicitur, vnus pater centum liberis, non verò centum liberi vni patri sufficere. Vt igitur ex liberis ad parentes amor ascenderet, in eũ Deus pondus inuexit: quod est diuturnæ vitæ merces, præter æternũ gloriæ põdus, quod tanti præcepti obseruantia operatur in eo. Cumque verum sit, hunc debitum parentibus honorem non solum in reuerentia illis exhibenda consistere, sed etiam in eorum necessitatibus subleuandis.

Hoc præceptum cupiditate sua præuaricati fuerant Scribæ, & Pharisæi dicentes: Satius esse ex illis, quæ patribus egenis præbẽda essent, offerre sacrificia. Idcircò Dominus illos tam acriter reprehendit, dicens: *Et irritum fecistis mandatum Dei propter traditio-*
23 *nem vestram.* De qua præuaricatione nullum habebant scrupulũ: considerabant autem, vtrùm sancti Apostoli manus ablueront. Surripuerat Michas à matre sua mille centum argenteos, vt apparet in sacris literis. Nam vbi nos legimus. Mille centũ argenteos, *Iudi. 17.*
quos separaueras tibi, &c. Hebræus contextus habet, Mille centũ argenteos, qui sublati sunt tibi, & execratus es, scilicet, furem: quemadmodum me audiente narrasti. Ecce mecum sunt: ego abstuli eos, &c. Ex hoc apparet, ipsum eos surripuisse: vt autem vidit eam argenteos illos præparatos habuisse ad idolum conficiendum, scrupulum habuit, illosque matri restituit: quia videri suo illos à diuino cultu surripuerat. Et restituens eos, vt idolum faceret, cùm grauius esset hoc peccatum nullum habebat scrupulum: tam cæcus existebat infœlix, cùm idoli adoratio tam manifestũ
4 esset malum. Terribiles sunt cæcitates, atque stultitiæ, in quas homines à Deo semoti prolabuntur, quod in his miseris videre est, qui in tot insanias passim incidebant.

Dicit eis vlterius Dominus. *Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Isaias, dicens: Populus hic labijs me honorat.* Quid? Deũ labijs honorare malũ est? non vtiq;, imò vocalis oratio sanctissima, nimiúque vtilis est, ad prouocandos nos, atque alios ad Deum diligendum. Sæpe enim cum homines Deum ab alijs laudari perspiciant, eorum corda diuino inflãmãtur amore. Ideò dicebat Dauid: Benedicam *Psal. 33.*
Dominum in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo. Aduertite quomodo sanctus Propheta dicit, in ore meo, vbi manifestè confutatur error eorum, qui orationem vocalem damnant. Voca

lis etiam oratio prodest ad hominem à vitijs cohibendum, sic di- 25
Isai.48. cit Deus per Isaiam, his verbis: Laude mea infrænabo te, ne inte-
Simile. reas. E quum effrænatum ac furibundum nemo tenere valet, si il-
li frænum apposueris, statim sistet, illumque quolibet deduces.
Homo post concupiscentiā suam effrenate decurrit: quem Deus
quasi fræno coercet ipsius laudē in eius ore constituens: ipsa enim
sancta verba, quæ dicit, eum confundunt, & sic sunt ei tanquam
frænum, quo detinetur, ne post passiones suas tam furiose gradia-
tur. Non solum autem ab exterioribus, sed ab interioribus etiam
cogitationis peccatis diuina Dei laus hominē liberat. Hoc signi-
ficauit sponsus, dicēs sponsæ: Sicut vitta coccinea labia tua. Si ad
Canti. 4. illud tātummodo, quod litera sonat, respecturi essemus stultum
videretur hoc dici. Quæ enim similitudo est in labijs decoræ fœ-
minæ cum vitta coccinea? Si autem ad ea, quæ hîc diuinus spiri- 26
tus dicere voluit, attendamus: maximum in his verbis mysteriū
inesse cognoscemus. Fœmina vitta coccinea vtitur ad comprehē-
dendos crines, ne huc atque illuc dispergantur. Postquam domi-
na crines suos pexuit, atque composuit, ne postea perturbentur,
ac dispergantur, vitta illos deuincit. Crines animæ sunt cogitatio
nes, quæ vt in anima sint apte dispositæ, neq; dispergantur, opus
est vitta, qua vinciantur, & coerceantur. Ecce igitur similitudinē.
Etenim quemadmodum vitta comæ vinciuntur, ne huc, atque il
luc dispergantur, sic feruida, & deuota labiorum oratio cogitatiō
nes comprimit, ne ineptæ, atque inordinate diffundantur, atque
ideò Spiritus sanctus vocalem orationem vittæ coccineæ contu-
lit, illam enim suauissimam, charitateq́; plenam esse oportet. At
que ideò Dominus hos Pharisæos obiurgauit: quia etsi eū labijs 27
collaudabant, illæ tamen laudes nō ex intima cordis charitate di
manabant. Quod Dominus vlterius explicuit, dicens: *Cor eorū lon
ge est à me.* Linguam quippe Deo, cor autem diabolo dedicabant.
O quot Christianis nunc etiam hæc verba dici possunt. Habet
vir primarius rosarium in manu, exitq́; in aulam suam recitans.
Pater noster, qui es in cælis, & statim dicit famulo. Heus famule
insterne equū. Et statim addit, dicens: Sanctificetur nomen tuū,
illicoq; ad famulum conuertitur, dicens: Vide quomodo ei frenū
apponis: & vlterius prosequitur: Adueniat regnū tuum, fiat vo-
lūtas tua sicut in cælo, & in terra: ad famulūque tertio conuersus
dicit, accelera, strauisti iam? Iterumq; ad inceptum rediens, dicit:
Panem

28 Panem nostrum quotidianum, &c. Quid vobis de hoc recitandi
modo videtur? linguam habet in rosario, cor autem in equo. Ec- *Simile.*
quis concentus fieret, si cithara sonus lentissimus ederetur, ore au
tem cantus velocissimus proferretur? nequaquam suauis concen-
tus edi potest, nisi cithara voci consonet. Sic oportet fieri oratio-
nẽ, vt quod labijs profertur, corde volutetur. At labijs dicere Pa-
ter noster qui es in cælis: corde autem plurimas vanitates cogita-
re, magna est inordinatio, atque perturbatio. Etiam, & proprijssi
me quidem verba hæc: *Cor eorum longe est à me.* Significant animã
extra diuinam gratiam, & charitatem existere, corque in creatu-
ris esse collocatũ. Oratio verò hominis huiuscemodi nõ est Deo
grata, neque acceptabilis. Nam vna ex præcipuis piæ orationis
comitibus est vitæ puritas, morum integritas conscientiæ, synce-
29 ritas, atq; diuina charitas. Propter quæ Regius Propheta à Domi-
no se auditum fuisse fatetur, quam ob rem postquam plurima be
neficia sibi à Deo facta recensuerat, dicens: Et exaudiuit de tem- *Psal. 17.*
plo sancto suo vocẽ meã, & clamor meus introiuit in aures eius:
& misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis mul-
tis: eripuit me de inimicis meis fortissimis, &c. horum omniũ cau
sam assignãs, dixit: Quia custodiui vias Domini, nec impie gessi
à Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo & iu
stitias eius, &c. Ex quo colligit quod ibidem infert, & statim sub
sequitur: Cum sancto, sanctus eris? & cum viro innocente, inno-
cens eris: & cum electo, electus eris: & cum peruerso, peruerteris:
id est, sic te Domine cũ hominibus habes, vt homines se præbent
erga te. Ita Azarias propheta sub Asa rege populo ex victoria re
30 deunti spiritu diuino actus ait: Dominus vobiscum, quia fuistis *2. Parali.*
cum illo: si quæsieritis Dominum, inuenietis eum: si autem dere *14.*
liqueritis eũ, derelinquet vos. Et Oseas dicit: Oblita es legis Dei *Osee. 4.*
tui: obliuiscar & ego filiorum tuorum. O fratres in Christo Iesu
quantum emolumentum animæ vestræ percipient, & quã dili-
gẽter curabitis per charitatẽ inflammatissimã corda vestra Deo
coniungere, si hæc in animis vestris impresseritis. Terra, in quam *Simile.*
solis radij nõ perueniunt, fructum ferre nõ potest propter nimiã
frigiditatẽ, quod in Septẽtrionalibus regionibus experientia cõ-
peritur: in quibus (vt aiunt) nihil animatũ, nec viride propter ca-
loris defectũ procreat. O infœlices peccatores à Deo segregati: q
Septẽtrionales regiones sterilitate superatis. Nihil in vobis viuũ,

neque viride reperitur, sed omnia peccati frigiditate sunt arida: quia cùm à diuino sole, qui est Deus, longe distetis, cælestis gratiæ, atque charitatis calore caretis. Et si pellicea veste cadauer induatis, nullum in eo calorẽ gignet: quia vt illa corpus calefaciat, prius ex illo calorem oportet exire, quo vestis pellicea calefiat: sicut in viuo corpore apparet: quia verò nullus ex cadauere calor erumpit, non potest vestis illud calefacere. Bona opera sunt vestes pelliceæ, quibus anima operitur, quę vt meriti calorem emittant, prius ex nobis affectus pius, atque deuotio, charitasq; debet erumpere: quæ opera viuificet, atq; calefaciat; at, si anima per culpam mortua est, cùm ex ea calor hic non possit exire: non illum operibus communicat, & sic opera illam non calefaciunt: atq; ita sicca, mortua, & sine gratiæ, aut gloriæ fructu remanent. Ecce quomodo anima in peccato perseuerans est septẽtrionalis regio. Aliud etiam nobis malum prouenit ex eo, quòd procul à Deo sumus: scilicet, quòd omnia eius nobis minima esse videntur. Etenim experientia comperimus, ea, quæ à longe perspicimus, multo minora, quã sunt nobis apparere: ea verò, quæ iuxta nos sunt, præcipuè, si cõspicilijs illa videamus: permagna nobis esse videri. Vnde fit quòd cum peccatores à Deo longissimè absint, sæcularibusq; rebus vsque ad oculos sint immersi, caduca huius sæculi maxima esse ducunt: res autẽ Dei, cælestiaque dona contemnũt, & pro breuissima quaq; voluptate cõmutant. Diuus Paulus quia corde propinquus erat Deo, mũdo autem remotus, dicebat. Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Quemadmodũ sterquilinium fœtore, ac stercore plenum homini est odibile, illudque diligenter aufugit, ne illud videat, aut oleat, sic Diuo Paulo hic mundus erat execrabilis. O vtinam diuina maiestas cælestem amorem suum nobis communicet, vt omnia sæcularia oderimus, atque vt stercora reputemus: ô quot mala euitaremus.

Simile. *Simile.* *Philip.3.* *Simile.*

Dicit vlterius Dominus hos iniquos homines reprehendens. *Sine causa autem colunt me docentes doctrinas, & mandata hominũ.* Prior huius sententiæ pars: scilicet, quod sine causa, id est frustra, sine merito, & sine præmio æterno habendo colunt Deum cõmunis est omnibus peccatoribus, quemadmodũ æger frustra, & sine fructu recipit medicinam, nisi per eam valetudinẽ consequatur. Verùm ò Christe cælestis mundi magister quid in his vltimis verbis dicis? Etenim ministri Sathanæ, hæretici huius tempestatis præce-

34 præcepta sanctæ Ecclesiæ hominum statuta esse asseuerans, ne-
que illis obedire volunt: & hoc tuum testimoniũ allegant. Qua-
propter dic nobis quomodo hoc intelligis? Dico hanc difficulta-
tem in superioribus verbis fuisse declaratam: etenim non condẽ
nat Dominus hos Pharisæos, quia hominum præcepta sequun-
tur, sed quia illa sequuntur, quæ diuinis institutis contradicunt:
qualia erant illa, quæ in rapina nitebantur, scilicet, vt alimoniam
patribus egenis denegarent, illamq́ue in sacrificium immola-
rent. Itaque non vult Dominus maiorum instituta dirimere:
imò vult maiores, & prefectos in sua sancta Ecclesia existere, qui
bus alij gubernentur. Hos enim deesse maxima, & lamentabilis
esset ærumna: quòd in eum statum homines deuenirent, vt suis
turpibus appetitibus ducerentur: sed statuit Dñs superiores esse,
35 qui effrænatæ hominum vitæ resisterent. In hanc equidẽ calami
tatẽ dicit sacra Scriptura populũ Israel deuenisse. In illis (inquit) *Iudi. vlti.*
diebus non erat Rex in Israel, sed vnusquisq; quod sibi bonũ vi-
debatur, faciebat. Quod profecto est contra naturã: cùm experiẽ
tia comperiamus irrationaliũ animantium congregationẽ, qualis
est apum caterua magistram suam quam sequuntur, quaq́ue gu-
bernantur, habere. Hæc ratio est beati Hieronymi. Et D. Paulus *Hiero. in*
per totum secundum caput hanc obedientiam superioribus ex *epist. ad*
hibendã maximè cõmendat. Ex illis, scilicet, verbis: Omnis ani- *Rusti.*
ma potestatibus sublimioribus subdita sit. Deniq; ipsemet diui- *Roma. 2.*
nus mũdi Redẽptor cum illis loquẽs, quos Ecclesiæ suæ præfece- *Luc. 10.*
rat, dixit eis: qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.
His dictis conuersus est Dominus ad turbas: eisq́ue declarauit
36 cibos, qui in corpus ingrediũtur, animam non inficere, siue lotis,
siue illotis manibus ad os deducantur: sed ea, quæ ex corde proce
dunt, spiritum contaminare. *Nam, ex corde exeunt cogitationes malæ,*
&c. Circa hoc dupliciter homines decipi, atque errare consue-
scunt, vno modo, quòd sunt nonnulli, qui arbitrantur, cùm pecca
tum actualiter opere non exercent, se non peccare, nec illud sibi
esse imputandum. Accedit peccator ad confessarium, & ille pœ-
nitentem interrogat, cùm ad sextum præceptum peruenitur: fra-
ter nunquid contra hoc præceptum aliquid commisisti? Qui res-
põdet, dicens: Non pater, immunis sum huius peccati. Animad-
uerte vtrũ turpibus cogitationibus voluntate consenseris? Si for
te aliquam in corde tuo fœminã concupiuisti, qui ait. Pater istud

sæpenumero mihi contigit, verum in hoc desiderio exequendo, nullam vnquam adhibui diligentiam. O miser hoc nihil esse dicis? tantum est hoc, quod te in infernũ detrudere sufficeret. O pater quam minimis scrupulis stimularis. Profectò si in hoc scrupulosus sum, talis etiam est filius Dei, qui dixit: Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendũ eam, iam mœchatus est. Altero modo satis periculoso decipiuntur homines: nonnullos quippe reperietis contrarium tenentes extremum, quibus vix turpis cogitatio aduenit, cum iam se in infernum demersos esse arbitrantur. Frater si voluntas tua cum Deo sit, malisque cogitationibus resistens, non solum non peccabis, sed multum etiam promereberis. Hancque in hac materia vtilissimam regulam obserua, scilicet, quàm procul abes ab eo, quòd malis cogitationibus oblecteris: tam procul abes ab eo, quod in eis pecces. Rationi etiam cõsentaneũ est, vt aliud animaduertas, videlicet, quòd malę cogitationes plerunq; ex sensuum dissolutione procedunt. Quapropter oculos claude, cæterosq; sensus diligenter obserua, & huic malo magnopere obuiabis. Sic faciebat sanctus Propheta Iob, qui dicebat: Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem de virgine. Quid? An ne oculi cogitant? Non vtique, sed per illos exteriorum rerũ species ingrediuntur, ex quibus malę cogitationes gignuntur. Et ita sanctus Propheta in his verbis vult dicere. Ne male cogitem, oculos claudo, nec ea, quæ ad me non pertinent, imò potius mihi poterunt officere, aspicio. Quæ cùm ita sint dilectissimi fratres, Dominum suppliciter exoremus, vt isthæc omnia nos erudiat operari, quò illorum exequutione diuinam gratiam in hoc sæculo; in futuro autem cælestem gloriam consequamur, Amen.

Matt.5. Iob.31.

Feria.VI.post Dñicam.III.In Quadragesi.

Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, &c. Ioan.4.

HOdiernum Euãgelium lautum nobis facit conuiuiũ in quo cibi sunt plurimi & delicati, quare in tanta ciborũ abundantia non ex vno, vel altero comedere debemus, fieret enim Domino iniuria qui nos inuitauit: nec etiã omnes vorandi, quia in tanta ci-

2 ta ciborum copia non ita facile digestio fieret, sed ex vno quoq;
aliquid sumendum, vt gustemus omnes. Hoc hodie in sacri Euā-
gelij mysterijs præstare vellē, & vt illud paulatim aggrediamur
prius debetis animaduertere vnum ex præcipuis exercitijs, quæ
Christianorum sunt propria, esse sanctissimæ Christi Redempto
ris nostri vitæ meditationem: per quam in magnam diuinæ boni
tatis cognitionem deuenimus, quare vbi nos legimus. Erit iusti- *Isai. 11.*
tia cingulum lumborū eius, translatio Chaldaica habet, erunt iu-
sti cingulum lumborum eius. Vocantur iusti lumborum Christi
Dei filij cingulum, quia eum semper circumeunt & circundant:
quod spiritualiter agunt, cùm nunquam ab eo recedunt, cū sem-
per comitantur quacunq; incedit, & ibi meditatione & contem-
platione adsunt: & ideò summo studio curare Christiani debe-
3 rent vitam Redemptoris nostri Iesu Christi optime scire, quan-
doquidem Hebræi memoriter sexcēta legis præcepta recitabāt,
præter alias occupationes & difficultates, quas lex illa habebat.
Confusio est profectò Christianis sexcentas fabulas, & infinitas
prope historias scire, vitā verò Iesu Christi, ignorare, quæ nostra
potius est quā sua, quia pro nobis humanā vitam viuere voluit. il
le qui semper vixit æternam. Hoc verissimum existimate sancto
rum nullū in vita spirituali profecisse, nisi prius vitæ Christi Re-
demptoris nostri meditationi se dederit, & quia per illā, vt dixi,
in diuinæ bonitatis cognitionem deuenimus, & paulatim ex co
gnitione ad amorē progredimur. Testatur hoc D. Paulus, dicēs:
Deus qui dixit de tenebris lucē splendescere, ipse illuxit in cor- *2. ad Cor.*
dibus nostris ad illuminationē scientiæ charitatis Dei in faciem *4.*
4 Christi Iesu, id est, Deus ille qui cū mūdus esset in tenebris (quia
tenebræ erāt super faciem abyssi) dixit: Fiat lux, & facta est lux, *Gene. 1.*
hic idē Deus lucē dedit cordibus nostris, vt alios illuminaremus,
& ad diuinæ gloriæ bonitatis, & maiestatis cognitionem adduce
remus: quæ potissimū elucet in facie Iesu Christi, alapis cæsa, sali
ua sudore, & sanguine fœdata, tot iniurijs, & tormentis affecta.
Hinc iusti Deū amare discunt. Ex quo verba illa sponsæ intelli-
getis: Capilli tui sicut greges caprarum quæ ascenderunt de mō- *Cant. 4.*
te Galaad: hoc enim mystice significat sponsę capillos, id est, Ec-
clesiæ quæ sponsa est iustos esse veluti capras quæ pascunt in
mōte Galaad, qui aceruū testimoniorū significat: mōs & aceruus
testimoniorum Christus est Dei filius, quia omnia eius opera, la

bores omnes & passiones, omnia denique quæ fecit, ac dixit, sunt ineffabilis eius amoris testimonia: in hoc monte pascunt & ruminant iusti. Hæc sunt pascua fertilia quibus iusti pinguescunt, sed quamuis exteriora Christi opera pascere, & ruminare debent: maximè tamen omnium charitatem quam intus habebat, quæ quanta esset, declaratur illis verbis: Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis, vbi Hebraicè sic est, sanctis qui sunt in terra, & admirabilibus, scilicet magnificis, & fortibus

Psal. 15. omnis voluntas mea in eis, id est: In sanctis & admirabilibus, & fortibus est omnis voluntas mea. Quibus verbis orans Christus patrem suum ostendit omne beneplacitũ suum esse in fidelibus suis fortibus, & admirabilibus: in delicatis, infirmis, & inconstantibus qui se facile superari sinunt, nõ est voluntas Dei, siquidem non in illis, sed in iustis qui sunt in terra, nempe Ecclesia mirifice implẽtur voluntates Christi, id est, præcepta & cõsilia, quæ Christus prædicauit. Hanc charitatẽ declarauit Diuus Paulus, dicens:

Hebr. 12. Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, id est, quemadmodum Christus Redemptor noster omniũ peccata vidit, & doluit. Ita omniũ gaudia vidit, quę ex suis meritis electis vẽtura erãt, & ideò pati voluit quod passus est, vt illi ea gaudia consequerentur. Multũ etiam hanc charitatem exaggera

Ioan. 15. uit ipse Ioannes, dicens: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. O exaggeratio admirabilis, ô verba ipso cælo, & terra ditiora: quæ Imperia, quæ regna huic amori comparari possunt, vt dicat Dei filius homo factus: ita nos amare, vt homo est, vt eũ amat Pater æternus, qui quidẽ infinite amat? Amor verò Redẽptoris nostri quo nos amat vt homo est, infinitus nõ est, sed tantus est vt nihil inueniret cui cõparari posset, quàm infinito illi amori patris sui, quæ exaggeratio est diuina. Hæc omnia testimonia quæ de singulari Saluatoris nostri amore proposui, vellem fratres charissimi sæpe ruminaretis, vt tãti beneficij memores, & grati essetis: ex hoc amoris fonte tot labores manabant, tot itinera, tot lachrymæ, tot orationes, quibus opem nobis & remedium afferre optabat. Hac de causa cùm narraret D. Ioãnes: Hoc Dñi iter ex Iudæa in Galilæam, ait: *Quod oportebat eum transire per mediam Samariam.* Quod conueniebat Samaritanis, vt ab eo illuminarentur, conuenire illi dicitur, ob magnam, quam benefaciendo capi: bat voluptatem. Benedictus sit talis Deus, glorificatus sit talis Dominus, qui

qui ita suum in nos amorem ostendit. Statim ac homo peccat, existit in Deo pugna quædam inter misericordiam & iustitiam, vt notat D. Bernard. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, Iustitia & pax osculatæ sunt. Vltionem petit iustitia, veniam precatur misericordia. Pugna hæc est cruenta, in qua Iesu Christi sanguis effunditur, quo Dei cor placatur, ita vt peccatorem quærat, qui se ei tradat, & pœnitentiam agat. Intima erat Moysi cum Deo familiaritas in monte. Peccat populus vituli adoratione, festinare eum iubet, vade (inquit) & descende: peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti, recesserunt de via quam ostendi eis. Domine ne me hac fœlicitate priues. Vade descende (inquit) peccauit populus tuus, cui tu præes. Omnia relinquere vos volo, vestras contemplationes, & consolationes vt peccato medeamini, ejeci à meo conspectu Moysem, vt populo qui peccauerat, accurreret. O ineffabilem Dei misericordiam in eos qui ea indigni sunt. Hac de causa in hoc itinere tantopere pius Iesus festinabat. Currit medicus, & gradu quàm maximè potest concitato festinat. Si causam quæritis: infirmus inquit ingrauescente iam morbo in magno vitæ periculo versatur: ex medici festinatione infirmi periculum colligi potest, ô bone Iesu angelorum gloria, quò festinas pedester & lassus ex itinere? vt peccatorũ inquit, animis opem feram, & præcipuè mulieri concubinariæ.

D. Ber. super illud psal. 84.

Exod. 32.

Iesus ergo fatigatus ex itinere, &c. Hæc est animæ, quæ charitate plena est, præstantia, defatigari proximis suis benefaciendo. Hoc significauit Sponsa dicens, filij matris meæ pugnauerunt contra me, posuerunt me custodem vineis, vineam meam non custodiui. Ac si diceret, ita diligo fratres meos, qui me suis necessitatibus solicitant, & affligunt, vt mei ipsius obliuiscar. Nigram paulò antè appellauerant sponsam, & illa excusat se dicens, nolite considerare me quod fusca sim, quia decolorauit me sol, filij matris meæ, &c. Nigram & fuscam me fecit sol, quia aliena potiùs curare volui quam mea: quàm decoloratos, & defatigatos videre est iustos in proximis suis benefaciendo occupatos. Quis Apostolorũ labores explicare posset, & aliorum sanctorum, proximorum suorum amore susceptos, cum veri essent huius defatigati Iesu imitatores? O quanta hæc nobis confusio esse debet, qui ne minimum quidem laborem suscipimus nisi lucri causa cum tamen in tantæ charitatis lege viuamus. Melius omninò exemplum nobis dede-

Cant. 1.

runt duæ illæ tribus Rubē & Gad, & dimidia Manassæ, quæ vxoribus, & filijs, & omnibus rebus suis relictis opem alijs tulerunt in eius possessionis acquisitione, qua ipsi fruituri non erant, neque post victoriam dimitti se à Duce Iosue postulabant, vt domū redire possent, sed imperium ducis expectabāt, quousq; ipse Iosue abire iussit: quanquā verisimile est eos magno vxorum, & filiorum desiderio teneri. Ibi enim dicitur eodē tempore, vocauit Iosue Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Manassæ, & dixit ad eos, fecistis omnia, quæ præcepit vobis Moyses famulus Domini, mihique in omnibus obedijstis, neque reliquistis fratres vestros longo tēpore vsque in præsentem diem, custodientes imperiū domini Dei vestri: quia igitur dedit dominus Deus vester fratribus vestris quietem, & pacem, sicut pollicitus est, reuertimini & ite in tabernacula vestra. O nostrorum temporum sæuities, & impietas in quibus homines nihil præter lucrū: & vtilitatem spectāt: discite, discite nunc fratres mei quos diuini magistri Iesu Christi imitatio obligat magis vt pro vestrorum proximorum salute defatigemini.

Iosue. 22.

Sedebat sic super fontem. Quonam modo explicare non potuit. Consideret hoc quisque secum vt melius poterit, consideret eum qui in cælo angelos recreat & glorificat, ita defatigatū in terra, qui nunc sedet ad dextram virtutis Dei, & quē quisque inueniet sic vt voluerit, si inuenire volumus vt patrem pium, opera faciendo quæ ad hoc necessaria sunt, sic inueniemus. Si vt peccatorum nostrorū vindicē, sic inueniemus, ita gustui nostro similis fit Deus, vt talem qualem volumus inueniamus.

Matt. 27
Marc. 15.
Ioan. 19.
&
Luc. 24.
Ezec. 34.
Genes. 37.

Hora erat quasi sexta. O tempus opportunum! hac hora crucifixerunt eum, & huius horæ virtute peccatorum nostrorum remediū in Dei conspectu inuenimus. Hac hora quæ meridies erat, sedebat sic supra fontem tanquàm defatigatus pastor post gregē suū. Dixerat olim: Errauerunt greges mei in cunctis montibus dispersi sunt greges mei, & non erat qui requireret. Eramus omnes tāquā oues in varijs vitijs & erroribus dispersi, venit pastor & nos tāto labore quæsiuit vt sedeat fatigatus supra fontem. Cùm erraret Ioseph per desertū inuenit eum vir errantem, & interrogauit quid quæreret: at ille respondit, fratres meos quæro. O dulcissime Ioseph, Christe Iesu Dei fili, quid ita defatigatus in hoc mūdi deserto quæris? fratres meos quæro. Illorum causa hos labores per fero:

fero: ó fœlix anima quæ eis ad suam salutem vtetur.

Cum sic sederet Dominus: *Venit mulier de Samaria haurire aquã.* Quæ fuit causa cur hæc mulier venerit ad puteum, vt hauriret aquam? Necessitas, inquit Diuus Augustinus, quia nè denarium *Augu.* quidem habebat, quo sibi aquæ vas emere posset. O fœlix necessitas quæ te ad venam hanc omnium cæli diuitiarum perduxit, & vt animæ tuæ veniam, & gratiã cõsequereris effecit. Hac de causa solet aliquando Deus famem, infirmitates, & huiusmodi tribulationes permittere, & ita ait Dauid, contere brachium peccatoris *Psal. 9.* & maligni, quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Verùm non desunt peccatores tam obstinati & proterui, vt ex ipsis tribulationibus occasionem sumant peccandi. O magna abominatio, vt fame te Deus vel necessitate aliqua moneat vt corrigaris, & ea tu ad eius offensionem, & iniuriam abutaris. Ideò vbi nos legimus. Super quo percutiam vos vltra? in Hebræo est. Almt, idest, *Isai. 1.* ad quid percutiam. Cur medicinæ, si illis deteriores estis addentes præuaricationem? Cum loqueretur Dominus cum Cyro Persa- *Isai. 43.* rum Rege ait, educ foras populum meum cæcum, & habentem oculos, liberare hunc populum meum, qui si post septuaginta seruitutis annos nihil se emendauit, cur amplius versari in captiuitate debet? O rem admirabilem, vt iubeat Deus eos seruitute liberari, quia ex ea vtilitatem nullam colligebant, & ita liberati sunt.

Venit mulier de Samaria. Fugiebat Iesus Iudeæ peccatores. Ita nè *2. Parali.* domine, peccatores fugis? At si ab his fugis, in illos incides, nè pu- *36.* tes posse te ex manibus peccatorũ euadere, videtis hoc loco, vt à Iudæa fugiens in Samaritanã incidit? Sed si peccatorũ manus euitare non potest, (si ita piè dici potest) saltẽ peccatores hoc loco occurrunt qui non malitia, sed imbecillitate peccabant, vt hęc Samaritana mulier, imò vt magis propriè loquar Deus id facere solet, *Similit.* quod mulieres quædã quæ pueros alunt, nã si lac puer non sugit statim pectus dirũpi sentiunt, & alium sibi puerum quærunt, cui lac præbere possint: ita Deus misericordiam suam ne puncto quidem tẽporis in se continere posse videtur, sed eam semper effundere gestit, & cum Iudæam à lacte depulisset in Samariam venit, vt hic det, quod ibi abstulit, semper vel hîc, vel illic, suas misericordias (vt ita dicam) negotiatur. Et hanc fortasse ob causam Diuus Paulus appellauit Deum diuitem in misericordia, dicens: Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charita- *Ephe. 2.*

tem

tem suam, qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis cõuiuifi-cauit nos in Christo. Quasi misericordiæ negotiator, qui hîc emit: ibi vendit, hîc damno, ibi lucro afficitur. Nummi semper in motu, nunquam quiescunt. Homines sericum, lanam animalia negotiantur: Deus autem misericordiam. Huc Dauid allusit. Quoniã melior est misericordia tua super vitas, multa sunt vitæ genera, pluribus modis homines viuere solent, alij mercaturam exercẽt, alij mæchanicis artibus occupantur, alij literis operam dant: alij sequuntur arma: verum nullum vitæ genus tam vtile, nulla negotiatio est tam lucrosa, vt Dei misericordia quia deficere non potest, & lucri spes certa, & ita ait Dauid, melior est misericordia tua super vitas.

Psal. 52.

Dixit ei Iesus, mulier da mihi bibere. Nũquàm legitur petijsse Christus redemptor noster à peccatoribus cibum. à discipulis quidem & petit post resurrectionẽ cùm dixit, habetis hîc aliquid, quod manducetur. A peccatoribus verò non petit nisi potum, vt hîc à Samaritana, & in cruce cùm dixit, Sitio. Qui bibit aquam momento tẽporis vorat, qui comedit, mandit priùs & conficit dentibus cibũ, antè quàm voret. Sunt aliqui qui bibunt quasi aquam iniquitatẽ, vt ait Iob. Boni verò, paulatim mandunt. Demus eleemosynam: ò ipse inquit egebo. Audiamus sermonem, frigus ferre non possum, restitue, quod debes, nihil mihi supererit: mandunt bonum quod vorare non possunt. Alij sunt qui sanctis inspirationibus excitati, statim bonum exequuntur, & vorant. Eamus ad hospitale, eamus. Ignoscamus iniurias, ignoscamus. Cùm igitur petit dominus à peccatoribus potum, non cibum, duo significat. Primum vult eos statim conuerti, & non diu immorari incertos. Secundo vt post conuersionem sui imitatione bona opera bibant, non comedant. Vocauit ad se Dominus, quendam vt se sequeretur, & cúm ille respondisset: permitte me primum ire, & sepelire patrẽ meum. Dixit illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos, Quomodò ó Domine, nonnè quanuis extraneum sepelire, opus est misericordiæ, at quanto magis patrem? Significare hoc voluit, vt D. Hieronymus ait, quòd cùm Deus te vocat, eum tanta debes velocitate sequi, vt si patris sepultura te impediret, quanuis opus sit pium, tibi deserenda sit, & Christus sequendus. O si hoc præstaremus, quàm diuites meritorum essemus, quæ inde consequuntur.

Luc. 24. *Ioan. 19.* *Iob. 15.* *Matth. 8.* *D. Hiero. super isto loco.*

Dixit

20 *Dixit ei mulier, quomodò tu Iudæus cùm sis, &c. Non enim coutuntur Iu-*
dæi Samaritanis. Amat plurimum Deus Iudæos & ideò cũ malis
misceri nolebat, quia vt ait Ecclesiasticus, qui tetigerit picem in- *Eccles.13.*
quinabitur ab ea. Refert Plinius, & Herodotus, Flumẽ esse in Ly- *Plin. de na*
dia, cuius aquę lucidæ sunt & dulces: sed turbidis, & amaris fontis *turali hi-*
cuiusdam aquis immixtæ qui Spampeo vocatur, corrumpuntur, *sto.*
& colorem illum, saporemq; optimum amittunt: quot sunt qui *Herodot⁹.*
cùm virtutibus clari sint, & suaues, si malę cõuersationis fons illis *lib. 4.*
immiscetur, corrumpuntur? Speculum habes tersum, & lucidum, *Simile.*
& halitu eorum qui sese intuẽtur, inficitur & obscuratur. Eras spe
culum nitidum & alij te malæ conuersationis suæ halitu obscurũ
reddiderunt. Iam libros vendis vt Iudas, jam tãquam leno omniũ
turpitudinum genera committis. Ideò D. Paulus modicũ ait, fer- *Galat.5.*
mẽtum totam massam corrumpit. O appositissima comparatio!
21 qua declatur, quàm facilè vnus tantum malus corrumpere plu-
res bonos possit, plures autem boni vnum malum reddere bonũ
non ita solent, vt massa modicum fermentum in se non conuertit,
sed è conuerso. Rogo igitur vos fratres per viscera misericordiæ Ie
su Christi, vt summa cum cura malas euitetis conuersationes, &
familiaritates, nam nullius lingua damnum, quod inde sequitur,
exaggerari potest.

Respõdit ei Iesus, *Si scires donum Dei, &c.* O si scires beneficiũ,
quod a Deo accipis, qui donum istud humano generi tãta libera-
litate datum, nunc tibi ponit ob oculos. Fœlices & beatos oculos,
qui hoc videre potuerunt, tu forsan petisses ab eo, & dedisset tibi
aquam viuam, qua anima vt irrigaretur, vt cęlestes inde fructus
22 afferret. O Christe, vere hominum amator, cur Domine Chana *Matt. 15.*
nęæ nè verbũ quidem respõdere volebas, huic verò mulieri quæ
nihil petit, gratiam tuã tã citò promittis? Hæc est diuini Saluato-
ris proprietas: vt optimè pręuidit Isaias, dicens, Calamũ quassatũ *Isai.42.*
nõ conteret, & lignũ fumigans non extinguet. Quod de fide est
credere, de Christo redẽptore nostro intelligi, cũ a S. Euangelista *Matt. 12.*
citetur. Quarè cũ esset hęc mulier Samaritana tãquã calamus quas
satus, noluit eã cõterere, sed remediũ statim adhibere vult, & pec
catori qui quasi lignum est fumigans, & vnam tantum vel alterã
fidei, & amoris scintillã habet, antè quã extinguatur accurrit. Cha
nanæę verò si non accurrit statim, id fuit, quia erat tanquam carbo
accensus. Quarè nolite scandalizari fratres cum iustum videri-
tis

tis afflictum, malum verò fœlicem & prosperum: eum enim quasi carbonem accensum resistere posse scit, huic verò qui lignum est fumigans, ne extinguatur accurrit. Videtur etiam in hoc cum alios peccatores seuerè, alios verò suauiter tractat, mercatores quosdã imitari, qui cũ in emptore emendi desiderium vident, si quanti vendat ab eo petat, maximum indicit pretiũ, tãti inquit, vendo, detrahi alter aliquid vellet, & tanti inquit emam, frustra laboras, minoris vendere non possum, merces quocunque pretio digna est, & ita emptorem detinet. At verò cùm frigere videt emptorem, & nullo ferè emendi desiderio pretium postulare, tunc non maximum, sed minimum rei pretium dicit, vt ita ad emptionem alliciat. Hoc ipsum Deus præstare cum peccatoribus solet.

Simile.

Ezec. 24. Nam Ezechiel ait: veni & faciam, non transeam, neque parcam neque placabor. Venite ad me, nam quicquid mihi detis, non tamen ignoscam. Frustrà laboratis vestris lacrymis non placabor: elegans est loquendi modus, quo Deus interdũ vtitur miræ exaggerationis, quãuis summum haberet illis ignoscendi, & benefaciendi desiderium. Eodem ferè modo Chananeæ respondit, quã cùm videret amore feruidam & boni desiderio ardentem, non est bonum (inquit) sumere panem filiorũ & mittere canibus: illa verò maiori cũ feruore persistẽs, etiã, ait Domine, nã & catelli edũt de micis, quæ cadunt de mensa dominorũ suorũ. Alios verò quibus nocere moram videt, nè vacui discedãt, sed aliquid emãt, ipsemet inuitat & res minori pretio vendit, vt huic mulieri, cui dixit, *Si scires donum Dei tu forsitan petisses ab eo.* In his verbis ostenditur, quanti momẽti sit Dei cognitio. Beniamin tres filios habuisse dicitur: & ex eis vnus appellabatur Asbel, & de eodem dicitur. Vocatus esse Iadihel: nulla tamen est contradictio vt optimè explicat D. Hieronymus. Sed latet mysterium, nam Iadihel, significat cognoscẽs Deum, Asbel autem captiuus Dei. Quo docemur, animam, quæ cognoscit Deũ, statim eius amore captiuam fieri, & ita cũ quæsierunt à sponsa filiæ Hierusalem, qualis est dilectus tuus ex dilecto? vel vt in Hebræo est, præ dilecto, idest qua in re sponsus tuus excellit, & præstat alijs omnibus: Respondit illa: dilectus meus electus ex millibus. Vel vt in Hebræo est, dilectus meus electus decẽ millibus viris, vbi ponitur numerus certus pro incerto idest, eminet inter omnes, & concludit dicens: guttur illius suauissimum, vel vt in Hebræo est, gutur illius dulcedines, & totus desiderio

Num. 26.
1. Paral. 7
D. Hier. 4 to, fol. 116
Cant. 5.

asderia, idest vnumquodque verbum illius sexcentas habet suauitates, nec solum vno tantum desiderio desiderabilis, sed pluribus, ex harum rerum cognitione diuino amore incenditur, & cælestis sponsi captiua fit.

Dicit ei mulier, &c. Vndè ergò habes aquam viuam. Ait Dominus: *omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum.* Meritò Deus cùm peccatores quosdam alloqueretur, Quid tibi vis, inquit, in via Ægypti vt bibas aquam turbidam, & quid tibi cum via Assyriorũ, vt bibas aquã fluminis? Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. *Hiere. 2.* Voluptates omnes carnis diuitiæ, & dignitates huius seculi, aquę sunt Ægypti turbidę: & eò magis cum ijs Dei offensione fruimur, qui semper arguit & increpat peccatores, nã vt plurimos habeat Deus prædicatores, nullum tamen habet maioris efficaciæ, qui plus arguat, & increpet, quàm ipsummet peccatum: & ideò fratres nolite has aquas quærere, quæ sitim extinguere nõ possunt, sed aquam bibite cœlestem, quam, vt hoc loco Christus pollicetur, qui biberit non sitiet in æternum. Audite quid Isaias dicat *Isaiæ. 12.* Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, è libris deuotis, è sanctis colloquijs, ex sermonibus, ex oratione, ex confessione, & communione. Ex his saluatoris fontibus gratiæ aqua vobis haurienda est, quæ spiritualis gaudij in corde causa est, ó quantam animæ voluptatem perciperetis fratres si sanctis his exercitijs operam daretis, aquam ex eis haurientes, quam si bibas, fons exilit in anima qui salit in vitam æternam, vt hìc ait Dominus, quod non solum significat, gratiæ aqua efficit, vt saliat anima, & affectionibus libera excitetur à terra, sed quod quantum in ea est mouet hominem, & vires illi dat. vt perseueret donec vitam æternam consequatur. Hinc præclara illa magni Basilij sententia: qui cùm interrogaretur: quidnam facturi sint illi, qui suorum peccatorum veniam impetrauerunt, & iterum ad peccata redeunt, Respondit. Credant huiusmodi homines à primis peccatis puros non remansisse, quandoquidem ex illis tanquàm à radice secanda prouenerunt. *Basilij sententia.* Ideò dicitur, qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? *Ecclesi. 34.* Idest conuincitur non fuisse lotum. Si cæditis arborem, ex qua mox noui rami surgunt, & pullulant, signum est manifestum radicem remansisse incolumem. Huius autem sententiæ ratio hæc est, quam notate diligenter. Secundum theologos,

vt ignoscatur peccatum quiuis dolor non sufficit, nisi sit qualificatus, vt sit propter amorem Dei, ita etiam quoduis emendandi propositum non sufficit, nisi sit constans & qualificatum. Ita vt comparatum, cum propositis pœnæ mala euitandi, sit illis omnibus maius: ergò cùm facilè post pœnitentiam ad peccatum redis signum est quod peccatum tua causa remissum non fuerit, quia propositum firmum non fuit, quòd si habuisses gratiæ fauorem quæ ad perseuerandum dat vires, non peccasses tam citò. O quot peccata remissa vobis esse existimatis quæ in iudicij die cruda adhuc, & indigesta inuenietis. Verùm hæc Beati Basilij sententia intelligenda est, quod qui ad peccata redit conijcere potest fortè sibi non fuisse peccata remissa. Non tamen, quod id certò scire possit, neque illud affirmare debet, error enim hîc esset maximus, quia quanuis pœnitentia vera fuerit, potest quis posteà relabi, & de facto relabuntur plurimi post pœnitentiam veram, quia radix peccati est liberum arbitrium: D. autem Basilius hoc dixit, vt homines deterreret, nè ad peccata tam facilè redirent. Et quia
Heb.6. vt dixi, conijci id potest, non affirmari: vt Diuus Paulus quoque nos deterruit ponens difficultatem resurgendi: cum ait, impossibile est eos qui semel illuminati sunt, &c. & prolapsi sunt rursus renouari ad pœnitentiam, idest, per pœnitentiam. Impossibile, idest, difficile.

Hoc sermone paulatim mulier ista peccatrix disposita est & preparata donec manifestauit ei dominus se esse Messiam tot seculis expectatũ. Illa verò fide & amore plena, relicta hydria abijt in ciuitatem, vt ciues suos ad perfruendum eo, quod inuenerat bono inuitaret. Hæc res fratres charissimi inuitat nos vt corda nostra humiliter & deuotè inclinantes infinitam illam maiestatem adoremus, cuius opera, & iudicia tam admirabilia sunt, cuius electio tam diuina, cuius liberalitas tam magnifica, qui nemini iniuriam faciens plurimos summis beneficijs exaltat: & hi quidem de peccatoribus fiunt ab eo Apostoli, illi verò de persequutoribus suorum operum prædicatores, alij de Samaritanis Euangelistæ. Quarè talem habere Deum gaudeamus, qui, si ita fauet illis, qui eum non quærunt, quid faciet quærentibus eum? Quæramus ergô summa cum diligentia vt hic per gratiam inueniamus, posteà per gloriam.

Amen.

Domi-

Dominica 4a.

2 ter Eccleſia, vt læti progrediamur vlteriùs. Quarè lugubribus exuta veſtibus nos inuitat ad gaudium, dicens initio miſſæ: lætare Hieruſalem, & gaudete cum lætitia qui in triſtitia fuiſtis, vt exultetis: & ſatiamini ab vberibus conſolationis veſtræ. Non omnes lætari vult ſed eos qui in triſtitia fuerunt, non eos qui in peccatorum ſuorum cœno hærent adhuc, & cùm iam quadrageſimæ dimidium tranſactum ſit ne minimam quidem peccandi occaſionem prætermiſerunt, & nulla vſi ſunt diligentia, vt conuertantur ad Deum. Hi nullam lætitiæ cauſam habent, ſed ij tantum qui debita vſi ſunt diligentia. Ita affirmat Dauid dicens: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei, & iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, & lætentur in lætitia. Et vt maiorem nobis lætitiæ cauſam præbeat, *Pſal. 67.*

3 refert nobis Eccleſia admirabile Chriſti Redemptoris noſtri conuiuium, quod magnæ hominum multitudini dedit, quæ eum ſequebatur. Propheta Michæas in celebri illa prophetia de filij Dei aduentu, poſteà quam dixit: & tu Bethlehem Ephrata ex te egredietur dominator Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis: narrare incipit bona quæ eius aduentus hominibus erat allaturus dicens, & ſtabit, & paſcet in fortitudine Domini in ſublimitate nominis Dei ſui, & conuertentur, quia nunc magnificabitur vſque ad terminos terræ. Singula verba notate, ait ſtabit, quo ſignificatur Dei ad benefaciendum promptitudo, & ita hodiè quoque, vt turbas paſceret ſediſſe dicitur. Ait Stephanus: video cælos apertos, & Ieſum ſtantem, id eſt, adiuuantem me vt Diuus Gregorius declarat, & Sanctus Tho- *Michæ. 5.* *Act. 7.*

4 mas, ex quo regulam interpretes colligunt, cùm in ſacra ſcriptura certa diſpoſitionis forma apponitur, opus aliquod ſingulare ſignificari, vt hîc ſtabit, & ſtantem, quare optimè poſt ſtabit ſequitur, & paſcet in fortitudine: in fortitudine quia nullus aduerſarius opus ſuum impedire poterit. Vt optimè Ioannes affirmat dicens: Ego vitam æternam do eis, & nemo rapiet eas de manu mea, ait præterea in ſublimitate nominis Dei ſui. Nomen ſignificat potentiam, virtutem, & fortitudinem, vt ait Dauid. Inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis: auxilio tuo domine aggrediemur hoſtes, & eos iactabimus in aerem, vt taurus ſolet cum homines ſublatos cornibus rotat, & in nomine *D. Grego. homil. 29. in Euangel.* *D. Thom. 3. par q 58. arti. 1. ad vlti.* *Ioan. 10.* *Pſal. 43.*

tuo, id est, in virtute tua eos superabimus. Et hoc significat quod dixit Dominus: pater sancte serua eos quos dedisti mihi in nomine tuo, id est, in virtute tua. Hoc loco vbi nos legimus, sublimitate, septuaginta interpretes legunt, in gloria nominis, idest, in gloriosa virtutis tuæ manifestatione. Hebræum verbum, quod hic est significat magnificare. Et ita Diuus Hieronymus declarat hoc dicens, ostentabit Deus vires potentiæ, & magnitudinis suæ in illis custodiendis, & alendis, ait prætereà & conuertentur, quia nunc magnificabitur. Sanctus Hieronymus, & Simachus verterunt ex Hebræo, & sedebunt, quia nunc magnificabitur Christus, nunc nunc sedebunt: quod impletum est in hodierno conuiuio, in quo eos pascens Dominus suam ostendit virtutem. Ex his omnibus verbis inferre possumus, quantum huic Domino debeamus, & quanta cum fiducia ad eum in necessitatibus confugere possimus: cùm semper stet, & paratus sit, vt opem ferat.

Ioan.17. *Hiero. & Simach.*

Dicitur ergò in sancto Euangelio: *Abijt Iesus trans mare Galilææ.* Inuenimus aliquãdò Iesum Christum Redemptorem nostrũ accessisse ad mare sed non fuisse ingressum, vt ait Matthæus, ambulans Iesus iuxta mare Galileæ. Alias ingressus est, & egressus, vt cum Petri nauem ingressus est. Hîc verò abijsse trans mare dicitur: in quo tria Christianorum genera repræsentantur. Primi sunt qui accedunt ad mare, & non ingrediuntur: secundi ingrediuntur, & statim exeunt. Alij ingrediuntur, & vsque in finem nauigant. Mare salsum, & amarum pœnitentia est contritionis amaritudine plena, nam vt mare cadauera omnia eijcit ad littus, ita vera pœnitentia culpas omnes eijcit, & peccata. Mare perpetuò crescit, & decrescit: in vera pœnitentia semper crescit cognitio, & amor Dei. Amor verò proprius, & propria æstimatio decrescit. Itaque qui accedunt ad mare, & non ingrediuntur sunt, qui culpas suas, & pœnas, quas ijs merentur cognoscentes deterrentur: & hoc timore ad pœnitentiam accedunt: sed cùm eam amaram inueniunt, ingredi recusant. Durum videtur, & amarum concubinam dimittere, rem malè partam restituere, iniurias ignoscere. Alij omnes istas difficultates contemnere, & ingredi hoc mare statuunt, sed magno animi impetu & ardore ingressi defatigantur, & statim egrediun-

Matth.4. *Luc.5.*

8 diuntur.

O magna Adæ filiorum miseria, vt tantæ imbecillitatis non pudeat? Vidistis ne vnquam aggredi aliquem sumptuosi alicuius ædificij fabricam, parietes latissimi, membra, & cubilia plurima, magnum futurum ædificium existimatur. Sed en moritur Dominus, & remanet, quod futurum erat palatium vaccarum stabulum: ita nonnulli sunt, qui suæ conuersionis initio feruentissimi sunt, corpus seuerissimè castigant, silentium diligentissimè seruant, orant, ieiunant: O magnum, & sumptuosum ædificium, sed statim moritur Dominus, deficit sanctum illud propositum, redit ad peccatum, amittit gratiam, bestiarum, idest, vitiorum, & peccatorum fit stabulum. *Simile.*

9 De hoc Diuus Paulus querebatur dicens: qui enim mortui sumus peccato, quomodò adhuc viuemus in illo? Qui peccatorum suorum remissionem acceperunt, & iterum peccant, magnum sacrilegium committunt. Quia quantum in ipsis est passionis, & mortis redemptoris nostri pretiosissimæ effectum annihilant: & ideò ait, quomodò adhuc viuemus in illo? Quasi impossibile illi videatur, hominem tam ingratum esse, vt id agat. *Roma.6.*

Quomodò adhuc viuemus in illo? quomodò asperam, & duram diaboli seruitutem non consideras? quomodò Deum eiusque gloriam amittere te non cogitas? quomodò horribile pœnarum, tormentorumque periculum non times? quomodò adhuc viuemus in illo? O verba, quæ timorem magnum nobis
10 deberent incutere nisi lapidibus ipsis insensibiliores essemus: & notandum est quod viuere peccato est illi seruire, & obtemperare, quicquid ad peccatum requiritur, facere, vt faciebant illi, qui aiebant, venite fruamur bonis, quæ sunt, nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra. Mori verò peccato est contrarium omnino præstare, vt faciebat ille, qui vero virtutis tramite insistens aiebat, custodiui viàs Domini, neque impiè gesi à Deo meo, & ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea. *Sap.8.*

Alij sunt qui pœnitentiæ mare ingressi nauigant ad alterã partẽ, idest, vsq; ad mortẽ, qua ex hac in aliã vitã transeũt: hi sunt qui

 diuino

diuino Christi Redemptoris nostri conuiuio, quod gloria est fruuntur. Hoc significat Diuus Paulus cùm ait. Confido in vobis quòd qui incepit in vobis opus bonum perficiet vsque in diem Iesu Christi: præsentes dies nostri vocantur, quia quicquid nobis videtur facere in illis possumus. Mortis vero dies, Iesu Christi, dies vocatur, quia vitæ nostræ ratio reddenda tunc erit, & quicquid nobis videbitur facere non poterimus. Vsque in hanc diem perseuerare debemus in sanctissimæ huius nauigationis cursu.

Abijt Iesus trans mare Galilææ. Cùm quis ab alio in terra discedit semper aliquod sui vestigium relinquit impressum, at in mari nullum omnino remanet: Deus quoque cùm abijt ab alijs maritimo itinere discedit, in quibus vix vllum boni vestigium relinquit, ab alijs verò terrestri in quibus alicuius timoris, & misericordiæ vestigium remanet. A Iudæis discedens trans mare abijt, quo significauit nullum in eis boni reliquisse vestigium. Liberet nos Deus nè ad hoc malitiæ culmen deueniamus. *Simile.*

Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his, qui infirmabantur, &c. Vix quæritur Iesus propter Iesum, sed temporalis alicuius lucri gratia eum sequimur, vt isti, qui vt ab infirmitatibus suis curarentur sequebantur eum. Missarum suffragijs petitis à Deo vt vos à peste, febri, maris periculis liberet: quod quidem malum non est sed bonum, at quot inuenietis qui bona spiritualia petant, vt scilicet superbiæ, luxuriæ, & inuidiæ morbo curentur, vt humiles, mansueti, & pacifici fiant? Fieri hoc hodie non solet, sed vetus est morbus. Per Oseam de hoc querebatur Deus dicens: super triticum, & super vinum ruminabant, & discesserunt à me, id est, omnes eorum cogitationes, & studia sunt de vino, tritico, & huiusmodi rebus temporalibus, me autem à quo ista accipiunt, contemnunt. [*O Sancta Maria señora*] Quæ miseria & infœlicitas, res tanti pretij, vt spirituales sunt, ita contemnere? Dicere etiam possumus, quòd verba illa, *Quia videbant signa, &c.* quanquàm curiositatem significare videantur, deuotionis fuisse effectum, quia velle Domini miracula videre, quæ infinitæ suæ veritatis, & fidei confirmandæ causa faciebat: meritorium erat, & ita ait D. Paulus de doctrina Euangelica loquens: confirmata est cõtestãte Deo signis, & portẽtis, & varijs virtutib⁹, & Spũs sancti distribu- *Ose.7.* *Hebr.2.*

13 effectum, quia velle Domini miracula videre, quæ infinitæ suæ veritatis, & fidei confirmandæ causa faciebat, meritorium erat, & ita ait D. Paulus de doctrina Euangelica loquens: confirmata est contestante Deo signis, & portentis, & varijs virtutibus, & Spiritus sancti distibutionibus secundum suam voluntatem. *Hebr. 2.* Cùm igitur tunc tanta hominum multitudo Christum Dei filium sequeretur, & multi etiam hoc tempore sequantur, quos tu ô peccator tuis oculis vides, cur obsecro tu quoque ex eorum numero non esses? Sed heù, heù, heù, neque ex illis es, neque alios esse velles. Egressus est Rex Dauid, & ambulabant iuxta eum vniuersi serui eius, & omnes pugnatores validi præcedebant regem, cumque hac multitudine septus incederet, sequenti capitulo dicitur, & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus *2. Reg. 15.*
14 Saul, præcedebatque egrediens & maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos regis Dauid. Hoc idem hodiè fit cùm tot boni, & iusti cœlestem hunc regem Iesum Christum sequuntur, tu vilissime peccator lapides in eum iacis, & maledicta.

Cùm subleuasset ergò Iesus oculos & vidisset, &c. O fœlices illos quos cùm Deus attollit oculos, se sequi videt, nam statim de auxilio, & remedio cogitat. Potestne hoc dici fratres charissimi, quod quoties in vobis Deus suos oculos figit, figit autem sæpissimè, vos in eorum numero videt, qui eum sequuntur? Vestra certè opera contrarium omnino testari videntur, de Hebræis inquit dominus. Nõnè vides, quòd isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli: & libent dijs alienis, & me ad iracundiam prouocent. Nonnè hoc ipsum his temporibus contingit in vestris domibus, in vestris ciuitatibus, in vestris plateis? Omnes Deum offendendo occupati, hìc ludendo, illic mentiendo, alij rixando, alij murmurando, patres, filij, mulieres, omnes Sathanæ sacrificia, vestro autem creatori iniurias faciendo, occupati. O per magni huius Dei venerationem pudeat vos hæc ante oculos ipsius facere. Audite quid dicat: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. O verba miræ exaggerationis, quibus quantum Dei sit odium in peccatum, ostenditur. Cùm odium in aliquam rem significare *Hiere. 7.* *Isai. 1.*

volumus dicere solemus, eam è medio tollite, nec eam videat oculi mei: Quibus verbis mirè odium exaggeratur, ita vt quanto odio peccatum prosequatur Deus ostendat, ait se illud videre non posse. Et maior etiam exaggeratio fit, eò quòd hoc non de peccato perfecto, & consummato dicat, sed cum adhuc in cogitatione est, nec ad externum opus deuenit, cùm adhuc in flore est, nec adhuc in fructus erupit, vix apparet malum, cùm clamat Deus, nasci malum video, auferte illud, tollite ab oculis meis, non progrediatur vlterius. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: non ait: auferte malum operum vestrorum, neque desideriorum, sed cogitationum. Quod si tantum cogitationes ipsas odit Deus, quantò magis oderit opera? quarè malas cogitationes malaque opera auferte fratres: & statim vos, vt filios Deus aspiciet, & opem feret.

Cum subleuasset oculos, &c. Non erat ei opus oculos subleuare,
Eccles.36. vt multitudinem illam videret. Qui inspector seculorum vocatur, sed hoc modestia significatur, qua sensus suos exteriores custodiebat, & quàm demissos gereret oculos, cùm eos subleuasse dicatur: vt videret. Significatur etiam diuina eius prouidentia:
Exod.3. solet enim priùs aspicere, tum opem ferre, & ita dixit Moysi: Vidi afflictionem populi mei, & descendi vt liberarem eum. Nos è contra, Deus aspicit, & succurrit, nos aspicimus, & oculis auersis vlteriùs pergimus, vt sacerdos ille, & leuita, qui Samaritanum
Luc.10. vulneratum viderunt in via, sed viso illo transierunt. Si ijsdē oculis quibus hanc multitudinem respexit Iesus, nos eius pauperes intueremur, tanta profectò damnatorum turba non esset, non expectauit Dominus, vt ab eo cibū peterent, sed statim vt necessitatē præuidit, largitus est. Nos verò tot pauperū vocibus ita mouemur, acsi lapides, non homines essemus, magna profectò sæ-
1.Reg.25 uitia, & impietas. Refertur misisse Dauid seruos suos ad hominem quendam diuitem vocatum Nabal, qui egere se suosque seruos ei nunciarent, seque eius greges in deserto custodisse. Quodcumq; inuenerit manus tua da seruis tuis. Respondit auarus: Quis est Dauid, & quis est filius Isai? Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes, quas occidi tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio vnde sint? Ita & hodiè fit, nam cùm diuinus hic Da-
Psal.126. uid, Iesus Christus, vestrarum omnium rerū custos sit (quia nisi Dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam)

mis-

19 mittit ad vos seruos suos pauperes, qui egère se nunciēt, eget enim quoties pauperes qui eius membra sunt, egent. Vos autē acsi ignotus vobis esset Dauid, acsi nullā Dei cognitionē, & fidē haberetis respondetis, tollam ergo panes meos, aquas meas, & carnes tonsoribus meis, concubinæ, ludo, gulæ, sumptibus inutilibus, quæ omnia tonsores sunt, qui vestra omnia tondent, & cōsumūt. O Deus maiestatis infinitæ, illumina eos domine, vt quantū hoc sit malū intelligant, & se corrigant: nè sæua illa morte puniantur, qua infœlix ille Nabal mortuus est: de quo dicitur ibi, quòd cùm audisset, quod eius vxor Abigail fecerat, vt Dauid placaret, emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis: cumque pertrāsissent decem dies percussit eum Dominus, & mortuus est: quia in pauperes durus fuerat: hoc supplicij genere Deus punire voluit,
20 vt mutaretur quasi in lapidem. Cū mulier partus doloribus moritur, cæteræ omnes pariture eundem sibi timent euentum. Mortuum illum audimus, quia in eo pariēdi eleemosynam virtus defecit. Cùmque tot bonorum quæ à Deo acceperat plenus, & quasi prægnans esset, parere noluit, & pauperibus opem ferre: & ideò seuerissimè est à Deo punitus. Cur igitur, ò diuites auari eundem vobis exitū, eandemque pœnam non timetis, cum eadem in vobis pariendi virtus deficiat? Deus vos illuminet vt parere possitis. *Simile.*

Dicit ad Philippum Vndè ememus panes, &c. Quanquā Deus omnibus necessitatibus succurrit, priùs tamen animæ necessitatum curam habet, quæ maioris momenti sunt: multitudo quę dominum sequebatur egebat pane, discipuli vero fide potiùs quā pane egebant: & ideò priùs necessitati spirituali succurrit, & dicit ad disci-
21 pulum tentans eum. Tentat Deus iustos, vt suos agnoscant defectus, & eos corrigant. Ignorat infirmus infirmitatem suam, venit medicus & tentat cor. Nullus, inquit infirmus, in corde est dolor: tentat stomachum, nec ibi, tentat splenem, nec ibi, tentat iecur, heu exclamat infirmus, ibi dolor, ibi morbus. Hic ergò est morbus? eia igitur remedium hoc vel illud erit. Eodem modo, Deus quamuis morbum non ignorat vt medicus, tentat tamen vt tu ipse morbi qualitatem agnoscas, quem sæpissimè ignoramus. Diffidentiæ morbo laborant Philippus, & Andræas: quarè tentat eos, vt suum ipsi morbum cognoscant, & fateantur. Dicit etiam, *Tentans eum*: quia tentare est, quid in re insit, experiri. Voluit quippè Dominus experiri qualē fiduciam Beatus Philip- *Simile.*

pus ex miraculis conceperat quæ ipsum fecisse perspexerat. Iustus ex præteritis ad futura speranda occasionem accipit. Ideò dicitur, quòd cùm Abraham seruum suum ad quærendam decentem filio suo vxorem mitteret, cùmque famulus angeretur, nimiumque solicitus esset vtrùm negotium illud prosperum finem esset habiturum, vir sanctus famulum suum præteritis Dei beneficijs fultus confortauit dicens: Dominus cæli, & terræ, qui eduxit me de domo patris mei, & dixit mihi, semini tuo dabo terram hanc: ipse mittet angelum suum tecum, & accipies indè vxorem filio meo. Eccè quomodò vir sanctus ex acceptis à Deo beneficijs didicit plura se ab eo percepturum sperare. Sic Dauid cùm arctioribus angustijs perstringeretur videns vniuersum Israel Absalonem ex toto corde sectari, vt sibi regnum adimerent, magnopere consolabatur dicens. Ego dormiui: & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me. Pro quo (cum apud Hebræos verbum præteriti temporis futurum etiam significet) alij clariùs verterunt. Ego cubabo & dormiam, meque ipsum excitabo: quia Dominus sustentat me, id est, In omnibus his tribulationibus adeò securus existam, vt accubem, ac dormiam, & somno refectus, non autem equorum strepitu, aut hostium tumultu conturbatus, atque experrectus exurgam. Vndè tibi hoc temporeò vir sancte securitas tanta dimanat? Huius rei causam assignat dicens: Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti. Quia sic (inquit) Deus mecum semper fecit: Saulem etenim terribilem hostem meum, cæterosque, qui eum ad me persequendum concitabant, euertit. Sicut ergò me ex illis liberabit, spero item me ab istis esse liberandum. Propter hunc finem maximum illum psalmum septuagesimum septimum composuit: qui sic exorditur. Attendite popule meus legem meam, in quo maxima priscis patribus à Deo facta beneficia recenset, quæ postquàm recensuit, dicit: Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius, quæ fecit. Quare autem? vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant. At, nec Beatus Philippus, nec reliqui Apostoli vsque tunc præ ipsorum rusticitate, at que inertia necessariam ex tot quot perspexerant miraculis, conceperant confidentiam. Et siquidem Diuus Philippus respondit. Ducentorum denariorum, &c. Et Beatus Andræas dixit: Est puer vnus hic

Genes. 24 · 2. *Reg.* 15. · *Psalm.* 3 · *Psal.* 67

15 *hic, &c.* Ex hoc conijci potest, omnes si interrogarentur, eandem diffidentiam esse ostensuros. Nos autem diligenter elaboremus, ne ita faciamus: sed ex præteritis beneficijs futura sperare discamus. Quando frater mi grauioribus necessitatibus, atq; laboribus fueris oppressus, considera intra te, Deus me hac rationali anima donauit, qua brutis animantibus antecedo. Fidei me lumine illustrauit, qua multis gentium millibus me præstare fecit: me in sacro sancto Baptismate in filium adoptauit, cum plurimos huius diuinæ gratiæ in gentilitate expertes reliquerit. Propter me homo factus est, crudelissimamque mortem subijt: quid igitur à tali patre, tamque ardenti amatore non sperabo? qui mihi tanta concessit, quomodo nunc minora denegabit? qui tanto cum labore, sumptibusque suis me redemit, quomodo
16 nunc, cùm nihil passurus sit, mihi non subueniet? Quòd si huius auxilij peccata mea me indignum reddunt, spero tamen eum non ad illa quidem, sed ad infinitam ipsius misericordiam esse respecturum: simulque auxilium ad pœnitentiam illorum agendam mihi esse laturum. Et quando te Deus in difficillimis quibusque periculis statuerit, non humanam prudentiam, sed diuinam potius potentiam considera: ad quam quidem non respiciebat Beatus Philippus, cùm diceret, *Ducentorum denariorum*. Aliter equidem fecit vnus ex liberis sanctæ illius fœminæ Machabaæ, 2. *Mac.* 7.
quem Antiochus Rex iussit occidi: cui cùm Rex diceret, vt animaduerteret se iuuenem esse, respondit: Potius est ab hominibus morti datos spem expectare à Deo, iterum ab ipso suscitandos. Si hic sanctus adolescens rationibus humanis duceretur, diceret,
17 malum esse perferre se excoriari. Fides autem eum aliud erudiebat, quapropter tam confidenter mortem perferebat. Eo quod homines hanc spem in laboribus constituti non habent, plurima passim peccata committunt: atque vt à modico temporali labore liberentur, ad æterna supplicia toleranda obligantur, quibus dicit Isaias: Concipietis ardorem, & parietis stipulam. Etenim omnes illicitę negotiationes, vsurariæque conuentiones, quas ineũt, *Isai.* 33
vt à temporalibus necessitatibus liberentur, sunt quasi stipulæ, quibus in inferno ardentius comburentur.

Vt igitur Dominus corporalem illius turbæ necessitatem, spiritalemque discipulorum suorum diffidentiam reficeret: atque vt vtrique perfectam de ipso conciperent spem, dixit eis: *Facite homi*

res discumbere. Et sic ordine consedentes ita refecit, vt multum eis superfuerit. In quo docemur, si ordinate, atque moderatos facientes sumptus vixerimus, plurima nobis superesse posse quibus
Rom. 8. pauperum necessitatibus occurramus. Quæ à Deo sunt, ordinata
Leui. 1. sunt, ait Diuus Paulus: Præcipiebat Deus, vt sacrificia ordine offerrentur: Sacerdotes (inquit) subijcient in altari ignem strue lignorum ante composita, & membra, quæ sunt cæsa, desuper ordinantes. Nihil in sacrificijs ordinis expers Deus esse volebat, sicut hic apparet. Quanto igitur magis in cibis, vestibus, fastibusque nostris ordinem esse volet? Ezechiel Propheta dicit se vi-
Ezech. 4. rum vidisse. Et funiculus, (inquit) lineus in manu eius: & calamus mensuræ in manu eius, qua mensura vniuersas res templi metiebatur. Et admirabilia dictu sunt ea, quæ ab illo dimensa fuisse dicit: quæ oblongo quodam capite recenset. In quo significatur, in domo Dei omnia dimensa, atque ordinata esse oportere. Si tu Domine, & tu matrona ordinatos, atque moderatos domi tuæ sumptus feceris, multa tibi supererunt, quæ pauperibus erogare possis: sin autem ordine non consederitis, sed nimios sumptus facientes quasi Principes vos tractare volueritis, ne miremini, si omnia, quæ habetis, ad vanitatibus vestris satisfaciendum non sufficiant.

Sedentibus omnibus accepit Iesus panes, & cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus. Ipse vtique Dominus, qui egenis panem erogabat, gratias agebat. O admirabilem doctrinam, discito fratres mei ex hoc diuino magistro. Etenim cùm pauperibus eleemosynam tribuere velletis, prius vos ante Dominum prosternere, illique gratias agere deberetis: quia ad bonum istud opus faciẽdum cor vestrum excitauit, diuitiasque vobis concessit, ex quibus pauperibus subuenire possetis. Largiorem namque eleemosynam recipit, qui eleemosynam elargitur, quàm pauper, qui ea afficitur. Ideò dixit sponsus sponsæ: Duo vbera tua sicut duo hinnuli
Cant. 4 capræ gemelli. Confert Spiritus diuinus vbera lac proferẽtia hœdis illud suggẽtib⁹: in quo mirabiliter significat, misericordia vti (hoc est enim vbera lacte manãtia habere) potius accipere, quàm dare dici posse. Vnde in hoc significat, quòd dare tuum est accipere. Ideòque iustum est, quòd cùm bona tua propter Deum distribueris, plurimas Deo gratias agas. Etiã quatenus homo æterno Patri in initio illius conuiuij gratias egit: illasque in prandiorum

rum suorum fine semper referre consueuerat: vt patet in vltima cœna, qua finita vt dicit Beatus Matthæus, hymno dicto Matt.26
exierunt in montem Oliueti, quod fecit, vt nos gratitudine vti doceret, ne ad mensam sedeamus, & ex illa consurgamus quasi animalia rationis expertia. Miserabiles sunt visu homines quotidie ad opiparas, exquisitissimisque epulis refertas mensas considentes, qui tamē summi benefactoris sui adeò immemores existunt, vt ne oculos quidem illorum omnium largitori gratias acturi in cœlum erigere recordentur. O terribilem ingratitudi- Isai.4.
nem! Leuate in cælum oculos vestros, & videte quis creauit hæc, dicit Isaias. Quomodo, ô ingrate homo ex isto ferreo pectore, vnum saltem verbum non profers: quo Dominum suauissime benedicas; qui te tam abundanter reficit, cùm plurimi sint pau-
32 peres meliores te, & in maxima necessitate constituti? Christus filius Dei vniuersi orbis hæres, ac Dominus, pro modico pane hordeaceo æterno Patri gratias agit: tu verò pro tot, tamque diuersis, ac splendidis cibis, nescis os aperire, & dicere: O benedictus sis Domine, Angeli pro me tibi benedicant: quia mihi indigno tam abundanter prouidisti. Time igitur infœlix, ne te Deus istis omnibus priuet, tibique pro tanta ingratitudine vitam comminuat. Si autem pro acceptis beneficijs gratias Deo egeris, diuinam misericordiam ad plura in te dona conferenda inuitas. Et ideò pro eo, quod nos legimus: Sicut adipe, & piguedine Psal.62.
repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meū, alij verterunt: Tanquam adipe, & pinguedine satiabitur anima mea,
33 cùm labijs exultationis laudabit os meum, id est, tunc spiritalibus delicijs, ac bonis omnibus abundabo, cùm tuam erga me mirabilem beneficentiam Domine lætissimis, ac iucudissimis voci bus collaudabo.

Sequitur in textu. *Et distribuit discumbentibus*. O Christe fili Dei liberalissime Domine, vt quid panes confringis? Nunquid singulis integros panes non potes erogare? Optimè vtique hoc facere possum. Veruntamen volo homines erudire quòd quandiu in hoc sæculo viuunt, panem integrum sperare non debent. Etenim in hac vita omnia diuisa, & confracta tribuūtur: etsi homines integrum panem exquirant, nequaquam illum inueniēt. Est quisquam diues nobilis, bene moratus, huic autem est vxor Simile.
ipsius indoli repugnans, & dicit: Si hoc scirem non vxorem

ducerem

ducerem, etsi dimidium totius orbis mihi daretur. Ecce hic est panis diuisus. Alius maxima diuitiarum abundantia affluit, vxoremque iuxta animum suum duxit: attamen non habet liberos, ecce diuisum panem. Idcirco sursum corda, sursum corda fratres mei,
1 Reg 16. vbi panis est integer. Cum Dauid paruulus quidam esset ouium pastor, illum Deus paulatim sublimauit, quosq; ei regni Israel gubernaculum commisit. Et tamen illi hæc omnia diuisus panis,
Psal. 16. non autem integer esse videbantur. Et sic dixit: Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Valde etiam notandum est Dominum conuiuium hoc fecisse, turbamque rebus tantum necessarijs, non autem plurimis ciborum generibus saturasse. Quod quidem ad nostri confusionem effecit, sic quadraginta annis populum Israel modico cibo sustentauit, omnesque reficiebātur. Vorax corpus suum quasi Deum tractat: sobrius autem stomachum quasi mulam suam cibat. Epulo cibis satiatus cogitat intra se quid noctu, quid ve crastina die manducabo? Temperatus autem sic se habet cum stomacho suo, quasi tu cum mula tua, cui hordeum taxas, & per mensuram illud ei porrigis: nō quidem propter nimiam parcitatem, sed ne illi officiat, atque hordeo obtundatur: sic vtique
Aulus gellius lib. 2. cap. 24. vir iustus stomachum suum tractat. Aulus Gellius refert Romæ non permissum fuisse conuiuiū aliquod celebrari, nisi prius conuiuantes duo se præstituros esse iurarent. Alterum se non plures sumptus esse facturos, quam ea quæ duodecim sestertijs (quorū summa hodierna die vix quatuor nummos argenteos complet,) singulis conuiuis emerētur. Alterum verò, se extra Romam ab alijs ciuitatibus vinum non esse allaturos, hoc autem in maximis festiuitatibus permitti consueuerat. O quanta hic Christianis viris Euangelicæ legis professoribus alapa infligitur: qui adeò effrænatè cibis, potibusque se tradiderunt, vt Ethnicos ipsos prodigalitate, atque ebrietate longe maxime superarint. Quę cùm ita sint fratres charissimi, pudeat nos tantæ voracitatis, nec Ethnicos nobis excellere patiamur. Sed diuinum magistrum nostrum studiosissime imitemur: suamq; nobis gratiam hic conferet, atque in futuro cælestem gloriam largietur, Amen.

***

Feria

1 ¶Feria. IIII. post Dñicam. IIII. in Quadrag.

Præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate,&c. Ioan.9.c.

IN plurimis sacræ scripturæ locis mirabiliter Dei misericordia
elucet, ait enim Deus. Post diluuium nequaquam vltra male- Gen.8.
dicam terræ propter homines, sensus enim, & cogitatio humani
cordis in malum pronæ sunt ab adolescentia sua, admiratione di-
gna ratio, non maledicam, quia homines mali sunt. At vero hanc Gen.6
ipsam ob causam dixerat, se mundum euersurum. Videns (inquit
2 scriptura) Deus, quòd multa malitia esset in terra, & cuncta cogita
tio cordis intenta esset ad malum omni tempore dixit. Delebo ho
minem quem creaui à facie terræ, quomodo igitur ait, non male-
dicam quia in malum proni sunt? sed in hoc ipso vel maxime Dei
misericordia elucet, quòd imbecillitati nostrę compatiens, nec sum
mo iustitię suæ rigore vtens ignoscit. Quare his verbis, nequaquam
vltra maledicam illud significat, si vt ipsi merētur puniendi essent,
semper essent puniendi, quia semper mali sunt, sed malo mei, quā
illorum rationem habere, & profectò si qualia delicta sunt, talia
deberent esse supplicia, secundo quoq; mense opus esset diluuio:
tales omnes sunt. Cùm seuerā illam sententiam pronuntiasset non Num.14
visuros terram promissionis, qui se decies tentauissent, ait statim,
quoniam Amalechites & Chananæus habitāt in vallibus, cras mo
3 uete castra, & reuertimini in solitudinem maris rubri. Quamuis
iratus de via, & hostibus, admonet, & misericordia sua obliuis-
ci non potest. Cùm populo suo esset iratus, iram his verbis euo- Isai.27.
muit, quis dabit me spinam, & vepre m? in prælio gradiar super
eam, succendam eam pariter? idest, quis dabit, vt fiam vepres & vi-
neam meam comburam? hoc ait quasi inuitus puniat. O Dei boni-
tatem ineffabilem, vt in hoc maxime suam ostēdit misericordiam.
Cùm iterum populo suo esset iratus dixit. Reliqui domum meam Hier.12.
dimisi hæreditatem meam, quasi diceret, actum est, actum est.
Fuit iam tempus illud cùm hos amabam, nolunt mihi obtempe-
rare, & ideo eos iam desero: dumq; sic irasceretur, misit prophe-
tam qui diceret, hæc dicit Dominus. Aduersus omnes vicinos
meos

meos pessimos, qui tanquam hæreditatem, quam distribui populo meo Israel, ecce ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda euellam de medio eorum, idest, dabitis pœnas, quia in populum meum iniuriosi estis, nec vicinitatis iura seruatis. O infinita Dei charitas! cùm suos iniuria afficiunt, sibi illatas iniurias obliuiscitur, & pie fert opem, parentis instar, qui dum coercet filium, & minis deterret, si in ipso iræ impetu ab alio iniuriam filio factam nuntient, omittit filium, & in eum conuertit iras: ita & Deus noster suorum iniurias vlciscitur, & suas obliuiscitur. Cum populum acerbe reprehendisset illis verbis, omnes mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, ita vt non esset vltra locus: subdit paulò post: idcirco hæc dicit Dominus Deus: ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum, idest, Christum, dicere iure potuisset, Impij Iudæi, quia me offendistis delebo vos, leones belluasque mittam, quæ vos viuos absumant: & tamen ait, redemptorem mittam, qui vos redimat à peccatis: quid nam vobis de hac misericordia videtur fratres charissimi? Nullus erit finis, si infinitos hic sacræ scripturæ locos afferre velim, in quibus summa Dei in nos misericordia ostenditur: inter eos præcipuus hic est hodierni Euangelij, cum ait, *Præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate.* Et ante hæc verba positum est aduerbium tunc, quo tempus cum hoc factum est significatur, idest, cum Iudæi, Dei filium lapidare voluissent, & lapides adhuc manu tenerent, ille ijs elapsus ante templi fores stetit, vt diuinum hoc, & singulare miraculum faceret, quod summum erat in eos beneficium, & misericordia, tunc se ea in re verum Deum ostendere, cum se illi indignos maxime præbuissent. Benedictus, & laudabilis sit tam pius, & misericors Dominus: & quodnam erit marmor durum, quod frangi, & ad eius amorem allici non possit? Ex perenni, & naturali fonte perpetuò manat aqua, haurias licet quantumuis aquæ, arescet nunquam, fons vero arte, & industria factus, nisi aquam suppedites, arescet cito: vt in hortis quam plurimis videre est, vbi ex artificiosis fontibus aqua deriuatur. En Christus verus amoris, & misericordiæ fons qui quamuis homines honorem, vitam ipsam, & spiritum illi vellent adimere, semper tamen tanquam viuus, & perennis fons, singularia beneficia in homines effudit, eos iugi misericordiæ suæ lauacro recreans.

Simile. (margin)

Isai. 28. (margin)

Simile. (margin)

Et

7 Et idem agunt eius imitatione iusti, qui non pro malo malum, sed bonum pro malo reddunt: vt Diuus Paulus, & eius 1.Cor.4.
socij agebant. Et ideò dicebat, blasphemamur, & obsecramus. Is, qui perfecto Dei amore caret, & in quo solida charitas non est, nisi aquam suppeditas, nisi ei bene facis, quantò magis si male facis, statim ab amando, & bene faciendo cessat: in quo ostendunt se non esse veros, & perennes fontes, idest, veros diuini præceptoris imitatores. Neque solum non bene faciunt inimicis, sed si possunt male faciunt: at non sic sanctus ille Ioseph quamuis Euangelicam legem non profiteretur, de quo in Genesi dicitur, Cùm fratres suos in potestate haberet, à quibus tot Gene. 42.
fuerat iniurijs affectus, recordatus somniorum, quæ aliquando viderat, non dicitur iniuriarum recordatus, sed somniorum.
8 Et ita de ijs non modo pœnas non sumpsit, cum posset, sed beneficus in eos fuit, & liberalis. Sanctus Propheta Dauid aie- Psal. 58.
bat, Fortitudinem meam ad te custodiam, quia susceptor meus es, Nolo viribus vti, vt inimicos meos vlciscar, sed vt illis seruiam tibi, quandoquidem tam benigne me recipis quoties ad te peccator redeo. Pudeat sane nos qui gratiæ legem habemus, & tamen vires volumus, & potentiam, vt eos vlciscamur, qui nos, vel vno, tantum digito tangunt.

Præteriens Iesus. Collegit hinc Diuus Chrysostomus, doctrinam valde ijs necessariam. Qui vxorem, & familiam habent, Chrysosto.
vt quemadmodum Christus redemptor noster eorum se oculis subripuit, qui eum lapidibus impetebant, ita, & mulier mariti irati fugiat aspectum, & è contra, vt pax, & concordia ser-
9 uetur, Si duo, vestem in diuersas partes trahunt, hinc vnus indè alius, scinditur vestis. Et ideo Diuus Paulus. Si fieri potest, Rom. 12.
quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmetipsos defendentes fratres charissimi, sed date locum iræ. Animaduertite obsecro verbum illud, si fieri posset, quod alijs præceptis non apponitur, sed absolute dicitur, hoc, vel illud agite. In quo rei huius difficultas significatur, summo labore, & studio opus esse, & sexcenta prope artificia inquirenda, vt pax ista conseruetur, optime prius habere cognitum oportere illius ingenium, & naturam cùm quo agendum nobis est: & ita stultorum non est nosse pacem conseruare, sed prudentium. Prudens enim omnem operam in eo ponit, vt sciat

quomodo

quomodo se gerere in familiaritatibus debeat. Illa vero, nõ vosmet-
ipsos defendentes, significant non esse quærenda verba cum anim
Iudith. 5. obstinatione, & ira, vt id tandem fiat quod volumus. Præterea, nõ
vosmetipsos defendentes, id est, vindicantes, vt Nabuchodonosor
iurauit per regnum suum, quòd defenderet se de omnibus regioni
bus, id est, quod vlcisceretur se. Sed date locum iræ, & hoc subdu-
cendo nos ab iratorũ aspectu, aut saltem benigne & placide respon
simile. dendo. Nam quẽadmodum si suber (vulgo *Corcho*) ferro verberet
suberis mollities, recipit quidem ictum & ferrum admittit, sed
ita detinet, vt nec extrahi nec lædere possit, ita iræ ferrum mansue
tudinis mollitie receptum, ita in eo adhęret, vt ad vulnerandum ex
trahi non possit. O cælestem doctrinam, quam vos fratres Domi
nus edocuit! neque solũ plurimas suæ maiestatis offensas sic euita-
bitis, sed preciosas quoq; coronas in eius conspectu lucrabimini. Re-
Iob. 4. fertur Iob suos amicos ei dicere solitos. Vbi est timor tuus, fortitu-
do, & patiẽtia tua, & perfectio viarum tuarũ? Ante perfectionem
patientia ponitur, vt significetur, seruorum Dei perfectionem esse
res aduersas forti animo tolerare, & præcipue proximorum inimi-
citias: quæ maximum nobis negotium facessere solent.

Præteriens Iesus vidit hominem cæcum. Quàm dissimilis omnino est
Dei oculus, oculis regum & principũ huius sæculi: istorum oculus
lædit, & cæcat quos aspicit, quàm cæci & quã gloriosi incedunt plu
rimi quia eos rex in oculis habet, at Dei oculus visum cæcis resti-
tuit. Præterea cùm in vos homines oculos inijciunt, id agunt vt iu-
Iob. 10. dicent, & quicquid agitis vitio vertant & calumnientur. Et ita Iob
plagis vulneribusque plenus aiebat, Nũquid oculi carnei tibi sunt,
aut sicut videt homo & tu vides? Habesnè Dñe oculos hominis quã-
doquidem ita me vulneras? minime vero, homo enim malitiose as
picit, & iracunde persequitur vt euertat, Deus amanter aspicit, &
vulnerat, vt erigat animam ad coronam, & premium. Montem in
Gen. 22. quo Angelus iussu Dei Abrahæ dextram detinuit, filij capiti im-
minentem, ait scriptura appellasse Abraham, Dominus vidit, ob
singulare illud beneficium Dei, quia hoc Dei videre est. Vidit igi
tur hunc cæcum, vt eius cæcitati mederetur antequã cæcus ab eo
misericordiam peteret, ipse sua sponte accurrit. Discite fratres ab
hoc diuino præceptore benefacere, etiã non petentibus: attendite
obsecro singulare mysteriũ, quod ad hanc rem facit. Quẽadmodũ
sanguinis pretiosissimi Christi redẽptoris nostri vocatur redẽptio
peccatorum

13 peccatorum appellatur, licèt dispari modo intelligendum sit, vt
Daniel dixit: Nabuchodonosor, peccata tua eleemosynis redi- *Dan.4.*
me, quæ magna est eleemosynæ laus; qui diuites estis, neque
eleemosynam datis, audite hoc, quod vos terrebit, siqua inest
in vobis ratio. Quam difficilis esset salus diuitis, & in pauperes
crudelis, sic declarauit Christus Redemptor noster: Si ergo in *Luc.16.*
iniquo Mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis cre-
det vobis? heu vos infœlices; si vestrorum bonorum fideles ad-
ministratores non fuistis, quæ falsa, & vana sunt, nec in paupe-
res distribuistis; quomodo Deus dabit vobis quæ vera & soli-
da bona sunt? id est, dona & beneficia spiritualia? ait Domi-
nus: Ille non dat pauperi eleemosynam, nec ego illi dabo vir-
tutes, cum pauculos nummos quos illi dedi dispensare nesciat.
14 Si in hoc peccat, quid faciet in eo quod præcipuum est? ô rem
omnino timendam. Auditis hæc diuites & non contremiscitis?
si estis luxuriosi, iracundi, gulosi, superbi, & vani, hoc ideò est,
quia Deus vobis humilitatem, patientiam, temperantiam, casti-
tatem dare non vult, quia vestra in pauperes crudelitate, ijs vos
indignos redditis.

Cùm vidisset Iesus cæcum, & staret: *Interrogauerunt eum di-
scipuli eius, Rabbi quis peccauit, &c.* Nec hic peccauit, nec paren-
tes eius, non quod ille, & parentes eius carerent peccato: nam
originale peccatum satis erat, vt cæcitas esset pœna peccati.
Nam per quam ianuam potuit ingredi elephas, poterit & for-
mica. Si per vnum hominem peccatum intrauit in mundum,
& per peccatum mors (vt ait Diuus Paulus) igitur & cæcitas in- *Ad Ro.5*
15 trare potuit. Sed dixit Ioseph fratribus suis, nolite pauere, non *Gene, 45.*
vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum, id est, non ve-
stro peccato, sed diuinæ prouidentię hoc tribuendum est, quam-
uis verè peccatum fuit fratrem vestrum vendere. Ita quoque hîc
Dominus, quamuis cæcus peccasset, non tamen ideò cæcum esse
ait, quia peccauit: *Sed vt manifestentur opera Dei in illo. Me oportet ope-
rari, &c.* Et ne quis existimet eum solum oportere operari do-
nec dies est, addidit statim: *Venit nox quando nemo poterit operari.*
Vtinam animaduerteremus hæc verba, in quibus docet nos di-
uinus Magister, vt quemadmodum salutis nostræ opus semper
habebat in oculis, quam ob causam missus à patre fuerat in mun-
dum: & quocunque momento temporis id cogitabat vnum. Hic

erat cibus, hic potus, hic somnus: ita quoque nos eum quantumcunque possimus imitando, illud semper & in oculis haberemus, & animo. Ad quid creati natique sumus? scilicet, vt Deum amaremus, illi seruiremus, & bonorum operum exercitatione, æternã beatamque vitam cõsequeremur. Et hoc summa diligẽtia, & industria; quia venit nox, quando nemo potest operari, & quando hoc tandem futurum sit, hodie ne an cras incertum est. Tam breuis est huius vitę cursus, vt meritò hîc à Domino dies vocetur. Diuus Ioannes breuiorem fecit, dicens: Fratres nouissima hora est,

1. Ioan. 2.

quin etiam nec mortalium quisquam est qui vitæ suæ horam certam habeat, nec qui dimidiam, nec qui centesimam horę partẽ, & ideò S. Iob breuiori termino circunscripsit, dicens: Gaudium hypocritæ ad instar puncti. O summam hominũ cæcitatem, qui cũ tam breuis & incerta sit vita, ita viuũt ac si certũ multorũ annorũ numerum essent à Deo stipulati. Diuus August. sermone quodã ait: Nonne fragiliores sumus, quam si vitrei essemus? vitrũ enim etsi fragile est, tamen seruatum diu durat: quod tamen homini non contingit, quamuis se optimè curet & delicatè. Quod si hoc ita est, quid ô peccator expectas? cur nam non incipis operari, & salutis tuæ opus aggrederis? Si veniens in hanc vrbem Rex, vestrum alicui diceret duo, aut tria aureorum millia annui redditus tibi concedo, ea lege, vt tu ipse tibi priuilegium scribas, ego verò subscribam: illud tamen moneo me intra horam discessurum, et si semel discessero, nulla tibi erit reliqua spes: dicite obsecro, non festinaret quisquam vestrûm charissimi, et si amicus aliquis interueniret, qui diceret, heus tu quis agis? accede huc, ludamus, confabulemur: nonnê responderet iratus, apage cum tuo ludo, & confabulatione: sine me obsecro; nam properandum mihi est. Iuberes etiã pessulo claudi fores, ne quid te impedire posset? At quãto maior est cælestis gloria huius vitæ bonis? hanc Deus pollicetur ijs qui diuinæ suæ legis pręceptis obtemperauerint, nec tamẽ vobis certi temporis præscribit, quantum vnius horę spatio continetur, cur igitur tanta negligẽtia & incuria? cur deteriores quotidie estis? O miseram Adę filiorum stultitiam quam parui æstimant, & vt vilem contemnunt, rem omnium pretiosissimam! Refert Albertus magnus: Si fortè equus in leonis vestigijs pedem ponat, statim consistere, nec vltra compelli posse, sed retro gradi. Leonem rugientem appellauit Diuus Petrus diabolum:

Iob. 20.

August.

Simile.

Albertus Magnus.

1. Petri. 5.

cum

19 Cùm itaque homo suos affectus qui animæ pedes sunt, in eius vestigijs figit, & in eo insistit quod hic leo in hoc mũdo impressum reliquit, nempè; superbiæ, iræ, inuidiæ, & libidinis vestigijs, tunc non solum vlteriùs pergere non potest: sed equo similis retrò cedit. Hoc summo cum dolore deplorabat Esaias, dicens: Væ genti peccatrici, &c. Alienati sunt retrorsum, id est, vt bestiæ, quod anteest non spectãt; illud autẽ belluinam hanc stupiditatem excusatione indignam reddit, quod cùm de lucro aliquo, aut damno temporali agitur, quod post mortem expectatur, statim vos ea cogitatio sollicitat, & perturbat posse vos morte opprimi repentina. Et ita illud amitti: de huius verò mortis præparatione, de cæli lucro, de inferni damno, vbi perpetuò estis conflagraturi, dum Deus erit Deus, nec minima quidem co- *Esa. 1.*
20 gitatio, ac si immortales omnes essetis. Potest ne quidquam esse, aut magis mirandum, aut magis timendum? Si quis Regis officium, aut beneficium habet quod eundem cum vita terminum habeat, mirum est videre solicitudinem, & curam, vt illud ad hæredes, & filios transmittatur nulla interponitur mora, ne fortè ante moriatur. Ideò timetur mors, quia cum vita pecunia amittitur, non quia cum morte temporali venit æterna. Quis non miretur cùm videat hominum curam in rebus caducis, & in rebus æternis incuriam? & hinc patet, quam sit eorum stultitia deploranda. Ideò Isaias ait; qui vides multa nonne custodies, qui apertas habes aures, nonne audies? id est, tu qui ita solicitus es de rebus terrenis, non eris de cælestibus? quod si putas peccator quamuis modo negligenter *simile.* *Esai. 42.*
21 viuas, mortis tempore facilè id posse corrigi: vide quid dicat Diuus Hieronymus, verba illa exponens Hieremię: In tempore afflictionis dicent, surge & libera nos (ait) impudens postulatio, ab eo quærere auxilium, quem in prosperitate contempseris. O verba omnino metuẽda, vocat sanctissimus Doctor postulationem impudentem mortis tempore Dei misericordiam implorare, quem in tota vita contempseris, vt significet quamuis salutis spes nulli sit auferenda si adhuc viuat, tamen pœnitentiam extrema illa mortis hora esse omnino periculosam, in ijs potissimum, qui eo vsque in suis peccatis obstinati perseuerarunt. Et ad hoc confirmandum Adrianus summus Pontifex terribilem quãdam Diui Hieronymi sententiam affert, (si ea tamen Diui Hierony. est) *Hiero. super c. 2. Hiere.* *Adria. 4 sent. q. 1. de pœni.*

ea hæc eſt, vix ex centum millibus hominum, quorum mala fuit a vita, in morte diuinam indulgentiam obtinebit vnus. De cuius ſententiæ veritate mihi diſputare non conuenit: fortaſsè id ita augendæ rei gratia dixit, vt vnuſquiſque ſibi caueat & dicat: *Oportet me operari donec dies eſt. Venit nox, &c.*

Hæc cum dixiſſet, expuit in terram. Non expectat liberaliſsimus Dominus ſuam à cæco miſericordiam peti: ipſe ſua ſponte prior accurrit. O quot, ac quanta à Deo beneficia accepimus, antequam ea ab illo peteremus. Sed ille præuenit, vt maiori nos amore deuinciret. Hoc Deus Iob ſignificauit, cùm dixit: Vbi eras

Iob.38. quando ponebam fundamenta terræ, id eſt, cum terram tua cauſa creaui, tot herbis & arboribus exornatam, tot aquis & fontibus irriguam, tot fructuum & alimentorum parentem, tot auibus, tot belluis refertam, & id omne tua cauſa, tu vbi eras? ad huc natus non eras. Cùm maximam hanc, & pulcherrimam domum præparabam, & menſam tam ſplendidam apponebam. Hoc ipſum beneficium propoſuit Moyſes filijs Iſrael, dicens:

Deut. 32. Quando diuidebat Dominus gentes, cum ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael, id eſt, ab initio mundi ſignauit Deus terram quam populo ſuo daturus erat in hæreditatem. Quàm verè poſſumus dicere: vbi eras, vbi eras Chriſtiane cum Deus ſacramenta gratiæ & ſanctificationis plena inſtituebat? vbi eras quando cùm in peccatis eſſes, & Dei tui oblitus præueniens Deus te excitauit è ſomno, percuſſit cor, & ad ſe conuertit? vbi, vbi eras? & ita Dei beneficia potes cogitatione percurrere à Deo accepta, quæ nec petebas, nec etiã recordabaris. O te ingratum ſi hoc non cognoſcis. Hæc benefi- 24

Marc. 4. cia voluit Deus ſignificare cùm dixit: Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram & dormiat, & ſemen germinet, & creſcat, dum neſcit ille. Hac ſimilitudine docemur, dum nos noſtrorum obliti dormimus, paterna cura, & ſolicitudine vigilare Deum. Benedictus ſit talis Deus, benedicta talis liberalitas, cogita homuncule quantum cęleſti huic miſericordiarum patri debeas: quid tibi fiet, niſi hunc vnum amas, & huic ſoli ſeruis?

Poſteaquam cæcus iſte viſum recuperauit, vt corpore mutatus eſt, ita & animo, nam qui ad templi ianuam petebat eleemoſynam, tãtos mox ſumpſit animos, vt tota illa Phariſæorũ turba, & co-

25 & eorum insidiæ eum de sua fide dimouere non potuerint, sed in
ea permanens negotium illis facessebat, eius honorem, & gloriã
quærendo, à quo visum acceperat. Hæc est seruorum Dei virilitas &
fortitudo, pro diuini honoris defensione inimicitias suscipere.
Occidi possunt, & flecti nequeunt, ait D. Augustinus: Hi sunt *Augusti.*
fidei & amoris effectus: corde creditur ad iustitiam, ore autẽ con-
fessio fit ad salutem; ait Diuus Paulus: Mirum est cur beatus Apo *Roma.10.*
stolus iustificationẽ, qua peccator fit iustus, cordis fidei tribuat:
salutem verò, id est, gloriæ consequutionem oris cõfessioni, qua-
si id quod ad iustificandum satis est, ad glorificandum non suffi-
ciat. Fidei dico iustificationem tribui, quia fides ianua quædam
est, ad id omne consequendum, quod ad iustificationem requiri-
tur: & ita ea verba intelligenda sunt, corde creditur ad iustitiam,
26 idest, consequendam. Nam anima post iustificationem diuinæ
legis præceptis deuincta remanet, & ea exequi debet, quia si se-
cus faceret, iustificationem amitteret: & quoniam fidei confessio,
aut signis, aut verbis obligatoria est, (cùm id necessitas postulet)
peccati mortalis pœna constituta, quamuis vitæ periculo fiat.
Quia (vt ait Dominus:) Qui me erubuerit, & meos sermones, hũc *Luc.9.*
filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua, ideò ait
Diuus Paulus: Confessio fidei ad salutem fit, id est, consequen-
dam. Et quia hoc vnum est ex maioribus Christianæ religionis
præceptis: ideò Beatus Apostolus noluit eam sententiam abso-
lutè afferre, sed statim probauit, vt ait sanctus Theodoretus, *Theodore.*
priorem quidem partem ex Esaia dum ait, dicit enim Scriptu-
ra: Omnis qui credit in illum non confundetur. Posteriorem ve- *Esa.18.*
27 rò (scilicet confessio fit ad salutem,) ex Ioel, & ideò subdit pau-
lò post: Quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Et *Ioel.2.*
inter ea verba cum dixisset, idem enim Dominus omnium, di-
ues in omnes, addit statim: Qui inuocant illum, & quomodo in-
uocandus? cum amore, spe, obedientia, cum hac cæci huius con-
fessione, qui dixit: *A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæ-
ci nati.* Ferre hoc Pharisæi non possunt, & ita indignati sunt vt eij-
cerent eum foras. Sed eiectum ab hominibus recipit Deus: nam
cum audisset Dominus eum à Pharisæis eiectum, quæsiuit, & in-
uentum solatus est. O quàm verè summa veritas hoc dixit: In *Ioan.16.*
mundo pressuram habebitis, in me autem pacem: horum ver-
borum sententia hæc est, tantam esse bonorum magnitudinem,

vt eam mũdi huius angustiæ capere non possint, & ideò premũtur. Si thoracem induitis angustum, statim defatigamini, & exanimari dicitis, & respirare non posse. Videtis quæ sit mundi huius magnitudo, maior tamen est iustus, cui mundus angustus est; solus Deus, qui immensum est, & infinitum spatium, iusto latus videtur, & amplus: & ideò ait, pacẽ in me habebitis. Angustus videbatur mundus Diuo Paulo, & ideò dissolui cupiebat & esse cum Christo. Alia sententia est, & fortassè magis propria, eos qui Deo inseruire cupiunt à mundo premi & conculcari solere: sed in Deo pacem habere.

Simile. Philip. 1.

Cùm inuenisset Iesus hũc cæcum, se illi detexit, dicens, se esse Dei filium. *Qui loquitur tecum, ipse est.* O incomprehensibilia Dei iudicia! tot annorum millia expectatus, cui se manifestet; attendite Samaritanæ, & cæco, illa concubina, hic pauper, vt nimirum pauperes consoletur, & peccatoribus animos addat, quo libentiùs & alacriùs ad eum accurrant, qui non modo eos non reijciet, sed extensis brachijs amplectitur. Et si debita præparatione accedunt, suam largietur gratiam, qua gloria acquiritur: ad quam nos perducat idem Iesus Mariæ filius, Amen.

Ioan. 4.

Feria. VI. post Dñicam. IIII. In Quadrage.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania de Castello Marthæ, & Mariæ sororum eius, &c. Ioannis. 11.

ILLVD priùs in hoc Euangelio notandum occurrit, quòd cum essent duæ istæ sorores nobili genere ortæ, nulla de nobilitate fit mentio: sed tantum de amore Domini erga illas, de pietate Magdalenæ & de fide Marthę. Hoc enim est quod Deus plurimi facit, & homines æstimare debent, quia cætera omnia parũ ad rem faciunt, & parum omninò prodest nobilitas si est coniuncta malitiæ. Cũ ageret Diuus Paulus de Hebręis, qui se de Abrahæ stirpe iactabant, ait: Non oẽs qui ex circuncisione sunt Israel, ij sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ omnes filij. Et explicat seipsum Apostolus, dicens: id est, non qui filij carnis ij filij Dei,

Roma. 9.

Dei, sed qui filij sunt promissionis æstimantur in semine, id est,
in veros filios Dei. Duo sunt ortus, vt docuit Christus Redēptor *Ioan. 3.*
noster, carnalis vnus per quem ab Adam descendit, & eius fit par
ticeps humanæ naturæ, sed etiam culpæ, quia quod natū est ex car
ne caro est. Et Paulus ait: Primus homo de terra terrenus, secun- *1. Cor. 5.*
dus homo de cælo cælestis, qualis terrenus tales terreni: & qualis
cælestis, tales cælestes. Alter ortus spiritualis est, per quem nasci
tur homo ex nobiliori, & altiori principio, & per quē homo Dei
filius factus est, quia quod natū est ex spiritu, spiritus est, & semē
istius generationis est verbū Dei. Ita dicebat D. Paulus per Euan *1. Cor. 4.*
geliū: Ego vos genui. Et D. Iacobus: Volūtariè genuit nos verbo *Iacob. 1.*
veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius, id est, vt simus
noua creatura nouitate gratiæ: & hi iusti sunt illi, quos D. Pau-
3 lus, hoc in loco filios promissionis vocat, quia se ad Dei promissa
conformant: exempli gratia, est Dei promissio: Regnum cælo- *Matt. 21.*
rum dabitur genti facienti fructus eius. Ergo pœnitentiæ fructus
necessarij sunt, vt hanc promissionem accipiant. Dixit Domi-
nus: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Pollicetur vitam *Matt. 19.*
æternam ijs, qui eius mandata seruauerint: & ita illi qui ea ser-
uant filij sunt promissionis, & idem dici potest de alijs promis-
sionibus, quas passim in Euangelio inuenies, quæ omnes sunt
conditionales, & omnes, qui ijs obtemperant filij sunt promis-
sionis, & ideò ait: Nec qui semen sunt Abrahæ omnes filij. Sed
in Isaac vocabitur tibi semen. Hæc fuit Dei promissio cum ait:
Reuertens veniam ad te tempore isto, & habebit filium Sara *Gene. 18.*
vxor tua: attende promissionem. Conditio autem, quam hic
4 requirebat erat fides huius mysterij, vt rem omnino difficilem
crederet, cùm & ipse senex iam esset: mulier verò senex & steri-
lis; & quia Abraham conditioni obtemperauit, ideò qui his condi
tionibus obtemperant filij Abrahæ appellantur: ex quo infer-
tur: si volumus Deum stare promissis, priùs parendum esse con-
ditionibus, quas ille requirit. Et hæc est vera nobilitas, quam plu-
rimi æstimare debemus, quia hæc nos Dei filios facit; & à Deo
æstimatur. Est præterea animaduersione dignum, quod cùm à S.
Euangelista duarum sororum fiat mētio, voluit Spiritus sanctus
priùs ab eo nominari Magdalenam, quam Martham, cùm ait: *De
castello Mariæ & Marthæ sororis eius, &c.* Martham honorat sancta
mater Ecclesia vt virginem, & tamen præfertur hic illi Magda-

lena peccatrix; hoc sæpe in hac sacrosancta Ecclesia accidit, vt homines scelesti, & peccatores, postea Dei misericordia tanto se feruore conuertant: vt contenti non sint, ea gratia, quam cæteri iusti habent, sed vt eos superent, student omni cura & labore: peccata verò commissa stimuli quidam sunt, quibus incitantur, vt maiori alacritate contendant. Accidit esse in arbore poma plurima, & omnia ferè acerba & cruda: aliqua erunt iam matura flaui coloris, odoris optimi, & saporis non ingrati; & id efficit vermiculus, qui latet in pomo; non est quidem melius vermiculum illum habere, sed tamen est causa illius odoris, & perfectionis: ita etiam inter Christianos sunt aliqui, qui mediocrem quandam vitam viuunt, sunt alij feruentissimi, qui se in melioribus operibus exercent, & meliorem spirant odorem. Et huius rei causa est interdum, morsus quidam conscientiæ ob peccata antea commissa, non est melius peccasse & hunc morsum conscientiæ habere, sed tamen ex hoc vermiculo feruor ille nascitur, vt aliorum operibus non sint contenti. Et propterea digni sunt, qui alijs præferantur, & ideò maiora beneficia accipiant.

Simile.

Exod. 34. Hoc significauit Deus: nam postea quam populus vituli adorationem deplorauerat, respondens orationi Moyses dixit: Ego inibo pactum, videntibus cunctis signa faciam, quæ nunquam visa sunt, super te etiam neque in vllis gentibus, vt cernat populus iste in cuius es medio, opus terribile, quod facturus sum. Et id omne præstauit diuina maiestas cum terram promissionis dedit. Vt intelligatis bonitatem, & clementiam huius Dei, qui se propter pœnitentiam ignoscit peccata, & scelera lachrymis diluta obliuiscitur, quasi nunquam eum offendissent. Et vt hic apparet maiora præmia pollicetur post veram pœnitentiam, quàm antea quàm peccassent: & ideo fratres mei etsi peccatores fuistis, si fletis & pœnitentiam agitis, confidite eum vos, vt illas recepturum esse, & daturum perseuerantiam, vt perseuerare possitis vsque in finem, quemadmodum perseuerauit sancta hæc peccatrix, quæ nunquam postea rediit ad peccatum. Magna est confusio hodie plorare peccata, & intra duos dies reuerti ad illa, ita vt videatur illud ioci causa fuisse factum non serio. Vidistis credo ludicram aliquam equitum pugnam, vt vulgo, [*torneo.*] in qua sic ensibus, & ferreis quibusdam clauis mutuò verberant tanta cum vi, & impetu, vt se inuicem lacerare

8 & occidere velle credas. Altera die videbis vnà per vrbem deambulare, vnà accumbere, maximo cum amore & gaudio, interrogate vbi sunt illa vulnera & ictus, respondebunt, totum illud ludicrum fuit non verum. Ita & ipse credo, idem videtur facere peccator, qui hoc tempore pœnitētiam agens, fundit lacrymas, ieiunat, orat, verberat sese: quæ omnia vulnera sunt, quæ & suo corpori & diabolo videntur infligere. Post Pascha vero quin etiam in ipsamet hebdomada in qua confessus est peccata sua, redit ad amicitiā carnis, & omnium deliciarum, & voluptatum genere mortem gerens. At vbi sunt sancta illa exercitia? videntur quodammodo iocularia fuisse, & ludicra. O summam infœlicitatem, esse quosdam tam scelestos vt Deus videatur illis, quadragesimæ tantum Deus nec totius quadragesimæ, sed tantum illius hebdomadæ in qua
9 cōfessi sunt peccata sua. At non ita sit obsecro vos fratres mei, per viscera Domini nostri Iesu Christi crucifixi: sed forti, & constanti animo pergite, & in bono perseuerate. Est etiam maximè notandum in hoc S. Euangelio, ter in eo mentionem fieri de Christi Redemptoris nostri amicitia cum Lazaro. Primò eo in loco: *Diligebat Iesus.* Cum adhuc valeret Lazarus. Secundò cum ęgrotaret, ibi, *Eccè quem amas infirmatur.* Tertio cum iam esset mortuus, ibi: *Lazarus amicus noster dormit.* Itaque amici erant in sanitate, amici in infirmitate, amici in morte. O quam bonus amicus est Iesus Christus, Dei filius, qui non amat viuos & obliuiscitur mortuos, sed & viuos & mortuos amat. Lazarus quoque amicus fuit in salute infirmitate, & morte: & è contra peccator infœlix: inimicus est
10 Dei in salute, infirmitate, & morte, semper malus: cui nec beneficia Dei, nec verbera proficiunt. De hoc Iob ait: Ossa eius refulgebunt vitijs adolescentiæ eius, & cū eo dormient, febris phthysicorum durat dum durat vita, hærens in ossibus. Peccatorum malitia in intimo cordis posita, vsque ad mortem durat, & postea in æternum. Animaduertite exaggerationem: ossa eius replebūtur vitijs adolescentiæ eius: id est, malus in ossibus ab adolescentia sua vsque ad mortem, omnia pariter eradit & æquat. Hoc faciunt verba illa: Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos: viri sanguinum, id est, peccatorū, vt alibi dixit: Si occiderit Deus peccatores, viri sanguinum declinate à me: id est, viri peccatorū, homines peccatorum serui: isti non dimidiabunt dies suos. Quæ verba quamuis significant horum hominū dies breuiores à Deo

Iob. 20.

Psal. 54.

Psal. 138.

 fieri,

fieri, tamen quia videmus quotidie plurimos malos diu viuere; [illegible] possumus optimè interpretari: non dimidiabunt dies suos: id est, mali tam scelesti non partiuntur dies suos cum Deo, omnes male perdunt, & diabolo dant, mali in adolescentia, mali in virilitate, mali in senectute, mali in vita, mali in morte: & ita quemadmodũ nolunt cum Deo partiri in vita, ita nec Deus partietur cum illis in morte. O tu qui malus fuisti in adolescentia, pœnituit te tandem malitiæ, & dixisti tecum ipse. Reuerti iam volo, & quod mihi reliquũ est vitæ Deo dicare: hoc est, dimidiare dies, & ita quia cũ Deo dies tuos partiris, Deus partiet tecũ gratiam & gloriã. Fratres qui huc vsq; dies vestros insumpsistis carni vestræ obtemperando, & diabolo; satis iam, satis sit, quod factum est; partiri dein cum Deo dies, qui supersunt, vt Deus deinde partiatur vobiscum. O si hoc possem, ijs qui me auditis persuadere, & hinc proficisceremini cum hoc proposito partiendi cum Deo (vt dixi) quanta inde vtilitas consequeretur.

Miserunt ergo sorores. &c. Non dicunt, veni Domine, & sana eũ, sed: *Ecce quem amas, infirmatur.* Domino illæ relinquunt, vt agat quod sibi melius videatur, vt sanctæ mulieres & à diuino Magistro edoctæ, & ita semper orare debetis in necessitatibus corporalibus, quia nescitis quod vobis magis cõueniat eis liberari, an nõ. Si petitis salutem, ignoratis an ea vobis damno futura sit. Si quis habet ballistam aliquam magni pretij, & nõ vult ea cæteros, qui domi sunt, iaculari; occultat harpagonem quo intenditur (vulgo gafas vocant) & ita ballista secura remanet, cùm intendi non possit. Corpus hoc nostrum est vt ballista; harpago verò quo intendi-

Matt. 25. tur est salus. Occultat Deus salutẽ, ne in eum peccata iaculari possis; quia de corde exeũt fornicationes, homicidia, furta, &c. vt sagittæ exeũt è ballista. Noli etiã à Deo petere absolutè: Dñe aufer mihi hãc tẽtationem, quę mihi molesta est: nescis enim an totum

Simile. salutationis tuę ędificiũ fundatũ sit supra illã tentationẽ. Vulnera quæ tardius curantur, purgant magis, & meliorem relinquunt dispositionem, quæ si statim curarentur, remaneret corpus nõ bene sanum, & remedia inutilia fuissent, ita etiam non vult Deus tentationes curare, vt animã purgent superbia, auaritia, & alijs morbis, quos habebas, & si non habebas, ne haberes. Et ita Deus Di-

2. Cor. 12. uo Paulo dedit stimulũ carnis ne magnitudo reuelationum extolleret, vt ipse ait: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus

est

34 eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Hic ſtimulus, vt communiter interpretantur Doctores ſancti, erat tentatio quædam, aut afflictio carnis ei diuina prouidentia data ad reprimendos ſuperbiæ ſpiritus, qui in illa magnitudine reuelationum, (ad quam Dei beneficio Sanctus Apoſtolus aſcenderat) eum extollere poterant: quæ ſi Apoſtoli ſanctitatem & perfectionem ſpectes, ſumma erit miſeria, & vna ex infimis earum, quas ferre potuiſſet propter Deum vir ille ſanctiſsimus, cui Deus tantam multitudinem myſteriorum communicauerat. Et quanuis (vt ipſemet eo loco dicit) ter Dominum rogauit, vt auferretur ab eo, reſpondit Deus, ſufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur: dedit gratiæ auxilium, vt reſiſtere poſſet: tentationem verò non abſtulit. Cùm tentaretur vehementer Sanctus Propheta Dauid, & tribulationibus affligere-
35 tur, dixit: Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me, exultatio mea, erue me à circundantibus me. Reſpondit illi Deus: Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris. Non ait ſe à tentatione liberaturum, quia ſic conueniebat, ſed intellectum ei daturum, & lucem, vt videat, qua illi gradiendum ſit, & ne cadat. Firmabo (inquit) ſuper te oculos meos. O verba verè diuina: id eſt, opem tibi feram. Eſt enim oculus Dei maximæ virtutis, & potentiæ. Nam ſi eo nos in tribulationibus reſpicit, firmiores facit, & fortiores. Miles animoſus odit pacem, quia bellum illi lucro eſt. Lucrum veſtrum partim in tentatione conſiſtit, & ideò tentationem amate. Pſal. 9.

Ecce quem amas, infirmatur. Animaduertite obſecro, quod cum
36 agerent hæ ſanctæ mulieres de ſalute fratris, de ea agunt tanquam res eſſet, quæ non ad ſe, ſed ad Chriſtum potiùs pertineret. *Ecce, quem amas infirmatur.* Quaſi dicerent? Domine res tua agitur, amici tui ſalus in periculo verſatur, vt bonus amicus, amici rem tuã exiſtima, quia amicorum omnia debent eſſe communia. Et ita nos quoque fratres aduertere debemus, cùm miſericordiam à Deo, & noſtrorum peccatorum veniam petimus, petere debere, vt rem quæ ſit Deo ſummæ gloriæ, & tanquam Dei ſit opem ferre. Ita petebat Dauid, dicens: Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et inferiùs: Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Quæ verba (vt ex Diui Pauli explicatione colligitur) illud ſignifi- Pſal. 50. Rom. 3.

ſignificant, veniam, quam à te peto, non meæ ſalutis tantùm gra-
tia peto, quantum tuæ gloriæ cauſa: quia ſi veniam humiliato, &
contrito denegas, & qui tibi culpam confitetur, quam tu veris pæ-
nitentibus promiſiſti, exiſtimabunt homines te eſſe crudelem,
& quod polliceris, non præſtare; quod ſi ignoſcis illis, qui humi-
liter à te veniam petũt: elucebit in hoc miſericordia & iuſtitia tua:
miſericordia quidẽ, quia ignoſcis contritis, & humiliatis: iuſtitia,
quia præſtas quod promiſiſti; & ita ad tuam gloriam pertinet te
mei miſereri. Videtis vt Sanctus Propheta rem ſuam, rem Dei
facit, quæ ad Dei gloriam maximè pertinet. Et ita hortabatur
David & docebat fideles omnes, vt hac ſpe ad Dei tribunal acce-
Pſal. 93. derent, ſi Dei miſericordiam conſequi vellent, dicens: Venite
adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domi-
no qui fecit nos. Cur ita? qua fiducia Dei miſericordiam petere de-
bemus: dic cauſam: quoniam ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos
autem populus eius, & oues paſcuæ eius. Si eſt Dominus, & tam
fidelis Dominus, curam geret familiæ ſuæ, & ſeruorum ſuorum.
Si eſt paſtor, & paſtor tam bonus, ad Deũ pertinet ſuarum ouiũ
cura; res ſua eſt, & ideò magna cum ſpe accedere ad eum poſſu-
mus, quoniam eius gloria eſt remedium noſtrũ: & clariùs idem
Pſal. 78. docuit, dicens: Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter glo-
riam nominis tui libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris pro-
pter nomen tuum, ne fortè dicant gentes, vbi eſt Deus eorum? hoc
eſt, ne te negligentem Deum exiſtiment, qui nullam tuorum cu-
ram geras. Ex hoc etiam infertur beneficia quæ à diuina manu ac-
cepimus, ſuæ infinitæ bonitati tribui debere. Et ita dixit Moyſes
Deut. 9. populo Iſraël: Ne dicas in corde tuo, propter iuſtitiam meam in-
troduxit me Dominus vt terram hanc poſsiderem: neque enim
propter iuſtitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris, vt poſsi-
deas terras: ſed vt compleret verbum ſuum Dominus, quod ſub
iuramento pollicitus eſt patribus tuis Abraham, Iſaac, & Iacob.
Hic locus valdè quorundam ſtultitiam reprehendit, qui exiſti-
mant ſi quid illis bene ſuccedit id fieri propter ſua merita, ſi dedit
pauperi eleemoſynam, & poſtea aliquid ille proſperum conſe-
cutus eſt, ſtatim eleemoſynæ id tribuit. Exiſtimare res aduer-
ſas propter peccata noſtra euenire, res eſt bona & vtilis. Exi-
ſtimare autem res proſperas euenire ob noſtra merita, vanitas
eſt maxima. ¶ *Ecce quem amas, infirmatur.* Quomodo Domine di-
xiſti:

20 xiſti: Dicite iuſto, quod bene illi ſuccedet. Cur igitur huic iuſto quẽ tu amas, male ſuccedit? dico iuſto ſemper bene ſuccedere, tã in ſanitate, quã in infirmitate, quia diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum: & è contra peccatori, tam infirmitate, quàm ſanitate malé vtitur. Cum clauum in pariete figere vultis altera manu clauum tenetis ne cadat, altera verò tunditis; & quo magis tunditis, eo figitur altiùs: & ita ſi Deus ſuæ iuſtitiæ manu tundit aliquem, & verberat, altera miſericordiæ manu tenet, ne cadat, in impatientiam, ita Dauid: Iuſtus cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam, Cùm ceciderit, id eſt, in aliquod infortunium, quis dixiſſet non caſuros in impatientiã ſanctos tãtis tormentorum ictibus, quæ paſsi ſunt à manu Domini? ſed tamen altera manu miſericordiæ tenebat, & ita quo plures ictus fuerunt, eò firmius in amore & charitate Dei fixi per-

Iſai. 3. *Rom. 8.* *Simile.* *Pſal. 36.*

21 manſerunt. ¶ Reſpondit Chriſtus Redemptor noſter: *Infirmitas hec non eſt ad mortem: ſed pro gloria Dei. Et poſt biduũ dixit diſcipulius ſuis: Eamus iterum in Iudæam, dicunt ei diſcipuli; Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?* Plus ſapere & intelligere videntur, quàm oportet, quando quidem ſciebant nihil â Chriſto Redemptore noſtro temerè fieri ſolere: tamen excuſatione digni videntur, quia nunquam in tota Euangelij hiſtoria inuenietur, repugnaſſe Apoſtolos Chriſto Redemptori noſtro in ijs quæ ipſis contraria videbantur, imò demittentes capita ſua ſumma cum animi prõptitudine obtemperabant. Cùm diceret illis: Ecce, ego mitto vos ſicut oues in medio luporum: rei tam difficili non repugnarunt. Ita etiam, cùm diceret eis: Nolite portare ſacculum, neque

Matt. 10.

22 peram, neque calciamenta: ſed in rebus quæ ad ſuum diuinum præceptorem pertinerent, ſtatim repugnabant, & id cauſabatur ex amore, quo eum proſequebantur. Cum D. Petro pedes lauare voluit, repugnabat. Et præterea cùm dixit oportere eum Hieroſolymam ire & ibi multa pati: quare amori tribuendum eſt, ſi hìc mirantur de reditu in Iudæam. Non id nos facimus, qui in rebus, quæ contrariæ nobis videntur, ſtatim repugnamus: res verò quæ ſunt Dei gloriæ & honori contrariæ non curamus.

Luc. 9.

Reſpondit Ieſus: *Nonne duodecim horæ ſunt diei?* Quaſi dicat; Sol cognoſcit occaſum ſuum, & quemadmodum Sol iſte materialis in Oriente naſcitur, in Occidente occidit, duodecim horarũ ſpatio: neq; in hominum arbitrio & poteſtate eſt, vt ante duodecim

horas occidat, ita etiam de me fiet: tota hominum potentia me occidere non poterit, ante horam quæ à me constituta est, & eo vsq; nemo vestrum ostendet præsentiæ meæ luce ductus. Tunc dixit: *Lazarus amicus noster dormit*. O quam verè appellat Dñs amicorum suorũ mortẽ, somnum quandoquidẽ tã quietè & placidè moriuntur. At non ita moriuntur. infœlices peccatores, sed magno cum dolore, & conscientiæ morsu; vt refert sapiens: Disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamẽtis: & vsq; ad supremũ desolabũtur, & erũt gemẽtes: & memoria illorũ periet, veniẽt in cogitatione peccatorũ suorum timidi, & traducẽt illos ex aduerso iniquitatis ipsorũ. O admirabilia Dei verba fratres, & vt eorũ vim intelligatis, dicit: quod tunc Deus per varias partes rumpet inflatos, & supperbos, ita vt illi pene timore loqui non posſint & eos à fundamentis vsq; ad culmem quo ascenderãt, euertet, gemẽtes suã infœlicitatẽ, quod peribit memoria illorũ, & animæ eorũ exibunt è corpore maximo cũ timore ob suorũ peccatorũ recordationẽ, quæ illis Deus in memoriam reuocabit, vt dolori illis sint & tormento, quia eorũ iniquitates, quæ antea eos delectabãt, tunc ijs contrariæ eos accusabũt, & conuincẽt. Videtur eo loco Spiritus sanctus metaphorã sumere ab vtre inflato, & aëre pleno, qui si premas & oneres, crepat, & per varias partes disrumpitur. Videtis vt hic peccatorũ mors refertur, qui superbi & inflati fuerũt, dolor quẽ tũc patiuntur, metus quẽ illis peccata cõmissa incutiunt: quæ iudicio eos priuant, vt ad Deũ conuerti nõ posſint: & ita ab eo dolore ad æternũ transeũt. Eia filij Adam cæci, nolite nũc peccare, quia vestræ hæ voluptates, quæ vos modo delectãt, mortis tempore vos accusabunt, & traducẽt ex aduerso. ¶ *Sed vado, vt à somno excitem eũ*. Quẽ ibat resuscitatũ, ait se è somno excitaturũ. Vir prudens minus polliceri debet eo quod est postcà præstaturus, nec exaggerare debet verbis res suas. Hæc enim est conditio iustorũ, res suas imminuere. Et ita dixit Abraham angelis, quos hospitio receperat: ponã buccellã panis: & tamen (vt illic legitur) magnum apparuit conuiuiũ. Sed cùm Apostoli id nõ intelligerent, dixit illis Iesus manifestè: *Lazarus mortuus est eamus ad eũ. Dixit ei Thomas, eamus & nos, & moriamur cum illo*. O si haberemus nunc viros apostolicos, qui nos ita hortarentur ad sequẽda Iesu Christi Redẽptoris nostri vestigia, vsque ad mortem eius amore subeundã. Fratres hortemur nos inuicem sanctis admonitionibus

Sap. 4.

Gene. 18.

tibus & præceptis, quæ res est maximi apud Deum meriti. Marcus Tullius virũ optimi consilij, nauis gubernatori comparat, in naui alij sentinam exhauriũt, alij aquã eijciunt, alij in aliare summi laboris occupati: ipse gubernator clauũ tenẽs sedet in puppi. Maior quidem est cæterorũ labor, & tamẽ gubernatoris maius est emolumentum, & merces, quia nisi gubernator sua prudentia, & consilio regeret, & gubernaret nauim, esset cæterorum labor inutilis, nam gubernator facit, vt aliorũ labor vtilis sit. Ex quo patet plurimum ei deberi, qui optimum dat consiliũ, quanquam (vt consiliũ vtile sit) necesse est, vt cũ bonis operibus coniũgatur, & è contrario, quãtũ boni debetur illi, qui bonũ dat cõsiliũ, tantũ mali debetur illi qui malũ. Et vt ille bonorũ operũ particeps est, quæ ex bono cõsilio promanãt, ita & iste malorũ particeps est, quæ ex malo M. Tullius de senect.

27 cõsilio proficiscuntur. Quin etiã glossa quædã ait: quòd grauius est causam dare quã peccare. Et ideò diligenter attendite cũ consiliũ alicui datis vt vlciscatur iniurias vel quid aliud simile. Illi qui Dei timore carẽt impediũt qui religiosam sibi vitã eligere vellẽt, & ita Christũ sequi crucifixũ. Peius alij, qui suadẽt nouitijs, vt institutæ vitæ rationẽ deserãt. Ricardus & Scotus aiũt: aliũ debere religioni restitui si id fiat. Si digitũ alicui vel manũ amputauerit, restituet damnũ. Religio corpus quoddã est, & fratres sunt mẽbra ergo, dices nõdũ religionẽ illũ, & regulã esse professũ. Fateor, sed quãuis religio, & monasteriũ illud nouitij ꝓprietatẽ nõ haberet, habebat tamẽ possessionẽ. O quot sunt, qui hac in re peccant, etsi peccare non credun! Ex verbis illis S. Thomæ, & ex eo quod Glos sup. Num. 23. Ricar. col. lo. 3. sco. 4 d. 15. q. 3.

28 ipse & cæteri omnes fecerunt, cùm relicto Dño omnes fugerunt, patet hominis inconstantia, & leuitas, quod hodie affirmat, cras negat. Et vt plurimũ non præstat: quod pollicetur. Hebræi dixerũt Moysi, omnia quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes. Posteà verò cùm ascendisset Moyses in montem, idolum sibi fecerunt & adorarunt. Digna profectò res lacrymis, quoties datam Deo fidem frangimus, minima cuiusq; rei occasione. Exod. 24

Venit Iesus in Bethaniam & ait textus. Quòd *Multi ex iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo.* Hęc vna est ex operibus misericordiæ: æquũ enim est vt nostros proximos in afflictionibus cõsolemur, verbis illis D. Pauli, nolumus vos ignorare fratres, de dormiẽtibus, vt non cõtristemini, sicut & cæteri, qui spẽ non habẽt. Si enim credimus ꝙ Iesus mortuus est, 1. Thes. 4

&

D. Grego. Nisse. & resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. D. Gregorius Nissenus in homilia quadam in funere Pulcheriæ de Iob illud aduertit, quòd cum esset repentinis vexatus infortunijs semper tamẽ inuenit euentus præparatum, ita vt nec verbum quidẽ dixerit malum, quia nihil omninò amisit, cui corde, & animo hæreret, neque amissos esse filios existimauit, quamuis essent sibi morte erepti, & ita notat sanctus hic doctor, quòd cum Deus restituere ei voluit omnia, quæ ei abstulerat, eorum duplum restituit, præterquam filiorum, sed quod abstulerat, tot reddidit. Quatuordecim ouium millia dedit, septem millia abstulerat: sex millia camelorum dedit, tria millia abstulerat, mille iuga boum dedit quingenta abstulerat, mille asinas dedit, quingentas abstulerat. Filios verò qui magis parentem solari posse videntur decem tantum dedit, & totidem abstulerat, & meritò. Rerũ enim eo
Iob. 4. quas auferendo Deus, Iob omninô amittebat, iure duplum restituit: filiorum verò qui erepti ex hac vita in meliori seruabantur, duplum non reddidit, quia verè amisi non erant. Et ita cum infortuniorum tempore amisit diuitias æquo animo tulit, quia non ignorabat esse sibi relinquendas, cum amisit filios æquiori animo tulit, quia credebat vitam æternam viuere: & ideò cum Deus illi rerum omnium duplum reddidit, si viuam illius fidem, & spem spectare volumus, qua filios suos viuere adhuc credebat; filios quoque duplicatos habebat. Et ita æquũ est cogitare vos vestros defunctos vere amissos non esse, si debita pietate & religione mortui sunt: sed adhuc viuere. ¶ Sed quamuis Iudæi vsi sunt hac pietate, & misericordia has sanctas sorores consolando, plus tamẽ
Thren. 1. eas consolabatur ille, de quo Hiere. consolator meus, qui est Iesus Christus Dei filius, qui eas consolatus est fratrẽ resuscitãdo quatriduanum: ad hunc ergò in vestris doloribus accurrite, qui consolabitur vos hîc gratia, & post mortẽ gloria. Amẽ.

Domi-

Dominica in Paſsione.

Dicebat Ieſus turbis Iudæorũ & principibus Sacerdotũ: quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8.

REFERENS ſponſi ſponſa ſui pulchritudinẽ, inter cęteras hanc retulit: Caput eius aurũ optimũ. Cant, 5.
Vbi Hebraic⁹ text. ſic habet. (*CHETEMPAR*) id eſt, aurũ ſelectũ. Pro quo notandũ eſt Hebręos
ſua nomina habere, quibus aurum ſignificant.
Vnũ eſt (*RAAB*) quo promiſcuè aurũ ſignificatur, quãuis alij metallo mixtum ſit. Alter eſt (*PAR*) quo ſignificatur aurũ igne purificatũ. Tertium nomen eſt (*CHETEM*) quo
ſignificatur ex natura ſua purũ. His duobus nominibus poſterio
2 ribus vtitur ſponſa, dicẽs: Caput ſponſi eſt, (*CHETEMPAR*) id
eſt, aurum purũ, aurũ ſelectum. Priori, ſcilicet, (*CHETEM*) ſignificat in ſua gratia & charitate, quæ eſt caput virtutũ omnium, ex natura ſua nullas habuiſſe ſordes, id eſt, peccata, nihil habuiſſe imperfecti. Poſteriori, ſcilicet, (*PAR*) ſignificat, quãuis eius charitas puriſsima ſit, ita vt igne purificari magis nõ poſſet, noſtra tamen cauſa fuit, tanquã aurũ tribulationũ igni impoſitum. Et vt ait D. Hebr. 4.
Paul. Tẽtatũ per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato. Et quo maior fuit tribulationũ ignis, tãto magis amoris charitati ſuæ puritas apparuit. Id etiã in Cãticis oſtẽditur, quia vbi nos legimus: Me Cant. 1.
liora ſunt vbera tua vino; alij verterũt, meliores ſunt amores tui vi
no, id eſt, amores tui quodcũq; vinũ, quãuis præſtãtiſsimũ excedunt: quia verbũ Hebræũ ad vtrũq; accommodari poteſt. Et vbi
3 nos legimus fragrantia vnguẽtis optimis, alij vertũt ex Hebræo,
odori vnguẽtorũ tuorũ, id eſt, quæ laus poteſt dari, odori vnguentorũ tuorũ, quibus es delibutus. Et ita addit ſtatim: Oleũ effuſum nomẽ tuũ, id eſt, tam bene oles, vt nõ modo olere, ſed vnguentum ipſum, & odor ipſe dici poſsis, eſt loquẽdi modus ad augendũ accõmodatus, vt cũ ſignificare volumus aliquid rei alicuius proprietatẽ habere, rẽ ipſam eſſe dicamus. Sicut nõ ſatis fuit Chriſto Redẽptori noſtro, appellare Simonẽ ſaxeũ, ſed vocaberis (inquit) Ce Matt. 16.
phas, quæ vox Hebraica ſaxũ ipſum ſignificat, & petrã. Ita etiam hic: Oleũ effuſum nomẽ tuũ: oleũ, id eſt, vnguẽtũ odoriferũ: effuſum quaſi eius odor diffunderetur, & manaret longiùs, vt vnguẽ

tum odoriferũ effusum. Et ideò addidit: Recti diligunt te. Vbi in a
Hebræo est, rectitudines diligunt te, idest, bonũ omne, omnis vir
tus, omnis gratia, omnis honor & gloria, ita tibi sunt propria, & na
turalia, vt ipsæmēt virtutes te diligant; quæ admirabilis exaggera
tio est. Hæc omnia quæ ibi dixit Spiritus sanctus, significant in-
effabilem innocentiam, illam peccandi impotentiam, cęterasque
innumerabiles Christi redemptoris nostri perfectiones: quod cū
ita sit, magna profectò admiratione digna est. diuini huius magi-
stri humilitas, qui cùm cæleste aurum esset, voluit tamen Phari-
sæorum sententijs tanquam fornace explorari, & eorum inuidia
tanquam igne probari, vt intelligerēt nullas esse in eo peccati sor
des. Et hoc facit Dominus, vt cælestem doctrinam vitæ innocen-
tia confirmaret: ex vitæ enim innocentia sequitur doctrinæ veri-
tas. Sed maximè hîc notandum est, quod cum Christus Redem-
ptor noster, tam personæ suæ innocentiam, quam doctrinæ veri-
tatē hîc probare velit, suarũ cogitationũ nullã fecit mentionē, cū
sint illæ quoq; perfectissimæ, vt cætera omnia. Quod notauit spō
Cant. 5. sa dicēs: vēter eius eburneus, venter, idest, cor. Vt accipitur apud
Iob. 32. Iob: En vēter meus quasi musto plenus, idest, cor. Et in Psalmo,
Psal. 21. lex tua in medio vētris mei, idest, cordis. Et Isaias ait: venter meus
Psal. 16. ad Moab. Ita hîc: in Hebręo autē habetur vēter eius cādidũ ebur:
ita vt ex vi eius nominis, sic verti possit, vēter eius intelligēs ebur,
idest, cor mei sponsi sanctis & puris cogitationibus plenũ. Quod
cum ita sit, quarè Christe innocentissime nihil hîc de tuis cogita-
tionibus agis, quæ tã sanctæ, tã puræ sunt? quia nimirũ cogitatio-
3. Reg. 8. nes solo Deo non hominibus debēt probari: quia solus Deus co- b
gitationes nouit. Vt dixit Salomon cũ Deo loquēs, tu nosti solus
corda filiorũ hominum. Ex quo infertur, quanta sit eorũ malitia,
Leuit. 13. qui temerè de aliorũ cogitationibus iudicāt. Iubebat Deus, vt si
quis lepræ signa haberet, nō statim haberetur pro leproso, sed se-
ptē dierũ spatio id examinaretur: recludet eũ sacerdos septē die-
bus & cōsiderabit die septimo, ꝙ si hoc satis nō esset, rursum reclu
det eũ septē diebus alijs, & die septimo cōtēplabitur. In re tã leui
iubebat Deus tantã adhiberi diligentiã, quãuis lepræ signa in cu-
te apparent, & sunt homines, qui ex minimo signo, & iudicio sta
tim temerè quod sibi videtur, conijciũt, quibus nã verbis id auge-
ri, & exaggerari posset? Vt igitur temeraria hæc iudicia condēna
ret Dominus, noluit hic agere de cogitationibus, sed de operi-
bus.

7 bus, & doctrina tantum. Cum Deus mitteret in Ægyptum Moy
sem, vt Hebræos redimeret, respondit Moyses: non credent mi-
hi, sed dicent, non apparuit tibi Dominus. Dixit ei Deus: quid
est quòd tenes in manu tua? Respondit, virga qua voluit Deus tot *Exod. 4.*
fieri miracula, quæ Moysem, non suam, sed Dei rem asserere te-
starentur. Vt scilicet significaret, nihil omnino maiorem vim ha-
bere ad ostendendum, quinam simus, quã id quod in manibus ha
bemus, id est, opera nostra: & hoc Apostoli mundum vniuersum
ad Chri. R. nostri fidem cõuerterũt. Mirũ enim est, quãtũ referat,
vt sancti Euãgelij prædicatores sanctã doctrinã, quã prędicãt, ope
rũ autoritate cõfirmẽt, vt prędicatio vtilis sit, & fructuosa. Interro
gatus Demosthenes quidnã maiorẽ haberet vim ad mouẽdũ in *Demosth.*
oratione, respõdit, Hypocrisis: & cũ iterũ, & tertiò interrogare-
8 tur, idẽ respõdit: vt refert Valerius Max. Vocauit hypocrisim exẽ *Val. Max.*
plũ exteri⁹, & hypocritã hominẽ exẽplarẽ. Huius exẽpli defectu *in dict. &*
hodiè inutilis interdum est nostra prædicatio, quia multa loqui- *fact. Philo*
mur, pauca autem operamur. Ait Spiritus sanctus, abscondit pi- *sophorũ.*
ger manum suam sub ascella, neque ad os suum applicat eam. *Pro. 19.*
Magna hæc est exaggeratio. Quis enim vnquam (obsecro vos)
tam piger fuit, qui abscondens manũ suam sub brachio ob pigri-
tiam non apposuit ori cũ comederet? Neminẽ credo fuisse. Qua-
rè cum Spiritus sanctus hoc dicat, aliquod latet mysteriũ: & hoc
est reprehendere eos, qui manum ad os suũ non applicant, idest,
quorum opera à verbis diuersa sunt, & quòd operãtur plurimũ ab
est ab eo, quod loquũtur, qui magnã sancto Euangelio iniuriã fa
ciũt. Curemus igitur patres mei omni cura & diligẽtia, vt officij
9 nostri finem intelligamus: & hic quis sit, D. Pau. docet dũ ait, per
quem accepimus gratiam, & Apostolatũ ad obediendũ fidei: hic
esse debet prædicatoris Euangelici finis, omnes ad earũ rerũ obe- *Roman. 1.*
diẽtiam reducere, quæ fides docet, & ideò non modò bene loqui
& benè operari debet, sed diuini fauoris auxiliũ implorare debet,
vt sanctus Propheta Dauid, qui vt cæli vias homines doceret, à
Deo tria genera spiritus petebat dicẽs: Spiritũ rectũ innoua in vi- *Psal. 50.*
sceribus meis. Hic est spũs intelligẽtiæ, ad intelligẽdas scripturas:
ait paulò post, Spũm sanctũ tuũ nè auferas à me: qui est spũs ad in
flãmãdos animos. Nã antè quã scintillę è camino erũpãt, priùs per
tubũ ignis transeat necesse est. Ita etiam, vt ex ore prædicatoris
verborũ scintillæ exeant, diuinũ ignem in corde priùs habeat ne-

cesse est. Tertiò loco ait, & spũ principali confirma me: qui est spiritus vehemẽs, vt verba vim habeãt mouẽdi animos. Non verò prædicator tantũ talis esse debet, vt possit dicere, quis ex vobis arguit

Ioan. 8. me de peccato? sed etiã cõfessor cum tam particularis sit minister

Leuit. 21. Dei. Dixit Deus Moysi, loquere ad Aarõ: homo de semine tuo, qui habuerit maculã non offeret panes Deo suo, neque accedet ad ministerium eius. Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grãdi, vel torto naso, si fracto pede, si mancus, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo &c. Ad hoc vt sacerdos nõ possit argui de peccato, carere debet his omnibus rebus, quæ ea omnia quæ Deus in antiquis sacerdotibus prohibebat, significant: & ex præcipuis vna est, vt cæcus non sit, idest, nè sit imperitus neq; affectibus cæcus. Puniuit Deus grauiter sacerdotẽ Heli, de quo dicitur,

1. *Reg.* 4. quod oculi eius caligauerunt, & videre non poterat, & capite præcedenti minatus erat illi Deus hoc supplicio, & alijs maioribus, eo quod nouerat indignè agere filios suos & non corripuerit eos: qui quidem sacerdotum figura fuit, qui confessores sunt imperiti & negligentes. Tenè, pater confessor, tam blandum esse cum vestris filijs spiritualibus, vt nec verbũ quidẽ asperũ illis dicere audeatis, nè audeant illi ad sua peccata redire? Magnũ profectò malũ. Sacerdos ille Heli cũ vocaret Deus Samuelẽ, & surgeret Samuel, dice-

1. *Reg.* 3. bat: nemo te vocat, vade, & dormi. Dicere debuisset, prosterne te, & genua flecte, quia Deus te vocat, & ait, vade & dormi, scil. ad peccatum. Venit peccator à Deo vocatus: tua verò blanditia audaciorem facit, vt redeat ad peccatum, ad vitam profanã, & vo-

1. *Reg.* 1. luptuosam. Venit Anna mulier Elcanæ ad tẽplũ Dñi, & orauit plorans & suspirans (vt solent ij qui cõtritum habent cor, & deuotũ) & ita auxilium à Deo petebat: Veniẽs autẽ sacerdos Heli, existimauit eã temulentam, dixitq; ei: quo vsque ebria eris? cũ enim esset sacerdos indeuotus, necdum suspirare sciebat. O summam hominũ miseriã; vt vir deuotus loquatur tecũ, qui sacerdos es de rebus spiritualibus, tu verò tot Theologiæ, & iuris Canonici versibus imbutus nõ intelligas, & ebrietatẽ appelles? nunquã nè vnã quidẽ horã orare sciuisti, & poteris docere peccatores quomodò se Deo dari debẽt & eũ amare? cauete vobis quia nisi vos emẽdatis cadet super vos ira Dei, vt cecidit super Heli, quem imitamini. Alterum verò, quo carere debet sacerdos est, nè sit grandi, vel paruo naso: nasus, quo odores distinguimus, discretionẽ confessoris figni-

10 significat, quę parua esse non debet, ita vt audiens peccata, statim verborũ asperitate deterreat, vt eũ mutũ reddat, & si peccata, quę supererãt, taceat, pręsertim si maiora, & grauiora adhuc dicẽda superarãt. Iubebat De⁹, si qs mulierẽ pgnãtẽ ita pcuteret, vt abortiuũ faceret; subiaceret dãno quãtũ maritus mulieris vellet, & arbitri iudicarẽt. Ita etiã anima quę tanquã pręgnans ante tuos pedes iacet, sua peccata in secreti tui gremio paritura si ob tuas duras & asperas reprehẽsiones abortiuũ fecerit, malè se confitendo, & plurima propter metũ reticẽdo, in iudicio subiacebis dãno, quod tibi mandauerit animarũ spõsus, qui est Iesus Chrũs fili⁹ Dei. Attẽdite obsecro confessorẽ similem debere esse illi, qui tẽdit retia ad capiendas aues, qui quidẽ si prudẽs est, cum auis incidit in retia, nõ accurrit statim vt capiat, quia cæteras deterreret, sed expectat donec *Exod. 21.* *Simile.*

11 omnes inciderint, & se retibus implicarint: & tunc festinãs omnes simul capit: ita etiã prudens confessor expectare debet, donec omnia peccata in retia, quæ sunt aures, incidant, & tacẽs non reprehendat, sed hortetur, & animet, vt pœnitẽs maiori animo omnia peccata sua cõfiteatur; posteà verò verbis grauibus & prudẽtibus eorum grauitatẽ illi ostẽdat, & qua pœna digna sunt; docens quonammodo verã habere possit cõtritionẽ, & firmum propositum nunquã ad ea redeundi; ꝙ vt fiat, omnia remedia ei dare debet, vt perseueret, & intelligat cõfessorẽ non tãtum esse iudicẽ: vt cognoscat causas, & sentẽtiã ferat: sed etiã medicum esse, vt medeatur, & hoc est nõ esse naso paruo idest imprudẽtẽ esse, & indiscretum. Nec etiã debet esse naso grãdi, vel torto, quod prudentiã, & discretionẽ significat, nimis subtilẽ. & acutã, idest, ne sit tã acutus, vt cũ

12 eum nouũ hominẽ efficere debeat, nouum peccatorẽ efficiat, docens ea, quæ pœnitẽs fortasse ignorabat. Præterea nec debet esse gibbus idest res mũdanas appetere non debet, quarum desideriũ demittere eum, & incuruare faciat lucri causa. Vel etiã gibbus esse nõ debet, idest, ne sit tã malè inclinatus, & infirm⁹, vt delẽs aliorũ maculas ipse maculetur, quẽadmodũ sanguisugę, quę venenũ ex aliorũ corpore exugũt, & sibi hauriunt. Ananias introiuit in domum, & cum imposuisset Sauli manus cõfestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squammæ. Vbi notandum est eas squãmas non cecidisse in manus Ananiæ, sed sub manibus: ita etiã peccata cadere debent sub manibus confessoris ad pedes, vt conculcentur, non in manibus, vt excipiat, & seijs cõtaminet: & si se nouerit im- *Simile.* *Actor. 9.*

becillum, & infirmum; ita vt resistendi animum non habeat, deponat munus, cui non est idoneus.

Gene. 1. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Creauit Deus lucem, & vidit Deus lucem quod esset bona, quasi examinaret Deus, an sua lux, quã fecerat esset bona, & vidit quod esset bona, atqui ô Dñe indigẽtne tua opera examinatione? Possunt nè aliquã habere imperfectionẽ? & vt cætera omnia hoc indigerent, cur examinare lucem voluit qua quicquid est in hac vniuersitate examinatur? imò hanc ipsam ob causam lux erat examinanda, an esset bona, quia id, quo cætera debẽt examinari; diligenter priùs est examinãdũ: & ideò lux summæ claritatis, & puritatis voluit hodierna die examinari, cũ ait: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Quòd si Deus lucẽ suã, & seipsum examinari voluit, quãtò æquiùs erit vt te tuasq; tenebras examines? quãdoquidẽ omnes iustitiæ nostræ quasi panus menstruatę? Quãtũ refert hoc; vt mortis tẽpore securũ iter inueniamus, Isai. 64. & quoniã ex vitę puritate puritas & veritas doctrinæ sequitur; addit Dñs: *Si veritatẽ dico vobis quare nõ creditis mihi?* O quã pauci sunt, qui eã nunc dicũt. Zacharias ait vidisse se horribilẽ quãdã visionẽ, Zacha. 5. quæ fuit huiusmodi. Vidi amphorã, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ, & proiecta est mulier in medio amphoræ, & missa est massa plũbea in os eius. Hoc quod huic mulieri factũ est, hodiè fit veritati: proijcitur in amphorã. i. in intellectũ, qui est quasi amphora quædã, illuc eã includimus: quod si intellectus dicere vellet, quod sentit, vera diceret, quia sæpè veritatis refertus est. Sed clausum est os, non massa plũbi, sed auri & argenti: vt veritas exire non possit. Hic si quatuor denarios ei polliceris, falsum iurabit, & negabit veritatem, & aduocatus lucri causa falsum tuebitur, O iste homo, vbi, vbi veritas? in intellectu (inquies,) at pone eam in ore. Os (inquies) occlusum habeo auro: aurum, & veritatem os simul capere non potest. O Deus bonitatis immensæ, quod malum huic simile? parui lucri causa negamus veritatem, millies mentimur, millies etiam assentamur? Video proximum meum peccare; & quia lucrum aliquod ab eo spero, adulor, & dissimulo, cum mederi possem, si veritatem illi dicerem. Notat autor quidam, quòd qui mentitur sine pudore, peior est aliquo modo ipso Dæmone, quia Dæmon vt mentiretur, primæ illi mulieri (scilicet, ne Gene. 3. quaquam morte moriemini, & eritis sicut dij &c.) serpentis formam assumpsit, quasi in sua forma mentiri quodammodo verecũdaretur.

16 daretur. Tu verò ô infelix peccator abſq; vllo pudore ſexcenta dicis mendacia, & ea in proximi tui perniciem. Caue obſecro nè cũ Sathana mendaciorum parente æterno igne puniaris. Sed imitare veritatis Magiſtrum Ieſum Chriſtum Dominũ noſtrum, qui ſemper operatus eſt veritatem, & locutus eſt. Et ideó aiebat: *Si veritatem dico vobis, quarè non creditis mihi?* Cauſa verò cur illi nõ crederent hæc eſt, tanta eſt amoris, & odij vis, vt quemadmodum primum mobile vi ſua cælos omnes inferiores, qui ſuo proprio motu mouentur ad alium motũ omninò contrariũ rapit. Ita affectus animæ vires, & vniuerſam hominis molem ſecum trahit. Et ita quamuis vera illi dicantur, eò quòd ſint rei amatę contraria, nõ credit: & ideò phariſęi non credebant, quę illis à Domino dicebãtur, quæ erant omnino contrariæ rebus, quas illi amabant. Inter nos etiam plurimi ſunt Phariſæorum imitatores, qui quamuis legem *Simile.*
17 Euangelicam profiteantur, & credant, eam tamen non obſeruãt, ac ſi non crederent. Oculos quæſo ad Chriſtianam rempublicam conuertite, & videbitis non minimam Chriſtianorum partem, ita viuere, ac ſi non crederent. Quod dixit ſumma veritas: Niſi pęnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Et alibi: Niſi cõuerſi fueritis ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Dicite miſeri, obſecro vos, ſi nullã haberetis fidem Deum hæc dixiſſe, maiora nè, & grauiora mala faceretis quàm facitis? attendite veſtra flagitia, veſtras turpitudines, veſtras auaritias, veſtras iras. Si Arabes eſſetis, & Turcæ quid faceretis? O Deus maieſtatis infinitæ! quã parui æſtimant homines veritatẽ, quam tu tanto amore docuiſti. *Luc. 13.* *Matth.18*

Qui ita viuitis audite quod dictum fuit Phariſæis (idem enim
18 vobis dici poteſt, quandòquidem eos imitamini:) *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non eſtis.* Et cũ Dei nõ ſitis neceſſariò Diaboli eritis, qui veſtrum Dñs factus, & poſſeſſor, omne intercludit iter, nè qua vobis auxiliũ ferri poſſit, quẽadmodũ, qui arcẽ aliquã aut vrbem̃ expugnat, ita fores oẽs claudit, per quas bonũ ingredi põt. Claudit aures nè audiãt ſermones, os nè cõfiteatur peccata. Cũ poſsideret Ieroboã regnũ Iſrael dixit in corde ſuo, ſi aſcẽderit populus iſte, vt faciat ſacrificia in domo Dñi, cõuertetur cor populi huius ad Roboã regẽ Iuda: interficiẽtq; me & reuertẽtur ad eũ: & ita excogitato conſilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, nolite aſcendere in Ieruſalem, ecce dij tui Iſraël, &c. ita & diabolus nè reuertãt peccatores ad Dñm *Simile.* *3. Reg. 12.*

& illum deferant, ludis, comœdijs, & alijs rebus huiusmodi detinet homines occupatos, nè verbũ Dei audiant: & eos, qui audiũt passionibus & affectionibus ita perturbat, vt idẽ sit acsi nõ audirent. Misit Eliseus seruum suum Giezi cũ baculo, vt poneret super faciẽ mortui, & cum nihil proficeret: reuersus ad Eliseũ dixit: nõ surrexit puer. Ita nos quoq; Deo possumus dicere, qui nos misit, Dñe posuimus baculum super faciẽ mortui, prędicauimus iudicij tui seueritatẽ, pœnarum magnitudinẽ, mortis certitudinem, quãdo autẽ futura sit, incertitudinẽ, pręmij pręstãtiã, virtutis pulchritudinem, maiestatis tuæ clemẽtiam, & misericordiã: prędicauimus (inquã) plurimis, qui in suis peccatis (vt mortui) iacent, & nõ surrexit puer, nondum vidimus in illis vitæ indicium, aut doloris, aut contritionis, nondum vocem confessionis, neque vllam vitalem operationem, quæ sit spiritualis resurrectionis argumentum. Sed quis resistit & repugnat? autor huius mali est diabolus, qui eorum factus est Dominus.

4. Reg. 4.

Ioan. 8. *Qui ex Deo est verba Dei audit.* Dicebant Iudęi Christo Redẽptori nostro: Vnum fratrẽ habemus Deũ, & anteà Pater noster Abrahã est. Causa autẽ, cur de hoc se iactabant, hæc erat; nam ex homine sene mulierẽ iuuenẽ concipere communiter mirum non est: verum quia mulier senex & sterilis ex homine sene concipiat, hoc miraculum est. Quarè cum scirẽt Iudæi ex Abraham se descendere per lineam Isaac, qui quidem miraculosè conceptus erat, & sic poterat vtcunque Dei filius appellari, quia Deus eum dederat vi quadam supra naturali & diuina, ideò se etiam filios Dei vocabant; sed quia peccatum hanc eis nobilitatem abstulit, probat Christus Redẽptor noster, nõ esse eos Dei filios, quia mali erant. Ideò non erant filij secundum illam benedictionem, quam dederat Deus primis nostris parentibus in statu innocentiæ existentibus: Benedixit illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini &c. Secundum quam benedictionem existimant aliqui Doctores, vt B. Eucherius, & egregius doctor Vgo, non esse natos nisi prędestinatos, non quatenus sunt prędestinati, sed quatenus humanã speciem cõstituerent, qui sunt filij Dei: & de his hoc loco ait: *Qui ex Deo est verba Dei audit.* Cogitate quãto gaudio & voluptate afficitur mater, cũ videt in toto hoc regno non esse filiũ prudentiorẽ, nobiliorem, pulchriorẽ, & ditiorẽ suo. Vt gaudet, cũ refert quis regis aulã admirari filij sui prudẽtiã, & generositatẽ, in tota Hispania

Gene. 21.

Eucher. cõmẽt. super Gene. 1.

Simile.

22 nia narrari filij ſui lepores, & præſtātiam, vt ore arridet, vt ſalit in pectore cor præ gaudio, dum hæc audit, & mox quanta eũ voluptate vicinis, & amicis narrat, vt ſibi gratulentur. Quod ſi videt aliquem qui ſua gaudia non gaudeat, & ea audire faſtidiat, mœret & dolet, & eò magis ſi adeſt quiſpiam, qui eum malitioſè vituperet, & ea vera eſſe neget. Ex hac ſimilitudine intelligetis, quod illi, qui ex Deo ſunt, & Deum ex corde amant, gaudent cũ Deum laudari audiunt, & cum prædicatores dicunt eſſe omnipotentẽ, omnium rerũ creatorẽ, glorificare ſanctos, punire malos, cũ appellant Deũ æquiſsimũ, pijſsimũ, ſapientiſsimum, pulcherrimum, potentiſsimũ & puriſsimum. Quanta hęc animi cum voluptate audiunt, vt ſalit præ gaudio cor, vt nunquam defatigantur hæc alijs narrando, & ſi contemni ea & cum faſtidio audiri vi
23 dent, ſummũ ex eo dolorem capiũt: plus enim iuſti Deum amãt, quã matres filios ſuos; nec ſolum libẽter audiunt Dei ſui laudes, ſed eius præceptis parent, & obtemperant, ſumma cum alacritate. Et ideò ait Dominus: *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.* O quantum hodie hac in re peccatur, quia nec verba Dei libẽter audimus, nec loquimur; & eos, qui in amicorum conuẽtibus & circulis de Deo loqui volunt, irridemus, & contemnimus. Quod quàm malum ſit Hieremias oſtendit, qui inter cætera mala propter quæ euerſa fuit Hieruſalem, hoc quoq́ue recenſet, dicens: Attendi, & auſcultaui, nemo, quod rectum eſt, loquitur. Cõſiderate, ſi hoc etiã accidit noſtris hiſce temporibus, quia non ſolum non loquuntur rectum, ſed dici poteſt de illis illud Pſalmi: Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant. Venenum aſpidum *Hiere.* 8. *Pſal.* 5.
24 ſub labijs ipſorum. Quibusnam verbis poterat exaggerari malæ linguæ crudelitas, quam dicendo ſepulchrum eſſe apertum, cadaueris ve plenum, odorem expirare teterrimum, qui circunſtantes inficit? quidnam magis eſt malæ linguæ proprium, quàm turpia loqui, quæ iactat vltiones, ſtupra, adulteria, & alia huiuſmodi? Aerem ipſum corrumpit, & inficit, quanto magis homines imbecilles.

Ex quo ſatis apparet, huiuſmodi homines ex Deo non eſſe. Quæ verba tã amara viſa ſunt Phariſæis, vt ſtatim dixerint: *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Quę nã alia ſententia expectari poterat, quandoquidem elegerat Chriſtus Redemptor noſter iudices affectibus cæcos, ira plenos, &

ddd 5 odio?

odio? Liberet nos Deus ab huiusmodi hominibus. *Respondit Iesus: ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum.* O summã Christi clementiam, & mansuetudinem, ô hominum amatorem, qui
Psal. 45. tot pro eis pati voluisti! O quam verè aiebat Dauid loquẽs cum eo: Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam deducet te mirabiliter dextera tua. Tres socios habes Domine, quibus admirabilem victoriam consequeris, veritatem, mansuetudinem, & iustitiam. His vos fratres adiungite, ita vt nullus ex his deficiat. Et illud scitote, quòd quamuis veritatis amatores sitis in vestris actionibus, nisi adest mansuetudo, & patientia, inutilis erit labor, & nunquam quò intenditis, peruenietis. Audite quid dicat
Psal. 24. idem Propheta: Diriget mansuetos in iudicio, & docebit mites vias suas. Quid plus optatis, quàm habere Deum, non tantũ preceptorem, sed & ducem si mites estis & mansueti? quid respondes Domine illis, qui te Samaritanum appellant? *Dæmonium non habeo.* Mihi fit iniuria, me lædunt cùm Samaritanum appellant, & ideò nolo meis iniurijs respondere: verùm cùm me Dæmonium habere dicunt, fit iniuria patri meo, quia eius opera Dęmonio tribuũt: & ideò partes meæ sunt, Patris mei gloriam tueri, & honorem. Et hæc fuit semper sanctorum omnium consuetudo, sibi illatas iniurias contemnere, Deo verò illatas plurimi facere. De
Num. 12. Moyse ait Scriptura: Erat Moyses vir mitissim⁹ super omnes homines qui morabãtur in terra: & orabat pro inimicis suis, qui eũ lapidare volebãt, & cùm tam mitis esset, quam iram & furorem in Dei iniuria ostenderit, attendite: nam triginta tria millia hominum ob idololatriam occîdi iussit, & occisores laudauit, dicens:
Exod. 32. Consecrastis hodie manus vestras Domino, vnusquisque in filio:
Num. 25. & fratre suo: vt detur vobis benedictio. Et aliâs viginti quatuor millia hominum pro scelere, & idolo Beelphegor: & quoniá nos non sumus iusti, ideò Dei honorem contemnimus, nostrum verò plurimi facimus.

Cùm respondisset Iesus tanta mansuetudine, non dixit: quando quidem mihi maledicunt, maledicti sint: sed quod inceperat prosequitur, dicens: *Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.* Sed quomodo Dñe, totum ne in aliam vitam differtur? nullum ne hîc serui tui solatium habebunt? habebunt profectò & in hac vita, & in futura; hoc significauit
Roma. 6. cauit Diuus Paulus, dicens: Nunc autem liberati à peccato, serui

autem

28 autem facti Dei, habebitis fructum in sanctificatione, finem verò vitam æternam. Videtisne vt hìc ait, quod ante vitam æternam, quæ in alio sæculo futura est, habebitis fructum in sanctificatione? & hìc fructus est vitæ puritas, conscientiæ tranquillitas & iustitiæ comes, quæ est pax, quia iustitia & pax osculatæ sunt. Id omne sanctificationis verbo intelligitur. Locus, quem Deus præparauit Adam in statu innocentiæ, fuit paradisus deliciarum, post peccatum verò posuit eum in loco belluarum, & venenosorum animalium pleno. Vt intelligatis fratres bonam conscientiam comitari gaudium, & voluptatem, malam verò dolorem & mæstū, & ita ait Spiritus sanctus: Omnes dies pauperis (id est, peccatoris) mali, id est, laboriosi: secura mens quasi iuge conuiuium, conscientia bona est perpetuum conuiuium. Notate Spiritus sancti *Psal. 84.* *Gene. 2. & 3.* *Prouer. 15*

29 exaggerationem, qui non dixit: Animam iusti conuiuā esse Dei, sed ipsummet conuiuium, & quamuis opera, in quibus exercentur, iusti laboriosa sunt, Deus tamen auxilij, & gratiæ suæ fauore suauia reddit. Dicitur de filijs Israel qui per asperum illum desertum ambulabant: Et pes tuus non est subtritus, eò quòd tam duris & asperis itineribus non defatigârentur. Et hoc bonis tantum accidit, quia mannæ sapor, & itineris indefessio malis concessa non fuerunt. Ac proinde dicitur: Interea factus est murmur populi dolentium præ labore: vbi populus significat malos: vt in alijs sacræ Scripturæ locis, cum non additur Domini: itaque idem omninò iter malis laboriosum, bonis suaue videbatur. Hoc quotidie accidit, vt quod iusti agunt, maxima cum voluptate, & alacritate agant, mali summo cum labore & difficultate. O si hæc experiri *Deut. 8.* *Num. 11.*

30 velletis fratres, ô quàm vera inueniretis.

Hæc cùm dixisset Iesus, & tanquàm margaritas ante porcos ea proiecisset, illi in sua malitia peruersiores facti dixerunt: *Nunc cognouimus quia dæmonium habes, &c.* O peruersi nunc tandem hoc cognoscitis, at quare ante dixistis, quàm id cognosceretis? plurima linguæ nostræ peccata, quin etiam cordis, & operis, ex eo promanāt, quòd antequam loquamur quidquam, aut cogitemus, aut operemur, cor nostrum, Deique legem priùs non consulimus, an id loquendum, cogitandum, operandum sit: quod si fieret meliores essent omninò rerum nostrarum euentus. Athenodorus Philosophus Octauiani Imperatoris præceptor ab Imperatore discessurus iam senior cùm ab eo rogaretur, vt vtile aliquod *Athenodorus.*

consilium

consilium ei relinqueret: Libentissimè (inquit) ira aut affectu aliquo perturbatus nihil dicas, aut agas, antequàm totas Abecedarij literas memoriter percurras. Optimum quidem consilium, quod

D. Ambrosius. Diuus Ambrosius extendit magis cum Theodosio Imperatori dixit, vt posteà quàm aliquem morti lata sententia condemnasset, eam nisi post triduum non exequeretur. Athenodori consilio parebat Dauid qui de se ait: Turbatus sum, & non sum locutus. Cui si paruissent Iudæi, nunquam ita Christi Redemptoris nostri nomen blasphemassent. Sed quia iram & prauum illum animi affectum nunquam deposuerunt, ideò tam cæci erant, quia etiam plus cùm hoc secundò dixerunt, quàm cùm primò. Nam quotidie crescebat cæcitas, qua Domini verba à vero sensu flectebant, quia cùm ille de morte æterna loqueretur, ipsi de morte tẽporali intelligebant. Cùm auditores quicquam à prædicatore audiunt, quod non intelligunt, statim eum erroris, & ignorantiæ arguunt. Seipsos accusent potiùs, qui illud percipere non potuerunt, nec quomodo dictum est, animaduertunt; & ante quàm de prædicatoris ignorantia iudicent, ab ipsomet petant, quomodo illud intelligat, vt sibi explicet. Nolite istorũ malignitatem imitari, sine malitia Catholicam doctrinam audite cum puritate cordis, & humilitate. Nam vt ait Plutarchus: Duo sunt quæ impedimento esse solẽt, quo minus auditor proficiat, superbia, scilicet, & inuidia. Istorum enim ingenium doctrinam capere non potest, quemadmodum nec liquorem vter inflatus, & aere plenus: auferas inde aerem, & erit liquori locus in vtre, & in corde, & animo doctrinæ, vt eius amore incensi in ea vos exercere possitis, & det vobis Deus gratiam qua gloriã consequamini: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Plutar.: de offic. audi.

Similia.

Feria.IIII.post Dominicam in Passione.

Facta sunt encænia in Hierosolymis: & hyems erat, &c. Ioannis.10.

Simile. CVM esset Iesus in quodam Salomonis oratorio & encęnia celebrarentur: circundederunt eum Iudæi. Cùm ceruus exit è sylua ad æquum planumque locum, tam à filijs quàm à venatoribus.

tribus, & canibus circundari solet, diuersa tamen ratione, nam à filijs cũ amore, à venatoribus verò & canibus, vt occidatur. Ita etiã Dei filius, posteà quàm exiuit ex densissima illa inuisibilitatis sylua ad hanc naturæ nostræ planitiem homo & visibilis factus, alij eum, vt filij circundant cum amore & pietate, vt sanctam eius cælestemq́ue doctrinam audiant, alij verò vt mordeant, & interficiant. Tales fuerunt isti, qui circundederunt eum, dicentes: *Quousque animam nostram tolles?* Cuius nam porrò causa fuit in animo Cain inuidia, qui, vt nonnulli Doctores referunt, cùm enses tunc temporis adhuc inuenti non essent, morsibus, & dentibus frustatim lacerando fratrem interfecit. Vt intelligatis morbi huius rabiem, qua ita affligatur animus, vt quiescendi causa inauditum hoc sæuitiæ genus excogitarit. Et ideò Sanctus Apostolus Iudas *Gene. 4.*
3 in sua Canonica ait: Væ illis qui in viam Cain abierunt: in viam *Iudæ epist. Cano.*
autem Cain abeunt inuidi, qui propter inuidiam innocẽtes oderunt, & persequũtur. Patet etiam vis huius affectus in sæuissimo illo facto filiorum Iacob aduersus fratrem Ioseph. De quibus dicitur, quòd miserunt eum in cisternam veterem. Res profectò mira, quòd cùm esset Ioseph sedecim annorum adolescentulus, de quo dicitur: Et erat Ioseph pulchra facie & decorus aspectu: tunc verò itineris labore defatigatus, quod pedes ter confecerat, vt fratres lætis parentis nuntijs consolaretur, nihil tamen eos mouere potuerit, sed cum occurrere ei debebant amplexibus læti accipere, & de suscepto labore gratias agere, in eum tanquam lupi famelici impetum faciunt: quos saltem fratris preces mouere debuissent, quarum postea eorum vnus in tribulatione meminit, cùm *Gene. 37.* *Gene. 39.*
4 diceret: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrũ, *Gene. 42.*
videntes angustiam animæ illius, cùm deprecaretur nos, & nõ audiuimus: ita vt videatur lachrymis eos rogasse, vt sibi ignoscerẽt. Verùm nec hoc satis fuit, sed vt rabiosi canes accurrunt se inuicẽ hortantes, venite occidamus eum. Summum autem beneficium visum est non occidere, sed eum in siccam quandam cisternam proijcere, vt ibi fame crudelissimo mortis genere consumeretur. Vt ex hoc intelligatis quò humani procedant affectus: qui, nisi initio resistimus, vires paulatim sumunt, vt vidistis, & potentiores fiunt. Quid non audebunt, si istorum animum ad hoc sæuitiæ factum impulerunt? Tales, & multò etiam deteriores erant Iesu Christi Redemptoris nostri hostes, qui ira quadã & rabie perciti

dicunt:

dicunt: *Quousque animam nostram tollis?* Non dicunt animas nostras, quia omnes vnius erant animæ, vnius desiderij, vnius sententiæ, & ad Dei filium occidendũ omnes conspirauerant, & hac concordia omnes dicunt illi: *Si tu es Christus, dic nobis palàm.* Obscurè loqui eis videbatur Christus: quàm obscura malo videntur, quæ nollet audire. Si auaro dicis, vt rem male partam relinquat, & carnali, vt à prauis familiaritatibus caueat: ignota hæc illis, & aliena lingua videtur. Diuus Paulus respondet quorundam infidelium dubitationi, cur tam pauci ad Christianam fidem Apostolorum prædicatione conuerterentur, & ait: Si opertum est Euan-
2. Cor. 4. gelium nostrum, in ijs qui pereunt, est opertum, in quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei. Nemo dicat Euangelium esse obscurum, nam si obscurum est, obscurũ est filijs perditionis, qui se excæcari sinunt ab huius sæculi deo, qui est diabolus, & hoc in suæ infidelitatis pœnam, id est, quia fidem quam vero Deo debent, non seruant. Et hoc idẽ est, quòd hic his fidelibus diuinus Magister respondet: *Loquor vobis, & non creditis: sed vos nõ creditis, quia non estis ex ouibus meis.* Quis sim iam sæpiùs dixi, & miraculorum testimonio comprobaui, quæ prophetiæ de ipso Messia cecinerunt: sed quia estis filij perditionis non creditis mihi. Cùm alicuius vrbis præfectus alterum sibi succedere videt, & multorum scelerum conscius, eum sibi futurum iudicem cogitat, bis, ter, quater legit regias literas, dolet deponendum sibi esse magistratum, & alterius iudicio futurum obnoxium. Et ita
Ezech. 34 an sit calumniæ locus diligentissimè cogitat. Ita etiam isti minas illas Dei meminerant, ablaturum se esse illis pastoris officium, & alium gregi suo pastorem daturum, qui ei maiori cura & diligentia præesset. His verbis: Ecce ego ipse super pastores requirã gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, vt vltra nõ pascant gregem meum. Præterea eius æquitatem & iustitiam no-
Psal. 2. uerant, quia de eo scriptũ legerant: Reges eos in virga ferrea (quę inflecti nõ potest, vt lignea) & tanquã vas figuli confringes eos. Quid igitur faciendum erat hominibus malitia plenis? Regias Christi Redemptoris nostri literas calumnijs impugnare, eas falsas, & subreptitias appellare: non à Deo, sed à Beelzebub esse
Luc. 11. subscriptas, in Beelzebub eijcis dæmonia. Itaque potentiæ diuinæ miracula diabolicæ potentiæ tribuebant, non aliã ob causam,
quàm

8 quàm ne sua illis peccata, & scelera essent relinquẽda. Peto enim quæ causa fuit cur Hebræi postquam ex Ægypto egressi sunt tam proni ad idololatriam erant, cumque tot Dei vidissent miracula, malebant tamen idola, quàm Deum illum admirabilem. Quòd eo magis mirum videtur, quia nulla in idololatria vtilitas, aut voluptas erat, quæ eos allicere posset, & à vero Dei cultu abducere. Nam si horum aliquid fuisset, occasio videretur aliqua fuisse peccandi. Respondet Diuus Augustinus, dicens: Vitiorum amatores aliquid habere gaudent, quo sua possint vitia excusare. Nulla autem maior videtur esse excusatio, quàm si dicant, sua scelera & peccata ab ipsismet dijs, quos ipsi adorant, esse commissa: & ita gentiles cùm essent in vita & moribus perditissimi, infinitam illam Deorum multitudinem habebant, vt sua scelera *D. Augusti. libr. 2. de ciuitate Dei.*
9 Deorum exemplo, & authoritate cõfirmare possent. Et ita quietis pacisque perturbatores, Martis se tuebantur exemplo, quem belli amatorem esse dicebant. Libidini & voluptati dediti, Venerem se aiebant imitari. Gulosi & ebrij suum se habere bacchum: & ita pro diuersitate scelerum, diuersos sibi deos faciebant. Eandem ob causam Hebræi idololatriam sequi malebant, qua sua possent peccata defendere, quàm verum Deum, qui ea in sua lege seuerissimè puniebat: quamuis veritas tot esset comprobata miraculis. Et ita dicitur: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, quod postquam vitulo sacrificassent factum est. En igitur causa cur illum Deum tantopere amabant, cuius cultus erat, comedere, bibere & ludere. Eandem ob causam nolebant Pharisæi Christo Redemptori nostro fidem *Exo. 32.*
10 præstare, quamuis cælestem illam doctrinam tot viderent miraculis comprobari, ne suas auaritias, & ambitiones relinquere cogerentur. Eandem ob causam hæretici tot habuerunt suarum opinionum sectatores, quia nimirum gaudent homines præceptores inueniri, qui sua doctrina eorum cupiditatibus morem gerant, eorum vitia probent: & ita cælestem gloriam eos consequuturos dicant. Et hoc illud est, quod Christus Redemptor noster dixit: Hoc est iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: erant enim eorũ mala opera. Quibus verbis satis apertè significat, quod in malorum operum pœnam homines cùm in tenebris essent, veram lucem non cognouerant. Et ita hoc loco ait: *Sed vos non* *Ioan. 3.*

creditis,

creditis, quia non estis ex ouibus meis. Et cùm ouium suarum naturam explicaret, ait: *Oues meæ vocem meam audiunt, &c.* Duabus his rebus oues Dei dignoscuntur, obedientia, & perseuerantia. De anima iusti dicitur: Anima mea liquefacta est, vt dilectus loquutus est.
Cant. 5.
O mira exaggeratio! qua cordis (vt ita dicam) mollities ad obtemperandum, & promptitudo significatur. Vno tantum verbo liquefacta est amore, quasi ne vnum quidem dilecti sui verbum duram, & repugnantem inuenerit. Omnium rerum quas Christus Redemptor noster in hac vita profitebatur, potissima fuit obedientia, quam patri suo præstitit; & ita ait eius nomine Dauid: Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi, siue aperuisti. Quorum verborũ sensum explicant calia verba, quæ in persona Christi Iesu dicta sunt: Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: corpus meũ dedi percutientibus, & genas meas vellẽtibus. In quibus verbis aperire aurem, significat summam Christi Redemptoris nostri obedientiam. Alij verterunt: Aures perforasti mihi, pro eo quod nos legimus, perfecisti. In quo aliud latet animaduersione dignum: nam Hebręus seruus cùm septem annis seruijsset, post id tempus liber egrediebatur gratis: quòd si ita dominum suum diligeret, vt legis priuilegio vti nollet, sed libertati seruitutem præferret, extra vrbem educebatur, & aures ei subula perforabant, & ita perpetuus erat domini sui seruus. Quare vt perpetuam suam seruitutem & obedientiam Christus Redemptor noster patri suo significare vellet, ait eo loco: Aures perforasti mihi. Nec solum oues vocem Domini audiunt, quam in Euangelio dedit, sed alias etiam quas alibi dare solet. Nam vt ait Diuus Augustinus: per quã voluerit creaturam veritas loquitur. Musicus arte efficiet, vt cithara quidquid ipse voluerit, loquatur: quanto magis poterit Deus per creaturas loqui? Loqui facit cęlos & voces interdum edere misericordiæ, cùm imbres vt terrę necessitas postulat, elargitur: alias iræ, & vltionis voces, cùm aquam debitis anni temporibus denegat. Et quemadmodum ad citharæ sonum, qui adsunt, saltare solent, ita etiam cùm Deus hanc cæli citharam pulsat, & sonũ edit misericordiæ, saltant pauperes, & boni, qui anni fertilitate lætantur: cùm verò iræ & vltionis sonus est, & imbres denegantur: ac si cælum ferreum esset, tunc saltant auari: non saltamus, inquiunt. At verò saltatis, cùm temporũ intemperie gaudetis, quo pluris

Psal. 39.
Isai. 50.
Exod. 21.
D. Augu. lib. 2. ad Sim. q. 3.
simile.

14 frumentum, & vinum vendi poſsit, quamuis pauperes fame pereant. Sed accidere ſolet, vt pulſante muſico citharam, ſaltet Ruſticus, & ſe in orbē mouere incipiat. Ridet muſicus, quia inquit: Variabo ſonū, & Ruſticum videbitis hærere, vt ſtatuam. Ita etiā cæleſtis ille citharœdus, qui ad iræ ſonum dum cæli fontes tenet obcluſos, auarum ſaltare videt: mutabo (inquit) ſonum, recludam imbres & pluuias, & ſaltare neſcient. & ita irridebit te Deus, quia ad miſericordiæ ſonum hæſiſti, vt ruſticus. Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos. Cur rides ô domine? Variabo (inquit) ſonum, & ſaltare auari neſcient. Fame enecare pauperes volebant, at ego eos irridebo, & implebo eos dolore, & amaritudine. Voces etiam Dei ſunt infinita eius in nos beneficia, quibus boni meliores fiunt, ſed mali has voces nō audiunt, de qui- *Pſal. 2.*
15 bus dicitur: Proſperitas ſtultorum perdet illos. Rectè ait ſtultorum, quia belluæ, ſi bene facis, manſueſcunt, & parent: ſtultus verò homo ſuperbior fit, & arrogantior. *Prou. 21.*

Et ſequuntur me. Hic ſeruorum Dei perſeuerantia ſignificatur, non quòd iuſtus nunquam peccet. Quis enim eſt qui in hac vita non peccet? & ideò Dauid: Beatus (inquit) vir qui in via peccatorum non ſtetit. Quia optimè ſciebat nunquam peccare, potiùs eſſe beatorum, quam viatorum. Viatorum autem iuſtorum eſt, non ſtare in via peccatorum. Quod etiam ſignificare voluit idē Dauid (vt Diuus Baſilius explicat) cúm dixit: Iudica me Domine ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum innocentiam meam ſuper me. Quid ais Propheta? nonne melius dixiſſes: Iudica me ſecundum miſericordiam tuam? at hoc diuinam miſericordiā ex- *Pſal. 1.* *Pſal. 7.*
16 cludere nego: imò eam inuitat, dicens: Domine iudica me ſecundum iuſtitiam, & innocentiam hominum infirmorum, & imbecillium, qui interdū labi ſolent, ſed ſtatim ſurgunt, & inceptū virtutis iter ſequūtur. Igitur ſeruorū Dei perſeuerantia in eo conſiſtit, vt ſi ali quādo humana imbecillitate cadunt, & cæleſtem hūc paſtorē deſerunt, nec punctum quidē temporis in peccato perſiſtunt, ne ex eo malo in aliud, quod grauius ſit prolabantur. Recordare eorū verborū, quæ dixit Eccleſiaſtes: Quis nouit ſi ſpiritus filiorū Adā aſcēdat ſurſum, & ſpiritus iumentorū deſcendat deorſum? vbi per iumenta nō intelligit equos & mulos, quia horū ſpiritus morte finitur, ſed de hominibus loquitur, qui viuunt ſicut equi & muli, & ait: Quis ſcit an filij Adā, id eſt, boni & iuſti per- *Eccle. 3.*

seueraturi sint vsque ad mortẽ, vt in cœlo iustitiæ coronam accipiãt? & an mali perseueraturi sint vsque ad infernum? quid ait, ne iustus in sua iustitia confidat, nec malus de sua malitia desperet.

At quid tandem tuis ouibus, quæ te sequuntur daturus es? Ego (inquit) *vitam æternã do eis*. Benedicta sit ô mi Deus tua liberalitas & magnificentia. Cur ô fratres ad præmij huius promissionem non salit cor in istis Christianis pectoribus? De Hegesia Platonis discipulo refert Cicero: Cùm Platonis de immortalitate librum in Academia legeret, multos immortalitatis amore seipsos interfecisse, cùm ita se eam cõsequuturos crederent: ita vt iusserit Ptolemæus Hegesiæ, vt ab eius libri interpretatione desisteret. Pudeat Christianos, qui hoc de Gentilibus audiunt. Illi vnius Philosophi verbis mouebantur, qui naturæ tantum lumen sequebatur, quod ad immortalitatem, æternamq́ue vitam assequendam satis esse non potest: at quanto magis veritas ipsa nos mouere deberet, quæ eam nobis pollicetur? Si esset in hac vrbe quispiam, qui vitam venderet, quis eam non emeret, quamuis libertate ipsa sibi emenda esset? & tamen vita est mortalis, laboris dolorisq́ue plena. Deus verò vitam pollicetur æternam, nec solùm ęternam, sed beatam: & tamen hoc quicquid est laboris suscipere recusamus, vt est suauissimæ legis Euangelicæ præcepta seruare? O cæcos & plus quàm cæcos, qui hæc non intelligitis!

Sed videamus, quidnam tu ô diabole des ouibus tuis? quarum tantos habes greges, vt iam pratum, & pascuum ferè nullum superfit vacuum. Quid das illi, qui iniurias mauult vlcisci, quàm ignoscere, vt non ignoscat? quid das alienæ rei possessori, vt non restituat? quid das carnali, & luxurioso, vt in sua turpitudine perseueret? quibusnam herbis eos pascis, vt tanta stoliditate premantur? Dic Sathana quid das eis qui te sequuntur? Sed quoniam respondere non vis ne te deserant, Spiritus sanctus respondebit per
Psal. 48. Dauid: Sicut oues in inferno positæ sunt, mors depascet eos: infernus est ouile, & mors eos pascet. Non ait, occidet, sed pascet: nam vt herba, quæ pascitur statim succrescit, quia remanet radix: ita etiam damnati, quamuis eos mors depascet, semper tamen morientur, quia remanebit radix, quæ est animæ & corporis vnio post resurrectionem vniuersalem. Heu qualis est malorum finis: quare sistite, sistite, ô Christiani animas vestras, quæ ad infernum proficiscuntur. Sistite confessores, sistite prædicatores, &

huc

20 huc ad verum paſtorem Ieſum Chriſtum adducite. Siſtite paren
tes veſtros filios, ſiſtite iudices & prælati veſtros ſubditos, ſiſti-
te iuſti veſtris precibus, & lachrymis tantam animarũ multitu-
dinem, quæ præceps à diabolo agitur in æternam damnatio-
nem. O ſummam infœlicitatem, cùm id quod cæleſtis paſtor
dat ouibus ſuis, ita ab eo differat, quod diabolus dat, eſſe tamen
tam paucos, qui Ieſum Chriſtum, tam multos qui Sathanam ſe-
quantur? Verum in hac vita ó paſtor bone quid das ouibus tuis?
Non rapiet eas quiſquam de manu mea. O fidelis ſermo, & omni acce-
ptatione dignus, quod dicat Dominus tenere ſe oues ſuas in ma-
nu ſua, & ſemper habere in oculis. Duo hæc, quæ hoc loco Do-
minus ſuis ouibus pollicetur, duo ſunt bonorum genera, gratiæ,
ſcilicet, & gloriæ, quæ à ſponſa his verbis ſignificantur: Læua *Cant, 5.*
21 eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Læua
Dei ſunt bona gratiæ, & dextera bona gloriæ: amplexus autem
eſt ille, quo Deus animas amplectetur in cælo, nunquam poſtea
dimiſſurus. Bona omnia ſpiritualia, quæ Deus animæ in hac vita
largitur, ſunt quemadmodum manus, vt ſuper illam anima re-
quieſcat, & dicat cum Dauid: In pace in idipſum dormiam, & re *Pſal. 4.*
quieſcam: manus Dei eſt protectio, qua præſeruat animam à pec
catis, & quaſi manu tenet, ne cadat. Et ita (quemadmodum in
quit.) *Nemo poteſt rapere de manu patris mei oues meas*, ſi ipſæ rapi no-
lũt: ita quoq; nemo rapiet de manu mea, quia *ego & pater vnum ſu
mus.* Hoc vt intellexerũt Iudæi, quód ſe Deũ verũ eſſe dicebat: *Su
ſtulerunt lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Dixit Dñs illis: Multa bona ope-
ra oſtendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidaſtis? Re-*
22 *ſponderunt ei: De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia.* O ſum-
mam abominationem! opus tam malum diuini honoris zelo te-
gunt, dicentes: Non de bono opere, ſed de blaſphemia. Pira- *Simile.*
tæ Galli (exempli gratia) aut Turcæ cum nauem vident Hi-
ſpanam mutare ſolent vexillum Gallicum in Hiſpanicum, &
ita deceptos errore vexilli adoriuntur, & prædantur. Diabolus
magnus eſt pirata, qui per mundi huius mare, vt animas præde-
tur, excurrit. Vt nos admonet Diuus Petrus, dicens: Vigilate, *1. Petr. 5.*
quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit,
quærens quem deuoret. Vexillum Chriſti, vexillum virtutis
eſt: at vexillum diaboli vitium, ſed vt nos decipiat, Chriſti ve-
xillum, vt aſtutus pirata explicat, id eſt, virtutis quandam ſimu-

lationem, qua vos deceptos adoritur, & prædatur. Videbitis eum iræ zeli titulum apponere, vt iratus alicui eum zeli nomine persequaris. Luxuriæ misericordiæ nomen imponit, vt viduam consolando te perdas. Accidiam & segnitiem humilitatem appellat, qua te ne id præstes, quod præstare posses, deterreat? Et si prædicatoris, vel confessoris officio idoneus es, persuadet tibi, nō te esse idoneum, humilitatem vocans segnitiem, & pigritiam. Sæpe etiam furtum charitatis nomine persuadet, vt scilicet, quicquid potes fureris, & pauperibus distribuas. Meum (inquies) lucrum non est, sed pauperum eleemosyna: licet sit eleemosyna, tu nihilominus fur es, quia tuum non est illud distribuere. Quid ergo faciendum vt has diaboli fraudes euitemus? dicam. Si aliquem personatum videtis muliebri veste indutum, incessus quidē, dicitis, hominis est, vestis autem mulieris, auferte laruam ab ore, & videbitis hominem esse. Sit igitur generalis regula. Opus omne quod ex se malum est, nullus finis, nullaque conditio, aut circunstantia efficiet, vt bonum sit. Quemadmodum nihil efficere potest, vt homo ille sit mulier, quanuis in ornatu videatur. Occidere ex se malum est, nisi occidendi authoritatem habes: vt hæreses tolleres, occidisti hæreticū, qui eas docebat, putas meruisse apud Deum, cùm mortaliter peccaueris & homicida sis, quia priuatus es, neque authoritatem occidendi habes, quanquam finis bonus fuerit? Illicitam pecuniæ vsuram accipere, neque captiuos redimendi causa licet. Mentiri malū est, quare neque si posses quempiam mortis periculo liberare mentiendum est.

Ex his patet Pharisæorū malitia, qui diuini honoris zelo tegebantur inuidiam, & odium, quo Iesum Christum persequebantur. Considerate fratres quod Dominus hæc eadem dicit vobis. *Multa opera bona ostendi vobis ex patre meo, propter quod horū opus me lapidatis?* Dicite ingrati cur Deū quotidie lapidatis, an fortè quia vitam dedit? an quia suo sanguine redemit, & tandiu expectauit, vt vestrorum peccatorum vos aliquando pœniteret? & hoc fuit vobis occasio, vt deteriores essetis? quanto cum dolore Diuus Paulus aiebat: An ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit? secundū autem duritiā tuā, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Duo agere docet peccatum continuatum, & obdurat cor malitia, quæ diuties bonas inspirationes, & consilia reijcit. Quemadmodū si adamantinam

Rom. 2.

manitinam

26 mantium scutum sagitta ferias, quæ nec vulneris quidem vestigiũ relinquens, reflectitur. Præterea reddit cor impœnitẽs, quod actualiter non vult pœnitentiam facere, vt Ioannes ait: Tempus illi dedit vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere a fornicatione sua. Pudeat vos fratres charissimi, Dei benignitati non respondere: & cauete ne ad hoc deueniatis, quod D. Paulus ait. *Apoca. 2.*

Ait Dominus: *Multa bona opera, &c.* Antequam illi dicerent, quòd eum de blasphemia lapidabant, probat his verbis eorum in iustitiam. Nemo qui blasphemus sit suam doctrinam poterit confirmare miraculis: ego (ait Dominus) meam tot miraculis comprobaui, sequitur ergo, me blasphemum non esse. Verùm incapaces erant cæci efficacissimi huius argumenti. Alia ratio: *Nonne scriptũ est in lege vestra, quia ego dixi dij estis? Si illos scilicet, iustos dixit scri-* *Psal. 81.*
27 *ptura deos, &c. Quẽ pater sanctificauit & misit in mundũ, vos dicitis, quia blasphemo quia dixi filius Dei sum?* Tres sunt huius loci expositiones. Prima est Diui Augustini, qui ait, sanctificare esse eum generare, quia genitus est, sanctus est. Non enim potest esse filius Dei naturalis, nisi sit tam sanctus vt pater. Vna est enim bonitas patris, & filij, & Spiritus sancti. Diuus Hilarius ait: quod pater sanctificauit illã humanitatẽ. Quasi diceret, cùm huic humanitati Deus tantam tribuerit sanctitatẽ, qua homo sum, quomodo dicitis me esse blasphemum, cùm me filium Dei appello etiam vt hominẽ, quandoquidem homines, qui tam sancti non erant, appellat Scriptura deos. Theophylactus sanctificationem in sua propria significatione accipit, & ait: *Sanctificauit*, id est, ille quem pater voluit esse mundi sacrificium in cruce pro hominibus oblatum, *D. Augu.* *D. Hilari⁹* *Theophyl.*
28 æquius est, vt filius Deus vocari posit, quàm illi propter quos oblatus est. Ex quibus verbis magnam debent homines consolationem accipere, scientes posse se eò deuenire vt dij posint appellari. Nam vt ait Diuus Augustinus: Factus est Deus homo, vt homo fieret Deus, quia antequam Deus fieret homo tam facilè homines non poterãt fieri dij, vt modò possunt. Artes quædã sunt, quas non possumus perfectè discere, nisi antea discamus alias: vt pictor & aurifex delineandi artem calleat, priùs necesse est. Et scriptor esse non potest, qui legere nescit: ita etiam vt dij simus antea, vt homines esse sciamus, oportet. Quare Deus, homo factus est, vt homines nos esse doceret. Et ita verus ille homo Iesus Christus est veluti forma ad quam nos formare debemus, *Augusti.* *Simile.*

Matth. 11. vt veri perfectiq; homines simus. Et ita dixit: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, quasi diceret, discite à me homines esse. Si quis iniuriam sibi illatam vlciscitur dicere de eo solent, ille viriliter se gessit. Mentiuntur, imò fecit illud vt bestia, quæ si eam pungis calcibus te vulnerat, & suos affectus, nō rationem sequitur. Huc igitur fratres mei oculos in diuinum hunc hominē conuertite, eius vita vestram formate, rationi semper, non appetitui, obtemperantes: & ita eò tandem deuenietis, vt dij possitis appellari. Hebræi sua lingua Deum vocant (ethan) quod fortem significat, quia omnipotens est. Græci (theos) vocant, quasi currēs: quia Deus vbique est, & omnia implet sua illa infinita essen-
Iacob. 1. tia. Romani Deum vocant à do, das, quia omne datum optimum de sursum est. Vt igitur nos quoque dij simus, eum debemus imitari in fortitudine, & fortes esse in bono perseuerantes, in velocitate per omnes virtutes diligenter excurrendo, & proximo in necessitatibus accurrendo, in liberalitate pauperibus eleemosynas largè distribuendo, & ita dij erimus, non per essentiam, sed per participationem diuinæ gratiæ, qua gloria acquiritur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

¶ Feria. VI. post Dominicam in Passione.

Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium aduersus Iesum, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Ioannis. 11.

VNum ex precipuis, in quibus iusti à peccatoribus differunt illud est, quòd iusti tam ex bono, quàm ex malo bonum colligunt: mali verò tam ex bono, quàm ex malo, malum. Iustus proximi sui virtute incitatur magis ad virtutē. Et hoc illis verbis spō-
Cant. 6. sa significauit: Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab, vbi septuaginta interpretantur ex Hebræo. Posuit me currus Aminadab. Nomen autem Aminadab non est nomē proprium viri alicuius, sed ponuntur à Salomone eo loco duo nomina Hebræa, vt duas res præstantissimas significaret: currus, scilicet equorum, & Aminadab, quod princeps significat.

2 ficat. Ait gitur: anima mea, id est, desiderium meum posuitme sicut currus, & princeps, id est, desiderium meum cucurrit ad exemplum magnorum, & perfectorum virorum. Quòd si mala videt, ex illis etiam colligit bonum, & si quem ludere videt, confunditur, & se vt pigrum reprehendens, ille (inquit) ludens decẽ horas in eodem loco hæret immobilis: ego verò vix vna tantum hora orare possum? Amans vilis creaturæ amore tot labores suscipit: alius se vlciscendi gratia tot adit pericula, mihi vero quicquid Dei amore faciendum est, difficile, & laboriosum videtur? Mulier tres diei horas dum se comit, & ornat consumit, vt hominibus placeat: ego verò nec vnam tantum, totius hebdomadæ horam in animæ meæ ornatu consumam, vt Deo placeam? Et ita proximi sui mala stimuli sunt, & incitamenta, vt in virtutis cursu
3 currat alacriùs. Et ita Baruch refert Hieremiam cùm in Babylonia seruirent Hebræi, monuisse illos, vt idola à gentilibus adorari videntes, eo magis ad veri Dei cultum incitarentur his verbis: Visa itaque turba de retrô, & ab antè, adorantes, dicite in cordibus vestris: te oportet adorari Domine. Et ideò Diuus Paulus dixit: Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Peccatores verò è contra tam ex malo, quàm ex bono, colligunt malum. Si peccare aliquem vident, nihil mirum est (inquiunt) si & ipse pecco, vt ille, cum homo sim infirmus, & ex carne, vt ille. Si vidẽt à peccatis abstinere, & virtutibus operam dare statim inflãtur inuidia. Odor, qui ex vinearum floribus emanat cerebro gratus est, & vtilis, rubetæ verò venenosæ, (quæ suauem illum odorem ferre non potest,) noxius est: ita est virtutis, & san-
4 ctitatis odor, vt ait Diuus Paulus: Christi bonus odor sumus Deo in ijs, qui salui sunt, & in ijs qui pereunt. Alij quidem odor mortis in mortem, alij autem odor vitæ in vitam. Christi (ait) bonus odor sumus Deo, quia qui Christi virtutes imitantur olent quodammodo vt ille, & Christi odor appellantur: qui quidem Deo, id est, patri gratissimus est, quia in hac virtutum operatione renouantur aliquo modo opera Iesu Christi, vt homo est, quæ tã grata diuinæ maiestati fuerunt.

Baruch.6. *Rom.8.* *Simile.* *2. Cor.2.*

Hæc omnia apertissimè in hodierno Euãgelio patent. Opera enim & miracula Christi Redẽptoris nostri prædestinatos quidẽ ad conuersionem inuitabant: deprauati autem Pontifices & Pharisæi ex ijs occasionem sumunt, vt peruersiores fiant, & mortem

illi maiori odio machinentur. Nicodemus, ſcimus (inquit) quia
Ioan.3. à Deo veniſti magiſter, vnde id Nicodeme colligis? Quia nemo
poteſt facerè ſigna, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Hi verò: *Quid facimus* (inquiunt) *quia hic homo multa ſigna facit.* En vnde
bonus colligit cęlum, malus inde colligit infernum. Res profectò
digna lachrymis. Quòd cùm omnes Chriſtiani ſimus, & Diuum
1.Cor.7. Paulū audiamus dicentē: Tempus breue eſt, alij inde vitæ ſuæ
emendationem colligunt, & cum Diuo Paulo dicunt: Reliquum
eſt, vt qui habent vxores tanquam non habentes ſint, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: alij verò dicunt, comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.

Cùm igitur tot ſigna viderent, collegerunt concilium aduerſus Ieſum. Liberet nos Deus à tali concilio. Sāctus Propheta Dauid ait: Quoniam miſericordia tua aute oculos meos eſt, & com-
Pſal.25. placui in veritate tua: non ſedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo, odiui Eccleſiam malignantium, &
cum impijs non ſedebo. A quatuor cōcilijs cauere ſe (ait) eò quòd
Dei beneficia ſemper haberet in oculis. A cōcilio vanitatis, quod
Regum & Principum ſolet eſſe concilium: qui ſuperbiæ ſuæ, &
pompæ proximorum iniurijs, & ſubditorum pecunia obſequuntur. Et hoc eſt Chriſtum Ieſum crucifigere, vt Diuus Paulus affir-
1.Cor.8. mat, dicens: Sic enim peccantes in fratres, & percutiētes conſciētiam infirmam, in Chriſtum peccatis. Audiant potentes quid di-
Iob.36. cat Iob: Deus potentes non abijcit, cùm & ipſe ſit potens, ſed nō
ſaluat impios, Eſt autem ratio, quia ſimilitudo naturalis eſt cauſa
amoris: quare cùm Deus ſit potēs & diues, nulla eſt cauſa cur potentes, & diuites odiſſe debeat. Nam ſi opes, & potentia, dignæ
eſſent odio, in Deum omnino nō caderent: & ideò eſt cur Deus
illos amare debeat, quia in hoc ſimiles illi ſunt. Verùm addit ſtatim: ſed non ſaluat impios, quare ſi vt in potentia magni ſunt, ita
etiam in virtute eſſent, & pietate, gratiſsimi Deo eſſent. Quòd ſi
tyranni, & crudeles ſunt, odit illos Deus, & ſeueriſsimè punit.
Num.22. Cùm Balaam fuſte cæderet aſinam ſuā, aperuit Dn̄s os aſinæ, &
locuta eſt, quid fecit ibi? cur percutis me? nonne animal tuū ſum,
cui ſemper ſedere conſueuiſti? mira profectò res quæ nunquam
accidiſſe legitur: vt aſina loqueretur. Vt, ſcilicet, reprehenderet
hoc facto Dominus, & prophetæ illius ignorantiam, & eorum
ſæuitiam, qui ſubditos ſuos malè tractant, quia ſi ſæuitia eſt ſæ-
uire

8 uire in beſtias (quas Deus nobis dedit, vt nobis ſeruirent: & ideò iuſsit, vt in die Sabbathi, non ſolum homo ſed bos, & aſinus, quie ſcerent dicens: nec bos, nec aſinus neque iumentum tuum faciet quicquam operis) quantò maior ſæuitia erit, & inhumanitas ſęui re in homines, acſi eſſent beſtiæ. Hos igitur Deus reprehẽdit per hanc aſinam dicentem: quid feci tibi? nonnè animal tuum ſuum? ſubditorum hæ ſunt querelæ, nonnè ſubditus tuus ſum? plus præ ſtare non poſſum cur me affligis? ò ſcelus, ò malitia, vt veſtræ ſuperbiæ, & vanitatis cauſa iniuria proximos veſtros velitis afficere. Hanc ob cauſam Dauid, non ſedi (inquit) cum concilio vanitatis. *Deut.5.*

Alterum concilium iniquitatis eſt, quod eſt auaritiæ conciliũ, in quod mercatores conueniunt. Iuſtitiæ miniſtri, aduocati, nota
9 rij, medici, & huiuſmodi homines. Vocatur autem iniquitatis, quia totum facit iniquum auaritia. Iniquam facit iuſtitiã, & ideò vbi nos legimus. Virgam vigilantem ego video, alij legunt virgã conſtantem: quo ſignificatur quemadmodum Dei iuſtitia mune ribus flecti non poteſt, ita etiam humanam nullo lucro flecti debe re. Quare cùm de iuſto ageret Dauid, ait de eo. Et munera ſuper innocentem nõ accepit, id eſt, qui muneribus corruptus non peruertit iudicium, & iudicat contra innocẽtem. Neque ſolum iuſtitiam iniquam facit, ſed quamcunque aliam rem. Et qui in hoc cõ cilium conuenerũt propter quatuor minuta Ieſum Chriſtum cru cifixerunt. Cùm tribus Dan furari vellet idolum Michæ, & eius ſacerdos aſſentiri nollet dixerunt ei. Pone digitum tuum ſuper os tuum, veniq́ue nobiſcum, vt habeamus te patrem ſacerdotem *Hiere.1.* *Iud.18.*
10 q́ue. Quid tibi melius eſt, vt ſis ſacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu, & familia Iſrael? Quod cùm audiſſet acquieuit ſermonibus eorum. En vt lucri ſpe tradidit illis deum quanuis falſum. Quot ſunt, qui lucro, & vtilitate propoſitis tradunt, & offendunt Deum non falſum ſed verum: & ideo ait Dauid, & cum iniqua ge rentibus non introibo.

Tertiũ conciliũ, malignitatis eſt, in quod maledicti, cõueniunt, & murmuratores conueniunt ad incudẽ fabri, & eam alternis icti bus aſsidue tundẽtes ferrũ quanuis durũ extẽdunt, ſed tã nigri indè exeũt, quã carbo eſt: ita detractores iſti ad proximi incudem ideſt modũ & rationẽ viuendi conueniũt, & eã linguarũ ictibus tũdentes eiuſq; infamiã, vt fabri ferrũ extendunt: illi verò tam ni *Pſalm.25.* *Simile.*

 gras

grasreferunt indè animas, vt fabri corpora. O lingua pessimũ detractorum instrumentum, meritò te Spiritus sanctus in sacra scri-
Psalm. 13. ptura nunc venenum, non quodcunque, sed aspidum appellauit:
Iob. 9. interdum saggitam, Sagitta vulnerans lingua eorum. Quia vt sa-
Iacob. 3. gitta à longè vulnerat, ita etiam lingua absentem vulnerat. Ignẽ etiam vocat, & inflammari (ait) à gehenna. Quin etiam ipsa gehennæ flamma deteriorem esse quodammodò dicũt aliqui, quia illa malos tantum, hæc verò, & malos, & bonos permixtim vrit,
Prouer. 6. & nulli parcit, & ideò Spiritus sanctus, vt ab hoc concilio maximè caueamus monet, dicens: cum detractoribus nè misciearis, quoniam repentè veniet perditio eorum, & ruinam vtriusque quis nouit? id est, detrahentis & audientis ò quàm sunt verba ista timenda: quis vitium non oderit, quod ita Deus singulari supplicio punit? Ex quo nulla neque voluptas, neque dignitas, neque vtilitas consequitur, quæ solent homini esse ad malum incitamẽta. Hanc igitur fortasse ob causam dixit Dauid, odiui ecclesiam malignantium, quo verbo in alijs concilijs vsus nõ est. Quasi hoc particulari odio dignum sit: meritò vocat malignantes, quia sola malitia eos ad maledicendum mouet.

Quartum concilium est impietatis concilium, in quod omnes illi conueniunt, qui causa sunt vt alij mali sint. O crudelitatis genus horribile, non solum Deum offendis, & animam tuam occidis, sed vt alij quoque offendant studes, & ita eos sæuissimè occidis. Siquis esset qui Ecclesiæ Toletanæ templum vel aliud quid-
Simile. piam Christianæ reipublicæ templum insigne admotis facibus vellet incendere, nõne crudelem & impium esse diceretis? Ita est profectò, at non est anima maioris æstimationis & pretij, quàm sint omnia totius orbis ædificia? Tu veró infœlix, qui alicui persuades vt peccet, existima te eius animæ ignes admouere, vt ardeat. Maior igitur est tua impietas & crudelitas. Quàm seuerè reprehẽ-
Act. 13. dit D. Paulus aliorum peruersorem dicens: ò plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas? Attendite quæ illi imponit nomina, vt intelligatis, quid mereantur huiusmodi homines, qui cæteros impiè deprauant. In hoc igitur impietatis concilio nolle se, ait, se-
Psalm. 1. dere propheta: & eos appellauit beatos, qui in eo non sedent, dicens: Beatus vir, qui in cathedra pestilentiæ non sedit. Pestilentię cathedraticus est, qui alios peccare docet. Quę enim pestis tan

per-

14 perniciosa, & quę faciliùs inficiat, vt est peccatũ? Hoc itaq; cõci-
liũ, de quo sacrũ Euangeliũ agit, ex his quatuor cõflatum fuit, ex
vanitate, & iniquitate, quandoquidẽ ambitionis, & auaritiæ cau-
sa mortẽ vitæ auctori machinabantur. Ex malignitate, quia Dñi *Luc.11.*
miracula Beelzebub dæmoniorum principi adscribebant. Ex im
pietate, quia peruerterunt plebem vt Barabam peteret Romano *Ioan.1.*
rũq; metu deterrendo Pilatum eum ad necem agni immaculati
Iesu Christi impulerũt. Cauete obsecro vos fratres charissimi per
viscera domini nostri, omni cura, & diligẽtia ab his omnibus cõci
lijs, cũ in illis tot peccatorum generibus diuina maiestas offenda
tur. Cùm Dathã & Abirõ, & eorũ socij cõciliũ contra Moysen & *Num.16.*
Aarõ congregassent, per quos Deus loquebatur, incõsueta morte
perierunt, quia dirupta est terra sub pedibus eorũ, & aperiens os
15 suũ deuorauit illos, descẽderuntq; viui in infernum operti humo,
quod mirũ fuit, & post hominum memoriam inauditũ, vt intelli
gatis quã graue peccatũ sit congregare cõcilia cõtra iustos. Quod
si petat quis quonã modo eò deuenerunt Pharisæi, vt scelus tam
horribile, & omniũ quæ sunt, quæque fuere maximũ committe
re auderent? dico, hoc in pœnam suorũ peccatorũ fuisse. Pro quo
notandũ est Deũ maxime profiteri amicorũ suorũ esse amicissi-
mũ. Cũ in Ægyptũ misit Moysen Deus, interrogauit ab eo Moy *Exod.3.*
ses, si dixerunt mihi, quod est nomen eius, (scilicet qui misit te,)
quid dicam eis? Dixit Dominus ad Moysem. Ego sum qui sum.
Hæc dices filijs Israel, qui est misit me ad vos. Et iterũ dixit Do-
minus ad Moysem. Hæc dices filijs Israel, Dominus Deus patrũ
vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me
16 ad vos. Benedictus sis Deus meus in sæcula, qui cũ essentiæ nomi
ne amicorũ quoque nomina coniungis; & idẽ omnino facis esse
Deũ, & esse amicũ amicorũ. Cũ igitur tãtũ amet amicos suos, ami
cis suis illatas iniurias, vt suas punit seuerissimè. Cuius rei Ieza- *3.Reg.19*
bel præbet exemplũ, & Dathan, & Abirõ, quorũ paulo ante mẽ *Num.16.*
tionẽ fecimus, omnium vero suppliciorũ, quibus id punire solet
illud videtur esse maximum, de quo Dauid. Et qui oderunt iustũ *Psal.33.*
delinquent. Qui oderunt iustum nonne deliquerunt iam? Cur er
go ait, delinquent? quia Deus in eorum peccati pœnã permittet
eos incidere in alia grauiora, & ita ex vno in aliud paulatim pro
labentes ad cordis duritiem deueniunt. Hinc minæ illæ Dei ter-
ribiles toties iteratæ, Super tribus sceleribus Damasci, & super *Amos.1.*

qua-

quatuor non conuertam eum. Quę verba repetit de Gaza, de Tyro, de Edom, & de Moab, quibus omnibus eandem minatur pœnam, eandem ob causam, idest, ob malam peccandi consuetudinem: qua gentes illæ ita in malo obduruerant, vt nullum peccandi finem facerent. Sed dignum animaduersione est, non dixisse Prophetam super tribus sceleribus Damasci, & super quarto, sed super tribus & super quatuor. Tria scelera, & quatuor efficiunt septem: qui quidem numerus apud Hebræos copiosam multitudinem significat: & ideò ait Dominus, nolle se illis ignoscere. Non conuertam (inquit) ijs, qui cordis obstinatione se vitijs tradunt, & Dei voces contemnunt, quibus ad pænitentiam vocantur ablaturum se esse auxilium illud efficax, quo se conuertere debuissent. Ex quibus verbis infert Diuus Augustinus esse quasdam peccatorum periodos, & terminos, quò mala deueniunt, in quibus deserit Deus & destituit hominē, quē toties vocauerat, & expectauerat, aut certe vita priuat. Quis autem terminus hic sit, Deus nouit: & ita idem Sanctus ait. Nos multorum exempla proferre possumus, quibus probare sufficimus sceleratos & impios homines peccatorum suorū fine completo, & hoc tempore iam iudicari, & pręsentem eis vitā non minus, quàm futuram eripi. Idē sentit Adrianus, & Caietanus. Quæ cùm ita sint, quid scis, ò infœlix peccator, quem Deus quadragesimas expectauit, & tot interioribus, & exterioribus vocationibus ad pœnitentiam inuitauit? quid scis an proximus iam sis huic termino, an hæc vltima sit quadragesima, in qua constituit Deus te expectare, postea vero aut te vita priuet, aut in cordis cæcitate destituat? Ideo rogo vos fratres mei per salutē vestrā per Iesu Christi sanguinē, tanto amore pro vobis effusum, vt misereamini vestri, illius præcepti memores. Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat, & offendant pedes vestri ad montes caliginosos. Hæc cæcitas, & duritíes, de qua superius egimus vocantur hic ab Hieremia Montes caliginosi, ad quos offenderunt infœlices Iudæi qui iustorum iustum odio habere cœperunt, & qui oderunt iustum delinquent: & ita paulatim ad hanc cæcitatem deuenerunt.

D. Aug. de vita Christ. c. 3. & 4.

Adria. in 4. de pœnit. q. 1.

Cai. tentacu lo. 8. q. 3.

Hier. 13.

Dicebant igitur, *Quid facimus, &c. venient Romani, & tollent locū nostrum.* O ambitio & superbia, ecquid non facies, ne imperium nobis auferant, moriatur iustus. Deus nos liberet vt audeat quis vestrum maiestatem suam offendere euitandi alicuius mali gratia.

20 tia, aut boni alicuius acquirēdi causa: nam quod homines, vt se ho norent accipiunt, Deus illud accipit vt eos confundat. Arreptis Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis suis imposuerūt ignem, & incensum desuper offerentes coram Domino, egressusque ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino, quod isti fecerant, vt se honorarent mutatum est illis in mortem & confusionem. Illud enim omne quod iniuste, & cum Dei iniuria conse qui vis vt honorem tibi acquiras in ignem mutabitur & in damnum. Ieroboam etiam vitulos quosdam aureos fecisse, & illis ad idololatriā incitauit populū, vt se in regni possessione confirmaret, ex quo non solum regni, sed familiæ filiorumque suorū euersio consequuta est. *Leu.* 10. *3. Reg.* 12.

Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine cùm esset Pontifex anni illius. &c. Apposuit Sanctus Euangelista nomen, & dignitatem, & pecca-
21 tum huius infœlicis, vt intelligatis in libris Dei scripta esse nomina peccatorum, & scelera, & conditiones ipsorum. Cùm narraret sacra scriptura Iudæ proditionem, quot circunstantias apposuit attendite, homo (inquit) pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Viuant homines, vt voluerint, fures, homicidę, adulteri sint quicquid agūt, in libro Dei scriptum inuenient, & omnes quæ ad id concurrunt, circunstantias, vt earum exactissima ratio reddatur. Pontifex hic maiori fuit Iudæis detrimento quàm tyrannorum vllus qui bellū ipsis postea intulerūt, quia inde omnia mala orta sunt, Rogate fratres Deum, vt qui præsunt sanctæ sint integræq; vitæ, quia ex *Psal.* 40.
22 eorum malitia & virtute bona, malaue omnia solent emanare. Tēpus quoddam laudabatur, in quo Hierusalem habitabatur in omni pace, & leges optimè custodiebātur, & id omne propter Oniæ Pontificis dispositionem, & pietatem, quam etiam in causa fuisse ait, vt & ipsi Reges, & Principes locum summo honore dignum ducerent, & tēplum maximis muneribus illustrarent, vt videatis quanti Reipublicæ, referat, vt qui præsunt boni sint. *2. Mac.* 3.

Expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat. Et hoc ait Euangelista, Spiritus sancti fuisse sententiam. Et ita Diuus Thomas declarat ea verba sancti Petri. Christus pro nobis mortuus est, id est loco nostri. Nos enim debitores eramus mortis, & ipse vice omnium, mortuus est, & absoluit nos à morte. Vt si quis deberet decē millia aureorum, & soluēdo nō esset, alius vero *Thom.* *1. Pet.* 1.

prò

pro eo solueret liberaretur. Idem significat Diuus Paulus, cũ ait, 23
Hebr. 2. Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. In veteri lege diuersa fiebãt sacrificia pro peccatis, hoc modo. Pro minimo peccato sacrificabant passerem, pro maiori, columbam, pro maiori, arietem; pro maiori vaccam. Præterea hominis necem occisoris nece vlciscebantur. Quod cùm ita sit, quæ mors sufficeret pro tantorũ hominum redemptione, quos primus ille parens Adam occidit, (qui vt notat Sanctus Bernardus, Nos, antequam nos generaret occidit) nisi mors preciosissima Christi Dei filij, qui etiam, vt homo est: maioris est pretij, quam omnes homines simul? Tantum est vnius animæ precium, vt Iudæ proditoris animam quæ in inferno est, plus valere dicat Beatus Augustinus, quam cælum, terram, & omnia elementa. Sancti igitur anima cuiusnam rei valore emi poterit? Nulla profecto res inueniri potest sufficiens. At animæ omnes quas Deus creauerat, & creabit, quo pretio redimi poterant? nullo nisi sanguine pretiosissimo agni innocentissimi
1. Pet. 1. Iesu Christi, vt Diuus Petrus affirmat. Scientes quod non corru-
D. Bernar. ptibilibus auro, vel argento redempti estis: sed precioso sanguine, quasi agni immaculati Christi. Hanc igitur ob causam conueniebat, vt vnus moreretur pro populo: quo sacrificio plus solutũ est, quàm humana natura debebat. Et ita intelligetis ea verba
Rom. 5. Diui Pauli. Non sicut delictum ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abũdauit. Quomodo hoc verum est, si credimus, quòd Adę peccatum omnes cõtaminauit, & contaminabit in posterum, quotquot erunt vsque ad consummationem sæculi? gratia verò Iesu Christi paucos iustificabit, si cum illis conferantur? Ad id respondeo, quòd sicut Adam pro se suisque posteris immortalitatem accepit, ita & pro se suisque posteris amisit. Quòd si postea aliqui essent homines, qui ex Adæ stirpe non essent, vt creare Deus posset, si vellet, peccatum originale non contraherent, neque eius peccati pœna punirentur, quæ Adæ tantum posteris debetur. Gratiæ vero effectus, & Iesu Christi donum quamuis innumerabiles homines essent, qui ex Adæ stirpe non descenderent, pro omnibus sufficeret: ergo gratia posset iustificare quod peccatum non potuit contaminare. Et ita semper Diuus Paulus arguit quod abũdauit in plures, non quòd actu plures iustificentur per Iesum Christum, sed quòd gratia eius sufficiens

26 ficiens est ad omnes iustificandos. Et est maxime notandũ quòd cùm idem Beatus Apostolus paulò post inferret, dicens, Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, multò magis abundantiã gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes in vita regnabũt per vnum Iesum Christum, apposuit hoc verbum, accipientes, vt significaret donum, & gratiam Iesu Christi, accipi debere, vt prodesse posśint. Nam alioquin nihil proderunt, nisi in re vel in voto diuinis sacramentis vtamur, per quæ ad nos deriuantur. Vtinam fratres charissimi dicendi efficaciam haberem, vt exaggerare hic vobis possem filiorum Adę negligentiam quæ ex his Diui Pauli verbis colligi potest, ex illis enim patet si gratia Dei, & spirituali bus donis pleni non estis: id esse quia accipere nolumus. Si tẽpora lia bona sic possemus accipere, vt spiritualia, quisnã inueniretur
27 pauper? diuitias vero ęternas, & incorruptibiles tanta nos negligẽ tia pigritiaque cõtẽnere, quę nã maior infœlicitas esse potest? Tẽ dite, tẽ dite, fratres desiderij vestri manus, præparate vestrorũ cor dium vasa, & lachrymis, orationibus, & diuinorum sacramẽtorũ frequentatione Christi saluatoris nostri meritorum thesauros ex cipite, vt gratiæ diuites facti, ea tandem cælestem æternamq; glo riam consequamini, Amen.

Dominica in Ramis Palmarũ.

Cùm appropinquasset Iesus Hierosolymis. &c.

Matthæi. 21.

1 IN Hodierno Euangelio, in quo gloriosissimus Iesu Christi filij Dei, & hominis triumphus refertur: cùm vrbem Hierusalem ingrederetur: primum animaduersione dignum videtur, quod cùm mitteret Dominus duos discipulos, vt asinam & pullum adducerent, dixit eis. *Si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet.* Quæ verba tantæ virtutis & efficaciæ fuerunt vt nemo eos impedire ausus sit: vt in die cœnæ cum mitteret discipulos suos vt pararent pascha, ite (inquit) in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, Magister dicit, tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis, & fecerunt discipuli sicut con *Matt. 26.*

stituit

ſtituit illis Ieſus: & parauerunt paſcha. Quibus nam verbis hoc fratres dicendum, & exaggerandum eſſet, vt illis qui Chriſtum redemptorem noſtrum vix nouerant ſat eſſet dicere, *Dominus his opus habet*. Chriſtianis vero qui eum agnoſcunt vt Dominum à quo tot beneficia acceperunt, & in poſterum expectant, idem ſatis non ſit. Magna profecto impudentia nullis vos Domini pauperumq́ue ſuorum neceſsitatibus accurrere, aut ſi accurritis, ſero & inuitos accurrere. Cibo, potu, & veſtibus opus habet, & in pauperum infirmitatibus curari vult, vos vero priùs ſoleæ veſtrę neceſsitati accurritis. Quid dico veſtræ? De equi ſoleis prius, & decanum veſtrorum fame cogitatis. Quod eò magis mirum videri debet, quia ſi quid à vobis petit, petit vt plura reddere teneatur. Affirmat hoc ſacra ſcriptura, quę mentiri non poteſt. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis. Poſtea vero: qui accepit (inquit) mutuum ſeruus eſt fœnerantis. Si ergo Deus mutuū accipit, quod pauperi in eleemoſynam datur, ex ipſa ſcriptura colligitur fieri (ſi dici poteſt) captiuum & ſeruum eorum, qui miſericordes ſunt. Quid igitur pluris faciendum eſt, quàm ipſum Deum habere ſeruum (ſi ita dici pie poteſt?) Benedictus ſit talis Deus, & beati qui tantam ſibi dignitatem acquirere ſciunt. Poſthac igitur fratres cū ad ianuā videbitis pauperes cogitate nūtios eſſe Dei, qui clamant. *Dominus his opus habet*. Olim homines nobiles alebant domi plurimos honeſto loco natos, & virtute præditos, nō qđ eorū opera vterentur: ſed vt eorum paupertati & neceſsitati ſuccurrerent. Cùm igitur Maiordomus cuidā Archiepiſcopo diceret plures eum habere domi, quam neceſsitas poſtularet, iuſsit Archiepiſcopus vt vtrorumq́ue nomina tam eorum, qui neceſſarij, quàm eorum qui inutiles viderentur ſeparatim ſcriberet. Quæ cum legeret Archiepiſcopus, hos (inquit) dicis eſſe neceſſarios, illos vero inutiles: alantur igitur hi, quia horum indigeo, illi vero, quia mei indigent. In quo oſtendit quàm reprehendēdi ſint illi qui in eorū familia eos tantum eſſe volunt quorum opera indigent. Tunc enim nulla illis habenda gratia eſt.

Quæro cur non iuſsit Dominus equum ſibi adduci, ſed aſinam animal viliſsimum? vt nimirum doceret nos illam, quam in omni vita, amauit humilitatem. Præterea vt ſignificaret, in terra ſolere Deum ſupra aſinos ſedere, (ſi ita dici poteſt.) Soletis enim ſimplices fraudis inimicos, ſynceritatis, & veritatis amicos, ſine dolo:

Prou. 19.

Prou. 22.

5 dolo, & fallacia, aſinos appellare, at hi ſunt ſupra quos Deus ſua diuina gratia ſedere ſolet. Et ita aiebat Dauid, Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecũ. Quibuſnam verbis clarius id dici poterat, quàm vt cum Deo ſemper ſimus, conuenire plurimum, vt nos efficiamus tãquam iumenta? Oblongas habet aures iumentum, vt audiat, & patientiã ſummã, vt labores toleret, quæ omnia conueniunt iuſto, patientia, ſcilicet, & obediẽtia. Non eſt veluti equus hinniens, ſuperbus ſaltibus incedens, qui ideo peccatorem ſignificat audacia, & ſuperbia plenum. *Pſal.72.*

Notandum autem eſt humile hoc animal vtile fuiſſe populo Iſrael viuum & mortuum, mortuum quidem: nam Samſon huius populi Dux, cùm eum hoſtes improuiſo eſſent adorti, & inermis eſſet, maxillam aſini, quæ ibi iacebat arripiens ea mille homines interfecit, & cum poſt victoriam ſitiret Samſon, en (dixit)
6 ſiti morior, & aperuit Dominus molarem dentem in maxilla aſini, & egreſſæ ſunt ex eo aquæ, quibus hauſtis reforcillauit ſpiritum, & vires recepit. Fuit etiam hoc animal vtile populo Iſrael viuum. Quia cum Propheta Balaam ad maledicẽdum ei iam proficiſceretur: aſina ſupra quam ſedebat ei loquuta eſt. Et, tunc aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum ſtantem in via euaginato gladio, & ita benedixit populo. Tales igitur ſunt ſerui Dei, vtiles viui & mortui, peccatores porco ſimiles ſunt, qui dũ viuunt rodunt, mordent, & fœdant omnia, & detrimento ſunt, vtilitatis certe ſunt nullæ. Quippe qui nec lanam dant, vt oues, neque ad vehendum apti ſunt, vt equi & muli, neque ad arãdum, vt boues, neque ad cuſtodiam domus vt canes, mortui vero vtiles ſunt. Ita etiam peccatores in vita nullius ſunt vtilitatis, ſed damni, furando, perſequendo, inſultando, & ſe in carnis, & libidinis cœno fœdiſsimè volutando. Poſt mortem ſolent eſſe aliquando vtiles, quia exemplum ſolent eſſe alijs, quo deterriti incipiunt ad bonum. Præterea, quia eorum opibus ſolet interdum in quam neceſsitati ſuccurri. Boni exẽplo pijſq; operibus in vita prodſunt, & poſt mortem ſuis apud Deum interceſsionibus, vt noſtrorum affectuum victoriam conſequamur. *Iudi.15* *Num.22*

Notandum præterea eſt, quòd quanuis in hoc triumpho aliud ab alijs ageretur, ait enim, *Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autem cædebant ramos de arboribus.* Tamen illud vnum agebant omnes, *Turbæ quæ præcedebant, & ſequebantur clamabant,*

dicentes, Osanna &c. Et hoc agebant à Spiritu sancto moti. In quo docemur, quod quamuis prout diuersi sunt hominũ status, diuersa quoque debent esse exercitia. In eo tamen omnes conuenire æquum est, vt scilicet, omnes laudent, & glorificent Deum. Et illud in hac vita præstare incipiamus quod in æterna vita præstaturi sumus in secula. Dauid ait, cum de beatis loqueretur. Exultationes Dei in gutture eorum. Et in Hebræo, & in Græco habetur, exaltationes. Et ita vertit Fœlix. Sed idem omnino est, nam dum sancti exaltant, & laudant Deum exultant, & lætantur infinitis illis Dei perfectionibus, quas laudant. Quod, & nobis faciendum est, vt glorificantes & laudantes Deum, ex illis Dei perfectionibus, quas laudamus maiorem lætitiam voluptatemque capiamus, quàm si nos ipsi eas haberemus? Et ideo notare quod Diuus Augustinus ait super Psalmum illum qui incipit. Exaltabo te Deus meus Rex, ne in laudando Deum erremus tutius esse esse sacræ scripturæ stylum sequi. Et ita (inquit) quia dignatus est Deus laudare se: ideo inuenit homo queadmodum laudet eum. Nec enim hoc potest dici de eo, quod dictum est homini. Non te laudet os tuum: quia vt homo se laudet arrogantia est: vt autem Deus se laudet misericordia est. Nam quia Deus prophetas inspirauit: vt eum laudarent, sequitur Deum laudare seipsum per Prophetas, vt doceret nos, quomodo eum laudare debemus. Et ideo res est laudabilis, vt qui Latine scitis diuinum officium magno cum spiritu & deuotione recitare assuescatis, quod ex Psalmis, & alijs diuinæ scripturæ canticis, & laudibus compositum est. Qui vero imperitiores sunt, ordinarijs Ecclesiæ sanctæ orationibus cõtenti sint, conscientiæ mentisque puritate eas recitantes.

Psal. 149. — * — *Fœlix.* — *August. super psal. 144* — *Prou. 27.*

Considerate etiam hoc loco fratres mei, vt pueri cum audirent parentes suos Deum laudantes, ipsi etiam cœperunt laudes Deo ijsdem vocibus eodemque affectu decantare dicentes. *Osanna filio David.* In quo apparet quantum patrum exemplum proficiat, vt filij seruiant Deo: tunc potissimum, cum tenera ætate sunt, & vna cum morum vitæque exemplo, verbis salutaris illis doctrina traditur. Cùm figulus vas in rota factum habet recẽs adhuc, & molle, facile tenui filo secare potest: quòd si siccum iam sit frangitur, prius quã ab ea secari possit: puer est veluti vas quoddã recens in rota positum malæ inclinationis, qui ex vtero matris egreditur, & nisi remedium adhibeatur circumagitur, & ad infernum vsque rota-

Simile.

irrotatur. De hac rota dixit Dauid. Ecce enim in iniquitatibus con ceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea, Sed quæres for san quare cum vnum sit tantum originale peccatum, in quo homo concipitur (ait Propheta) In iniquitatibus, & in peccatis se fuisse conceptum? Respondeo vnum quidem esse peccatum, sed pœnas, quas eius causa patitur esse multas, & has eo loco ini quitates, & peccata appellat simul cum originali. Ex hac igitur rota puer adhuc tener, & mollis facile secari potest: sed si eum in sua illa praua inclinatione sinitis obdurescere, vitam facilius illi erit eripere. Quare rogo vos fratres Dei nomine, vt vestris filijs virtutis præbeatis exemplum: non solum doctrina, & verbis, sed minis. Et si hoc satis non est, quid vobis dicat Spiritus sanctus attendite. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde la tera eius, dum infans est, ne forte induret, & nõ credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Sed quæro, ò Christe summa patris sapientia, cur recipis laudes, & honorem ab ijs, quos nosti te esse intra paucos dies sæuissime interfecturos? si non nosses mirum non esset. Ex hoc Dei bonitatem, & clementiam colligere possumus. Reci pere hominum pectora non solent eorũ officia, quos proditores sibi fore sciunt. Diuinæ autem bonitatis hoc proprium est, cũ nos ad eum conuertimur ita recipere, acsi perpetuò essemus perseueraturi, in amicitiã nos admittit, & seruitutis nostrę officia accipit, ac si futuri esset ignarus. O ineffabilem Dei bonitatem, ò magnã filiorum huius sęculi peruersitatem, quàm duri sunt ad creatorem suum imitandum. Nonnè videtur fratres hoc lachrymis dignum esse, homines in inferni ignes damnatos ob iniurias non acceptas? Sunt enim, qui dicunt quisquis me lęserit, dabit pœnas, & hi quã uis nullum aliud habeant peccatum, propter hoc solum diabolo tradentur puniendi, nisi prauæ suæ voluntatis pœnitentiam ege rint. Nolite fratres stulti esse, & sine causa damnari, imitamini Iesum Christum, qui iniurias quoque acceptas quanam ratione ex cuset potius, & minuat cogitat, quàm quomodo augeat & ampli ficet. Grauissimum illud Iudæ peccatum à Propheta Dauid præ uisum, quàm graue esset his verbis ostendit Spiritus sanctus. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationẽ, Magnificauit (inquit) fuit enim maximum scelus, & nefanda proditio agnus tamen ille mansuetissimus Iesus Christus, cùm de ea ageret, sic ait. Qui manducat mecum panem, leuauit contr.

Eccles. 30.

Psalm. 40.

Ioa. 13.

me calcaneum suum. Non ait, magnificauit, non ait, pede me læsit: sed leuauit contra me pedem suum. Videtisnè vt rem minuit? idem, & vobis faciendum est. Et quæ vobis fiunt iniuriæ excusandæ potius, quã augendæ, cogitandumq; non fuisse malitiose illatas, ne ira excitetur in animo, sed ad veniã inclinetur alacrius.

Præterea dignum quoque animaduersione videtur: quod hic ipse Dominus, qui hodierna die Hierusalem triumphans, & gloriosus ingreditur, intra paucos dies ingressus est iterum vinctus vt latro, maximis iniurijs, opprobrijsque affectus. In quo humanæ gloriæ leuitatem, & inconstantiam videre est, & quanti nobis facienda sit. Præparauit Dominus hederam, & ascendit super caput Ionæ, & lætatus est Ionas super hedera lætitia magna. Itarum principia sunt virentia, & florida, tu vero lętus. Lætatus est Ionas lætitia magna, (sed ait ibi) quod parauit Deus vermem, & percussit hederã, & exaruit. Æstuare cœpit Ionas, & petiuit animæ suæ vt moreretur: ita etiam & vobis nascitur vermis, permittit Deus aliquod infortunium euenire, & euertit omnia: vos vero tristes æstuatis, vt Ionas. Vt intelligatis nihil esse in hac vita veri & solidi: & omni cura, & studio ametis cælestia, quæ vera & ęterna sunt bona. Iubebat lex vt paschalem agnum, qui immolaturi erant, quatuor dies ante pascha tolleret vnusquisque in domum suam. Si duæ vnà sint citharæ, eodem tono intentæ ac temperatæ ad vnius tactum: altera per se ipsa respondet propter illam vocũ similitudinem ac consensionem. Ita etiam quia vetus & nouum testamentum eodem spiritu scripta in eodem quasi tono consentiunt, si vnius chordas tangis, statim respondet alterum, statim ac figuram in veteri vides, veritas in nouo occurrit, quæ per se ipsa quodam modo loqui videtur: vt in hoc loco agni figuræ, respondet hæc veritas, quod immaculatus agnus Christus Dei filius pro peccatis nostris immolandus, quatuor dies antequam immolaretur Hierusalem ingressus est, vt is, qui se sponte morti obtulit. Triumphans autem ingredi voluit, vt lætitiam qua moriebatur ostenderet. Benedicant tibi Domine Angeli cæli, & terræ iusti, ob tantum ac tam singulare in nos collatum beneficium.

Ioan.4. *Exo.12.* *Simile.*

Ait Sanctus Matthæus, quòd in hoc Domini ingressu adimpletum est, quod Propheta Zacharias ante prædixerat, dicens. *Dicite filiæ Sion, ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis.* Rex iste est Iesus Christus Redemptor noster

Zach.a.9.

17 noſter, de quo D. Ioannes ait, Et veſtitus erat veſte aſperſa ſan- *Apoc.19.*
guine, & vocabatur nomen eius verbum Dei, & habet in veſtimē
to, & in fœmore ſuo ſcriptum, Rex regum, & Dominus dominā-
tium. Pluris tamen ab eo fit Regem ſe eſſe iuſtorum, quam Regē
Regum. Iuſtorum (inquam) qui regere & moderari ſciūt affectus
animi & appetitus diuinæ legis præceptis. Et ita Archangelus *Luc.1.*
Gabriel de his Regibus mētionem fecit, dicens. Sacratiſsimæ vir
gini Mariæ, & regnabit in domo Iacob in æternum. Res enim vi
detur admiratione digna, cur non dixit, regnabit in domo Abra-
ham, cùm vocaretur Abrahā pater fidei: nec dixit in domo Iſaac
in quo factæ ſunt promiſsiones. Ratio autem ea eſt, quia in domo
Abraham vnus fuit electus, ideſt, Iſaac, alter vero quem fere om
nes communiter credunt fuiſſe reprobatum, ideſt, Iſmael. In do-
18 mo vero Iſaac electus Iacob, Eſau reprobatus, in domo Iacob nul *Gen.49.*
lus dicitur fuiſſe reprobatus, ſed omnes patriarchæ fuerunt, & be
nedicti à patre. Et ideo nullam Archangelus mentionem facit de
Abraham, & de Iſaac: ſed de Iacob quia in æterno Ieſu Chriſti *Matt.25.*
regno omnes benedicti futuri ſunt illis Regis Chriſti vocibus ad
miſsi. Venite benedicti patris mei, percipite regnum.

Reprobatorum vero nulli eo ingredi licebit. De hoc diuino Re *Eſai.32.*
ge dixerat Iſaias. Ecce in iuſtitia regnabit Rex, & Principes in iu
dicio prçerunt: & erit vir ſicut qui abſconditur à vento, & celat ſe
à tempeſtate. Sicut riui aquarum in ſiti, & vmbra petræ prominē
tis in terra deſerta, vbi de hoc Rege, & eius miniſtris loquitur ad
literam, ideſt, eius diſcipulis, qui prçfuerunt in iuſtitia, & iudicio:
quæ duo nomina iudicium, & iuſtitia ſæpè in ſacra ſcriptura inue
19 nies, in prophetis præſertim, & pſalmis, & nunc de Deo nunc de
hominibus dici ſolent: ſed quemadmodum Dei natura ab huma
na plurimum differt, ita etiā hæc duo nomina, aliud in Deo, aliud
in hominibus ſignificant, quamuis eorum vna ſit ſemper & eadē
definitio. Cùm de Deo dicuntur conſolationis noſtræ fontes, &
ſpei fundamentū ſignificant. Cùm de hominibus dicuntur id om
ne quod quiſque præſtare debet, comprehendunt. Quapropter
plurimum referre videtur horum nominum vim intelligere, qui-
bus quicquid ſperamus, & quicquid debem⁹ breuiter cōtinetur.
Iudicium itaq; ſignificare dico claram, certamq; earum rerū om-
nium cognitionem: quas pro ſtatus vniuſcuiuſq; diuerſitate præ
ſtare tenemur, Iuſtitiam vero promptitudinē quandam in volun

tate ad id præſtandũ quod iuſtũ bonũq; eſſe intelligit. Itaq; vna ut
ſemper ſint iudiciũ, & iuſtitia neceſſe eſt. Nã quodcũq; illorũ deſi
ciat rerũ ordo turbabitur. De iudicio, & cognitione Dei nihil eſt
cur agamus cũ infinita ſit, & ex ea omnis creaturarũ cognitio naſcitur. Iuſtitiæ verò nomẽ in Deo nõ ſignificat ſemper ſuppliciũ,
quo malos punire ſolet, ſed iuſtitiã quã in ſe ipſo facit, miſericordias, & beneficia cõferendo, eaque omnia præſtando, quæ in ſa-
Iſai. 11. cra ſcriptura promiſit. Cũ conſolaretur homines Eſaias Ieſu Chriſti filij ſui aduentus certitudine, omnia quæ dixerat reſumens his
verbis breuiter includit: iudicabit in iuſtitia pauperes. Nõ ea iuſtitia qua vnicuique tribuit quod ei debetur. Hæc enim metus potius, & timoris cauſa eſſet, quàm conſolationis populo tam malo, & male de Deo tot ſcelerum genere merito. Sed iudicabit in
iuſtitia, ea, ſcilicet, iuſtitia per quam re præſtando, quod verbis
promiſit, miſericordia, & clementia vtitur pœnitentibus toties
promiſſa. Et ita paulo poſt quàm vocauit iuſtitiam, fidem appellat, quæ eſt dictorum promiſſorumque conſtantia. Erit, inquit,
iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renũ eius,
ideſt, fidem nunquam dimittet, ſed ſemper ſecum habebit, vt cin-
Pſalm. 88. gulũ: promiſſorũ veritas ſemper eius lateri hærebit. Dauid quoque, ſceptrum, coronam, & thronum regium Ieſu Chriſti in terris duobus his nominibus comprehendit dicẽs, firmetur dextera
tua, & exaltetur manus tua, iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis
tuæ. Optat vt Chriſti Dei filij imperium in terris perpetuũ ſit, &
ſimile. maius ſemper fiat, iuſtitia & iudicio. Quia qui fœlicem, beatamque rempublicã deſcribere ſolent, vna ex rebus præcipuis, quas
illi optare ſolent, ea eſt, vt regi pareat, qui regni neceſsitatum cognitionem habeat, & ad opem ferendam paratus ſit. Nam quod
præterea requiri poſſet, vt vires prætereà haberet, & quòd requirit iuſtitia præſtare poſſet tolerabilius eſſet non potuiſſe principem ſubditorum neceſsitatibus opẽ ferre, quàm noluiſſe, aut eas
ignoraſſe. Et ideo cum tot ac tãta de Dei potentia dicenda eſſent,
de iudicio tantum & iuſtitia loquutus eſt Dauid. Tribuũtur præ-
Pſalm. 118. terea in ſacra ſcriptura hęc duo nomina hominibus, vt patet. Feci
iudicium & iuſtitiam. Et profecto omnibus conuenit hæc duo
præſtare, vt ſuo quiſquam fungatur officio. Quemadmodum ſuperius in horum nominũ diffinitione diximus. Et quamuis peccata, quæ ex voluntatis malitia naſcuntur nolentis ea exequi,

quæ

23 quæ iusta & bona esse intelligit, maiora sint, quã ea, quæ ex igno rantia proficiscuntur, tamen hæc ignorantiæ peccata maioris detrimẽti sunt, in publicis præsertim personis, quibus difficile per suaderi potest multa eos ignorare. Ideo Diuus Augustinus, Igno rantia (inquit) iudicis sæpe fit calamitas innocentis. Huc facit lo- Augu. lib. 9 de ciui. Dei.
cus ille Leuitici animaduersione dignus, vbi cùm ageret Moyses de sacrificiorum diuersitate quæ pro peccatorum, & personarum diuersitate facienda erant, ait iussisse Deum, vt si Sacerdos (qui tunc regis instar erat) per ignorantiam peccasset, idem sacrificium ijsdemque cæremonijs fieret, ac cum vniuersus populus per ignorantiam peccauerat: vt significaret tam graue esse quodammodo ignorãtiæ peccatum in vnius Sacerdotis & Regis per sona, ac si vniuersa respublica peccaret, cum publicarum calami Leui. 4.
24 tatum causa esse soleat. Posteà quam Esaias eo in loco, quem nũc explicamus de sapientia, iudicio, & iustitia loquutus esset cælestis huius Regis: addit aduersus tempestates, & ventos futurũ pro pugnaculum. Et erit (inquit) vir sicut qui absconditur à vento: & tempestate, sitientibus vero, & æstuantibus tanquam aquæ riuũ futurum, & opportunã aliquam vmbrã in sterili, desertoq; loco sicut riui aquarum in siti, & vmbra petræ prominentis in terra deserta. O quot ac quanta in sacra scriptura de hoc Rege dicuntur. Quando enim hoc nomẽ Regis in ea absolute inuenitur, de Christo redẽptore nostro intelligendũ est, Ille enim vere & pleno ore Rex dici potest, cæteri omnes Reguli sunt? de eo intelligitur illud Regum. Et dabit imperiũ Regi suo: & illud, ego cõstitutus sum 1. Reg. 2
Rex ab eo: & illud. In virtute tua lætabitur Rex: & illud, concupi Psal. 2.
25 scet Rex decorẽ tuũ, & filiæ Sion exultent in Rege suo. O diuine Psal. 92.
Rex, beatos illos, qui se diuinæ tuæ voluntati subijciunt, horum Psal. 44.
enim tu verus protector es, & custos. Et ita vbi nos legimus, noli timere Abrahã, ego protector tuus sum. In Hebræo est, ego scutũ tuũ sum. Et ideo humanã hanc carnẽ assumpsit, vt in se ictus reciperet, & pœnas, quas culpæ nostræ merebantur: nos vero æternis supplicijs liberaremur.

Ait præterea, *Ecce rex tuus.* O beatissimum & suaue verbum, in quo cælestis illa, & diuina donatio declaratur, quam Deus hominibus fecit: sed quomodo ait ò homo tuum esse Regem? nõnè Angelorum quoque Rex est? Causam hoc exemplo dicam. Papa omnium Christianorum, & orbis vniuersi Prælatus est, sed

si accidit Florentinum esse, aut Neapolitanum, aut Venetum, dicere solent Florentini, aut Neapolitani, aut Veneti, noster est Papa, quia eorum ciuis est, & ex eo loco ducit originem: ita etiam quamuis Christus Dei filius Angelorum Rex est & hominum, tamen præcipua quadam ratione noster Rex esse dicitur, quia ex carne est, vt nos sumus, & nostram naturam assumpsit. Qua de re
Hebr.2. gloriabatur Diuus Paulus, dicens. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. O magnam iustorum dignitatem, qui vt suum habent, & possident tam ineffabile bonum. De peccatori-
Iob.21. bus ait Iob. Veruntamen, quia non sunt in manu eorum bona sua consilium impiorum longè sit à me, idest, absit à me malorum vitæ institutum. Et ratio, quia bona sua in manu eorum nō sunt, idest, quamuis bonis abundent in hac vita, nihil est cur illis inuidendum sit, quia ea quæ possident bona in potestate eorum non sunt, & ijs indigni sunt, & ipsamet vita quam viuunt. Quare merito ijs priuari possunt, & priuabuntur cum id minus cogitabunt. Et è contra explicat Diuus Paulus ius, quod iusti habent in
1.Cor.3. omnibus. Omnia inquit vestra sunt, siuè Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura: omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei, idest, si Christus Dei est, vos autem Christi: ergo Christus vester est: si vester est, omnia vestra sunt, quia omnia Christi sunt, & Christi sunt, quia Dei sunt. O anima mea dic ergo Domino, ò redemptor meus omnia nostra sunt in te, & propter te. Et vere dicere ille nobis potest, quod ait Apostolus, Omnia vestra sunt, quia pater meus etiam vester est, & mater mea, vestra mater est: ego quoque frater vester primogenitus, vestra est mea & hæreditas. Omnia, scilicet Dei patris bona, caro mea etiam vester cibus est, & sanguis meus potus: vestra est mea humanitas, vestra mea diuinitas, vestri mei Angeli vt vos illuminent, & defendant, vestri mei Apostoli, vt vos doceant, vestra est terra, vt militetis in vita, vestrum cælum, vt quiescatis post mortem, vestri sunt ipsi dæmones vt vos exerceant in virtute, vestra tādem vita est & mors, omnia vestra sunt vt ex omnibus fructū percipiatis: O beatos iustos, qui quoniam se diuino huic Regi subijciunt, Rex eorū est, & cū eo omnia quæcunq; sunt. Vos vero fratres quid dicitis? Quid vestris istis Christianis animis cogitatis? dignitatem ne ad quam amici Dei ascendunt? Eia igitur per charitatē obsecro vos, qua

29 qua cælestis hic Rex venit, vt eiusdem charitatis ignibus incensi eum in corda vestra recipiatis, quandoquidē de eo dicitur, nō solum quod est Rex tuus, sed quod venit tibi? Multa sunt, quę quā uis vestra sunt, vobis tamen non sunt, quia nō sunt in vtilitatem vestram. Absalonis crines eius erant, sed non illi, quia eis se tanquam fune suspendit: pulchritudo illius erat; sed non illi cum suę dānationis causa fuerit. O quot sunt qui pulchritudinem, opes, & dignitates habent, quæ omnia illis non sunt, quia illis stimuli quidam sunt, quibus incitati ruūt velocius ad interitum. Et ideò, Hic Rex est tuus, & *venit tibi*: non sibi, nec in suam vtilitatem, sed tuam: addit, *Mansuetus*. Et ideò aiebat sponsa: Guttur illius suauissimum, totus desiderabilis. O homines quem habetis Regem? (ait sponsa) quid ait Ecclesia Catholica? nullum esse in eius ore *2. Reg. 18.* *Cant. 5.*
30 verbum, quod mellitum, quod dulce non sit, totus est suauis, nihil habet amari meus sponsus. Nonne suauissimum guttur videtur diuini huius sponsi & Regis, qui ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos? Nonne suauissimū eius guttur videtur, (qui ait) Ego sum panis viuus, si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum? Nonne suauissimum eius guttur videtur, qui ait: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Mansuetum igitur nunc recipiamus, ne eum postea metuamus iratū. Nunc descendit de cælo, sicut pluuia in vellus, & sicut imber super gramina, vt animæ nostræ reuirescerent, & vberes darent fructus. Et ideò sine strepitu venit, & sine pompa. Cauete cùm non vt ros veniet, sed vt grando quę vineas, tectaque verberet, & frangat. Audite vt nos terribili illo aduentu deterreat. Ego ero eis *Matt. 11.* *Ioan. 6.* *Ioan. 7.* *Psalm. 71.* *Osea. 13.*
31 quasi leæna, occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum. O immutabilis Deus, sed quantum tamen differt, qui nunc venit mitis, & mansuetus sedens super asinā, ab eo quando veniet in sede maiestatis suę? & ideo fratres iterum atque iterum obsecro vos vniuscuiusque pedibus obuolutus, vt cælestis huius Regis suauitate & mansuetudine abuti nolitis, sed peccatorum vestrorum pœnitentiam agentes, eius vos obedientiæ subijciatis, vt eius diuina gratia iustificati gloria postea perfruamini,

Amen.

Feria Quinta in Cœna Domini.

Ante festum Paschæ sciens Iesus quia venit hora. &c. Ioannis.13.

Isai.12. SAnctus Propheta Isaias, cũ prędicatores Euãgelicos monere vellet, quidnã præstare debeant, ait, Notas facite in populis adinuentiones eius. Duo sunt præcipua in operibus, quę Deus remedij nostri causa operatus est. Vnũ est ipsummet opus admirabile: alterũ verò inuentio, & modus, quo id operatur, quod non minoris æstimari debet, quàm ipsum opus. *Simile.* Si Rex, vt suũ in te amorem ostenderet, vas tibi aliquod aureũ donaret, summo artificio suismet manibus elaboratũ, duo illi deberes, aurum, & artificiũ: quia sæpe accidit, vt vas aliquod decem aureorũ ponderis, viginti propter artis præstantiam vendatur. Quare magni quidem faciendum est ipsum redemptionis beneficium, magnum enim opus fuit: sed modus quo nos redemit non minoris æstimari debet. Quod, scilicet, voluerit in stabulo nasci, in cruce mori: admirabilis fuit redimendi ratio, quam si diceremus pluris etiam æstimari debere quàm redemptionem ipsam absolute, nulla esset exaggeratio, sed ipsa veritas: cũ in ea plusquam in ipsa redemptione sui erga nos amoris magnitudinem ostenderit, licet redemptio, & redimendi modus ex eadem charitate processerint. Ideo aiebat Isaias. Notas facite in populis adinuentiones eius. Et si hoc semper nos præstare æquũ est, hodierna die præstari æquius est, quæ dies vere dici potest adinuentionum Dei. Tot ac tanta diuini amoris opera in hac die fiunt, vt dicere vere possimus hanc diẽ diluuiũ esse quoddam amoris Dei inuentionũ. Nam quẽad modum in aquarum diluuio (ait Scriptura) rupti sunt omnes fontes *Gene.7.* abyssi, & cataractæ cæli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram, vbi cataractæ cæli apertæ sunt, significat hominum opinione, cæli viscera aperta esse: ita hodierna die omnes diuini amoris fontes aperti sunt. Scidit (vt ita dicam) Deus pectus suũ & charitatis suæ viscera patefecit, quæ antea peccatum obcluserat: & facta est pluuia super terram. Amoris scilicet pluuia, magna inter vtranque differentia est. Prior enim illa pluuia mundum euertit. Hęc redimit: illa mortem attulit, hęc vitam largitur: illa aquę,

hæc

4 hæc ignis pluuia est. Illius frigore mundus obriguit; huius calore
exarsit. Quia dixerat summa veritas, ignem veni mittere in terrã, *Luc. 12.*
& quid volo nisi vt accendatur? De hoc diluuio possunt ea verba
intelligi: Dominus diluuium inhabitare facit, & sedebit Domi- *Psalm. 28*
nus rex in æternũ, id est, Dominus faciet vt diluuiũ duret, & diu
moretur in terra. Nam priùs illud diluuium fuit breue, aliud (in-
quit) Dauid faciet Dominus, quod duraturum est, & hoc est be-
neficiorũ, & amoris diluuium. Et sedebit Dominus Rex in æter-
num, id est, Deus tot in homines beneficia conferendo eorũ sibi
voluntates alliciet, & eorum Rex fiet vt ei pareant in æternum.
Illud etiam hodie dici posset adimpleri, quod dixit idem Dauid: *Psalm. 21*
Sicut aqua effusus sum, dispersa sunt omnia ossa mea, id est, visce
ra mea, factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio
5 ventris mei. O admirabilia verba, quæ incomprehensibilem Dei
liberalitatem ostendunt. Totum me diffudi vt aquam, totum me
tradidi, nihil iam in me reliquum est, quod meum sit, ineffabilis
amoris igni liquefactum est cor meum tanquam cera. Accidit *Simile.*
Christo Redemptori nostro, quod militibus accidere solet, qui
vrbis alicuius mœnia scalis ingressi, vrbem huc illuc per diuersas
partes discurrentes incendunt: at cùm peracto opere exire iam cu
piunt septos se flammis animaduertunt, & cum ipsa vrbe pariter
exurũtur. Ita etiam Dominus ignem venit mittere in terram, &
cùm illud optaret vnum, vt arderent omnia, tantam huic rei ope
ram dedit, vt eodem, & ille amoris igne exustus, & occisus sit. O
filij Adæ cur non hæc audientes amore vos quoque liquescitis?
indicium hoc est maximum corda vestra non è cera esse, sed mar
6 more. Iam verò explicemus diuinas has inuentiones.

Ait sanctum Euangeliũ: *Ante diem festum Paschæ.* At vide ob-
secro sanctissime Euangelista quid dicas? quem vocas diem fe-
stum? dies festus dicitur cum à labore cessantes omnes homines
quiescunt, & otio læti perfruuntur: at diem in qua Dei filius occi
ditur, dies in qua sol obscuratur, & petræ scinduntur, & omnis
creatura mœret, hunc tu diem festum appellas? ita profectò dies
festus est, quandoquidem hac die redemptus est mundus, placa-
tus est pater, cælum apertum, & pax facta inter cælum, & terrã.
Dic ò peccator si pro te mori Deum, vt te à peccati culpa libera
ret dies est festus, si tu in peccato persistis nonne quantum ex
te est ex festo die non festum facis? Mortuorum cadauera ex
sepulchris

sepulchris excitantur, peccatorum animæ mortuæ in peccatis ia[cent]? Vbinam lachrymarum fructus, quas in hoc ieiunio pro suis filijs fudit pia mater Ecclesia, dicēs: Da nobis ieiunij effectum salutarem. Vbi pœnitentiæ, & quadragesimæ fructus? Dei nomi-
Psalm. 125. ne eos à vobis repeto, vbi sunt? Nonne dixit Dauid: Euntes ibāt, & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cū exultatione portantes manipulos suos? Seminauit iam Ecclesia sancto ministrorum, & prædicatorum suorum sudore, & lachrymis, vbi ergo manipuli cum exultatione collecti? Vbi vestrarum animarū fructus? O homines Sathanæ filij, qui sanguinem ipsum Iesu Christi, insufficientiæ, & impotentiæ (si ita loqui licet) vestris sceleribus coarguere videmini, quasi vos eo lauare nequiuerit, & ipsius amorem quasi vos ad amandum allicere non potuerit, & omnia eius opera tanquam inutilia, & infructuosa. Pudeat vos post tot accepta beneficia in eodē statu persistere: & quæ sequuntur diligenter attendite, sunt enim vestræ saluti vtilissima.

Sciens quia venit hora eius. Multas vitæ suæ horas habuit in hoc mundo Christus Redemptor noster, quas meritò suas appellare
Matt. 17. potuisset. Horam habuit in qua facta est facies eius sicut sol, horā
Marc. 1. habuit, in qua cælestis Pater diuinitatis suæ testimonium è cælo
& Luc. 3. dedit. Horam habuit in qua homines eum sibi Regem creare vo-
Ioan. 6. luerunt, & verum esse Prophetam confessi sunt, quem Deus mūdo promiserat: & tamē istarum horarum nullam appellauit suā, sed hanc tantum in qua erat pro hominibus passurus, in qua suū
Gene. 2. amorem, & charitatem ostensurus erat, hāc appellat suam. Cùm Deus vniuersam hāc mundi molem creasset, die septima requieuit, ab vniuerso opere, quod fecerat: & quia erat quietis suæ dies, sanctificauit illam, & benedixit ei; non tamen appellauit diem suam. O mirabile mysterium, antequam Deus fieret homo quietis suæ diē celebrauit, posteaquā verò homo factus est, laboris doloris[q;] diem in quo tot, ac tāta pro hominibus passus est, hunc celebrare voluit, hunc suum appellauit. O Christe verus hominum amator ecce hic dies optatis votis[q;] tuis finē imponet. Iam propè est paschæ illius dies, quem vna cum discipulis celebrare tantopere optabas. Attendite, quo affectu cum iā accubuisset illa ver-
Luc. 22. ba dixerit. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscū antequam patiar. Quibus in verbis duo Dominus significauit, vnum est quod vult diuina Maiestas sua beneficia plurimum à

nobis

in nobis desideraui. Et ita dixit: Beati qui esuriunt, & sitiunt iusti- *Matth.5.*
tiam. Et quia hominum desideria talia esse non poterunt, vt tan-
tis beneficijs digna sint, quę hodie conferuntur: ideò dixit Domi
nus, ego illa pro vobis desideraui, & ita ait: Desiderio desideraui.
Quemadmodũ pro discipulis suis gratias egit, quas ab ipsis Deus *Luc.10.*
requirebat: quando cùm piscatores essent aiebant, dęmonia sub-
ijciuntur nobis, & quia illi pares tanto beneficio gratias referre
non possent: eorum vicem clementissimus Iesus accepit, dicens:
Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ. Ita etiam hoc loco de
siderij nostrij defectum suppleuit. Sumus tam viles, & pusillani-
mi, vt nesciat voluntas optare nisi terrena, & caduca, vt Hebræi *Exod.6.*
quorum varia desideria admirationem pariunt, nunc optabant *Exod.17.*
panẽ, nunc aquam, nunc coturnices, nunc pepones. Tot fuerunt *Exod.16.*
11 denique desideria, vt ea necessè fuerit illorum morte finire, & ita *Num.11.*
magna eos plaga percussit. Vnde vocatus est ille locus, sepul- *Num.11.*
chra concupiscentiæ, id est, hîc istorum hominum desideria iacẽt, *Psalm.111.*
& illi simul, vt dixit Dauid: Desideriũ peccatorum peribit. Quia
nimirum permittit sæpe Deus vt quod optant, non consequan-
tur, & antè quàm voti compotes fiãt vita priuat. Et ita ait Diuus
Paulus, quòd vetus homo, id est filius Adam, in quo viuit & re- *Ephes.4.*
gnat peccatum, corrũpitur secundum desideria erroris, id est, per
momenta cõsumi ob stulta sua desideria, & eorũ euentus expe-
ctatione macerari, & ijsdem desiderijs vti Deum tanquam carni
fice ad eos torquendos. Vocat autem hæc desideria, desideria erro
ris, qui loquendi modus sacræ Scripturæ familiaris est, vt ver-
bum veritatis, verbum verum. Ita desiderium erroris, id est, desi-
12 derium errans, desideriũ quod à virtutis scopo, & Dei lege errat.
Quamuis permittit interdum Deus, vt mala desideria finem sor-
tiantur, vt illis maiori sint damno. Vt Diuus Paulus ait: propter *Rom.1.*
quod tradet illos Deus in desideria cordis eorum, id est, in tot pec
catorum pœnam, quæ ibi retulerat, permisit Deus vt quod opta
bant, fieret. At hæc pœna ne appellari potest, quod optabãt, eue-
nire? Hic nè carcer est? hæc vincula? id illi volũt fieri quod optãt.
O infœlices illos quos Deus sic punit grauissimo hoc supplicij
genere. Hoc sentiebat Dauid qui ait: Dimisit eos secundum desi *Psalm.80.*
deria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis, quot excogi-
tant quotidie vt Deum offendant? ibunt, quò autem eant non di-
cit, quia neque ipsi hoc sciunt, qui malitia cæci ambulant. Cauete
fratres

fratres ne huc deueniatis, curate diligenter, vt voluntates vestræ id tantum optent, quod bonum, & sanctum est. Mementote id plurimum referre, vt Dei beneficia facilius cõsequamur: ea prius plurimum desiderare. Et hoc docet Christus Redemptor noster, his verbis: Desiderio desideraui, &c.

Simile. Significatur etiam his verbis quantopere desideraret Christus pro nobis mori. Et ideó mortis horam suspirabat, quia vitæ nostræ hora futura erat. *Sciens quia venit hora eius.* Erat Christus Redemptor noster tanquam horologium ex arena quod duas habet ampullas, superiorem vnam, alterã inferiorem: horę initio arena tota est in superiori ampulla, mox paulatim à superiori in inferiorẽ ita delabitur, vt ea exhausta hora peracta sit. Ampullę in Christo fuit anima, & corpus, initium horæ fuit conceptio, in qua anima quæ ampulla superior est, plena erat arena, tristitia, & mœrore; quia in eodẽ illo creationis momento & vnionis cũ verbo diuino, præuidit in eo id omne, quod passurus erat, & illud recepit vt suũ. Omniũ pręterea peccatorũ cogitationẽ habuit, propter quæ summo dolore affectus est. Cùm verò in natiuitate sua incepit hora, ex superiori ampulla ad inferiorem cœpit arena delabi, quia statim anima illa sanctissima dolores suos cũ corpore communicauit, & cœpit corpus frigus, famem, sitim, & alia tormentorum genera pati, durauit hora quamdiu vita durauit, in qua perpetuò ex anima ob illum amorem, quo Deum hominesque amabat in corpus tristitia mœrorque manauit. Et quia vltimo illo momento, cùm expirauit in cruce animæ dolores omnes exhauriri debebant, sacrum verò corpus crucifixum, laceratum, & mortuum erat in cruce remansurum, ideò ait, venit hora eius. Horam appellat passionis suæ tempus. Ea est enim diuini amoris vis vt rerum nomina immutet: quia vt res quoque ipsæ diuersæ amantibus videantur facit. Et ita dolores, & mortẽ non his appellat nominibus, sed alijs. Hæc appellauit baptismum, dicens: Baptismo habeo baptizari. (hoc est, *vuos vaños me esperã*) & quomodo coarctor vsq; dum perficiatur? quasi expectatione torqueretur. Alibi calicẽ appellauit, vt cùm Petro dixit: Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Nemo vnquam sitiens aquam frigidã tanta cum voluptate bibit, quanta Christus Redẽptor noster passionis suæ calicem hausit. O quæ quantaque fuit amoris sitis! quàm vehemens pro nobis moriendi desiderium, quo fiebat vt

Luc. 12. Ioan. 18.

maxima

16 maxima quæque minima viderentur. Ita ea verba intelligo quæ in cruce dixit, Consummatū est. Non ignoro præcipuū illorum sensum esse affirmatiuū perfecisse redemptionis opus quantum in se erat affirmans. Sed permittite quæso me interrogatiue sic legere. Consummatum est? Ac si diceret, peractum ne est? quasi tam breuem doloris fuisse cursum miraretur. Et ita hæc verba lego. Quia quamuis Dominus affirmatiue pronuntiauit (vt diximus) ea tamen anima, & mēte interrogatiue etiam dicebat: quia totum illud passionis tempus breuissimum illi visum est. Itaque quemadmodum amor effecit, vt mortis nomen mutaret, & baptismum, & calicem appellaret: ita etiam facit vt longissimum tempus horam hoc loco appellet, & horam suam, quia sui amoris erat hora. Ad hunc perfectionis gradum amici Dei deueniunt,
17 vt cum militia sit vita hominis super terram, tribulationes tamen, & afflictiones suauissimæ eis videantur. Quapropter cum sponsam laudaret sponsus, ait, Pulchra es amica mea, suauis, & decora, vt Hierusalem. Sed vbi nos legimus, suauis, in Hebræo est, Thirsa, quod est nomen proprium vrbis. Noster vero interpres posuit nominis significationem, sed vere nomen est proprium. Erat enim Thirsa vrbs regia tribus Ephraim à fertilitate, & suauitate sic appellata eò quòd locus esset amœnissimus. Thirsa enim idem est, quod suauis, quare comparat Spiritus sanctus iustum duabus his vrbibus, Thirsæ & Hierusalem, quæ pacis visionem significat, vt pacem suauitatemque iustorum ostenderet, quamuis magnis premantur infortunijs. Vtinam fratres eam virtutis haberemus præstantiam, vt pro Christo pati gaude-
18 remus. Diuus Bernardus super Cātica explicās ea sponsæ verba: Nigra sum, sed formosa, quæ inuidis æmulisque suis dicebat qui eam nigram appellabat, tantum (inquit) abest, vt eam suæ pudeat nigredinis, vt potius de ea gloriaretur. Per nigredinem verò intelligit sanctus, tribulationes, quas anima Dei amore patitur, & ita ait, Pulchra sponsa conuertit ad gloriam quod sibi ab æmulis retorquetur, nō modo formosam, sed nigrā se gloriaris. Nō enim erubescit nigredinē, quā nouit præcessisse in sponso, cui similari quanta gloria est? grata ignominia crucis ei est. Obsecro igitur vos fratres per hunc clementissimum Dominum, vt quandoquidem ille vestra causa crucem tantopere amauit, & mortis horam tanti fecit vt suā appellarit, vosquoque horam in qua aliquid erit eius

Iob. 7
Canti. 6
Thirsa.
D. Bernardus super Canti. 1.

eius causa ferendum, vestram, & non alienam existimetis.

Sciens quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Ait hoc loco Diuus Augustinus, quòd dilexit eos in finem, idest, vt daret se eis qui est vltimus finis. Hic est finis quo nostræ sagittæ, idest, opera cogitationesque nostræ dirigi debent. *In finem dilexit eos.* Vt se illis traderet, & eum tanquam suum possiderent. In finem dilexit eos, id est, adeò dilexit, & tot in eos cõtulit beneficia, vt finem ad quẽ nati sunt, consequerentur. Diuus Chrysostomus ait, omnia suum habere finem & terminum, amor verò Christi Redemptoris nostri, vt homo erat, eò peruenit quousque peruenire poterat, id est, ad finem, vlterius procedere non poterat, vsque in finem dilexit eos. Cyrillus ait: in finem dilexit, id est, in morte maiora dedit illis amoris indicia, quanuis in tota vita se eos amare ostenderat. Nunc tamen vltimam amoris metam ostendit. Eximio pictori similis, qui plurimis tabulis in aliqua vrbe artis suæ præstantiam ostendit. Cùm vero discessum parat, vt præclarum aliquod sui monumentum relinquat, omnes intendit vires, vt in eo quicquid arte præstare potest, efficiat: ita etiam cælestis hic amoris pictor, & artifex Iesus Christus in tota vita plurima edidit amoris opera, natus est in stabulo, plorauit, fudit sanguinem, ieiúnauit, orauit, prædicauit, passus est iniurias, & contumelias, quæ quidẽ præclara sunt amoris opera: verùm in suo ab hac vita discessu, præstantiorem quandã amoris picturam reliquit, & quod amore præstare poterat, præstitit. Hoc illud significat, in finem dilexit eos.

August.

D. Chryso.

Cyrillus

Simile.

Naturalis motus quanto magis accedit ad terminum, eo velocior est: vt lapis qui deorsum fertur: violentus verò in fine remissior est, vt cum lapis ascendit. Christi Redemptoris nostri amor voluntarius erat non violentus, & ita in fine maiora suæ vis, & impetus argumenta dedit. Si sponsa aliqua eò quòd datam sponso fidem fregisset, ad supplicium raperetur, sponsus verò amore commotus diceret iustitiæ ministris, se debitum sponsæ suæ supplicium subire velle, & pro ea mori, & ita fieret, vt ea dimissa traheretur sponsus ad necem: cùm vero ab ea separaretur, diceret, Dilecta sponsa gemmam hanc accipe, vt perpetuum sit apud te monumentum mortis à me tua causa susceptæ, vt quoties eam videbis toties me pro te mortuum esse recorderis, nonne videretur in hoc maxime suũ erga illam amorem ostendere? & qualem æquũ

Simile.

erat

22 erat remanere sponsam? Cùm gemmam illam videret, quam in mortis suæ memoriam sponsus reliquerat, quãto dolore afficeretur? quot effunderet lachrymas tanti, ac tam singularis amoris memor? Hoc ipsum præstitit hodie Christus Dei filius, qui cùm animæ nostræ ob iniuriã illi factam raperentur ad supplicium. eas sua morte liberauit, & in mortis suæ memoriam gemmã pretiosissimam, id est, admirabile hoc altaris sacramentum reliquit. O ineffabilem diuini huius sponsi charitatem, & amorem. Magnus profecto amor fuit ille, quo Ionathas prosequutus est Dauid, Diligebat enim eum tanquam animam suam: nam spoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium, & arcum suum, & vsque ad baltheum, sed nõ tradidit semetipsum sicut Christus Redem- *1. Reg. 18*
23 ptor noster, qui cùm ab hac vita discedere vellet, suam nobis vitã & sanguinem, & cum his suam diuinitatem dedit. Cùm propheta Nathan in parabola illa, quam Dauid eo loco proponit exaggerare vellet, quantum pauper quidam vnam ouem quam emerat, & nutrierat, amaret: erat (inquit) de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens. O cælestis animarum nostrarum amator, qui nobis cęlestem hunc panem manducandum, & hunc vitæ calicem bibendum dedisti: & quia defatigati sumus in sinu tuo, & pectore cùm te recipimus, vis requiescere. Quibus nam verbis te laudabimus? Quibus nam seruitutis officijs, tantum amoris tui beneficium persoluemus? Si virgo esset aliqua, quæ domi clausa diligentissima cura à parentibus suis custodiretur, & cùm eam nobilis aliquis adamaret, & alloqui summo- *2. Reg. 12.* *Simile.*
24 pere cuperet, nec posset: suos verò seruos videret eò intrare, & cũ ea libere loqui, quãtum id eis inuideret, id seruis suis licere, quod sibi non liceret? Nonne summum amorem ostẽderet, si vt eam alloqui posset serui sui vestem indueret? Benedictuss si tu Deus meus, qui ita te humiliasti, vt serui tui vestem induere dignatus sis, vt nos alloqui posses, cumque videres panem seruum meum hanc corporis mei domum intrare, panis vestem sumis, vt his accidentibus tectus cum anima nostra, quam ardentissimè amas intime conuersari possis.

Et notãdum est, quòd scire Iesum quia iam venerat hora eius ponitur ab Euangelista tãquam causa cur in finem dilexerit eos. Vt nobis significaret quod mortis nostræ incertitudo, & recorda

tio est maximum nobis ad virtutem incitamentum. Mortis verò obliuio efficit, vt rebus vanis & inutilibus operam demus. Di-
Gene.27. xit Isaac Esau: Fili mi vides, quòd senuerim, & ignorem diẽ mortis meæ, sume arma tua, &c. Vt benedicat tibi anima mea antequam moriar. En igitur vt sanctus hic Patriarcha de rebus suis cogitat, quia mors illi semper versabatur ob oculos. Vultis ne scire, an quis recordetur venturum quendam æternitatis diem cuius nullus erit finis? Attendite opera quæ facit, hæc enim an mortis
Psalm. 9. memor sit necne testantur. Vbi nos legimus, non apponat vltra
Hierony. magnificare se homo super terram, Diuus Hieronymus ex Hebræo vertit, homo ex terra, id est, qui ex limo terræ formatus, in eandem terram paulò post vertendus est: non apponat vltra magnificare se superterram, id est, quomodo terrena audet optare, qui ne vnam quidem vitæ suæ horam certam habet. 26

Præterea illud, in finem dilexit eos, significat amare constantissimè, quasi nunquam amoris filum fregerit: sed cum eo, & propter eum mortuus est. O quam leues, & inconstantes hodie in a-
Galat. 1. more sumus. Quonam animi dolore aiebat Diuus Paulus. Mi-
Galat. 3. ror quòd sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, & infra magna eos seueritate reprehendens ait: O insensati Galatæ, quis vos fascinauit (hoc est, *quien os aojo*) non obedire veritati? ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est, & in vobis crucifixus. Fascinare est oculorum intuitu, ob eorum malitiam, alicuius subiecto inficere propter eius debilem cõplexionẽ, & est morbus, quo pueri delicati affici solent, qui quorũdam hominum oculis corrumpi solent. Vtitur autem sanctus Apostolus hac metaphora, vt significaret Galatas, vt pueros fuisse deceptos: cùm tamen iam grandiores essent, & in fide fundati. Quasi diceret, mirum non esset, si falsi isti prędicatores nouos homines decepissent, vos vero ante quorum oculos proscriptus
August. est Christus, & in vobis crucifixus (vbi Diuus Augustinus legit præscriptus, non proscriptus) id est, posteaquàm tot pro Christo passi estis, decipi vos tam facilê siuistis, vt quidquid lucrati estis, amitteretur. Præscriptus, id est, cùm vos in fide instruxerim, & eius mysteria declararim, ac si ea ante oculos scripta haberetis, ea tam certa & vera credentes, ac si crucifigi Christum vestris oculis videretis, cùm tantum iam essetis in fide progressi, quomodo cecidistis? Ita profectò fratres mei mirandum omnino est, eos qui

tam

28 tandiu de Christiana vita, & virtute agimus, tā facilè labi vt pueros. O insensati, quis vos fascinauit? mulieris oculum posse te ò homo occidere? hominis oculum posse te ò mulier occidere? qui Deum amare solebas, tā facilè corrūperis & fascinaris? O Deus potentissime da nobis constantiam & fortitudinem, vt filium tuum imitari possimus.

Sciens, quia omnia dedit ei pater in manus. Res est admiratione digna, quod vt narraret Diuus Ioannes sanctissimæ Trinitatis my- Ioan. 1.
sterium nullo verborū ambitu vsus est, sed statim dixit: In principio erat verbum, &c. Narraturus verò rem tam humilem, vt est Christum Redemptorem nostrum lauasse pedes discipulorum, magno verborum circuitu vtitur. Quomodo? nonne sublimius est Trinitatis mysterium? ita est sed illud ex se sublime est, & ad
29 mirabile. Sed vt factum hoc humillimum maiorem nobis pareret admirationem, & ad eius imitationem magis incitaret, necesse erat vt priùs sanctus Euangelista personæ præstantiam quæ se humiliauit, narraret, & tempus cùm id factum est, & occasionem, & ipsiusmet Iudæ pedes lauasse diceret, tunc cùm de eius proditione cogitabat.

Surgit itaque a Cœna, & ponit vestimenta sua: &c. In Regum & Principū palatijs inferioris gradus homines deposito pallio mi- Simile.
nistrare solent: maioris verò gradus & dignitatis, vt Maior domus, & Architiclinus cū pallio. Dei filius cùm in vilissimo hoc officij genere hominibus seruiret, sine vlla authoritate seruire voluit, & ita posuit vestimenta sua. Vos verò cum Deo seruiendum est authoritatem quæritis: nam cur non maturè surgitis, sed mis-
30 sam in meridiem vsque differtis? quia (inquiūt) authoritas est seruanda personæ. Cur eam saltem non auditis in templo, sed domi? quia maioris est authoritatis. In illis verò locis, in quibus diuites hospitalibus seruire consueuerunt, cur viginti ferculorum cōuiuia præbent? nonne satiùs esset ea paulatim per viginti dies distribuere, aut eorum pretium hospitali in eleemosynam dare, quàm vt hodie saturi cras famelici sint? Respondent personarum authoritatem spectari debere, en vt omnibus in rebus authoritatem quæritis, & cum ea ipsimet Deo seruire vultis. O bone Iesu, ò animarum nostrarum gloria, vt in omnibus vitæ tuæ actionibus summæ humilitatis exempla præbuisti: vestem & cum ea authoritatem depones vt nobis seruias, ac si infimi gradus homo

 esses.

esses. *Et ponit vestimenta sua.* Tanta cum voluntate seruit Deus hominibus, vt se omnibus rebus expediat, ne quid eum impedire posit. Homo verò infelix, vt tantæ maiestati seruiat, nescit impepimenta tollere. Vide vt magister tuus ponit vestimenta sua
4.Reg.2. vt tibi expeditus inseruiat. Palliū reliquit. Elias, vt currum, quē
Matt.18. Dominus ei miserat, ascenderet: & in Euāgelio dixit Dominus: Sinite mortuos sepelire mortuus suos. Tibi impedimenta relinquenda sunt: nam si vt ea te relinquant expectas, nunquā relin-
2.Reg.6. quent. Ponit igitur vestimenta sua. Cùm Michol vidit Dauid, qui ante arcam Domini saltabat irridens, dixit: Quàm gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se & nudatus est, quasi sinudetur vnus de scurris. Plus verus hic noster Dauid præstat hodie, qui non ante arcam Domini, sed ante pauperum piscarorum pedes ponit vestimenta sua. Si hoc carneis oculis aspicitur, contemptum fortassè parere posset: sed si spiritualibus animæ oculis spectatur, maximè in eo Christi Redemptoris nostri gloria elucet.

Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus: Domine tu mihi la-
D. Augustinus. *uas pedes?* Verba (inquit Diuus Augustinus) hæc sunt quæ attingenda non essent, ne forte quod spiritus de illis dignè concepit, indignè lingua explicaret. In his duobus verbis: *Tu mihi*, Christiana philosophia tota continetur. Quis es tu Domine, & quid pro hominibus fecisti? quid eis promisisti? quis est homo, in quē tot beneficia confers? Tantam sanctus Apostolus concepit animo admirationem videns maiestatem illam ante suos pedes postra-
Simile. tam, vt surgere vellet. Animaduertistis ne cum imum aliquem profundumque locum ex alto respicitis, vt toto corpore perhorrescitis, & oculos statim, ne videatis, auertitis? huiusmodi erat quod Diuus Petrus videbat, illius Maiestatis memor, quā in mōte Thaborolim aspexerat & reuelationis, quam habuerat, illum Dei esse filium naturalem.

Si non lauero te. &c. Si in rebus, quæ speciem æquitatis habere, & rationi morumque præceptis consentanea videntur, repugnare Deo non licet, quid erit in rebus, quæ sunt omni æquitatis colore & specie destitutæ? Si Diuo Petro modestū esse contra Dei voluntatem non licet, quomodo nobis impudentes esse licebit? Diuo Petro (vt Deum honoret) pertinax esse non licet, nobis, debitum illi auferamus honorem, licebit? Considera ò

peccator

34 peccator paratum adstare Deum vt tibi lauet pedes. Iam (inquit) eos tibi in baptismo laui, & sæpè aliás pœnitentię sacramento, & tamen non defatigor. Solum abs te peto vt te noscas, & quàm sor didus sis animaduertas, in illo tuorum peccatorum cœno volutatus, vt me roges cum Dauid, volo, dicẽs: Amplius laua me ab ini- *Psal.* 50.
quitate mea, & à peccato meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego cognosco. O immensa Dei pietas, nonne satis erat, ô Domine idem te præstare, quod præstitit Elisæus, qui leprosum 4. *Reg.* 5.
misit vt se in Iordane lauaret? sed tuo sanguine, tuis lachrymis, tuis sudoribus nos lauare voluisti? quid respondes ô infœlix homo? id quod Diuus Petrus, sed non eodem zelo, eodemque veneratione affectu: *Non lauabis mihi pedes in æternum*. Quare ô Domine mihi es tam importunus? cur tot sermones? tot vocationes? tot in-
35 spirationes? nolo me laues, tandiu sic viuo in luxuriæ, auaritiæ, & vanitatis sordibus, contentus viuo. Nõ lauabis mihi pedes in æternum. Hæc omnia dicis factis & operibus, licet non verbis. O infœlix homo: *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Et si cum Iesu Christo partem nõ habes, quid de te erit? Et ideò frater quod Deus petit, effice: sine te ab illis sanctissimis manibus lauari, vt cum eo partẽ habere possis. Res est animaduersione digna, quòd quamuis Diuus Petrus Christum Redemptorem nostrum nega *Ioan.* 21.
uerit, nunquam tamen ab eo reprehensus fuisse legitur: & hoc loco, quia lauari non vult, tam seuerè reprehenditur. In quo significatur non mirari Deum tantopere peccandi imbecillitatẽ, quantum post peccatum cùm lauare nos vult nos recusare. Qua nã de causa existimatis fleuisse Iesum super Hierusalẽ? quia nimirum *Luc.* 19.
36 cùm cælestis medicus venisset, vt eam curaret, eum admittere noluit, & in peccato perseuerare maluit, quàm curari. Et ita ei dixit, eò quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ.

Cùm audisset Diuus Petrus minas, ait deterritus: *Non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.* Intelligebat enim sanctissimus vir non esse satis res nobis bonas videri, sed necesse esse eas placere Deo vt bonæ existimentur. Quia vt dicitur: Est via quæ vide- *Prou.* 14.
tur homini iusta, nouissima autem eius deducunt ad mortem. Et ideò mutari in Diuo Petro leuitas non fuit, sed prudentia. Sunt homines qui iurant nihil se alicui mutuò daturos esse, aut nunquam cum eo loquuturos, & quòd si eos rogas, vt mutuò aliquid ei dent, vel cum eo loquantur, id fieri posse negant, eò quòd se se

iuramento obstrinxerint. At iuramentum huiusmodi fecisse, magna fuit impietas, & maior erit seruare. 37

Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua, cum recubuisset, iterum dixit eis: Scitis quid fecerint vobis, &c. Iam (inquit) intelligitis cur vos lauerim. *Exemplum enim meũ dedi vobis.* Vestræ enim salutis fundamentum, humilitas esse debet, quæ vt vobis facilior videatur, exemplum sumite, quo omnes quotquot se se hac in re offerent difficultates facilè superabitis. Animaduersione omninò dignum est, quòd cùm essent Apostoli infimi gradus homines (quos ex industria tales Dominus elegerat, de stercore erigẽs pauperem) & cùm tot annos in illa humilitatis schola talis fuissent præceptoris auditores, necesse tamen fuerit humilitatem illis tantopere cõmendare, & Dei filiũ humiliasse se, & ad vniuscuiusque pedes dimisisse, vt ad eam illos suo incitaret exemplo. Res mira! pauperes piscatores & verbis hortari & exemplo, vt ambitiosi non sint. Quanam re superbire potest Piscator, Publicanus, & huiusmodi homines qui victum sibi labore quærebant? nonnè satius est ad fidem & constantiam eos hortari, quos infra paucas horas ad turbæ ferrique aspectum, terga vertentes esse te deserturos nosti? O immensa Dei bonitas, ô infinita sapientia, vt hominum corda intelligit, & ijs omnibus, quæ nobis necessaria sunt, prouidus accurrit. Intelligebat Dominus, quàm facile infimi homines cùm ad dignitatis culmen ascendunt superbire soleant: & tanquàm capitis vertigine correpti concidant. Quantus nam fuit Saul casus, quem Deus ad regnum Israel à bobus asinisque vocauit? quantus Dauid, qui cum ouium pastor esset, ad eiusdem regni dignitatem erexit? Hanc igitur ob causam Dominus tot salutaribus præuenit remedijs, ne in Apostolatus dignitate constituti superbirent: neque verò illis tantum, sed nobis quoque præbetur exemplum. Audiamus igitur fratres suauissimum huius Cygni carmen quod nobis iam moriturus cecinit: Cumq; in eo nos humilitatem, charitatemque docuerit: hæc omni amplectamur affectu, & omni studio & labore curemus, vt humiles simus, & nos inuicem amemus vsque in finem. Considerate quibus in rebus occupatum mors Christum Redemptorem nostrum inuenerit. Cogitet vnusquisque & examinet semetipsum, si nũc mors ei inopinato aduenirer, & repentina, quibus in rebus se occupatum deprehenderet, quod ne accidat aliquando, prouidendum

Psal. 112.
3. Reg. 9.
1. Reg. 16.

40 dum eſt maturè in vita, quia vt ait Diuus Auguſtinus: Si bene vi- *Auguſti.*
xeris bene morieris, & bene morientes, diuinæ gratię muniti præ
ſidio, gloria perfruemur æterna: ad quam nos perducat Ieſus Ma
riæ filius, Amen.

Sermo in paſsione Domini.

Thema.

Chriſtus traditus eſt propter delicta noſtra. Paul. Roma. 4.

VETVS fuit prædicatorum conſuetudo, hodie di
1 uinæ gratiæ auxilium ſanctiſsimæ Virginis Marię
interceſsione non implorare. Cuius rei has cauſas adducebant. Primò, quia cùm ideò potiſsimũ apud Deum plurimum interceſsione poſsit, quia eius filij mater eſt, id hodie deficit, quia mortuo filio, mater eſſe deſinit. Secundò, quia hæc eſt, quæ diuini theſauri & gratiæ clauem habet: & vt ait Diuus Bernardus: Nihil nos Deus habere voluit, quod per manus Mariæ non tranſierit. *D.Bernar.* Verùm hodie nihil opus eſt claue, quia vt idem ait: Clauus penetrans factus eſt mihi clauis reſerans. Fracta eſt hodie arca & theſaurus per varias partes apertus, quiuis poteſt manum immittere ſine clauis auxilio. Cùm reficietur arca, & renouabitur, & in ſanctiſsimum corpus redibit ſanguis: tunc clauis & iuriſdictio ad ſacratiſsimæ Vir
2 ginis manus redibit. Et has ob cauſas nihil hodie à Deo per eius interceſsionem petere conſueuerunt. Verùm meo iudicio nunquam ab eius auxilio recedere præſtat: quia ad quē maiori fiducia in ſuis neceſsitatibus confugiunt filij, niſi ad matrem? & ſi mater filij obliuiſcitur, quis eius erit memor? & ideò quaſi id difficile eſſet, vt ſuum amorem exaggeraret, dixit Deus: Nunquid obliuiſci mulier poteſt infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. *Iſai. 49.* At beatiſsima virgo nunquam vſque in hanc diem data eſt nobis, vt mater. Cùm Dñs dixit Ioãni (& vnà cunctis credentibus.) Ecce mater tua, hodie vt matrem omnes acquirimus, hodie in filiorum loco nos illa habere incipit, & ideò meritò ei hodie poſſumus

dicere, monstra te esse matrem. Incipe ô Domina matris opera facere. Præterea quia hodie eius filij exequiæ, & anniuersaria celebrãtur, qui neque vxorem habet, & amicum fere nullum (quia
Matt. 26. relicto eo omnes fugerunt, eum in mortis solitudine deserentes) Matres autem panem, & ceram in oblationem dare consueuerunt. Ideò hac potissimũ die hæc sanctissima virgo tenetur quodammodo gratiæ panem sua intercessione nobis largiri, & diuinæ sapientiæ ceram, quæ nostras mentes illuminet. Lachrymis etiam hodie opus est, quas quis nobis dabit, nisi hæc pijssima Virgo, quæ hodie tot lachrymas effudit? Cùm iussit Salomon diuidi puerum, & partem vnicuique dari, eius quæ verè mater erat com
3. Reg. 3. mota sunt viscera, vt Scriptura ait. Quanto magis sanctissimæ huius matris viscera commota fuisse credimus, cum dilectissimum filium suum sæuissimè lacerari videbat? Altera illa non vidit, sed
Eccle. 1 imperantem audiuit Regem vt fieret. Atque ideò dicitur, ad locũ vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterùm fluant. Ita dolores omnes quibus Christus Redemptor noster torquebatur, in beatissimæ Virginis viscera (tãquam in mare flumina) ingressi sunt, & inde reuertebantur ad filium, vt cùm magis magisque torquerent, matris anima ita filio coniuncta hærebat, vt quod in corpore patiebatur filius, illa eodem tempore sentiret in anima. Et ita ait
Hiero. Diuus Hieronymus, quòd fuit plusquam martyr. Quia martyres in carne quam oderunt, patiebantur, & ita eam torqueri spiritu desiderabant: at Beata Virgo non in carne quam oderat, sed in carne illa filij sui pretiosissima, quam plus vita sua amabat, patie
Iob. 17. batur. Quàm verè poterat illa dicere, non peccaui, & in amaritudi
Num. 4. nibus moratur oculus meus. Hanc dicere possumus aram illam fuisse vituli sanguine septies irrigatã. Quia quoties filius sanguinem effundebat, toties mœrore eius anima aspergebatur. Cùm
3. Reg. 19 videret Propheta Helias Dei prophetas occisos, & altaria destructa, mortem zelo quodam ardentissimo à Deo petebat, dicens: Altaria tua destroxerunt, & prophetas tuos occiderunt. Et paulò ante dixerat, sufficit mihi Domine, tolle animam meam. Hodie dum prophetarum Regem videt benedicta Virgo occisum, & altaria Dei destructa: membra illa diuina, quibus tot Deo Patri afferebantur sacrificia, quo animi affectu dum iuxta crucem stabat Deum rogasse credimus, vt vna cum filio suo se ex hac vita eriperet? Quæ omnia, cùm ita sint magna spe & fiducia ad hoc

vniuersale

6 vniuersale refugium accurrere possumus, vt gratiam nobis à Deo sua intercessione obtineat: mihi quidem vt spiritu & deuotione diuina hæc mysteria referre possim, vobis verò, vt ea audire eodem spiritu, ac deuotione possitis. Et ideò dicamus omnes deuotè. Aue Maria.

Magna exaggeratione ait Diuus Paulus: Flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ virtute corroborari per spiritum eius, in interiori homine Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Quamuis magna Dei mysteria prædicabat Apostolus: pro nullo tamen eorum ita orauit, nec tanto cum affectu, vt eius Ephes.3.
7 latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Flecto (inquit) genua ad patrem, &c. & ab eo peto, vt det vobis corda, quibus assequi possitis immēsam Iesu Christi charitatem, qui pro vobis mortuus est. Res ista est tanti momenti, vt à precibus nos initium sumere æquum sit rogando vos, vt vos ipsi ad eius cognitionem incitetis, quia ex eo vires sumet animus, vt in virtute progrediatur alacrius. Quamuis enim soleant hominibus, cùm proprium vidēt sanguinem, vires præ languore deficere: Christi tamen Redemptoris nostri sanguis in Ecclesia ostenditur, vt vobis ad virtutem sit incitamentum, & ad maiora aggredienda animos addat & vires. Factum est prælium magnum in cælo inter angelos bonos & malos. Boni autem vt vires animumq́ue acquirerent, pretiosissimum Iesu Christi sanguinem aspiciebant. Quare ipsi (vt ibi dici- Apoc.12.
8 tur) vicerunt propter sanguinem agni. In eodem Apocalypsi cū martyrum referret fortitudinem dicens: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, addit causam statim: Et lauerunt stolas suas in sanguine agni, id est, fortes fuerunt in tribulationibus, quia se in sanguine agni lauerūt. Si defatigati estis fratres superioris diei, & sanctissimæ huius noctis officijs, & sanctis huius hebdomadæ sacratissimæ exercitijs, satis erit vt quietè hìc & attentè me audiatis, cogitate de hoc pretiosissimo sanguine, de passione, & morte, quam hodie Dei filius pro nobis subire voluit, agendum esse. Salomon ait: Omnia tempus habent, tempus nascendi, & tempus moriendi, tempus plantandi, & tempus euellendi, tempus occidendi, & tempus sanandi, tempus, flendi, & tempus ridēdi. Tem- Apoc.7. Eccles. 3.

pus hoc quod habemus præ manibus, nascendi tempus est Deo 9
per gratiam: tempus euellendi vitia & plantandi virtutes: tẽpus mortificãdi carnẽ & sanãdi spiritũ, tẽpus deniq; flẽdi. Cũ arcã Domini abstulerunt Philistijm tantum ex eo dolorem accepit sacerdos Eli, vt cùm ob filiorum suorum mortem, qui in eodem prælio occubuerant, minus doleret, dolore ipso exanimatus expirauit. At quãtò æquiꝰ est dolere nos hodierna die? qui si vt Eli mori morte corporali præ dolore non possumus, moriãtur in nobis humana gaudia, moriatur omnis sensualitas & peccatum. Cùm Ioab occidisset Abner, vt purgaret se Dauid de homicidio, & carere omni culpa ostenderet, dixit ad Ioab, & ad omnem populum, qui erat cum eo: Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis & plangite ante exequias Abner. Plorat Dauid, plorat omnis populus mortem Abner. O magne Abner Christe, Iesu fili Dei qui pro nostra salute moreris. Cõuertite igitur Christiani. Hodie gloriosi huius defuncti celebrantur exequiæ. Plorate, & deplorate eius mortem vestris operibus & lacrymis: contestamini eius morti neminem vestrum consensisse, & profectò tot sunt doloris & fletus causæ, vt quemadmodum Iacob dixit: Descẽdam ad filium meũ lugens in infernum: ita & nos quoque tot lacrymas optare deberemus, vt lacrymæ ipsæ vitæ finem imponerent, & ijs submersi moreremur. Et eò magis si singularẽ amorem, quo pro nobis passus est, consideraremus.

1. Reg. 4.

2. Reg. 3.

Gen. 37.

Et ita ea Diui Pauli verba: *Traditus est propter delicta nostra.* Intelligenda sunt à proprio amore potissimum morti & tormẽtis tuisse traditum. Quam verè dixit Diuus Bernardus, quid amore violentius? triumphat de Deo amor. Cùm triumphum Romæ imperatori alicui decernebant ob singularia virtutis ab eo edita facinora, magna cum pompa vrbem triumphans ingrediebatur innumerabili hominum multitudine: præibant currum Reges, de quibus triumphabat, vincti, ita nobilissima Asiæ Regina Zenobia, ducta in triumphi pompa fuit aurea cathena deuincta. Ægypti verò Regina Cleopatra, ne ita duceretur aspidum morsu sibi vitam eripuit. Si igitur Christum funibus vinctum, verberibus laceratum, spinis penetratum contemplabimur, qui per vrbem Hierusalem ad Caluarium cruce oneratus ascendit: in genua sæpè põdere oppressus procũbens (quam ob causam dixit Dauid de eo: Ego sum vermis & non homo: quia vermis pedibus, manibus, ore

Bernar.

Psal. 118.

12 ore & toto corpore repens incedit.) Si igitur hoc contemplabimur, nonnè amorem de eo triumphare dicemus: O potentissime amor, vt Deum ipsum ante tuos pedes prostratũ trahis à te superatũ. Verè ait Apostolus: *Traditus propter delicta nostra*, & non propter sua: nulla enim habere potuit. Ex quo ea Isaiæ verba intelligetis, vt faciat opus suũ alienũ opus eius, vt operetur opus suum, peregrinũ est opus eius ab eo, idest, vt opus suũ faceret, alienum opus fecit suum. Dei opus est iustificare, ignoscere, saluare: vt igitur hæc opera faceret, aliena opera fecit sua. Quodnã opus magis à Deo alienum esse potest quàm pati? & hoc omne quod alienum erat suũ fecit, vt quod tuũ erat faceret, idest, iustificare & ignoscere. Et vt magis eius amor appareat verba illa singularia eiusdem Isaię perpendite qui cum eo loquens ait: iugum oneris eius, & virgã humeri eius, & sceptrũ exactoris eius superasti sicut in die Ma *Isai. 28.* *Isai. 9.*
13 diãn, idest, redemisti Domine mũdum, & liberasti homines è manu Sathanæ, vt Gedeõ Hebræos à Madianitis. Videtur hæc comparatio non omnino cõuenire; quia Gedeon, neque fudit sanguinem, neque vllum passus est in victoria detrimẽtũ. At in Christi Redẽptoris nostri victoria quot labores, quot tormẽta, quæ mors tam sæua, quanta sanguinis copia? Ex hoc colligere licèt quantú nos dulcissimus hic redemptor noster amet, & quã suauis illi fuerit mors, quã grata sanguinis effusio, quandoquidẽ, quicquid passus est, nihili facit. Et de victoria tantum in ea Prophetia loquitur, de tormentis & morte ne verbum quidem. Quasi diceret Isaias, tantum nos amas ò Domine, vt nullum ferè pro nobis suscepisse laborem, & incruentam de hostibus reportasse victoriam tibi vi- *Iud. 7.*
14 dearis: sicut in die Madian in quo sine vulnere & sanguine victi prostratique hostes. Benedictus & glorificatus sit talis Deus, laudent te Deus meus omnes cæli Hierarchiæ ob tã ineffabilem amorem: nihil pati vocas, tam sæua pati tormenta? nullus vnquã taurus fuit tot telis trãfixus, vt cælestis hic spõsus nostra causa. Quot in eum tela inimicorum crudelitas iecit, quos in fratrũ amicorũ que loco habebat? quonam dolore dixit Deus ad Cain, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, idest, æquum erat ius saltẽ cõsanguinitatis & ipsum fratris nomẽ teà tanto scelere deterreret? sanguis fratris tui clamat ad me. Hoc à me magis petit vltionẽ & pœnam, quia cùm esset sanguis fratris tui, eum tamẽ impiè effundere voluisti. Crudeles Hebræi fratrem vestrum, carnem vestram *Gene. 4.*

ſtram tam ſęua morte occiditis, & in eum tanquam in taurum tot 15
tela vibratis? Currit huc illuc taurus & vbiq; adeſt, qui eũ vulne-
Psal. 68. ret, quò confugiat non habet. O cæleſtis animarum noſtrarũ ſal-
uator, quàm verè dixiſti, quæſiui conſolationem & non inueni)
Quoquò ibas inueniebas tormenta: in horto te vulnerarũt: in do-
mo Annæ alapam illã crudeliſsimam nefarius miles dedit: in do-
mo Caiphæ expuerunt in faciem : in domo Herodis alba veſte-
te induerunt vt ſtultum : in domo Pilati ſæuiſsimè flagellarunt,
& ſpineam capiti coronam impoſuerunt; in Caluario tãdem cru-
cifixerunt. Incedit taurus vulneribus plenus doloris edens mugi-
tus, ſuiſque doloribus aliorum pellit dolores, qui in theatro ſpe-
ctant: ita mors tua ſæuiſsimaque tormenta tua, ó defatigate Ieſu,
D. Bernar. tormenta condemnationemq; noſtram ſuſtulerunt. Nam vt D.
Bernar. ait, mirabilis paſsio tua Domine Ieſu, quæ paſsiones om
nium propulſauit. Taurus tandem occiſus pauperum cibus eſſe
ſolet: ita etiam (quod deplorandum omnino eſt) tua pretioſiſsima 16
mors nullis ferè, niſi pauperibus, vtilis eſt & fructuoſa : potentes
verò & diuites eam tanquam tauri carnem contemnunt. Videtis
ergò fratres ineffabilem Dei noſtri charitatem, qui quãuis tot paſ
ſus ſit tormenta, ea tamen nihili facit. Et hæc etiam cauſa eſt cur
Isai. 50. Iſaias, oui eum comparauit dicens: Tanquam ouis ad occiſionem
ductus eſt. Quia ſi rectè animaduertitis ouis eadem manſuetudi-
ne ad carnificinam ducitur, vt occidatur, & ad pratum vt paſcat:
vt nulla in ea differẽtia dignoſci poſsit. Ita Redemptor noſter eo-
dem aſpectu ibat ad mortem, acſi ad ſolenne aliquod conuiuium
iret. Meritò igitur diximus paulo ante à ſuo amore traditum fuiſ
ſe. Potiſsimum traditus eſt propter peccata noſtra. O hominum 17
peccata quàm graue veſtrum eſt malum, quandoquidem Deum
ipſum pati, & talia pati feciſtis: ó homo tu qui in toto hoc quadra
geſimæ tempore aperire oculos noluiſti, & peccatorum tuorum
grauitatem intelligere, vis eam tandem aliquandò intelligere? re-
demptorem tuum contemplare, quem ſi vinctum, flagellatum,
crucifixum vides, id omne tua cauſa eſſe intellige. Et ita cum Pi
latus dixit: Non inuenio mortis cauſam in eo; quamuis quid dice
ret ignorabat, verè tamen hoc dixit, quia mortis cauſa non in eo
Ezech, 8. fuit, ſed in nobis. Dixit Deus Ezechieli: fili hominis fode parie-
tem. Et cùm fodiſſem parietem, apparuit oſtium vnum, & dixit
ad me: Ingredere, & vide abominationes peſsimas quas iſti faciũt
hic.

18 hic. Et ingreſſus vidi, & eccè omnis ſimilitudo reptiliū & animalium abominatio, & vniuerſa idola domus Iſrael depicta erant in pariete & in circuitu per totum. O magnum myſterium vt videret Propheta omnes populi abominationes, iuſsit Deus vt foderet parietem. O redemptoris mei Ieſu Chriſti vulnera, ad quæ ſi quis oculos conuertit, quanuis cæcus ſit, peccatorū ſuorum grauitatem intelliget. Quid eſt paries niſi ſanctiſsima hęc Domini noſtri caro? & ita eam appellauit ſponſa dicens: En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, ideſt, videtis nè Verbum diuinum carnis pariete incluſum? Eia igitur ò peccator vis nè abominationes tuas videre? aſpice hunc parietem clauorum ſpinarumq́ue vulneribus effoſſum. Hic vniuerſa domus Iſrael ſpectantur idola, ideſt, hinc intelligere licet quàm graue ſit ſcelus Deum ſibi facere creaturas, & *Cant. 2.*
19 illis, Deo tantum debitum honorem amoremque præſtare. Vniuerſa idola depicta erant in pariete in circuitu per totum. O ſacrū corpus in te omnia mea ſcelera depicta video. Pictura eſt liuor & vulnera, quæ in toto corpore ſpectantur, nam à planta pedis vſq; ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas. Color verò quo hæc depicta ſunt, fuit pretioſiſsimus ſanguis. Vis igitur ò homo peccatorum tuorum grauitatem cognoſcere? tria ſpecta, quæ in hac ſanctiſsima paſsione inuenies: Perſonę dignitatem, quę eſt infinita, tormenta quæ patitur, & cuius cauſa ea patitur, nimirum propter peccata noſtra, vt ijs nos liberaret: traditus eſt propter delicta noſtra. O infinita Dei charitas, qui propter inimicorum ſuorū peccata mori voluit. Hæc eſt Diui Pauli exaggeratio cùm ait: vix enim pro iuſto quis moritur? erit enim quiſquam qui ſi iniuriam *Iſai. 1.* *Roma. 5.*
20 innocenti fieri videat, eum ab ea velit ſua morte redimere? vix inuenietur. At Dei filius pro iniuſto moritur, proprio amore motus. Habet quis filium, quem propter eius ſcelera domo eiecit: fingite patrem inimicorum gladios filij capiti imminentes videre, quanuis iratus ſit, per arma tamen & hoſtes filium defenſurus accurret: quem qui vident, quid mirum eſt (inquiunt) pater eſt. At quid plus eſt Deum eſſe an patrē? nullus propriè eſt patris amor ſi cum diuino cōparetur, qui quanuis nos propter peccata noſtra domo eieciſſet iratus, cùm tamen inter hoſtes & arma videt in vitæ diſcrimen adductos, per verbera, per clauos, per ſpinas, per crucem, per mortem denique ipſam ad opem ferendā accurrit. Hæc eſt Dei noſtri charitas. *Simile.*

Pri-

Primum quod in hac sanctissima passione considerandum occurrit, est; vt se Dominus in Bethania à sanctissima virgine separauit, cui diceret: Dilectissima mater, quid tibi debeãt tu ipsa nosti, labores quos per alienas terras errando pro me tulisti, pia quę mihi semper præstitisti officia, curam & solicitudinem, quã mei triginta annorum spatio habuisti: hęc omnia & plura debere me fateor, & agnosco. At venisse iam scito mater vitæ mihi à patre præscriptæ terminum. Neque hoc tibi nouum est: diu iam est cũ hoc nosti, Adæ mihi culpa soluenda, scriptura implenda, & Prophetæ mei fideles inueniendi sunt. Iam iam tuis istis sanctissimis oculis sæuitiam in me exercendam videbis. Mulier es Dei mensa & Spiritus sancti pane nutrita: nunc tibi virtus animi & constantia ostendenda, iam enim moriturus discedam. Quanto
Gene. 32. cum dolore hæc sanctissima mater audiret, vos ipsi cogitate. Filimi responderet illa: vtinam tecum me quoque mori sineres. Fœlix Iacob, qui nihil de filij sui labore sciuit antequam vestẽ eius
2. Reg. 18 sanguine aspersam afferrent. Fœlix Dauid, qui filium suum Ab
Gene. 21. salon quercui suspensum tribus telis confossum non vidit, sed tantum ita accidisse audiuit. Si Agar Saræ ancilla, filium suum morientem reliquit, dicens; Non videbo morientem puerum quinam erit animæ meæ dolor, cùm te fili mi morientem vide-
1. Reg. 18. bo? mea lux, mea vita. Si Dauid & Ionathas cum essent separandi, ob magnum quò se mutuò prosequebantur amorem, lachrymati sunt, at quantò æquius fuit sanctissimum filium, matremque pijssimam tunc lachrymasse? Non conuenit, responderet ei Iesus, te nunc dilecta mater mori, hic te remanere necesse est, vt meas has oues consoleris. At illa, si hæc fili mi æterni patris volũtas est, benedictus sit ille semper, tu verò antè quàm discedas benedic matrem tuam. Hæc dicens ante pedes Redemptoris sui afflicta mater prosternitur: ille verò benedicens: benedicta sis, inquit mea mater in sæcula, benedictum sit caput tuum quod semper sanctis cogitationibus plenum fuit, benedictus sit vẽter tuus virginalis, qui me per nouem menses gestauit, benedicta tua vbera, quæ lac meę infantiæ prębuerunt, benedictum sit os tuum veritate plenum, benedictæ manus in sanctis exercitijs occupatæ, benedicta anima tua gratia & charitate, & omni virtutum genere plena. Ita plorantes discesserunt.

Ille autẽ Hierusalẽ proficiscitur, & mysteriosa illa cœna facta, in

24 in qua admirabile Eucharistiæ sacramentũ instituit, venit in hor *Matt.26.*
tum Gethsemani, vbi relictis discipulis suis procidit in faciẽ suã, *& Mar.*
tetigit terram facie acsi eam oscularetur, vt significaret pacem in *14.*
discessu, hominibus dare vt in aduentu. Ingressus in mundum *Luca.2.*
pacem secum attulit, quam Angeli cecinerant dicentes: Et in
terra pax. Et hanc discedens relinquit. Prætereà procidit in fa-
ciem suam, vt ostenderet quantũ amaret terram, & eos qui in ea
viuunt, Nam quod amatis cum relinquitis datis illi osculum pa-
cis, & orabat dicens. *Pater mi si possibile est, transeat à me Calix iste.* Pa *Matt.26.*
ter mi, pium verbum & amore plenũ. Mirum profectò est, quòd
cùm patris dilectus tãta cum humilitate & reuerentia oraret, ille
tamen taceret, quasi eius preces contemneret. Cùm hac de re lo- *Psal. 88.*
queretur Dauid ait quasi admiratus: Tu vero repulisti, & despe-
25 xisti, distulisti Christum tuum, auertisti testamentum serui tui,
profanasti in terra sanctuarium eius, idest, profanari permisisti:
destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamẽtum eius formidi
nem, diripuerunt eum omnes transeuntes viam, factus est oppro
brium vicinis suis, exaltasti dexteram deprimentium eum, lętifi
casti omnes inimicos eius, auertisti adiutorium gladij eius, & nõ
es auxiliatus ei in bello. O pater æterne quodnam in te crimẽ cõ
misit filius tuus (inquit Dauid) quem acsi peccator esset contem
nis? nonnè hic est filius tuus dilectus, cur illi nè vnum quidẽ ver-
bũ respondes? repulisti eum, & despexisti, ita vt hominibus quo
que contemptui esset. Exaltasti dexteram deprimentium eum,
lætificasti inimicos eius, idest, permisisti vt in filium tuum inimi
ci eius vires suas exercerent, & eo lætarentur. O admirabilis res,
26 & magnũ illis solatium, quos ex alto sublimique statu in humi-
lem & infimum Deus euertit.

Iterum tamen redit diuinus sal[u]ator ad preces, & ait, *Pater mi. &c.* Quasi diceret si apud te plurimum potest perseuerantia,
& id facis vt perseuerem; en iterum humi me prostratum
aspice. Quis vnquam à te eiectus & repulsus est? tu autem Do-
mine, lõgè facis miserationes tuas à me, multiplicati sunt qui o-
derunt me. O cæli rex, Calix iste tam amarus, quem recusas, po-
tio est tã salutaris, vt si eã bibis generis humani salus futura sit. Er
go misce eam nè tam amara videatur, misce cum ea cogitatione
ad hoc te in hũc mundum venisse. Tu ipse dixisti, vt Diuus Pau- *Hebr.10.*
lus de te ait: ingrediens mundum dicit, hostiam & oblationem

nolui-

noluisti, corpus autē aptasti mihi, holocaustomata & pro peccato noluisti, nec tibi placita sunt, quæ secundum legem offerūtur. Tunc dixisti, eccè venio vt me offeram in sacrificium acceptabile. Quarè quandoquidem iam potionem acceptasti misce eā cogitans mundum expectare vt tu eam bibas & ille liberetur, nemo enim sanctorum, nec tua sanctissima mater quam tu tantopere amas faciem Dei videbit, nisi hanc priùs bibas. Quarè quāuis mortis potio tibi videatur amara, attamen vora ob tuam erga patrem obedientiam, & in nos charitatē: quòd si cito trāsire postulas, nō tam citò transibir antè quàm transeant per tuos humeros flagella plurima, per manus, & pedes claui crudelissimi, per sanctum caput acutissimæ spinæ.

Considerate etiam vt excitat discipulos suos dormiētes dicēs. *Surgite eamus, eccè appropinquabit qui me tradet*. Sępè dicere audiuistis lupum ouibus, & agnis in via obuiam ire: at oues & agnos lupo obuiam ire nouum & inauditum est. O agnus Dei, qui tollis peccata mundi, qui sponte lupis occurris, & te illis tradis vt te sæuissimè occidant. *Adhuc eo loquente, ecce Iudas ad eum accedēs dixit, aue Rabbi, & osculatus est eum*. Hoc illud est, quod in mundo fieri solet hodie, osculum pacis dare, & odium corde cōtinere. O per honorē illius Domini quem omni honore hodiè destitutū videtis, deponite, deponite animos istos simulatos: sed si ignoscitis, non id fiat vt tutius vlcisci possitis. Nolite ad cælestem hunc spōsum Iudæ

Psal. 21. simulatione accedere. Vbi nos legimus: Apprehēdite disciplinā nè quando irascatur Dominus: egitur in Hebręo, osculamini filium. Quasi diceret, date pacis osculum filio meo, ne pereatis de via iusta. Verùm non sit osculum Iudæ, sed cum animo, amore, & charitate pleno. Ex horto vinctum nudis pedibus per viam quandam saxis acutisque quibusdam lapidibus asperrimam, ad vrbem duxerunt. Considerate quid tūc pius Iesus sic ductus pa

Simile. teretur. Experiētia docuit venationis carnem eò magis teneram esse & delicatam, & ideò gustui suauiorē, quó magis cùm lepus aut ceruus viueret, á canibus agitatus vexatusque fuit: ita enim mollior redditur caro, quæ deinde pane inclusa solet esse cōuiuiorum finis. Omnibus fidelibus notum est, vt cælorum Rex in vltima sæculorum ætate carnē suam pretiosissimam panis accidētibus tectā largit⁹ est mūdo, quæ vt suauior esset fideliū gustui agitari se, vexari, flagellari permisit. Canes Hebręi fuerunt tātæ cru

de

30 delitetis & sceleris ministri. Iudas canis fuit qui eum vestigans, & odorans cæteris lacerandum tradidit: venationis sylua fuit hortus Gethsemani. Verùm vt canes huc illuc anhelantes excurrunt, vt prædam assequātur; ex qua deinde cum iam assequuti sunt, nihil apud eos remanet præter laborem, quia dominorum est præda. Ita infœlices Hebræi qui tot concilijs, tot artificijs, vt diuinā hāc prædam assequerentur, desudauerunt, cursu & labore defatigati, curarum & inuidiæ spinis transfixi, vt canes occisa prędа, nullam ex ea ceperūt vtilitatem: quia eorum malitia sanctissimæ huius mortis fructibus vti noluit. Qui verò Domini sunt & meritò appellari possunt vt Christiani, qui animi affectibus imperant, hive nationis fructu & vtilitate fruuntur. In hac via tam aspera æquū est vt Christiani omnes Regem suum comitentur, & ei dicant id, quod quidam dixit Dauid, cum deflens nudis pedibus per eiusdē 2. Reg. 15
31 mōtis latera irā fugeret Absalon: Viuit Dn̄s, & viuit Dn̄s meus Rex, quòd in quocūq; loco fueris, Domine mi Rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus, Et vt ibi dicitur, quòd virorum fortium exercitus Dauid in eo labore sequebatur, & quòd omnes flebant voce magna. Ita etiam æquum est, vt fortissimorum hominum exercitu facto regem nostrum nudis pedibus incedentem, sequamur, quandoquidem eius discipuli eo relicto omnes fugerunt. Qua de re eius nomine Iob conquerebatur dicens; Necessarij quoque mei recesserunt à me; fratres mei præterierunt me sicut torrens, qui raptim transit. Vt aquæ riuus imbribus tumefactus, qui initio quidem magno impetu fertur, & citò deficit. Iter Iob. 6. Simile.
32 quis facit ęstiuo tēpore defatigatus, sudore & puluere sordidus lingua hæret palato, iā sitim ferre non potest: se tamen ea spe consolatur nō longè abesse aquæ riuulū, quo se refrigerare posit: illuc verò cū peruenit siccum inuenit, & exhaustum, ex quo quantū animo dolorē capiat, vos ipsi cogitare potestis. Ita dicit Dominus; vbi refrigeriū & solatiū inuenturū me esse existimabā, ibi maior mihi iniuria facta esse videtur. Non queror de inimicis: inimici enim sunt, de amicis queror. Verū solus remansit, vt solū se redimere significaret. Vt solus creauit, & noluit adesse Angelos, ita solus redimere nos vult, vt illi tātū hoc debeatur. Vt Moyses gratos Gen. 1. Deut. 22.
redderet Hebræos beneficiorūq; memores, dixit, dux eorū fuit, & nō erat Deus alienus cū eo. Quasi diceret, solus Deus te ò homo ex Ægypti seruitute liberauit, & ideò solus toto corde amandus. Esai. 63.

Ita hoc loco torcular calcauit solus, diuidi amor nõ debet, vni huic
totus debetur: solus ipse calcauit, & tot tormentorũ generibus cal-
catus est. Et ideò cogita frater, quid ei debeas, & noli esse ingratus.

Considera præterea & meditare alapam, qua scelestus ille Põ-
tificis minister faciem illam percussit, in quam desiderant Ange
1. Petri. 1 li prospicere. Huic tamen iniuriæ respondisse legitur Dominus,
& questus est dicens: *Si malè loquutus sum &c. Si autem bene quid me
cædis?* Questus hîc esse dicitur ob ingratitudinem, quia ab eo per-
cussus est, cuius auriculam in horto sanauerat. Vel vt significaret
dolorem, quem ex malo exemplo capit. Quia iste sua audacia cæ
teris se ducem præbuit, & multos habuit sectatores, qui idem fa-
cere ausi sunt. O quàm verè idem fratres nobis dicere potest, *si be-
nè, quid me cædis?* Quam vobis occasionem præbuit Deus, vt eum
offendatis? num cælum suis motibus defecit: num suis influētijs
sidera? num Sol & Luna lumine? num siuè fructibus terra? num pi
scibus mare? cur eum offenditis? pudeat alapis Deum tam bonum
cædere, qui tot beneficia confert. Alapam dedit seruus & consen
tit Pontifex. O scelestè qui tantum scelus in seruo tuo consentis!
In domo Caiphæ accusauerunt eum falsis testibus adhibitis, ag-
nus verò mansuetissimus tacebat, *Ita vt miraretur præses.* Causa au-
tem hæc fuit quia cùm nostrum sit caput & loco nostri pateretur
in se ipso peccata nostra recipiens, acsi ipse cõmisisset; (hoc enim
Rom. 5. & D Pauli verba significant, pro nobis mortuus est, idest, loco no
stri:) ideò cũ accusatur, tacet, quia meritò nos accusari nouit, quo
2. Reg. 18 rũ personã tanquã fideiussor sustinet. Quod aiebat Dauid deplo-
rãs: fili mi Absalon quis tribuet, vt ego moriar pro te, idest, loco
tui. Hoc maiori cũ affectu aiebat Christus Redēptor noster, vtinã
ò peccator optatissima illa mortis hora adueniret, in qua pro te
moriar. Ideò igitur tacet, quia peccatoris loco patitur, & quia ibi
certissimã dixit veritatē: *videbitis filium hominis sedentem à dextris vir
tutis Dei. Cœperunt quidã conspuere eũ & velare faciem eius &c.* O gloriæ
Rex vt te sine gloria video, nullũ erit cor, quod tuas passiones cõsi
derãs non frangatur. O Domine meus in faciē tuã tam pulchrã, &
tanta veneratione dignam conspui sinis? quæ nam hæc patiētia
Dan. 5. est Deus meus? Regem Balthasar punis, qui templi vasa pro-
phanè contrectare ausus est, hos verò impunè faciem tuã conspue
re & verberare permittis? omnes tibi insultant, omnes te lædunt,
sacerdotes, scribæ, & põtifices. O quã verè dici potest illud Esaiæ:
Manus

36 Manus etiã principum & magistratuũ fuit in transgressione hac. 1. Esdræ. 9
O cælestis pater omnibus opẽ fers, tuũ verò filiũ deseris? accusant
iudices Susannã, tu Danielẽ excitas defensorẽ. Tuum verò filiũ Daniel. 13
impiè & nefariè accusatũ defendit nemo. Audi ò pater misericor Psal. 78.
diarũ quid dicat: Deus venerũt gentes in hæreditatem tuã, pollue
rũnt templum sanctum suum. O admirabile tẽplum, Spiritus san
cti arte fabricatũ, vt te sordidatũ aspicio! ò Patriarcha Iacob, qui Gen. 32.
dicebas vidi Dñm facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea, quid
diceres si Dei faciem nunc conspui, & fœdari videres? O peccato-
res deteriores estis quodãmodo vos, & scelestiores illis ipsis tanti
sceleris ministris, nã illi vt eũ offenderent, sanctissimã eius faciem
velabãt; vos verò qui optimè scitis ꝙ omnia nuda & aperta sunt
oculis eius, tot tamen scelera in eius conspectu perpetrare non
pudet.

37 In huius Pontificis domo negauit Petrus magistrum suum. *Et conuersus Dominus respexit Petrum*, sua infinita bonitate ita vt in cor
de illi loqueretur. Quam verè potuisset illa dicere, quę suo filio di Genes. 49
xit Iacob. Et tu Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, &
principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio, effusus
es sicut aqua. Petre primogenitus meus, in quo discipulorũ meo-
rum fortitudinem & constantiam collocaueram, effusus es sicut
aqua? vbi tua illa fortitudo? quomodò te superari siuisti? ô huma-
na imbecillitas, vt in te confidere non possumus. Hic tamen Do-
minus, qui respicit terrã & facit eam tremere, eum respexit, & ad Psal. 103.
se conuertit. Hoc respicere, nõ fuit oculis corporeis, vt notat B. Aug. lib.
Augustinus: Quia tunc Dñs erat in superiori prætorio, Petrus ve 3. de conc.
38 rò foris in inferiori cum ministris, quare corde respexit & animo. Euãg. c. 6.
Et ita exiuit foràs Petrus. *Et fleuit amarè*. His oculis respiciat nos diui
na maiestas ob suam infinitam bonitatem.

Mane facto. Duxerunt Dñm ad Pilatũ tã defatigatũ, vt dicãt ali
qui, Iudã, eò quòd ita vidisset, facti pęnituisse, qui retulit triginta
argenteos principibus sacerdotũ dicẽs: *Peccaui tradẽs sanguinẽ Iustũ*.
Cui illi respõderũt: *Quid ad nos. Tu videris*. Ex hoc intelligetis quid
nam sit mũdo seruire. Postquã enim quod illi optabãt, effecit, reij
citur his verbis, quid ad nos? seruias ò infelix homo mũdo, & dia
bolo, & videbis præmiũ, quod referes. Dices in die mortis tuę mũ
do, nõne vitã omnẽ tibi seruiẽdo cõsũpsi? respõdebit, quid ad nos
dices diabolo, volũtati tuę sẽper obtẽperaui: respõdebit, quid ad

nos? & ita cogita quem tibi Dñm eligas. Præses Pilatus cùm intel-
ligeret: *Quòd per inuidiam tradidissent eum, quærebat dimittere eum. Illi verò clamabant, si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.* Quot hodiè in tribunalibus inueniuntur, qui idem dicũt? at quid tibi cũ Cæsare, si veritatem nosti, & vt illa postulat iudicas? ò nos miseros, quorũ nullus ferè est, qui suũ Cęsarem non habeat, & vt eũ sibi amicũ seruet, non crucifigat Deũ, eò illorum hominum peruersitas deuenit, vt cum diceret illis Pilatus quem vultis dimittã vobis Barabbam an Iesum? Barabbã elegerint, eum summæ Dei innocentiæ & bonitati præferentes. Magna exaggeratione dixit Esaias & cũ
Esa. 53. sceleratis reputatus est. Verum nunc minus reputatur quandoquidẽ sceleratos absoluũt, cũ innocentẽ condẽnant. Exclamat pro-
Hiere. 2. pheta Hiere. Dei nomine dicẽs: obstupescite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehemẽter, dicit Dñs: duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerũt fontẽ aquæ viuæ, & foderũt sibi cisternas dissipatas. En hîc reiectus Deus, & eius loco cisterna dissipata electa. Quoties fratres in hoc peccamus, qui propter mũdi turpitudines Deũ relinquimus. O virgo sine ęquali nata nõne di-
Cant. 5. cebas tu, dilectus meus cãdidus & rubicũdus electus ex millibus: veni, & vide ab eo omninò mutatũ, non electũ sed reiectũ, & Barabba ipso viliorẽ existimatũ. O ius quoties deficis, ò veritas & iustitia quoties corruitis! verè dixit Isaias. Corruit in plateis veri-
Isai. 59. tas. Iã nõ est veritas in hominibus, quãdoquidẽ veritatẽ ipsam occidere volũt. Nõ desistebat tamẽ Pilatus ita vt eum libẽtissimè dimisisset. Ideo iussit flagellari existimãs si flagellatũ vidissent, facilius eos placari posse. Sceleris verò ministri cùm eũ sæuissimè flagellassent purpurea veste induerũt, sordida & lacera O summe sacerdos quæ nã vestis hæc est? Vide Iesum sacerdotẽ magnũ stãtẽ indutum vestibus sordidis, & dixit Dñs ad me: nũquid nõ iste
Zacha. 3. torris est erutus de igne? Hic solus est, & vnicus torris, idest, titio, qui ab igne liberatus est. Illud stãtẽ solicitudinẽ significat, qua paratus ad opẽ stat. O diuinus torris è cęlo delapsus, vt mũdũ amoris igne incẽderes, stetisti vt nos sederemus. Notãdũ autẽ est nõ appellari eo loco ignẽ sed torrẽ ignitũ. Quo significatur nec purũ fuisse hominẽ nec purũ Deũ, sed Deũ simul, & hominẽ. Et hic torris tãtũ ex generali peccati igne liber euasit, quia ipse tãtũ natura fuit impeccabilis. Hũc igitur diuinũ sacerdotẽ, qui cęlũ syderibus, terrã floribus, plumis aues vestiuit & ornauit, hunc hodiè sordidis vestibus in-

42 induerunt: & vt maiori eſſet contẽptui ſpineã capiti coronam im poſuerunt. Vt feras veſtiget venator, per ſpinas & rubos tranſit, & vt animam tuã ò Chriſtiane venetur Deus, aſpice vt ſpinis ſe vulnerari ſinit: ita vulneratum ac flagellatum duxerunt eum ad Caluariũ vt crucifigerent, crucis ſuæ pondere oneratũ. Scire autẽ debetis à domo Pilati diſtare Cauarium mille & octingentis ſeptuaginta duobus, paſsibus, vt intelligatis, quam longus fuit immẽſi huius laboris curſus. In culmine montis, humi depoſita cruce, in ea dulciſsimus Ieſus brachia ſupinus extẽdit, vt ea clauibus figerent, dicens: ò diu à me optata crux. Triginta trium annorum ſpatio te crux ſancta quæſiui, læta me nunc recipe, vt ad te lætus venio. Tum ſanctiſsimum illud corpus diſiunxerunt, vt ad foramina, in cruce iam facta manus, pedeſq; pertingerẽt. O Mater af *Simile.*

43 flicta, ò Martyr incomparabilis, nonnè audis vt ſtridẽt oſſa dũ è ſuis locis dimouentur? vt gemũt mẽbra dum vi detorta diſcerpuntur? O malleus crudelis, qui filium & matrem eodem tempore figis. Cur ex malleo obtuſo, factus es gladius acutus, vt figas clauos malleus es, vt matris cor vulneres mutaris in gladiũ. Malleus & ſecuris nõ ſunt audita in domo Salomonis. O pater clementiſſime cur in templo Salomonis hominum manibus facto, nec malleus ſonuit nec ſecuris, templum verò à Spiritu ſancto fabricatum malleo ſinis crudeliſsimè percuti? O diuine Redemptor qui extẽſis brachijs nos redimere voluiſti, vt quãta magnanimitate nos expectes ſignificares, ſi in tuos amplexus velimus accurrere. Quàm verè poſſum⁹ hìc dicere qđ ait Iſaias. Extẽdit manus ſuas ſicut natans ad natãdũ. Mergebatur mũdus, & proijcit ſe Chriſtus, vt in *3. Reg. 6.* *Iſai. 25.*

44 ſanguinis, & lachrymarũ pelago natet, veſtes ſuas in carnificũ manu relinquẽs: & ita nos è profũdo peccati ad gratię littus attraxit. Suſtulerunt crucẽ magno diuini redẽptoris dolore, ſummo illorũ plauſu & clamore, qui qđ tãtopere optauerãt, actũ iã eſſe lætabãtur. Verùm ſi eũ illi blaſphemabant, impiè & malè dicebant, nos tãti beneficij memores laudemus, dicẽtes, Adoramus te Chriſte, rex Iſrael, Princeps Regũ, Deus Sabaoth, virtus altiſsimi, adoramus te noſtræ redẽptionis pretiũ pretioſiſsimũ, hoſtia ſancta, hoſtia odorifera, qui tuo tantũ odore æternũ patrẽ inclinaſti vt hos vermes aſpiceret, & filijs iræ placatũ reddidiſti. Montis culmen aſcẽdit paſtor, vt ſuarũ ouiũ gregẽ aſpiciat per prata paſcẽtẽ, & inde ſibila edit, & voces quibus illi admonitæ ſtatim ad paſtorẽ ac *Simile*

currunt. En diuinus pastor Iesus Christus, qui in Caluarij vertice, &
crucis culmē ascendit, vt inde suas oues aspiceret: eius igitur sibila
Isa.17.10. audiamus & voces, si illius oues sumus, quia oues meæ, inquit il-
Cant.8. le, vocē meā audiunt. Dicamus illi, Qui habitas in hortis amici au
scultāt te, fac me audire vocē tuā. O pastor sancte qui stas in horto,
& rosario isto crucis tāquā rosa pulcherrima pēdēs, loquere ad me
obsecro te antequā ex hac vita discedas. Amici tui sumus, captiui
amoris tui voluntarij, libēter te audiemus: loquere ò verbū patris,
diu enim est cum loquutus non es, flagellatus taces, spinis transfi-
xus siles, condemnatus non respondes, dum crucifigeris mutus: lo
quere igitur nunc ò mūdi magister, & vitæ doctrinā antequā mo-
riaris trade. Aperuit Iesus os suū, & tam diuturno silentio vocibus
illis finem imposuit. *Pater ignosce illis, &c.* Cū pro seipso orauit in
horto conditionē apposuit dicēs, *si possibile est*, pro inimicis absolu-
Psal.54. tè orat, ignosce illis. Quā verè potest hic dici illud Psalmi, Molliti
sunt sermones eius, idest Christi, super oleum, idest, super omnē
misericordiam. Et ipsi, idest, sermones Christi sunt iacula. O oues
sanctæ sequimini pastorē istum, vt diuinis his sagitis corda vestra
Rom.5. vulnerata remaneant. Impletū est hic quod dixit D. Paulus. Vbi
abūdauit delictū superabūdauit, & gratia. Cùm magis eū offende
Origenes bant, maiorē illis gratiā & misericordiam ostēdebat. *Sol obscuratus*
super Mat *est.* Origenes ait pie credi posse ꝙ priuilegio illo quo fruebantur
thæ. Hebræi in terra AEgypti (quia vt refertur, vbicunq; habitabant
Exod.10. filij Israel erat lux, vbi autē AEgyptij erant tenebræ) fruerentur
Bernar. etiam in mōte Caluario fideles, ita vt sanctissimū Christi corpus, &
Bonauen. in cruce videre possent, ac si nō essent tenebrę. Idē sentit S. Bernar
Luc.23. dus, & Doctor Seraphicus D. Bonauētura: & hoc aliquo modo in
nocentissimi agni animā magis torquebat: quia ex illis verbis Lu-
cæ: stabant autem omnes noti eius à longè, notāt aliqui hoc factū
fuisse nè vllum in sua passione deesset ignominię genus, quia plus
affligunt, & torquent iniuriæ cum noti & amici adsunt.

2.Reg.1. *Et velum templi scissum est.* Cum audiret Dauid Saulis, Ionathæ &
aliorum nobilium mortē, scidit vestimenta sua: ita æternus pater
indignissimam filij sui mortem videns, scindi templi velū voluit;
quod propiciatorij quasi vestis erat, vbi Dei maiestas repræsenta-
batur. Hoc enim in Deo erat scindere vestimenta sua scindamus
nos corda nostra cum pectorum nostrorum dolore, quæ huius
mortis causa fuerunt. Cùm expirasset Iesus, quid de eius sanctissi-
me

48mo corpore faciẽdum erat? Redeat flumẽ ad fontẽ vbi natum est. Redeat sacrũ corpus in matris brachia vbi nutritum fuit. Fructus *simile.*
maturos, qui ex alta arbore pendent, assequi non potes, cùm verò putridi sunt ipsimet decidunt: ita etiam ventris virginalis fructum, dum in cruce penderet benedictæ matri dare noluerũt, putridum verò & mortuum in eius sinum è cruce deijciunt. Recipiamus nos quoq; cordiũ nostrorũ gremio vitã hãc mortuã, vt passiones nostras mortificet, animas verò viuificet, hic gratia, posteà gloria, Ad quam nos perducat idem Iesus Mariæ filius. Amen.

Dominica Resurrectionis Dñi.

Maria Magdalene, Maria Iacobi, & Salome, eme-
1 *runt aromata, &c.* Marci.16.

CVM Duorum exercituum Duces in campum pugnaturi, descendunt, multorũ hominum mortẽ cuitandi causa; quisquis illorũ victor existit magno totius axercitus plausu & lætitia recipi solet: etsi eum ad pugnam proficiscentem lætis vocibus musicisque instrumentis prosequuti sunt, quid facient cum iam victorẽ excipiunt? Descẽdit Iesus Christus Dei filius in huius mundi cãpum cum principe tenebrarũ de generis humani libertate pugnaturus, quẽ cũ natalis sui die ingrederetur, subito facta est cũ Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, & dicentiũ:
2 Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus. Quòd si tũc cùm tot passurus veniret, cælestes, beatique spiritus gratulantur, & gaudent, quid hodie fecisse credemus, cum principem suum de suis hostibus videret gloriosissimè triũphare? quare cùm de natali. D. Lucas loqueretur, facta est (inquit) multitudo militiæ cælestis, nõ ait omnes Angelos, sed multos, at in gloriosissimæ Resurrectionis suæ die nullus in cælo remansit Angelus, qui eum non adorauerit. Ita æternum patrem iussisse D. Paulus affirmat, dicens: Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrę dicit (scilicet Pater æternus) & adorent eum omnes Angeli Dei. Quod magis proprie de resurrectionis, quam de natalis die intelligi posse videtur, cùm dicat; & cum iterum introducit. Primùm *Luc.2.* *Heb.1.*

ingressus est mundum nascens. Secundò, hodie resurgens, & hoc est iterum. De hoc eius admirabili triumpho loquitur Diuus Paulus: Et vos (ait) cùm mortui essetis in delictis conuiuificauit Deum cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci & expolians principatus & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. O verba admirabilia lætitiæ & consolationis plena, quibus significat Sanctus Apostolus, non modo nos, qui in hoc mundo viuimus, diuinum hunc ducẽ Iesum Christum quãtum in eo fuit à peccati morte & æternæ damnationis obligatiõe liberasse: hoc enim significat sustulisse chirographum & affixisse cruci, meruisse pro nobis gratiam & gloriam; si eius sanctissimis meritis vti ad nostram salutem volumus, verum etiam superato inferno, quæ ibi erant spólia reportasse. Verbum illud traducere est publicare & palam facere, infamia afficere & alijs tanquam exemplum proponere, vt faciebant Romani qui hostes ante se in triumpho ducebant, qui & victoriam testarentur, & cæteris terrori essent & exemplo. Ita ait Diuus Paulus expolians principatus & potestates traduxit confidenter palàm triumphans illos in seipso. Ex quo intelligitur resurrectionem admirabilem fuisse triumphum, in quo spolia & trophæa præibant, sancti scilicet, patres qua pompa principum tenebrarum imbecillitatem publica affecit infamia. Aquilæ non satis est præda terrestris, sed pisces etiam in fluuiorum profunditate deprædatur, ita etiam diuina hæc aquila Iesus Christus non vitæ tantum præda contentus, quam tot miraculis & admirabili doctrina peccatores ad se conuertens, collegerat, in profundum inferni sanctissimas illas animas inde educturus descendit. Hoc significauit propheta Zacharias dicens: tu quoque sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, tu quoque, id est, non solum eos, qui in hoc mundo erant liberare voluisti, sed eos etiam, qui in inferno vincti detinebantur. Et ita de eo dici (ait doctor quidam) illud Psalmi, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Loquitur Dauid, generaliter de anima cõmuni omnibus hominibus, communi quidem communitate vtilitatis. Inquit enim anima nostra, & hæc anima fuit Christi

Coloss. 2. *Simile.* *Zacha. 9.* *Psal. 123.*

Re-

6 Redemptoris nostri quæ nostra fuit, quandoquidem semper in nostram vtilitatem occupabatur. Et de hac ait Dauid: Anima nostra sicut passer erepta est. Notate loquēdi modum: auis magna & fortis, si incidat in rete, vbi aues aliæ minores irretitæ sint, & illud frangere posit, exit ipsa, & qua exijt mox exeunt aliæ. Ingressa est Redemptoris nostri anima in infernum tāquam in rete, vbi sanctos illos patres irretitos inuenit, & ita contriuit laqueos, vt qua ipsa exijt, mox cęterę omnes exire potuerint. Imò & nunc qui in diaboli laqueos incidunt, nisi ipsius Christi virtute exire non possunt, & ita ait Propheta, dicens: Contritus est, & nos liberati sumus. Neque solum de diabolo, sed de morte etiam triumphauit, vt affirmat Propheta Oseas, dicens ipsius Domini nomine: Ero mors tua, ò mors, morsus tuus ero inferne. Quem lo- *simile.* *Osee.13.*
7 cum citās Diuus Paulus, tunc (inquit) fiet sermo qui scriptus est, absorpta est mors in victoria, id est, in crucis victoria mors absorpta remansit, quæ antea eos qui eam absorbebant, omnes necabat. Metaphoram sumit Apostolus à veneno quod dari solet vt necet eos, qui illud bibunt: ita dedit diabolus Christo Redemptori nostro mortem bibendam vt occideret ea verò non occidit Saluatorem, sed occisa & mortua remansit, ac siquis tantæ virtutis esset, vt non modò veneno non occideretur, sed venenum ipsum occideret. De ape dicitur, si mortuum corpus pungat viuere, si vero viuum, cum stimulo illo & aculeo eijcere viscera & mori: itaque mors vitam, id est Christum pungens mortua remansit quod antea non acciderat, quia mortua corpora pungebat, id est homines peccatores. Et ita Diuus Paulus eam vt victā *1.Cor.15.* *simile.*
8 contemnit, & irridet, dicens: Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Videtisnè vt metaphorā elegantissimè sumpsit ab ape, quæ cum vulnerare putat mortua remanet. Mortua autem est mors pro eis, qui vniti sunt Christo, amoris vinculo. Nam vt idem ait: Si credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum addocet cū eo. Vbi est notandum, quòd illa particula (per) in multis sacræ Scripturæ locis significat (in) id est, qui dormierunt in Iesum, id est, vniti & coniūcti cum Christo, & vnanimes facti cum eo. Ita igitur gloriosissimè triumphans hodierna die sanctissima illa Iesu Christi anima redijt ab inferis corpori suo vniri desiderans. Nam quanquam iustorum animæ sine corpore beatæ sunt, optant tamen

summoperè sua corpora informare. Nulla tamen vnquam id tantopere operauit vt redemptoris nostri anima, quia plus illud amabat. De cæteris corporibus dicitur, corpus quod corrumpitur aggrauat animam, hoc verò pretiosissimum corpus nunquam aggrauauit animam, neque vlla in re contrarium illi fuit, quia virtute Spiritus sancti conceptum fuit, & erat diuinitate plenum, & ideò plus gloriosissima anima optabat illud informare. Præterea, quia redemptionis nostræ instrumentum fuit, & tot pro ea passum est, quamuis animæ onus duplicatũ fuit, nam passa est, & compassa. Compasio erat de malis nostræ culpæ, pasio erat de malis pœnæ quam sustinebat, & quanto maior est culpa, quã pœna, tanto maior est compasio quàm pasio. Et vt ait Doctor Seraphicus, ita de nobis compassa est, vt morte à corpore separari voluerit ne nos à Deo peccato separaremur. Corporis onus simplex fuit, quia in corpore nõ fuit compasio, sed pasio; at quamuis simplex fuerit tantum tamen fuit, vt occidere potuerit, & quoniam corpus fuit vna cum anima redemptionis instrumentum, ideò illud, vt dixi, informare maximè optabat plusquàm aliorum animæ solent.

Sapien. 9. *D. Bonau. in. 3.*

Cùm hoc igitur desiderio ad sanctissimum sepulchrum venit, omnium patrum exercitu comitante; vbi se se sacro corpori infudit, & illud viuificauit, & glorificauit. De aue phœnice referunt cum naturæ instinctu morti se vicinam præsentit, ex lignis quibusdam odoriferis constructo nido, in eo, solem versus, positam, alarum motu excitare ignem, quo comburitur, & in cinerẽ conuertitur. Postea in cinere volutari vermiculum, qui mox pullas factus phœnix euadit: ita etiam sciens Iesus, quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem, lignum crucis ascendens expansis brachijs anhelans, suspirans, diuini amoris sui igne incensus mortuus est. Tertio verò die gloriosa eius anima in mortuo corpore apparet, & ita diuina hæc phœnix in cælo & in terra vnica & sola resuscitat. Hoc desiderium, quo tenebatur anima vniendi se corpori, vna ex causis fuit cur resurrectionem suam accelerauit. Et præterea ob fidelium solatium, quia ex multis diuinæ misericordiæ affectibus vnus esse solet, vt quemadmodũ pœnas & supplicia iustitiæ differt, pœnitentiã peccatoris expectãs, ita misericordiæ beneficia accelerare solet. Cùm diluuio malos punire vellet centum annos expectauit, vt se conuerterẽt, & nemo se

Ioan. 13. *Genes. 7.*

12 mo se conuertit, quamuis viderent Noe tantæ authoritatis & grauitatis hominem, tanto cum sumptu sibi arcam fabricari: post centum annos, septem diebus ante diluuium monuit eos, dicens: Post septem dies pluam quadraginta dies, & quamuis potuisset repentino diluuio terram obruere, paulatim tamen id fieri voluit, quadraginta dierum spatio, vt cum viderent aquas crescere timore saltem conuerterentur ad pœnitentiam. Illi verò semper obstinati in sua malitia perseuerabant, & montiũ culmina ascendebant, ibi securos se esse existimantes, donec & ibi aquis obruti sunt. O hominum duritiẽ, ô Dei misericordiam, quot his etiam temporibus expectat Deus, qui vt illi surdos se præbent. Infœlices pœnas dabunt aliquando, & id tandem intelligent, sed inutiliter. Quemadmodum igitur differt Deus supplicia, ita etiam accelerat miseri-
13 cordias. Pollicitus est Samuel Dei nomine Saul mutaturum se cũ in virum alterum, & quædam signa dedit. Quæ (inquit) cùm euenerint mutaberis in virum alterum, sed cum auertisset humerum suum, vt abiret à Samuele immutauit ei Deus cor, nõ expectauit Dominus, vt signorum tempus adueniret, fortasse quia Saul accelerauit cordis dispositionem. Ita beneficium hoc resurrectionis, quod mundo promiserat tertio die ab eius morte daturum accelerauit, non expectando terminum transigi. O quanta cum gloria resuscitauit Dominus redemptionis nostræ signa in suo corpore relinquens, vt quædam quasi ora diuina essent, quæ in æterni patris conspectu misericordiam peterent: præterea vt corporis sui ornamentum essent. Solent enim elegantiæ causa vestes incidi, vt 1. *Reg.* 10.
14 quod latet aurum appareat: ita etiam aperta illa vulnera in suo corpore remanere voluit, vt inde ineffabilis gloriæ splendor, quæ à diuinitatis visione emanabat, erumperet. *Simile.*

Lætitia autem quam cepit Iesus ex mundi redemptione, neq; seraphica lingua explicari potest. Accidit ei, quod illi solet accidere, qui rem aliquam emere vult: nam dum emit magnum sibi videtur pretium, quod ei à venditore indicitur; & ita de eo aliquid paulatim detrahere vellet: sed postea quàm emit, si res est plurimum ab eo antea optata, & quæsita, ita ea delectatur, vt quicquid in eam insumptit bene insumptum dicat. Ita etiam cum Christus Redemptor noster orabat in horto rationi dicebat sensus, tam sacra morte nos redimere magnum sibi videre pretium, at postea quam nos emit, gaudet in sua gloriosissima resurrectione, cum tot *Simile.*

videt

Esai. 60. videt animas meritorum suorum virtute ingredi cœlestem gloriam: & ideo verba illa quæ Propheta Esaias dixit de vrbe Hierusalem, de Christo dici possunt. Scilicet tunc videbis, & afflues & dilatabitur cor tuum quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi, id est, cùm videbis gentiliũ fortitudinem tam eorum, qui in maris insulis habitant, quàm eorum qui in terra, ad fidem tuam conuerti & obedientiam. Sed vt gloriosissimus hic triumphus supremo Imperatori Iesu Christo, & eis omnibus qui ex eius exercitu sunt lætissimus fuit, ita malis summæ tristitiæ & doloris causa. Quare orabat Dauid, dicens:
Psalm. 7. Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorũ meorum.
S. Basilius Quæ verba exponēs Sanctus Basilius, Mysterium (inquit) resurrectionis orat Dauid in confusionem dæmonum & malorum. Sed qui fines sunt isti, de quibus eo loco Dauid? Diuus Lu-16
Luc. 9 cas id explicat cùm ait: Ecce duo viri loquebantur cum illo, & dicebant excessum eius, id est, passionem. Hunc excessum finem vocat inimicorum. Quasi hominum malitia vlteriùs procedere non posset, quàm Deum suum occidere. Et ita vt ait Deus per
Esai. 5. Esaiam: Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? idem maledicta illa Principum & Pharisæorũ turba Christo Redemptori nostro contrario sensu dicere potest, quid est quod potui vltra facere aduersus te, & non feci? in his igitur finibus in hac passione & morte orat Dauid, vt exaltetur Deus gloriosa sua resurrectione in dæmonum & hostium confusionem. Nos verò quandoquidem huius cælestis ducis milites sumus, æquum est in hoc gloriosæ resurrectionis suæ die lætari & 17
gratulari.

In sacro Euangelio, quòd hodie nobis proponit Ecclesia refertur diligentia & cura, qua sanctissimæ illæ mulieres summo manè venerunt cum aromatibus, & vnguentis ad monumentum, vt vngerent corpus Iesu. Sed verè dici potest meliorum vnguentorum odorem eas excitasse, vt tantopere ad pium opus festinarēt. Quod vt meliùs intelligatis, notate illa verba quæ sponsa dixit
Cantic. 1. sponso suo: Oleum effusum nomen tuum, ideò adolescētulæ dilexerunt te, trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum
Chryso, homi. 14. in Marc. tuorum. Vbi loco, adolescentulæ, in Hebræo est vox significans puellas innuptas & viri expertes. Dicitur enim id nomen ab occultando. Diuus Chrysostomus: Alma (inquit) si rem sequamur signifi-

18 significat adolescentulam, si etymon, significat quod ita est abdi
tũ & reconditũ, vt nõ modo hominũ vsibus, sed ne oculis quidẽ
pateat. Ex quibus significationibus, scilicet, ex eo quod nomen
significat, & ex eius impositione, quæ in sacris solet attendi ma-
ximè in metaphoris, inferri potest hoc nomine duo animarũ ge-
nera intelligi, quę sagacissimæ sunt, vt Dei odores recipiant, quę
sunt omnia diuinæ suæ maiestatis opera, & præcipuè redemptio
nis nostræ. Quia quemadmodum non omnia corpora odorẽ eo- *Simile.*
dem modo percipiunt, sed alij plus, alij minus, alij enim vel rheu
mate, vel eo quòd rudiores cibos comedũt, impediuntur; alij qui
his rebus carent optimè percipiunt, eadem in animis diuersitas
est. Alij qui optimo diuinorum operum odore excitati ad eius
amorem attrahuntur, alij nihil ferè mouentur eò quòd odorẽ nõ
19 ita percipiant. Inter has animas, quæ plus odorantur, sunt animæ
illæ puræ, quæ baptismalem innocentiam conseruarunt: neque
se mortali peccato macularunt, & hæ per virgines significantur:
sunt etiam illæ, quæ quamuis postea peccauerunt, pœnitentia ta
men ad innocentiam reuocatæ mundi strepitum fugientes, in tu
tum aliquem quietumque portum à publicis priuatisque nego-
tijs semotæ confugerunt: & hæ per mulieres securas, & abditas
significantur. Hæc igitur duo seruorum Dei genera voce illa, ado
lescentulæ intelliguntur: quia quemadmodum cum puriora, &
nitidiora sunt specula meliùs in ijs oris effigies repræsentatur; ita
hæ animæ, quia puriores sunt, meliùs Dei odorẽ percipere pos-
sunt. Verùm cùm videt anima diuino amore incensa præstare se
nõ posse quod vult, clamat, trahe me post te. Quia vt Diuus Pau
20 lus ait: Deus est, qui operatur in vobis, & velle & perficere pro *Philip. 2.*
bona volũtate. Hic igitur odor, qui ex recenti cælestis sponsi ope
rum memoria emanabat: excitauit sanctas mulieres: vt tãta cum
diligentia & cura festinarent. Si vellemus fratres charissimi cor-
da nostra affectionum & curarum rheumate purgare, meliùs re-
demptionis nostræ operum odorem perciperemus, & maiori cu-
ra & studio Deo inseruiremus. O sponsus & cœli pulchritudo
Christus Dei filius trahe nos post te admirabili tua potentia &
virtute, vt nos inuicem hortantes per amoris tui cursum liberi ex
peditique curramus.

Et dicebãt ad inuicem, quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?
O sanctæ mulieres, si scitis lapidem monumenti vestris viribus
tolli

tolli nõ posse, cur pergitis ire, & inceptum iter prosequimini? no= li te cum eis disceptare, & rationes quærere, amor enim eas trahit, non ratio. Etsi importunè vrgetis, dicent: Si vngere sacrum corpus nõ licebit sanctum nobis sepulchrum tetigisse sufficiet. Sedere ibi licebit & lachrymari, sed tãta erit militum crudelitas & immanitas, vt lachrymas etiã sint denegaturi, quibus sancti defuncti mortem deplorare possimus? O pius & misericors Dominus, qui illis, qui te amant, vt te plus ament impedimenta tollis. Et ita hæ mulieres respicientes: *Viderunt reuolutum lapidem.* Vnus ex maioribus erroribus quos in hominum animis seuit diabolus est, in via virtutis plurima esse impedimẽta, & lapides tanti ponderis, vt humana imbecillitate tolli non possint, vitiorum verò viam planam esse & æquam nihil habere asperũ, nihil difficile. Hinc odium illud virtutis hominibus tam familiare, qui vitia hoc errore decepti amplectuntur, virtutem deserunt. Et ideò inter cætera, quæ hîc essent à prædicatoribus sæpiùs inculcanda, hoc est si qua se se offerant in virtute impedimenta à Deo reddi
Ecclес. 21 suauia & clamare Deum cum Ecclesiastico: Via peccantium cõplantata est lapidibus, & post hæc inferi, & tenebræ & pœna. O infœlices eos, qui iter hoc tam asperum elegerunt, labore & difficultate plenum! Et cum Deo summa cum spiritus suauitate seruire possent, malunt diabolo tanto cum labore seruire. Et ita di-
Deut. 28. xit Moyses populo illi idololatræ, quia noluisti seruire Deo tuo in gaudio cordisque lætitia seruies inimico, qui ponet iugum ferreum super ceruicem tuam. Quomodo hæc verba audientes non confundimur, quibus iustorum gaudium significatur, & multa animæ & corporis infortunia? in quæ mali solent incurrere, qui à Deo parere & seruire recusant: quod omne vocat Moyses iugũ ferreum super ceruicem tuam.

Neque solum inuenerunt mulieres istæ lapidem reuolutũ, sed Angelum qui lætissimum resurrectionis nuntium dedit, dicens: *Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenũ crucifixũ, surrexit, nõ est hîc.* Qui Iesum non quærunt, sed semetipsos, illi meritò expauescere possunt: vos autem qui Iesum quæritis, nolite expauescere. Eũ, qui crucifixus est & mortuus, resurrexisse ait. Et ideò tu peccator nunquam spiritualiter resuscitas, quia nunquam carnem tuã crucifigis. Impossibile est resuscitare gloriæ vita, nisi priùs gratiæ vita resuscites. Quia vt Diuus Ioannes ait: Beati mortui, qui in Domino

24 Domino moriuntur. Nam qui in suis vitijs viuunt, si tunc adue- *Apoc.* 14
nit mors, non moriuntur in Domino: & ideò dixit, beati mortui,
quia isti sunt qui in Domino moriuntur. Quæ cùm ita sint, vt re-
suscitemus cum Domino in gloria, resuscitare priùs debemus in
gratia, & vt resuscitemus in gratia, carnem priùs crucifigere de-
bemus, & suas concupiscentias.

Dixit præterea Angelus: *Ite, dicite discipulis eius, &c.* Et Diuus
Matthæus refert dixisse: citò eũtes dicite discipulis eius, quia sur- *Matt.* 28.
rexit: iubens eas festinare, & tam lętos discipulis nuntios afferre,
ostendit quantoperè hoc illi egerent solatio, & quanti momenti
sit hic resurrectionis articulus. Ita Diu⁹ Paulus aiebat, hoc eis pri- 1. *Cor.* 15.
mum prædicasse eò quòd præcipuum sit religionis nostræ my-
sterium, scilicet, quemadmodum Iesus Christus mortuus est, vt
25 Scriptura prędixerat, & tertia die resurrexit. Et vt hoc illis potis-
simum persuaderet prædicasse, notum (inquit) vobis facio fratres
Euangelium, quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo
statis, per quod & saluamini, qua ratione prædicauerim vobis, si
tenetis nisi frustra credidistis; tradidi enim vobis in primis, quod
& accepi; quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris se-
cundum scripturas, & quia resurrexit tertia die secundum scri-
pturas. Et posteà multos affert testes, qui hoc viderunt. Ait Apo-
stolus, quod accepistis, vt bonam, quam illi in cordibus habebãt,
dispositionem significaret, cum Euangelium audierunt, & Dei
simul auxilium quo crediderunt. Quia huius mysterij fides ma-
gnum est Dei donũ. Et ita dicitur quædam mulier nomine Ly- *Act.* 16.
dia purpuraria ciuitatis Thyatirenorũ, colens Deum audiuit, cu-
26 ius Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo.
En in hac muliere duo illa videtis, cordis dispositionẽ, quia erat
colens Deũ, & auxiliũ Dei quia aperuit cor eius. Perseuerãtiam
pręterea declarat Apostolus necessariã dicens: In quo statis, quia
vt idem Paulus ait, certamen vocat legitimum, quod perseueran- 2. *Tim.* 2.
ter fit vsque in finẽ, effectum mox declarat Euangelij dicens, per
quod saluamur: Notum quoque vobis facio, qua ratione prędica
uerim vobis, id est, qua intentione, scilicet, vt illuminarem vos in
diuinorum mysteriorum cognitione, & diuini amoris igne incen
derem, non temporalis alicuius lucri gratia. Ex quo infertur præ-
dicatores Euangelicos puros esse debere, qui Dei tantum glo-
riam & salutem animarum, tanquam finem sibi in prædicatione
proponant,

proponant (ait) si tenetis. Quia ille qui memoria sua nō tenet impressum Euangelij finem, quomodo viuet secundum Euangelium? quemadmodum qui non intelligit, cur ei datus sit intellectus, & voluntas, viuet vt brutum, & ideò ait, nisi frustra credidistis. Magna est Diui Pauli exaggeratio, id est, ille qui non aduertit cur Euangelium prædicetur, frustra credit. Res profectò admiratione digna, & ratione carere videtur. Quia rusticus quamuis id non aduertat, neque cogitet, credit & operatur, & Sanctæ Ecclesiæ subiectus est, & fides ornat intellectum; & ad bonum virtutemque dirigit, ergo nō est frustra. Profunde eo loco loqui Diuum Paulum dico, vt à diuino spiritu edoctum, quia is, qui per fidem non assequitur id, cuius causa est fides data, vt, scilicet, cognoscamus & amemus Deum, frustra eam accipit. Item datur fides ad animæ puritatem consequendam, ergo qui hanc puritatem fide non assequitur, frustra credit. Item fides datur vt sit in
Ioan. 3. mente tanquam æternæ vitæ seminarium, vt Ioannes ait: Qui credit in filium Dei habet vitam æternam, scilicet in semine: ergo qui hoc non assequitur, frustra credit. Item datur fides vt speculum, in quo se homo intueatur, qualis esse debeat, qui eo non vtitur, frustra credit. O quàm dolendum & deplorandum est, beneficium tam singulare, quod à Deo accepimus in nostram condemnationem mutari. Perseuerantiam & amorem liberalissimi huius Dei, qui vt posteà quàm diuinum hoc huius lucis donum largitus est, & hanc mysteriorum suorum cognitionem, curemus summa cum diligentia ne frustra accepisse dicamur hoc præsertim tempore, quo sanctissimæ resurrectionis memoria celebratur, in quā totius quasi prædicationis Euangelicæ summam contineri Diuus Paulus ait, quia vt de ea hic ageret, dixit, qua ratione prædicauerim vobis. Hac consideratione augebitur spes post gratiæ vitam, aliquando nos esse resuscitaturos per gloriam: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria

1 # Feria. II. in Resurrectione Domini.

Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die, &c. Luc. 24.

LOQVENS sponsa de sponso, sub vmbra (inquit) illius quem desiderabã sedi & fructus eius dulces gutturi meo. Duo hic animaduertẽda sunt quibus solet Deus suis fauere. Vnum est protectio & vmbra, qua, vt pius pater eos tuetur ac protegit. Alterum fructuum suauitas, qua eos reficit ac recreat. Ideò plurimum solent iusti sub hac vmbra sedere, & hac fructuum suauitate frui. Nam vt ait Ecclesiasticus, Vinum & musica lætificant cor, & super vtrumque dilectio sapientiæ. Vnde pro eo quòd nos legi- *Cant. 2.* *Eccle. 40.* *Psal. 35*
2 mus. Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus, Diuus Hieronymus ex Hebræo vertit: Quàm speciosa misericordia tua Deus, & filij Adam, in vmbra alarum tuarum sperabunt, inebriabũtur de pinguedine domus tuæ, & torrẽte deliciarum tuarum potabis eos, ò verba diuina, ò admirabilia beneficia, quæ à Deo iusti accipiunt? quàm vere hic Dauid misericordiam Dei speciosam appellat. Voces illæ inebriabuntur, & de torrente deliciarum tuarum infinitam Dei in suos liberalitatem ostendunt. Hæc paterna cura, quam Deus iustorum habet, summam in eorum animis lætitiam causat. Et id significauit Dauid, cum ait. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo. Vbi Diuus Hieronymus ex Hebræo vertit. Leua super nos lumen vultus tui Domine. Dedisti *Hiero.* *Psal. 4* *Hiero.*
3 lætitiam in corde meo, idest, sparge super nos fauoris tui lucem, respice nos misericordiæ oculis: hoc enim est quo nunc lætamur. Lætentur alij bonorum temporalium copia, quia à fructu frumenti, vini & olei multiplicati sunt. Ego verò in pace in idipsum dormiam & requiescam. En pax & tranquillitas, quæ sub vmbra sponsi inuenitur. Si in harum rerum meditatione aliquam noctis partem insumeremus, vt alij totam ludendo & Deum varijs peccatorum generibus offendendo insumunt, quantum animæ nostræ proficerent? Vnde factum existimatis, vt dies festi suas habeant vigilias, quarum nomen tantum apud nos remãsit, nisi quod in nascentis Ecclesiæ principio fideles omnes noctes, quæ dies festos præcedebant, orantes vigilabant. Hodie vero

huiusmodi noctibus maiora & grauiora mala fieri solent. Quot vestrum obsecro, qui hic adestis præteritas noctes sacratissimæ resurrectionis mysteria meditando vigilastis? beneficia quæ hodie in suos discipulos confert? gaudium & solatium, quo eorum animos passionis mœrore affectos solatur? plurimos vestrum nihil de his rebus cogitasse existimo, quod dignum profectò lachrymis est. Hæc omnia quæ hic sponsa de sponso dixit in seipsis Domini discipuli experti sunt, & hi duo potissimum, de quibus agit sacrum Euangelium, quibus ille præcipua quadam ratione curã, quam suorum habere solet, ostendit, & diuino lucis suæ splendore illuminauit. Nam dum fabularentur, & secum quærerent, ipse Iesus, *Appropinquans ibat cum illis: oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent.* Sed quæro ô Domine, si sociũ te illis itineris præbes cur non statim te manifestas, quis sis, vt statim te frui incipiant? volebat nimirum sacræ scripturæ mysteria illis interpretari. Quod si se statim illis manifestasset voluptas, quam ex eo percepissent, attentioni fuisset impedimento. Ergo in maiorem illorum vtilitatem tenebantur oculi eorum ne eum agnoscerent. Ita sæpe Deus facere solet, cum seruis suis, vt tunc maxime adsit, cum maxime videtur abesse. Iob querebatur à Deo se esse desertum, dicens. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? cur à me tanquam inimico discedis? & hoc dum cogitabat Iob, tunc maxime illi aderat Deus, quãdoquidem in tot tantisque infortunijs tantam illi patientiam & constantiam dedit. Quia si, vt ait Diuus Paulus. Nemo potest dicere, Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto, quomodo potuisset, ille sanctissimus vir inter ærumnas suas dicere, Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomẽ Domini benedictum, nisi illi Dominus adfuisset? & hic est eorum verborum sensus. Deus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum, Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte & non ad insipientiam mihi. Siue vt alij verterunt, & non est silentium mihi. Et in fine eiusdem Psalmi. Timeat, inquit, eum omne semen Israel, quoniam non spreuit neque despexit deprecationẽ pauperis, neque auertit faciẽ suam à me, & dum clamarẽ ad eum exaudiuit me. Quo in loco videtis dici Deum non audire, & audire: adesse, & abesse. Quo significatur sæpe cũ iustus cogitat Deũ non audire & abesse, tunc audire maxime & adesse. Noluit præterea

Iob.1.

1. Cor.12.

Iob.1.

Psal.21.

7 terea Dominus à discipulis suis agnosci, vt ostenderet quantum possit spiritualis conuersatio, qua anima cum Deo per fidẽ & sacrorum mysteriorũ contemplationẽ conuersatur, quę non solum corporalis conuersationis defectum compensare potest, sed maioris interdum est vtilitatis: ita vt plus fortasse aliquomodo his discipulis vtile fuerit hoc, quod ea die interius docuit Dominus, sacram illis scripturã interpretando, quàm corporalis tot annorum conuersatio. Et ideò qui dicere solent, ò si nati eo tempore essemus cum vixit inter homines Christus, si eum videre, & cum eo cõuersari licuisset, ò nos beatos, ò nos fœlices. Curiositate potius quã amore ducti, hæc illi dicere mihi vidẽtur, quia qui cum Iesu Christo Dei filio non conuersatur eo modo quo nos cũ eo in hac vita voluit conuersari, plus isto hic velle & optare in terris, videãt
8 an sit amoris affectus nec ne. D. Ioannes Baptista, quãuis contemporaneus Christi fuerit, tamen ante baptisma cũ eo conuersatus nõ est, & vna ex causis est, quia voluit Dñs ostendere, ita eum iustorũ animis interiori conuersatione cõmunicare, vt quãuis ea voluptate careant, quam oculis ex eius corpore perciperẽt, eiusdem tamen cõuersationis fructu nõ carere. Hæc etiã vna ex causis fuit, cur noluit Christus Redemptor noster mittere Spiritum sanctũ, antequam ad cælos ascenderet, neque discipulis suis mysteriorum suorum perfectam cognitionem dare voluit, nisi per Spiritum sanctum, vt ostenderet opus hoc Spiritus sancti potius opus esse interius, quàm præsentiæ suæ corporalis exterius. Et ideo dicebat Dauid: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & *Psal.84.*
9 in eos qui conuertuntur ad cor. Loquetur in me, id est, intra me, vt Diuus Augustinus exponit. Quasi dicat, colligam me in me ipsum, & audiam cum loquetur ad cor, quoniam loquetur pacem. Loqui pacem est phrasis Hebraica, & significat omnium bonorum abundantiam polliceri. Et hanc (ait) Dauid eo loco sanctis polliceri ijs præsertim, qui conuertuntur ad cor, qui extra se non vagantur, seu apud se manent: & ita cæli influentias recipiunt. Tantæ virtutis & efficaciæ est interior hæc & spiritualis animæ cum Deo conuersatio, vt Diuus Paulus quædã de ea dixerit, quę si rectè considerentur admirationem pariunt, nam cùm de Moyse eo loco ageret, qui eo quòd quadraginta dies in monte Sina cum Deo steterat, tantam ex consortio sermonis Dei lucem acce *Augusti.* *2.Cor.3.* *Exo.34.*

perat, vt in ipso vultu radij apparerẽt. Hoc enim significat, quod ibi dicitur: videbatur facies Moysi cornuta. Ex hoc infert Diuus Paulus si quod euacuatur in gloria est, magis quod manet in gloria erit, id est, si Moyses cum mortalem à Deo legem accipiebat, legem vmbræ, quæ cum Christo Redemptore nostro finem erat habitura legem cæremonialem, quæ vitam æternam dare non poterat; & tamen ob Dei conuersationem indè in gloriæ similitudinem redijt: qui in gratiæ lege cum Deo conuersatur in spiritu diuino amore incensus tot tãtisque beneficijs, quæ ex Iesu Christi meritis emanant, nonnè maiori luce gloriaque splendidior, & humanis imperfectionibus purior factus euadet quam Moyses? quod si hoc semper non fit, nos accusandi sumus, qui dispositionem nõ habemus, & exteriùs tantum cum Deo agimus, qui plus animæ puritate & interiori conuersatione communicatur. Sunt hæc profectò Diui Pauli verba magnæ confusionis nobis, & timoris causa, quandoquidem in ijs nos monet Moyse ipso perfectiores nos esse debere, quia amoris legem habemus, & tot à Deo beneficia accepimus. O Deus infinitæ maiestatis, ò lucis fons mentes nostras illumina, vt qua in nocte versemur, videre possimus hac interiori conuersatione destituti. Obsecro igitur vos fratres charissimi, vt quandò audiuistis sancti huius exercitij vtilitatem in eo se quisque exerceat quantumcunque poterit; vt cuiusque status ferre potest.

Est prætereà hic animaduertendum, quòd cum tãta essent infidelitate pleni, postquàm tot Dei miracula viderant, & à tot testibus dici audiuerant, se visionem angelorum vidisse, qui dicunt eũ viuere, ita vt meritò irasci potuisset Dominus, & vt infideles eos deserere, tamẽ quia paruam illam mœroris & tristitiæ dispositionem inuenit ex eius absentia conceptæ, & aliquod amoris vestigium, qui ab ea tristitia emanabat, inde occasionem sumpsit, vt eos illuminaret. Ex quo patet, ex minima etiã dispositione Deũ occasionem sumere, vt animæ nostræ ingressum intentet. Hoc significat sponsa illa, quæ cùm domi se pessulo ianuæ apposito clausisset, & pulsaret sponsus clamans, aperi mihi soror mea amica mea, respondit illa, expoliaui me tunica mea, quomodò induar illa? laui pedes meos quomodò inquinabo illos? audiens autem sponsus leues excusationes misit manum suam per foramen. Dilectus, inquit, meus misit manum suam per foramen, & ven-

Cant. 5.

13 venter eius intremuit ad tactũ eius. Ita iacet peccatoris anima in
voluptatum suarum lectulo, tot clauibus & pesulis obclusa, quot
peccata commisit: & cum pulsat Deus clamans: Aperi mihi soror
mea, amica mea, excusat se leui quacunque occasione. Agens (in
quit) pœnitentiam extenuabitur corpus, & pulchritudinem suã
amittet, fœdabitur si pauperum pedes lauero, & hospitalia inui-
sam. Audiens autem sponsus tam leues afferri excusationes, non
deserit, sed foramen quærit, id est, occasionem aliquam, per quod
fauoris, & auxilij sui manum possit immittere. O anima pecca-
trix, si te à peccatis tuis exire non posse putas, ob tuam illam pra
uam inclinationem, fac saltem foramen aliquod, per quod Deus
mittens manum suam seras istas, & pesulos tollat. Suspira tuum
Deum offendisse, plora, lege sanctos, ac deuotos libros, loquere
14 cum deuotis hominibus. Foramina hæc omnia sunt per quæ diui
nus fauor ingreditur, quo odium istud, ista auaritia, ista ambitio,
& superbia tollentur ex animo, quæ in eo ita hærent infixę, vt ab
ijs auellere te non posse tibi videaris. Sed moneo, vt mature diui-
no vtaris auxilio, & cito surgas & aperias: nam si diu immoraris
fortasse cum mox aperire volueris, discessisse iam Deum inue-
nies, vt sponsæ ibi contigisse dicitur: Surrexi (inquit) vt aperirem
dilecto meo, at ille iam declinauerat. Diu iã est cùm te Deus vo-
cat, & expectat, aduenit repentina febris, cúm iam iudicio cares,
tũc clamas: vocetur cõfessor, adsit notarius, fiat testamentum, &
omnia ita fiunt vt hominibus potiùs quàm Deo satisfacere pos-
sint. O miseri & cæci Adæ filij quã stulte vobis infernũ eligitis.
Et ait ad illos, qui sunt hi sermones, &c. Respondit ei vnus ex illis, dicẽs:
15 *Tu solus peregrinus in Hierusalem.* Antequã vlterius progrediamur,
vnum quod nunc occurrit, dicam. Vnum ex nominibus, quibus
Christum Redemptorem nostrum propter peccata nostra appel
lare possumus hoc esse, peregrinum appellare: nam vt peregri-
nus vix immoratur in diuersorio, ita Dei filium mane recipitis,
& post meridiem tanquam peregrinum eijcitis. De hoc conque-
ritur, dicens: Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus *Psal. 68.*
filijs matris meæ. O ingrati, ideò ne resuscitauit Christus, vt vos
moreremini? est ne sancta ei⁹ resurrectio mortis ianua? vix enim
aduenit resurrectionis dies cum mortaliter peccare incipitis, nõ-
ne pudet tam bonum hospitem, tam citò eijcere? O miseria ti-
menda post tot accepta beneficia, tam male in virtute perseuera-

re. Ea Diui Pauli verba notare vos plurimum vellem, quę ad hác rē
rem plurimū faciunt. An ignoratis fratres, quia quicunq; baptiza
Rom.6. ti sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? conse-
pulti enim sumus cum illo baptismo in morte, vt quomodo Chri
stus surrexit à mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vi-
tæ ambulemus. O verba diuina, quis ea semper in corde haberet
impressa, vt per ea intelligeremus, quantū quisq; debeat in bono
perseuerare! Sed pro eorum intelligētia debetis aduertere, Chri-
sti Redēptoris nostri mortem præstantissimū fuisse baptismum,
quo ipsum caput, scilicet Christus baptizatus est, & nos omnes
qui mēbra sumus, ibi peccata nostra sunt abluta, & cū eo mortua
& sepulta, vt nō solum iterū non peccemus: sed vt in resurrectio-
nis mysteriū, & imitationē ambulemus in nouitate vitæ. Efficax
omnino ratio, vt nunquā ad peccata redeas. Verùm est etiam no-
tandū, quòd quoniā eius mors baptismum vocatur, quod lauato-
riū significat, ergo aliquid lauit in Christo, qui caput fuit, aliquid
in nobis, qui membra sumus? quid lauare in Christo poterat, qui
purissimus erat? quamuis careret culpa, culpæ effectibus non ca-
ruisse dico, qui sunt pœnalitas, & passibilitas, & mortalitas, qui-
bus omnibus morte lotus, & purificatus est. Et ita idem Paulus
Hebr.2. ait. Videmus Iesum propter passionem mortis gloria coronatū, il
la autem mors applicatur nobis, vt lauatorium per diuina sacra-
Apoc.1. menta, vt ait Ioannes. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris
in sanguine suo. Ait igitur Apostolus, an ignoratis fratres, idest,
ignorare non debetis (esset enim ignorantia maxime reprehen-
denda) quod quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, id est, in
baptismo instituto à Christo, in morte ipsius baptizati sumus. 18
Nā ex eius morte virtutē accepit baptismus, consepulti sumus cū
illo, id est peccata nostra in baptismo deleta & occisa sunt. Vt
quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriā patris, id est, ad
gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, vbi ambula
re significat progredi sine intermissione in virtute: vt ait Dauid:
Psal.118. Beati immaculati in via, qui ambulāt in lege Dñi, & hoc omne
esse etiā debet in gloriam patris: vt vita nostra, & opera perfectio
ra sint, si habeāt perfectiorē finem. Sed quæro, cur D. Paulus no-
bis tāquā exemplū proponit Christi Redēptoris nostri vitā post
resurrectionem? satis esse videretur, si mortalē vitam qualis ante
resurrectionem fuit proponeret. Eam proposuisse dico, quia vita

ilia

19 illa gloriosa mortem non habuit, vt ita moneret, sic nos perseuerare in virtute debere, vt ad peccati mortem nunquam redeamus. Cùm ait, in nouitate vitæ significat in omnibus debere innouari vitã, in cogitationibus, in verbis, & in operibus. Corroboret nos, & confirmet Deus, vt ita fiat. Elaborauit plurimos dies pictor in depingenda imagine, quam qui vident, stupent ob artis præstantiam, si ei qui prior se illi offert quocunque precio venderet, nonne ineptus esset? quid nam fuit obsecro audire sermones, cõfiteri peccata sua, ieiunare, orare, nisi Iesum Christũ in cordibus vestris depingere? Si nunc post Pascha animæ vestræ pulchritudinem, quacunque occasione venditis, nonne summa stultitia est? Nolite eam fratres charissimi vendere, nisi iusto valore & pretio, quod ipsemet Deus est, qui se tradidit pro illa. *Simile.*

Quibus ille dixit, quæ? & dixerunt de Iesu Nazareno. Et inter alia, quę
20 hìc responderunt, ea verba fuerunt infidelitatis plena. *Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel.* O corda modicæ fidei, si dixit, quod tertia die resurget, terminus adhuc transactus non est, cur non speratis, quod promisit præstaturum esse? similes hi mihi videntur Hebræis, qui Moysem non rediturum existimabant, & idolum sibi fecerunt, quod summa Dei sui iniuria adorabant. O quot hodie sunt qui statim desperant, si paululum immoratur Deus, nec statim ab ijs vocatus accurrit! Existimat virgo nullum iam sibi reliquum matrimonium, qua propter Dei suique oblita carni & mũdo seruire statuit, idẽ de alijs pluribus dici potest. At non ita sit fratres, audite quid Isaias dicat. Qui crediderit (inquit) non festinet, qui verè credit Deum promissis stare, & fauoris sui *Exo. 22.* *Isai. 28.*
21 auxilium sibi daturum sperat, ne putet, statim eũ affuturũ, sed expectet & magna cum fiducia, quæ magnã habet apud Deum remunerationem, vt D. Paulus affirmat, dicens. Nolite amittere cõfidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Quã seuere reprehendebat sancta Iudith Bethulię homines, qui diuini auxilij expectatione defatigati terminum Deo præscripserãt: ita vt si intra quinq; dies nõ succurrisset sese Holopherni dedere vellent. Illa vero, & qui estis vos (inquit) qui tentatis Dominũ? non est iste sermo, qui misericordiã prouocet, sed potius qui iram excitet. Posuistis vos tẽpus miserationis Domini, & in arbitriũ vestrũ diẽ constituistis ei. Magnum profectò scelus est christianum de deditione cogitare, & Sathanæ se tradere velle, quia Deus statim *Hebr. 10.* *Iudith. 8.*

ac ipse vult non accurrit. Qui verè Deum amat ita in eo confidit, vt quãuis quod sibi ab eo promissum est sexcentis videat difficultatibus impedire, nunquam tamen desperat. Patet hoc in Dauid cui cùm promisisset Deus Regem futurum Israel, quanuis eum
1. Reg. 21 Rex persequeretur, exulẽ à patria, & singulis momẽtis de vita periclitaretur: tũc cùm se maxime afflictum, & oppressum videbat, tunc maxima spe erigebatur, qua præstaturum esse Deum, quod promiserat sperabat. Et siqui id negabãt eos mendaces appella-
Psal. 115. bat. Et ita de sua spe dixit: Credidi propter quod loquutus sum: ego autẽ humiliatus sum nimis, ego dixi in excessu meo omnis homo mendax, idest, cùm exulẽ me, & eiectum maximè videbã (hoc enim est in excessu meo) tunc ijs qui de me, & meis rebus actum esse existimabant, dicebam: Omnis homo mẽdax, eos omnes mendaces esse putabam. Domine omnes mẽdaces sunt, tu verus & verax Deus, promissa tua certissima, quanuis nunc me op-
Psal. 137. pressum, & humiliatum video. Hac eadem fiducia, dicebat: Dominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in seculũ, opera manuum tuarũ nè despicias. Vbi in Hebræo est, Dominus operabitur pro me. Considerate patientiam qua tunc Christus redẽptor noster verba hæc infidelitatis audiebat. Ex quo discant confessores confitentium peccata patienter audire: reprehensio enim & obiurgatio in posteriorem locum differenda si necessaria videbitur: vt diuinus magister hîc fecit, qui cùm hos discipulos audiuisset, *o stulti* (inquit) *& tardi corde ad credendum, &c. Nonnè oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.* Quare Domine, quare oportuit? Nonnè aliter redimi à te poterat mundus cùm Deus sis tam potens? Poterat quidem sed in Dei operibus non tã quod potest spectandũ est, quàm quod plus nobis conuenit. Hoc autem nobis conuenientius fuit. Quod vt intelligatis aduertere debetis, quod Christus redẽptor noster nõ solũ venit in mũdũ, vt nos redimeret, sed vt nos per virtutis viã ad cæli gloriam duceret. Vt optime D.
Tit. 2. Paulus declarat dicens: Apparuit gratia Dei, & Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiẽs nos, vt abnegantes impietatẽ, & secularia desideria sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo expectantes beatam spem, & aduentũ gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Quare cùm in omni virtute plurimum difficultatis sit, quodnam mediũ esse poterat maioris efficaciæ, vt ad laborem virtutis incitaremur, quàm nostra causa Christum in cru

25 ce mortis pati genus crudelissimum? Si ignoscere inimicis debes
iniurias, si demittere te, & humiliare, si opes tuas pauperibus di-
stribuere, vndè hæc discere melius potes, quàm si ad hoc admira
bile crucis spectaculum oculos conuertas? Dixit summa veritas: *Luc.8.*
cùm de iustis loqueretur: Quòd fructum afferunt in patientia.
Quemadmodum ad humanam vitam alendam panis est necessa
rius, vt vnà cum cæteris cibis comedatur: ita ad Spiritualem vitã
alendam patientia necessaria est, quæ cæterorum omnium virtu
tum socia sit & comes. Si comeditis carnem, pisces, fructus, her-
bas, quicquid tandem comeditis panis necessarius est. Si ieiuna *Simile.*
tis, si datis eleemosynam quodcunque opus spirituale fiat, patiẽ
tia necessaria est, vt quod fit rectè fiat. Quod igitur patientiæ exẽ
plũ illustrius, quã Christus crucifixus? Sed heu nos miseri si tan-
26 to beneficio vti nescimus. Nolite obsecro fratres charissimi, vt
hæc Dei artificia ad salutem nostram excogitata, vobis inutilia
sint. Pœnas enim aliquandò dabitis summis ęternisq; supplicijs.
Et incipiens à Moyse, idest, à libris Moysi. O immensa Dei bonitas,
qui duobus pauperibus tot declarare mysteria dignatus est, ho-
diè verò nisi prædicator plurimos habet auditores, eosque nobi-
les, prædicare rem putet indignã. Plurimos ad eam rem scriptu-
ræ locos adduxit, & explanauit: sed interiori prætereà luce men-
tem illustrabat. Ita vt qui exterius docebat, interius illumina-
ret, quia lux erat, & magister. Ex fortioribus locis quos in scriptu
ra inuenimus illi sunt. Quoniam non derelinques animam meã *Psal.15.*
in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ego *Psalm.2.*
dormiui, & soporatus sum & surrexi, quia Dominus suscepit me. *Psalm.56.*
27 Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Vbi non solùm
& resurrectio, sed & resurrectionis tempus declaratur his verbis
exurgam diluculó. Aduersum me susurrabãt omnes inimici mei,
aduersum me cogitabant mala mihi: verbum iniquum constitue- *Psalm.40.*
runt aduersum me, nunquid qui dormit, non adijciet vt resurgat?
etenim homo pacis meæ, qui edebat panes meos magnificauit su
per me supplantationem. Tu autem Domine miserere mei, & re
suscita me, & retribuam eis. Quid clarius? postremis his verbis si-
milia sunt illa Michææ. Nè læteris inimica mea super me, quia ce *Mich.3.*
cidi, consurgam cum sedero in tenebris: Dominus lux mea est.
His & pluribus alijs testimonijs Dominum mortem, & resurre-
ctionem suam probasse constat.

Et

Et coegerunt illum dicentes, mane nobiscum quoniã aduesperascit. Quia peregrinum, quem non nouerant, inuitant & rogant, vt maneat: illuminati sunt, & quisnam esset, paulò post cognouerunt. Ideò notat D. Ambrosius, bona opera cordis esse dispositionem, qua dignum sit illuminari à Deo. Et ita Ecclesiasticus ait: Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Et Propheta Oseas: cum dixisset: Seminate vobis in iustitia, addidit paulò post, tempus autem requirendi Dominũ, cùm venerit, qui docebit vos iustitiam. Tempus enim magis idoneum, vt Dei præcepta percipere possimus est, cũ opera misericordiæ fecimus. Est enim quasi terram ante quã semines colere, & innouare. Et ideò dixit eodem loco Propheta, innouate vobis nouale. D. Augu. hunc locum Lucæ exponẽs, tene, inquit, hospitem, si vis agnoscere Saluatorem: quod enim discipulis sustulerat infidelitas reddidit hospitalitas. Misericordię igitur fratres simus amatores, neq; satis vobis sit, pauperes quocunque modo inuitare, vt hospites nostri sint sed omni charitate cogamus, existimantes quemcunq; illorum recipiamus, ipsummet cælorum imperatorem Iesum Christum Dei filium recipere. Ipsamet charitas hoc quadragesimale opus ad animarum vtilitatem in lucem edere coegit, & ad reliquos totius anni sermones conficiendos inuitat: ex tãto labore, meis quidẽ viribus impari solũ vestris orationibus adiuuari mihi, exopto & spero, quibus auxilium diuinum Deum Optimum Maximũ collaturum mihi confido, cuius nobis opitulante gratia fœlicissimè omnia euenient, quam ad vsque vitæ finem conseruare curemus, vt inde gloriam sempiternam possimus adipisci. Amen.

D. Ambro. serm. super Psalm. 118
Ecclesi. 2.
Oseæ. 1.
D. August. sup. Luc. 24.

F I N I S.

SALMANTICAE,
Excudebat Ioannes Ferdinandus.
M.D.LXXXV.

INDEX OMNIVM CONCIONUM, quæ in hoc opere continentur.

LAVS DEO.

INDEX AVTHO-ritatum ſacræ Scripturæ, quæ ſparſim in hoc opere ab auctore explicantur, ſecundum ordinem librorum veteris, ac noui teſtamenti.

Ex Geneſi.

Ex Exodo.

Ex secundo Regum.

Ex tertio Regum.

Ex secundo Paralip.

Ex Iob.

Ex Psalmis.

3[illegible]

148 ignis

Ex Prouerbijs.

Ex Ecclesiaste.

Ex Canticis.

Ex libro Sapientiæ.

Ex Ecclesiastico.

Ex Iſaia.

Iustus periit & non est qui recogitet in cor de suo.p.2.pag.361.num.12.

58 *Si auerteris à Sabbatho pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo &c.& cibabo te hæreditate Iacob patris tui.part.4.pag.50.num.28.*

Frange esurienti panem tuum &c. tunc erumpet quasi mane lumen tuum.p.1. pag.114.num.19.

Vocaberis ædificator sepium.p.1.pag.302. num.19.

59 *Oua aspidis ruperunt, & telas araneæ texuerunt &c. part.3.pagi.451. num.13.*

Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob.p.3.pagi.500.nu.4.

61 *Vocabuntur in ea fortes iustitiæ plantatio Domini ad glorificandum.p.2.pag. 300.num.29.*

63 *Torcular calcaui solus.par.3.pag.448. nume.2.*

66 *Ante quam parturiret peperit. part. 3.pag.20.nu.21.*

Super quem requiescet spiritus meus &c. par.3.pag.45.num.10.

Ex Hieremia.

2 *Obstupescite cæli super hoc &c. par.3. pag.239.num 5.*

Sacerdotes non dixerunt vbi est Dominus. par.3.pag.383.num.32.

Nunquid solitudo factus sum Israeli aut terra serotina par.1.pag.53.num.2.

Adhuc iudicio contendam vobiscum ait Dominus.p.1.pag.98.num.1.

In tempore afflictionis suæ dicent, surge & libera nos p.4.pag.195.num.21.

Duo mala fecit populus meus &c.part.2. pag.289.num.39.

3 *Nunquid non verba mea quasi ignis &c.p.3.pag.24.num.33.*

Ego autem dixi quomodo ponam te in filios &c.p.3.pag.29.nu.7.

In viis sedebas spectans eos &c.par.3.pag. 361.num.4.

4 *Contempserunt te amatores tui.par.1. pag.435.nu.13.*

6 *State super vias & videte quæ sit bona &c.par.3.pag.203.num.2.*

Ecce ego mittam piscatores multos & piscabuntur eos.p.3.pagi.135.nu 26.

7 *Ædificauerunt excelsa Thophet.part.3. pag.60.nu.1.*

Dormiemus in confusione nostra &c.par. 3.pag.226.nume.1.

8 *In tempore illo eiicient ossa regis Iuda & ossa &c.p.3.pagi.43.nu.13.*

9 *Ecce ego cibabo populum istum absynthio.&c.par.3.pag.162.num.21.*

10 *Nunquid non verba mea sunt quasi malleus conterens petras? part.1.pag. 11.num.6.*

11 *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? part.1.pagi. 367.num.7.*

13 *Si mutare poterit Æthiops pellem suã &c. & vos poteritis bene facere cum didiceritis malum. part.1.pagi.29. nume.10.*

15 *Si steterint Moyses & Samuel coram me &c.part.2.pagi.249.numer.3.*

16 *Mittam eis venatores multos & venabuntur eos.part.1.pagin.100.numer.6.*

17 *Diem hominis non desideraui tu scis.p. 3.pa.9.*

Ex Threnis.

Ex Baruch.

Ex Ezechiel.

Ex Daniel.

Ex Osea.

Ex Ioel.

Ex Amos.

Ex Michæa.

Ex Nahum.

Ex Habacuc.

Ex Sophonia.

Ex Zacharia.

Ex Malachia.

Ex Matthæo.

Ex Marco.

Ex Luca.

Ex Ioanne.

Ex Actibus.

Ex epistola ad Romanos.

Con-

Ex Epistola prima ad Corinthios.

Ex secunda epistola ad Corinthios.

Ex Epistola ad Galatas.

Ex Epistola ad Ephesios.

Ex Epistola ad Philippẽses.

Ex epistola ad Colossenses.

Ex epistola ad Thessalonicenses.1.

Ex

Ex Epistola.1.ad Timotheum.

Ex Epistola.2.ad Timotheum.

Ex Epistola ad Titum.

Ex Epistola ad Hebræos.

Ex Epistola canonica. D. Iacobi.

Ex Epistola. 1. canonica. D. Petri.

Ex Epistola. 2. Canonica. Diui Petri.

Ex Epistola.1. Canonica Diui Ioannis.

Ex Epistola Canonica. Beati Iudæ.

Ex Apocalypsi Ioannis.

FINIS.

INDEX FERE OMNIVM, quæ insigniter in hoc opere dicta sunt iuxta ordinem literarum digestus.

A.

Bene

C.

rum

Chri-

Cir-

Conuer-

D.

Deus

Fide-

I.

Iudæi

Iusti

Iusti.

Labo-

M

Mali-

Men-

O.

Obli-

Pa-

P.

Pec-

Peri-

Præ-

Q.

Repre-

Sacer-

Se-

Spi-

T.

Testa

V.

Vir-

FINIS.

calibrite
colorchecker CLASSIC
mm